
DOCTRI-

[illegible] Ecclesiae IESV Christi [illegible]
[illegible] Secundus de Sacra
[illegible] lectissimus, & omni atte
[illegible] Theologiae professor
[illegible] in Anglia
[illegible] Mariae semper [illegible] a monte
[illegible] examinatus & approbatus sub
beatissimo Papa Martino quinto, ut in hu
ius parebit tergo.



Venundatur in officina Io. Badii Ascensii.

DOCTRInalis Antiquitatũ Eccleſiæ IESV Chriſti Liber Quintus, ac Tomus Secundus de Sacramentis, editus in Vvitcleffiſtas, & eorũ aſſeclas, per venerabilem Theologiæ profeſſorẽ F. Thomam Vvalden. Prouincialẽ in Anglia Fratrum B. Mariæ ſemper virginis a monte Carmelo: atq; examinatus & approbatus ſub beatiſſimo Papa Martino quinto, vt in huius patebit tergo.



Venundatur in officina Io. Badii Aſcenſii.

EPISTOLA SANCTISsimi Papæ Martini Quinti: ad dilectum filium Thomam Vualden, ordinis beatę Mariæ de monte Carmelo, Prouincialem Angliæ, & sacræ Theologię magistrum.

DILECTE FILI SALVTEM, ET APOSTOLICAM BEnedictionem. Placuit primo nobis opus quod edideras contra Hussitas hæreticos: teq; fuimus hortati, vt id quod restabat in materia de Sacramentis, simili perficeres studio & diligentia, quod te fecisse gaudemus, & tuum studium vtile & salutare Ecclesiæ, cõmendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filii Ioannis ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, magistri in sacra pagina, latoris pręsentiũ, volumẽ secũdũ de Sacramentis, quod per solennes viros videri & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo desideramus, vt volumen tertium, de Sacramentalibus, cum illud perfeceris, nobis mittas. Cæterum vt damnatas conclusiones Witcleff securius valeas confutare, mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum possumus erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius causa laboras, Benedictionem nostram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ prouinciæ. Datum Romæ apud sanctos Apostolos sub annulo Piscatoris, octauo die Augusti, Põtificatus nostri anno Decimo.

EXAMINATIO ISTA

fieri cœpit. XV. Kalend. Iulii: & durauit vsq; decimum kalen. Augusti, quo die præsentabatur Papæ, præsentibus Cardinalibus Prælatis in consistorio, per commissarios, dominum N. Presbyterum Cardinalem sancti Petri ad vincula, & dominum Bernardum Episcopum Cauellacensem, doctorem in Theologia.

Reuerendissimo & apprime nobili, nec minus docto & sapienti D. Sigismundo Gonzagę Presbytero Cardinali Mantuano, & sacri ordinis Fratrum beatę Mariæ semper virginis de monte Carmelo congregationis præsertim Mantuanæ, tutelari præsidio & prudentissimo & suauissimo: Ludouicus de Lyra Theologiæ professor, & Carmelitarũ Parrhisieñ. Prior immeritus, filialẽ obseruantiã.

R Epetenti mihi e rerum monimentis veteribusq; historiis fidei catholicæ per vniuersum terrarum orbem longe, lateq; diffusæ, profluxus & incremẽta, ea mox visa sunt aquarum procellis atq; vndis oppido q̃ similia. Siquidem vt illę a medio concitæ, ad extremas vsq; oras (si impetus perduraret) profluerent, reflexuq; mirando originem repeterent: ita salutis humanæ, quam in medio terræ operatus est dominus, sacramenta, & sacramentorum veridica monimenta, quæ apostoli, apostoliciq; viri, vt quorum gubernacula protectionemq; suscepisti Pater Reuerẽdissime, Carmelitæ tui, maiores nostri, ad extremos terrarum sinus, & penitus toto diuisos orbe Britannos, diffuderunt, videtur illinc reciproco quodam refluxu originem velle repetere. Etenim cum renascenti hęreticorum veneno sedula indagatione antidotum ego & F. Ioãnes Hottus Theologiæ & Carmelitani instituti vna mecum professor, inuestigaremus, omnesq; angulos bibliothecę nostræ excuteremus, inciderunt in manus nostras præclara duo volumina in Witcleffistas & Hussitas, teterrimas catholicæ fidei pestes, per venerabilem sacræ Theologiæ & Carmelitanæ religionis professorem, eiusdemq; in Anglia Prouincialem, F. Thomam Walden, studiose scripta, vnum de Sacramẽtis, alterum de sacramẽtalibus: quorum id quod de sacramentis prius emittendum duximus, ꝙ circa ea & turpius & periculosius erratum videremus. In quo quidem opere concinnando, nescio quę quibus anteferam, quæve prima commendem: hominis ne modestiam, qua nihil quod nõ idem primariis ecclesiæ orthodoxæ proceribus placuisse probarit, asseruerit: an studium, quo se tot diuinarum literarum interpretes, conciliorum a secretis, historiarum scriptores & legisse & intellexisse docuerit: an iudicium, quo quæ maxime ad rem facerent, maximeq; ecclesiæ fidelium placerent delegerit: an pietatem & in fidem nostram zelum, ratione cuius tot labores obierit: an demum hæc ex æquo omnia. Verum illius tempestate nondum in præcipiti stetisse blasphemiam crediderim. Nam catholicos doctores, quos iam tum communis receperat ecclesia, nondum abnegare audebant, sed impudentibus duntaxat glossulis perperam exponere: at nunc quidam os in cælum obuertentes, nulli doctorum ecclesiasticorum ex toto assurgunt, nullius doctrinam recipiũt, sed ne ecclesiam quidem ipsos recipientem audiunt: cui tamen tantum tribuit Augustinus, vt diceret se euangelio minus fidei habiturũ nisi ab ipsa reciperetur. Isti se solos aiunt sapere, solos euangelium capere, solos vineam dominicam colere, cum tamen non nisi singularis ferus, qui ipsi sunt, depastus sit eam. Sed quid contra istos facies? Si euangelium citabis, dicent te non intelligere: si antesignanorum fidei sententiam adduces, aut inuertent, aut negabunt: neq; tamen signis aut prodigiis errores suos firmabunt. Quidnam igitur facies? Iubeas errare libenter. Nam contra negantem principia nõ esse disputandum, olim iam receptum est iudicium. At fidei principia sunt catholicorum placita ex euangelio mirabili consensu deprompta: at illa isti negant. Missos igitur faciamus vt prorsus insanos: & ad eos qui licet exiguum, adhuc tamen aliquid habẽt luminis per istos nouos Witcleffistas plurimum debilitati, emittamus Thomæ nostri prę

EPISTOLA·SANCTISſimi Papæ Martini Quinti: ad dilectum filium Thomam Vualden.ordinis beatę Mariæ de monte Carmelo,Prouincialem Anglię,& ſacræ Theologię magiſtrum.

DILECTE FILI SALVTEM, ET APOSTOLICAM BEnedictionem. Placuit primo nobis opus quod edideras contra Huſſitas hæreticos:teq; fuimus hortati, vt id quod reſtabat in materia de Sacramentis,ſimili perficeres ſtudio & diligentia,quod te feciſſe gaudemus, & tuum ſtudium vtile & ſalutare Eccleſiæ,cõmendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filii Ioannis ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, magiſtri in ſacra pagina,latoris pręſentiũ, volumẽ ſecũdũ de Sacramentis, quod per ſolennes viros videri & examinari fecimus,ſicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo deſideramus,vt volumen tertium, de Sacramentalibus, cum illud perfeceris,nobis mittas. Cæterum vt damnatas concluſiones Witcleff ſecurius valeas confutare,mittimus tibi Bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quantum poſſumus erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius cauſa laboras, Benedictionem noſtram dedimus tibi,& omnibus fratribus tuæ prouinciæ. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos ſub annulo Piſcatoris,octauo die Auguſti, Põtificatus noſtri anno Decimo.

EXAMINATIO ISTA fieri cœpit.XV. Kalend.Iulii:& durauit vſq; decimum kalen. Auguſti,quo die præſentabatur Papæ, præſentibus Cardinalibus Prælatis in conſiſtorio, per commiſſarios,dominum N.Preſbyterum Cardinalem ſancti Petri ad vincula,& dominum Bernardum Epiſcopum Cauellacenſem,doctorem in Theologia.

Reuerendissimo & apprime nobili, nec minus docto & sapienti D. Sigismundo Gonzagę Presbytero Cardinali Mantuano, & sacri ordinis Fratrum beatę Mariæ semper virginis de monte Carmelo congregationis præsertim Mantuanæ, tutelari præsidio & prudentissimo & suauissimo: Ludouicus de Lyra Theologiæ professor, & Carmelitarũ Parrhisieñ. Prior immeritus, filialẽ obseruantiã.

REpetenti mihi e rerum monimentis veteribusq; historiis fidei catholicæ per vniuersum terrarum orbem longe, lateq; diffusæ, profluxus & incremẽta, ea mox visa sunt aquarum procellis atq; vndis oppido q̃ similia. Siquidem vt illę a medio concitæ, ad extremas vsq; oras (si impetus perduraret) profluerent, reflexuq; mirando originem repeterent: ita salutis humanæ, quam in medio terræ operatus est dominus, sacramenta, & sacramentorum veridica monimenta, quæ apostoli, apostolicíq; viri, vt quorum gubernacula protectionemq; suscepisti Pater Reuerẽdissime, Carmelitæ tui, maiores nostri, ad extremos terrarum sinus, & penitus toto diuisos orbe Britannos, diffuderunt, vidẽtur illinc reciproco quodam refluxu originem velle repetere. Etenim cum renascenti hęreticorum veneno sedula indagatione antidotum ego & F. Ioãnes Hottus Theologiæ & Carmelitani instituti vna mecum professor, inuestigaremus, omnesq; angulos bibliothecę nostræ excuteremus, inciderunt in manus nostras præclara duo volumina in Witcleffistas & Hussitas, teterrimas catholicæ fidei pestes, per venerabilem sacræ Theologiæ & Carmelitanæ religionis professorem, eiusdemq; in Anglia Prouincialem, F. Thomam Walden, studiose scripta, vnum de Sacramẽtis, alterum de sacramẽtalibus: quorum id quod de sacramentis prius emittendum duximus, ꝙ circa ea & turpius & periculosius erratum videremus. In quo quidem opere concinnando, nescio quę quibus anteferam, quæve prima commendem: hominis ne modestiam, qua nihil quod nõ idem primariis ecclesiæ orthodoxæ proceribus placuisse probarit, asseruerit: an studium, quo se tot diuinarum literarum interpretes, conciliorum a secretis, historiarum scriptores & legisse & intellexisse docuerit: an iudicium, quo quæ maxime ad rem facerent, maximeq; ecclesiæ fidelium placerent delegerit: an pietatem & in fidem nostram zelum, ratione cuius tot labores obierit: an demum hæc ex æquo omnia. Verum illius tempestate nondum in præcipiti stetisse blasphemiam crediderim. Nam catholicos doctores, quos iam tum communis receperat ecclesia, nondum abnegare audebant, sed impudentibus duntaxat glossulis perperam exponere: at nunc quidam os in cælum obuertentes, nulli doctorum ecclesiasticorum ex toto assurgunt, nullius doctrinam recipiũt, sed ne ecclesiam quidem ipsos recipientem audiunt: cui tamen tantum tribuit Augustinus, vt diceret se euangelio minus fidei habiturũ nisi ab ipsa reciperetur. Isti se solos aiunt sapere, solos euangelium capere, solos vineam dominicam colere, cum tamen non nisi singularis ferus, qui ipsi sunt, depastus sit eam. Sed quid contra istos facies? Si euangelium citabis, dicent te non intelligere: si antesignanorum fidei sententiam adduces, aut inuertent, aut negabunt: neq; tamen signis aut prodigiis errores suos firmabunt. Quidnam igitur facies? Iubeas errare libenter. Nam contra negantem principia nõ esse disputandum, olim iam receptum est iudicium. At fidei principia sunt catholicorum placita ex euangelio mirabili consensu deprompta: at illa isti negant. Missos igitur faciamus vt prorsus insanos: & ad eos qui licet exiguum, adhuc tamen aliquid habẽt luminis per istos nouos Witcleffistas plurimum debilitati, emittamus Thomæ nostri prę

claras de sacramentis ex summis authoribus definitiones. In quibus (quæ isti negant) pulchre docet, peccata q̄q̄ grauiora, & deo magis abominabilia in pontificibus & sacerdotibus minoribus, q̄ in priuatis & laicis sunt, tamen illis neq; presidendi authoritate, neq; docendi facultatem, neq; consecrandi, aut instituendi potestatē adimere. Non præsidendi authoritatem: quoniam Paulus qui præceperat, Obedite præpositis vestris, non ignorauit Ananiam esse malum & peruersum, vt qui sibi ob testimonium fidei, iusserat os percuti: quocirca zelo motus: Percutiet (inquit) te Deus paries dealbate: attamē vbi didicerat illum summum esse sacerdotem, Nesciebam, inquit, fratres q̄ princeps esset sacerdotum. Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices. Ideoq; Petrus iussit obedire dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis: in iis quidē quę contra dei mandata non sunt. Nam in illis deo non hominibus parendū est. Non docēdi facultatem: nam & cordium & renum scrutator deus ac dominus noster Iesus, sciēs multos malæ vitæ ecclesiæ suę præficiendos: Sup cathedrā, inquit, Moysi sederunt scribæ & Pharisæi, omnia ergo quæcunq; dixerunt vobis seruate & facite. Ergo, inquit, q. president. Vnde & de Caipha verum quidem sed iniquo animo pronunciante, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat: subdit Ioānes, Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pōtifex anni illius prophetauit q̄ Iesus moriturus erat pro gente. Tertium, q̄ peccata non auferāt consecrandi & instituendi sacramenti potestatem, modo cætera requisita cōcurrant, author ipse in hoc opere tam euidenter docet, vt solem in meridie sudo non videat qui id nō viderit. Idemq;, qđ peruersi isti dictitant, sacramentorum præterq̄ Eucharistiæ & Baptismatis nō haberi authenticam a domino institutionem, magnis argumentis conuincit. Sed quæ est, Pater optime, seculi huius dementia, vt quæ ecclesia catholica per manus apostolorū sibi a Christo tradita, per tot secula receperit, nunc in dubium vocentur? aut quę ingratitudo, vt quæ spiritussanctus ne mole scripturarum nos oneraret, & vt merita credentium augeret, scripta noluit, isti quia euidenter satis sibi scripta negant, credere nolint? Cū scripserit Ioannes: Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse, qui scribendi sunt, libros. Pudet me, o fidei antistes & Cardinalis firmissime, pudet ac piget hui⁹ seculi, in quo ob manifestaria scelera & atrocem blasphemiam tam dira impendere videmus & gentium & vrbium (nisi deus auertat) excidia. In quæ, siqua sunt remedia, ea maxime speramus hoc opus, & cætera, quæ mox edemus, allatura. In hoc enim prisca de sacramentis fides per optimos quosq; ecclesiæ catholicæ doctores comprobatur, quos quia in eos ecclesia consensit, qui non audierint, sint nobis sicut ethnici & publicani: præsertim cum (vt a tergo primæ chartæ patet) sanctissimus Papa Martinus quintus, post maturam examinationem hoc opus cum cæteris approbarit. Suscipiet igitur magnificentissima & nobilissima maiestas tua præses noster dulcissime, hoc opus contra hereticos exaratum obuiis, vt aiunt, vlnis, ipsumq; ab inuidorum morsibus authoritate qua plurimum polles, defendet. Et quemadmodum felicis recordationis auus tuus Mantuanus Marchio inclytissimus, Mantuanam Fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo societatem, & congregauit, & congregatam protexit: cuius protectioni excellens reuerentia tua cum auito iure, tū peculiari fauore successit: ita nos, Albiēsis congregationis, pusillum quidem gregem, sed bonæ voluntatis (nam primi ordinis reformationem hac tempestate istic recepimus) in protectionis tuæ dexteritatem admittes. Vale præsidium & dulce decus nostrum. E Carmelo Parrhisiensi. Ad Tertium Idus Octob. MDXXI.

DOCTRINALIS Antiquitatum Ecclesiæ Iesu Christi, Pars Secunda: edita per F. Thomam Walden sacræ Theologiæ doctorem, & Prouincialem in Anglia: ordinis beatissimæ Dei genitricis Mariȩ a monte Carmelo, Estq; totius lucubrationis liber Quintus, tractans de Sacramentis contra Witcleffistas, Cuius subsequens est Prologus.

Doctrinis variis ⁊ peregrinis nolite abduci. Heb. xiii. Regalib⁹ iussis vestris obtēperans/inclyte dñe Anglie rex Henrice/Christi gratia triũphator īuicte/doctrinalis antiquitatũ ecclesie Jesu Christi contra witcleffistas nostrates hereticos volumen igredior iam secũdũ: opus mihi arduum ⁊ ingēs sed vtinã tue christianissime charitati/quantũ optatũ tã cõpetens: tã acceptabile q̃ erit acceptũ. Nõ latet hunc terrarũ orbẽ quo stomacho istoꝝ nouelloꝝ hereticoꝝ detestaris īfamias. Prodit hoc te tacẽte ignis iugis supplicii: q̃ te vel magis in te Christo iubente in synagoga eorũ frequẽter exarsit/flãma combussit pctõres. Prodit hoc assistrix tua sapientia quã regni põtificibus obtulisti: vt cũ eis laboraret semp/arderet semp scire quid eis acceptũ esset coram deo/omni tẽpore. At q̃s fide sedulus/nõ gauderet eximie cũ tãtus princeps nõ diu post prime vnctionis ⁊ fastus regii sacramẽtũ gauderet se in causa Christi ⁊ ecclesie primũ erexisse vexillũ/ et sup hoc deuotissime deo caneret: Benedict⁹ dñs deus me⁹ q̃ docet man⁹ meas ad p̄liũ: ⁊ digitos meos ad bellũ? Nec in hoc gaudens/ q̃ erratici spũs quibus inflant heretici/ subiicerent ei: sed q: sperauit/tali auspicãte principio/nomẽ suũ in celis esse cõscriptũ: sperauit se ex hoc heredẽ plus q̃ ducis Guillelmi / ducis Moysi: q̃ libans deo primitias probitatis vt israelitam erueret iugulauit egyptiũ: successorẽ etiã fidelẽ īstituẽs Gedeonis nocte destruxit arã Baal lucũq; succidit: ⁊ domorũ latibula in q̃bus Lollardi sua cõuenticula celebrabant/docẽtes doctrinas Balam/ ⁊ offerentes cõtra Christũ hereticã sacramẽta. Imitabat ex alo Ezechiã in regno/q̃ plus anis regib⁹ in exordiis regni docuit populũ audacter frangere simulacra opinionũ ⁊ heresũ/quas furor witcleffistice prauitatis ī regno cõsculpsit: succidere lucos/ altaria demoliri/ quib⁹ decepti vulgares aut doctores eorũ decũbebãt in clero ⁊ ne libere docerẽt in ecclesiis excelsas eis cathedras publica sanctione ecclesie fecerat interdici. Hec prima bella tibi p̃stitutis: his galeis caput dedicas recẽter coronatũ. His ducib⁹/his regibus/tibi plus placet fide q̃ Eduardis ⁊ Hẽricis illustribus alioquin regibus carne succedere. At vero hoc ip̃o iuitas me pauperculũ seruũ tuũ/vt post Heliam patrẽ meũ simili animositate decurram/quatenus inuocatione Jesu Christi in hoc torrẽte scripture paterne octingẽtos pseudoprophetas gladio perimam verbi dei: vel certe magis vt tu ipse perimas hostes Christi: q̃ omniquaq; cupis eos eẽ deuictos: put in simili casu Ambrosi⁹ loquit ad Gratianũ Augustũ. Ambrosi⁹ Petis(inq̃t) a me fidei libellũ scẽ imperator pfectur⁹ ad prelium. Nosti eñi fide magis imperatoris q̃ virtute militũ queri solere victoriam. Nam ⁊ Abraham trecentos octodecim duxit ad bellũ: ⁊ ex innumeris hostibus trophea reportauit: signoq; dominice crucis ⁊ nominis quinq; regũ victricumq; turmarũ subacto robore: ⁊ vltus est proximum/⁊ filium meruit ⁊ triumphum. Jesus quoq; filius Naue hostes quos totius exercitus manu valida superare non poterat/septẽ tubarum sacerdotalium sono vicit, vbi ducem militie celestis agnouit. Ergo ⁊ tu vincere paras/ qui Christum adoras: qui fidẽ vindicas: cuius a me libellum petisti. Hec ille in principio primi libri ad Gratianum Augustũ in prefatione q̃ incipit Regina Austri. AVTHOR. Ad opus ergo properans expectatũ qḋ veram doctrinam ⁊ tradit ⁊ exprimit ecclesie Jesu Christi: simul omnes doctrinas demonum eliminandas censeo hac voce Apostoli. Doctrinis variis ⁊ peregrinis nolite abduci. Haymo dicit in expositione huius textus q̃ doctrine varie ⁊ peregrine noua dogmata sunt hereticorũ quibus abducunt ⁊ separant simpliciores a veritate fidei. Quomodo aũt sunt doctrine varie/Augustinus exponit sermone, lxxvi. de verbis Apostoli/dicens. Nemo varietur: nemo leprosus sit doctrina inconstans: non habens vnũ colorẽ/mentis leprã significat/⁊ istam Christus mundat. Forte in aliquo variasti ⁊ inspexisti/⁊ in melius sententiã cõmouisti: et qḋ varium erat/ vni⁹ coloris effectum est. Hec Augustin⁹. AVTHOR. Ecce variam doctrinã dicit que de lepra mentis erumpit: quã inconstantia parturit/nec commutat in melius: que alteri⁹ coloris est in fundo scripture: alterius in garritu expositiõis vel assũptionis heretice.

Haymo.

Augusti.

A

Doctrina prima hereticorum.

PRima ergo doctrina omnium hereticorum est transformare scripturas sacras ad detestabiles sensus suos: eadem verba dei sed alieno sensu vestire. Contra quã prima est doctrina ecclesie Jesu Christi: nullo mentis ausu peregrino colore doctrinas celicas variare: sed eo tantum sensu ⁊ ritu expositionis vti quem eis tinctor celestis testimonio sanctorum patrum indixit. Unde Beda in expositione prime canonice Joannis/tractans hunc textum. Sicut vnctio eius docet nos de omnibus. Significans (inquit) quia verax est eadem vnctio/id est ipse spiritus qui docet homines mentiri non potest. Ideo sicut docuit vos manete in eo: doctrinis variis ⁊ peregrinis nolite abduci: ea fide/eo ritu quo ipse docuit ī illo manete. Hec ille. AVTHOR. Et fideles indocti si velint esse fide constantes debent firmiter credere q̃ heretici non habent sermones dei: neq; sensum eoꝝ: q: secretis dei nõ intersunt: querẽte de tali heretico/Esaia propheta. Quis enim affuit consilio domini? Ubi Hieronymus libro quarto cõmentarii. Nolite (inquit) credere o vulgus indoctum prophetis vobis falsa pronunciãtibus: qui dicunt. hec locutus est dominus: pax erit vobis. Unde enim possunt dei nosse secretum? aut quo annunciante domini didicere consilium? Quomodo ad eos diuine dispensationis sermo puenit? Hec ille. AVTHOR. Bene dicit vulgus īdoctũ quod credit vnum hereticum habere sensum domini cõtra totam eius ecclesiam. cui dicit Joannes in epistola Qui nouit deum audit vos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis ⁊ spiritum erroris. Spiritus ecclesie est spiritus veritatis. Spirit⁹ omnis qui cõtradicit ecclesie/est spiritus erroris. Hoc credite de witcleffistis ⁊ eritis vulgus edoctum.

Doctrina prima ecclesie.

Beda.

Hierony.

B

Doctrina secunda.

DOctrina secunda. Obtendit sepe witcleff ⁊ discipuli ei⁹ contra catholicos auctoritates Augustini: Hieronymi: Chrysostomi: ⁊ aliorũ sanctorum patrum ecclesie: frequenter item dicta canonũ ⁊ cõciliorũ magnoꝝ/vociferãs ⁊ strepens: sic ha

det Augustin⁹ vt doceo: sic lex papalis ⁊ cõcilia. Quo-
modo ergo aduersa mihi docẽtes ⁊ tenẽtes nõ sunt here
tici capitales? Propter has furias nolite abduci: nec
cito moueamini filij ecclesie: doctrine iste dico vobis sũt
varie ⁊ peregrine. Ceterũ quomodo formidaret hereti-
cus iste falsificare dictũ Augustini/ qñ non timet falsum
testem facere textum dei? Nunqd sepe probaui ⁊ mon-
straui/ ⁊ rursum infra monstrabo deo prestãte/ quomodo
de scripturis falso interpretatis heresim suã semper ni-
tatur obfirmare: ⁊ oẽs sancti dicant oẽs retro actos he
reticos fecisse similiter? Ita ⁊ oẽs falsi pphete patres
eorũ/ scriptura teste/ fecerunt. ita vt dñs ipse querelã de
eis faciens/ ⁊ populum suum monens dicat Hiere. xxiij.
Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vo-
bis ⁊ decipiunt vos: visionẽ cordis sui loquunt nõ de ore
dñi. Sequit. Non mittebã prophetas/ ⁊ illi currebant:
non loquebar ad eos/ ⁊ ipsi prophetabant. Si stetissent
in consilio meo/ ⁊ nota fecissent verba mea populo/ auer
tissem vtiqȝ eos a via sua mala ⁊ a pessimis cogitationi
bus suis. Et iterum. Audiui q̃ dixerunt pphete prophe
tantes in noĩe meo mendaciũ atqȝ dicentes somnia so-
mniaui. Usquequo istud in corde prophetarũ vaticinan
tium mendaciũ: ⁊ prophetãtiũ seductionem cordis sui?
Propheta q̃ habet somniũ narret somniũ/ ⁊ qui habet
sermonẽ meũ loquatur sermonẽ meum vere. Ecce isti fal
si prophete loquebant sermonem dei: sed nõ vere. Simi-
liter pseudoapostoli deceperunt populũ tempore sancti
Pauli dicentes: ita dicit Paulus: et sub noĩe Pauli
scribentes epistolas. Unde secũda ad Thessalonicẽses
monens eos vt caueant. Rogamus vos (inquit) fratres
per aduentũ dñi nostri Jesu Christi ⁊ nostre cõgregatio
nis in idipsum vt nõ cito moueamini a nostro sensu: neqȝ
terreamini/ neqȝ per spiritũ/ neqȝ per sermonẽ/ neqȝ per
epistolas/ tanq̃ p' nos missas. Notanter monuit Pau-
lus fideles ne cito mouerent a sensu nostro. i. apostolico:
quia sensus est interpres verbi: quẽ q̃diu homo retinet
in verbis falli non poterit. Quid igit ideo mirarentur
fideles q̃ hereticus iste verba canonũ vel conciliorũ cor
rupta producat vel ad sensum omnino a cõdẽtibus alie
num? Sic itẽ quidã hereticus contra sanctũ Ambrosiũ
verba Niceni concilij allegauit/ vnam tantũ in Christo
fuisse naturam/ perq̃ improbe: cũ ex toto nisu illud idẽ
conciliũ duas in Christo naturas docuerit et probarit.
Unde Ambrosius eũ recitat. libro de incarnatiõe verbi
parum ante mediũ/ sic scribens. Legi qđ non crederẽ ni
si ipse legissem. Legi inquã in cuiusdã libris sic positũ: — Ambros⁹
organũ ⁊ eum a quo mouebat organum vnius in Chri-
sto fuisse nature. Qđ ideo posui vt ex scriptis nomẽ de-
prendatur actoris: ⁊ aduertant q̃uis exquisitissimis ar
gumẽtis ⁊ phaleratis sermonib⁹ nõ posse vim veritatis
obduci. Et hic mihi frequẽter Niceni concilij tractatũ
se tenere commemorat: sed in illo tractatu patres nostri
nõ carnem sed dei verbum vnius substantie cũ patre esse
dixerunt. Sequitur. Quomodo ergo Niceni cõcilij no-
men obtendit/ ⁊ noua inducuntur q̃ nunq̃ nostri sensere
maiores? Hec ille. AVTHOR. Uidete qualiter heresis
veritatem vocat in testem: sed per bonos iudices est ve-
ritas liberanda. Quomodo (inquit) Niceni concilij no-
men obtenditur ⁊ noua inducuntur/ que nunq̃ nostri sẽ
sere maiores? Quomodo itẽ quãdo witcleff dicit legem
papalem affirmare panẽ esse corpus Christi in ca. Ego
Berengarius? Quomodo itẽ alia capitula decretorum
⁊ decretaliũ? Quo ausu pro pte heretica sacri cõcilij et
canonũ nomen obtendit qñ nunq̃ hoc nostri sensere ma
iores? Sic mirũ videt multis qua temeritate mendaci
potuit is idẽ appellare sanctũ Thomam ⁊ doctorẽ sub
tilẽ ⁊ Gandauũ ⁊ alios doctores scholasticos/ in authẽ
ticos testes q̃ non maneat accidens sine subiecto in sa-
cramẽto altaris/ in tractatu suo de eucharistia? Sed he
resis impudica erubescit nuditatẽ suam/ ideo consulunt
sanctos viros vt sub simplici veste patrũ ipsũ possit abs
condere: ⁊ nedũ abscõdere sed per antiquitatẽ ⁊ probi-
tatem testiũ se cõparare catholicis: queadmodũ amic⁹
ille Job typum gerẽs heretici. Senes (inquit) ⁊ ãtiqui
sunt in nobis multo vetustiores q̃ patres tui. Sup quo
textu Gregorius. xij. moraliũ sic inquit. Q. oẽs heretici — Gregori⁹.
a sancta vniuersali ecclesia sint egressi/ testat Joãnes q̃
ait. Ex nobis prodierũt: sed nõ erãt ex nobis. Sed vt ea
q̃ asserunt cõmendare stultis mentibus hoĩm quasi de
antiquitate possint/ antiquos patres se habere testant/
atqȝ ipsos doctores ecclesie sue pfessionis magistros di
cunt. Cũqȝ p̃sentes predicatores despiciũt/ de antiquorũ
patrũ magisterio falsa p̃sumptione gloriant: vt ea q̃ ipsi
dicũt/ etiã antiquos patres tenuisse fateant: quatenus
hoc qđ recte astruere nõ valent/ quasi ex illorũ authori-
tate confirment. Hec Gregorius. AVTHOR. Bñ dicit
vt ea q̃ ipsi dicunt etiã antiquos patres tenuisse fatean
tur: ⁊ q̃ recte astruere nõ valent/ quasi ex illorũ authori-
tate confirment. Nõne Augustinus sensit hanc iniuriã — Augusti.
irrogari sibi dum vixit? Respiciat liber retractationum
eius: vbi dicit Pelagiũ hereticum posuisse in libro suo
quoddã dictum eius de libero arbitrio/ ⁊ purgat se ibi
de assensu heretico. Petilianus itẽ in responsionibus — Petilia.
suis allegat pro se Augustinũ in materia de baptismo:
⁊ Augustinus librũ edidit cõtra quedã capitula sibi fal
so imputata in materia de p̃destinatione. Credibile est
si in carne viueret multo crassiorem librũ iam scriberet
cõtra innumera quasi capitula sibi falso imputata per
ipsum. Non tantũ autem hec: sed vt omnibus paganis
impudentius mentiant/ iactant scriptis ⁊ verbis innu-
meris sanctos patres ab antiquo/ etiã vniuersa Christi
concilia ab apostolorũ tẽporibus suam heresim appro-
basse. Proinde cum auditis witcleff aut eius falsos se
ctatores dicere: iste noue secte vnam nouã heresim adi
derunt contra patrum dicta ⁊ scripturam Christi ⁊ apo
stolorum ei⁹: nolite statim terreri verbis fallacibus: sed
patres ipsos ad loca que iactat exquirite: ⁊ videbitis eũ
contra totã Christi ecclesiã falsam de eis iactasse sentẽ
tiam: sed ⁊ didicisse sic facere ab Artemone heretico ca — Artemon
pite Samosatensiũ hereticorum. de quo sic scribit Euse — Eusebius
bius libro. v. ecclesiastice historie ca. xxviij. Hec heresis
purum hominẽ ⁊ absqȝ deo fuisse saluatorẽ contẽdit. Id
qȝ antiquitus ab ipsis apostolis traditũ esse mentiunt.
Aduersum quos vnus ex his quos supra memorauim⁹
ecclesiasticus scriptor ita respondit. Aiunt (inquit) etiã
ipsos apostolos ita vel suscepisse vel ceteris tradidisse si
cut nũc ipsi asserunt: ⁊ hanc veritatẽ predicationis esse
seruatam vsqȝ ad Uictoris tempora: ⁊ quõ successores
scribentes aduersum gẽtiles vel aduersum hereticos. s.
Justinus ⁊ Melciades ⁊ Tacianus ⁊ Clemens ⁊ alij q̃
plurimi de diuinitate Christi apertissime dixerũt? Hire-
nei vero ⁊ Melitonis ceterorũqȝ qui per idẽ tẽpus fue-
runt/ volumina quis ignorat? Sequitur. Quomodo er-
go tot seculis fidem predicatam nunc isti asserunt q̃ a
Uictore exordium sumpserit? Hec ibi. AVTHOR. Ita
witcleff quomodo nõ est confusus quando Innocentiũ
tertium criminatur de accidente sine subiecto/ de presen
tia corporali Christi in sacramento/ de confessione voca
li/ ⁊ huiusmodi: que dicit ante ipsum ecclesijs inaudi-
ta? Respicite hũc Artemonem cum Uictore papa: ⁊ sic
videbitis witcleff mentiri non Innocentium.

Doctrina tertia. Extollũt witcleffiste magistrũ — ℭ Doctrina tertia.
suũ/ ⁊ sapiẽtissimũ iactãt ⁊ prudẽtem/ terrẽtes
aĩas simpliciũ sub falso noĩe sciẽtie si tã peri-

to scripturarũ obaudiat: ⁊ dicũt orthodoxos/nec oẽs ꝙ superstites sunt/posse itelligere que dictitauit. Huic autem blasphemie in prologo alterius voluminis/ecclesie documẽta subscripsi. Sed recolo dixisse Augustinũ in principio libri de vnico baptismo ad Constantinum ꝙ ipse sepe ad eadem obiecta diuersa responderit/tum propter tarditatem quorundam ingenij/qui etsi non per hec verba/retẽto sensu tandẽ intrabũt per alia: tum vt res multiplicata ad multorum manus accedat. Respõdere (inquit) diuersa sentiẽtibus sepissime cogimur etiã de ijs rebus quas alijs atq; alijs sermonibus frequẽtauimus. Quod vtiliter existimo fieri/⁊ propter eorũ ingenia tardiora qui putant aliud dici cũ aliquid legunt aliter dici: ⁊ propter ipsam disputationum copiam/vt non solum ad diligẽtiores res rara perueniat: sed quodlibet e multis in manus etiam negligẽtioris incurrat. Hec ille. AVTHOR. Hoc autem ꝙ de sapientia doctoris sui/qđ de nostra tarditate ⁊ ei9 altitudine sermonis extollunt/de hereticis frequenter iactatum legi: de orthodoxis autem quantũcunq; subtilibus inauditum. Et ideo in hoc ipso ꝙ laudare magistrum querunt humiliant: eo ꝙ sapiẽs dicit Prouerbiorum.xiiij. Doctrina prudentium facilis. Aut ergo predicent magistrum suum/vt intelligatur a fidelibus/facilẽ: aut vere (vt est) arguant imprudentem. Beda super illo textu/libro secundo dicit. Doctrina prudentium facilis tũc erat quãdo Cornelius cum omni domo sua/⁊ ceteri tales verbũ humiliter audientes mox credebant: ⁊ accepto spiritu sancto linguis loquebantur omnibus. Nunc quoq; doctrinam fidei catholice prudẽs quisq; dum catechizatur facile percipit: quam heretici/quia peruerse querunt/nunꝙ prorsus inueniunt. Hec ille. AVTHOR. Et Hieronymus adaptat sibi ⁊ similib9 illud Esaie.xxix. Veh qui profundi estis corde vt a domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera eorum/⁊ dicunt. Quis videt nos? ⁊ qs nouit nos? peruersa est licet nostra cogitatio. Vbi Hieronym9 in explanationis libro ix. sic. Aduersus eosdem de quibus supra dixerat: Perdam sapientiam sapientium/⁊ intelligentiam prudẽtiũ reprobabo: etiam nunc dei sermo dirigitur: qui sapientes sunt in semetipsis: ⁊ in conspectu suo prudẽtes: de qbus rectissime illud intelligi potest: Defecerũt scrutantes scrutinio/cum scriptum sit de dei sapientia. Si eñ quis perfectus fuerit in filijs hominũ absq; tua sapientia in nihilum reputabitur. Qui idcirco arbitrãtur deũ sua nescire consilia/quia in tenebris sunt opera eorum ⁊ dicunt/Quis videt nos: aut quis nouit nos? Hec autem dicunt ⁊ sapiẽtes seculi aut hereticorum magistri/⁊ Iudeorũ pharisei: ꝙ nullus eos intelligat. Hec Hieronymus. AVTHOR. Blasphema ecce trinitas preceptorum solet ita dicere ꝙ nullus eos intelligit. Nos autem non ita dicamus de aliquo orthodoxo/quia nõ hoc consueuit ecclesia Iesu Christi. Et in.ij.lib.contra Rufinũ Hieronymus. Dydimi iterpretaris exodion: in quo ille casso labore conatur alienum errorem defendere: ꝙ Origenes qđe bene dixerit: sed nos simplices homines ⁊ cicures Enniani/nec illius sapiẽtiam nec tuã qui interpretatus es intelligere possum9. Hec ille. AVTHOR. Sed ⁊ fieri potest vt qui intelligibilis nobis esse negatur: fuerit etiã min9 intelligibilis sibijpsi. Certe vbi errauit ibi nescius sibi fuit. sicut ⁊ idem Hieronymus lib.i.cõtra Rufinũ/versus finẽ sic attestatur. Quid ad te pertinet si alius non intelligat quid velis dicere cum nõ ad omnes/sed ad tuos loqueris? Denique ⁊ ego scripta tua relegens ꝙꝙ interdum non intelligam qđ loquaris ⁊ Heraclitum me legere putem: tamẽ non doleo nec me penitet tarditatis. Id eñ in legendo patior

Augusti.

Beda.

Hierony.

Hierony.

D
Cicures Enniani.

Hierony.

qđ tu pateris iscribẽdo. Hec Hieronym9. AVTHOR. Quid ergo erit nobis graue ꝙ nouũ Arriũ aut Philetũ nõ dat intellexisse qđ scripserit: qđ nõ oĩbus sed suis clericulis calamũ tinxerit: ⁊ hoc ille patiatur scribẽs/qđ nos dũ legim9/puta ꝙ se nõ intellexerit? Saltẽ qđ tulit prouidus ⁊ profundus doctor Hieronymus ab emulis suis/nos mediocriter feremus a nostris. Non dubiũ quin veri fideles cupiant esse faciles in dicendo: cũ contra heretici/quia laborãt tegere qđ mẽdaciter proferũt/obscure loquantur. Vñ Augusti. de vera innocẽtia propositione.lxvij. Difficilia ⁊ laboriosa sunt figmenta mendacij. qui enim vult verum dicere non laborat: quietiores enim sunt boni ꝙ mali: ⁊ absolutoria sunt verba veraciũ ꝙ commenta fallacium. Hec ille.

Augusti.

Doctrina quarta varia ⁊ peregrina istorũ wicleffistarum est qua sectatores wicleff nituntur magistri sui purgare infamiam: ⁊ dicunt ꝙ nõ ea docere studuit in quibus eum maculauit ecclesia: sed dicunt fratres libros eius iam corrupisse post mortẽ: ⁊ deprauasse sententias. Sed idcirco docet ecclesia filios suos: ne huic fallacie hereticorum corda relaxent: sed firmiter estiment ⁊ nouerint iuste sanctos patres ⁊ perfidiam ⁊ authorem eius condemnasse sub nomine. Nam ipse cum superstes esset in concilio prouinciali sanctorũ episcoporũ Londonijs in cõclusionibus ⁊ peruersis dogmatibus suis iustam tulit sententiã. Ipse autem vt digne censeretur hereticus/easdem tuebatur ⁊ defendebat postmodum in secunda parte sermonum/⁊ in trialogo: ita vt pudeat sectatores suos contra os proprium velle purgare magistrum. Testantur item ⁊ conuincunt eum super peruerso dogmate libri quos a discipulis suis inquisitores vi tollunt/quos ipsi econtrario magnificant: docent in angulis/⁊ in alias terras deferunt ⁊ scribendo multiplicant. Sed quia conformem sibi locum inueniunt argumenta Hieronymi/duco in publicum que ipse armata penna contra fautores heresum Origenis inuexit/quorum vnus asserit errores illos additos ac insertos libris suis ab hereticis. libro secundo contra Rufinum sic scribens. Respõdeat vnde illi orta sit suspitio hec ab hereticis addita. Quia (inquit) de eisdem rebus in alijs locis eiusdẽ authoris catholice dictum legeram. Videamus quod primum est: vt ordine venerit ad secundum. Probo ego inter multa Origenis mala hec maxime heretica/Dei filium creaturam: Spiritumsanctum ministrum: Mundos innumerabiles eternis sibi seculis succedẽtes: Angelos versos in animas hoim: Animã saluatoris fuisse anteꝙ nasceretur ex Maria ⁊c. Hec i Origenis libris ego heretica doceo: tu ostẽde in quo eius opere his ꝯtraria legeris. Nolo dicas que de eiusdẽ reb9 i alijs locis eiusdẽ authoris catholice dicta legerã. Nec me mittas ad sex milia eius libros quos legisse beatũ papã Epiphaniũ criminaris: sed ipa loca nomina. Nec hoc mihi sufficit/nisi dicta eadẽ ad verbũ protuleris. Non est fatuus Origenes: ⁊ ergo sibi cõtraria loqui nõ potest. Hec ille. AVTHOR. Et ego etiam cõtra fautores wicleff his ratiõib9 Hieronymi quare nõ vtar? Nõ est nouella hec excusatio quã affertis: sed nõ video nisi solis hereticis vtilẽ. Dicitis a fratribus: nõ dicitis hereticis: hec addita mala/ꝙꝙ sine heretico dolo (vt arbitror) addi nõ possent. Sed vbi gĩ in operib9 eius illorũ errorũ ipsi9 assertione legetis opposita? Ipse dixit ⁊ asseruit qđlibet eẽ deũ. Deũ esse vilissimã creaturã/qr materialẽ essentiã. Corpus Christi in sacramẽto eẽ aliqđ peius testudine vel rana. Religione communi populi Christiani nullã esse in ecclesia meliorẽ. Totũ cetum epõrũ ⁊ paparum a Sylvestro deinceps eẽ vnũ corpus Antichristi. ⁊ talia

E
Doctrina quarta.

F
Origenistas taxat Hierony.

G
Origenis errores.

H
Errata wicleff.

plura. Ubi in operibus eius reperietis eū asseruisse cō-
trariū? Nō me mittas ad multas eius chartulas: quas
cōscripsit. Nō mihi sufficiet/nisi sicut dixit Hieronym⁹/
eadē dicta sana ad verbū protuleris. Non erat fatuus
witcleff (vt dicitis) ergo contraria sibijpsi loqui nō pōt:
Hierony. ꝛ sicut addit bene post in eodē libro Hieronym⁹. Alio-
quin oīa que heretica sunt/nō erunt Origenis/sed here
ticorum. Oēs aūt propemodū illius tomi his erroib⁹
pleni sunt. Nihil Origenis erit/sed eorū quorū ignora-
mus vocabula. Hec ille. AUTHOR. Ita dico: si ista he
retica nō sunt witcleff/q: fingi possunt esse fratrum/ sic
omnia que sunt heretica nō erūt witcleff. Et cum nō sit
vel schedula eius a talibus libera/nihil tamen erroris
erit witcleff: immo nec alicuius ante eū heretici: sed be
ne dicta erūt illorum forsan: peruersitates aūt heretice
erunt illorū quorū ignorāt vocabula. Sed iterū ego so-
lebam interrogare cuiusnā sint peruersitates quas pre
dicant discipuli witcleff/ꝛ a quo doctore acceperint il-
Ironia videtur. las? Si ille fuerit corruptiones fratrū: quare sic odiūt
fratres? Cur persequunt ita magistros? Quare etiam
fratres ab exordio predicāt/docēt/latrāt in omni scho-
la: in omni ecclesia contra corruptiones illas: cōtra do-
gmata non vt ipsi dicūt aliena/sed propria? Saltem re
spuant ipsi corruptelas fraternas: nolint hereses illas
defendere: quas (vt dicunt) non witcleff veridicus do-
ctor/sed falsi fratres inuidētes claritati noīs eius inse-
J ruerunt post obitum. Detestentur palam/abiurēt vt no
Errata witcleff. xium/abnuāt vt dogma corruptum ꝙ panis naturalis
sit Eucharistie sacramētū: ꝙ solū figuraliter/ꝛ nō in ab
soluta essentia sit ibi corpus Christi: ꝙ deus est quidli-
bet: ꝙ summus pontifex ꝑpter dotē est manifestus An
tichristus: ꝛ similia. Nam si ista sunt dogmata witcleff
rite debuit cōdēnari. Si sunt corruptele fraterne/quis
eos seduxit sequi ꝑuersitates fratrū/quos tātū abhor-
K rēt/ꝛ oībus vijs ꝑdicāt abolēdos? Sed idcirco dn̄s no
Iudeorum vtilitas. ster Christus voluit ꝑmanere Iudeos īter Christianos
vt ipsi nobis essent testes de gestis ꝛ predicatione Chri
sti/dicēte Psalmista/Ne occidas eos nequādo obliui
Augusti. scant ppl'i mei. ꝛ Augustino sup psal. xl. in fine. Modo
fratres nobis seruiūt Iudei tāꝙ capsarij nostri/erudiē
tib⁹ nobis codices portāt. Sequit. Apud illos sunt ꝓ-
phete ꝛ lex: in qua lege ꝛ ꝓphetis Christ⁹ ꝑdictus est
qn̄ agimus cū paganis/ꝛ ostēdim⁹ hoc venire modo in
ecclesia Christi qd̄ ante ꝑdictū est de noīe Christi/de ca
pite ꝛ de corpe Christi: ne putēt nos finxisse illas ꝑdica
tiones: ex his reb⁹ acciderūt. quas si existimāt nos con
finxisse ꝓferim⁹ codices Iudeoꝝ: nempe Iudei inimici
nr̄i sunt: chartis inimici cōuincit aduersarius. Hec ille.
AUTHOR. Ita ꝙ chartis hereticoꝝ cōuincent hereti
ci: ipsi inimici nr̄i sunt: de ipsoꝝ libris ꝓferim⁹ qd̄ ipoꝝ
doctor docuerit nō qd̄ nosipi ꝯfinxim⁹. Ipsi capsarij/ip
si codices nob' ferūt. Sic dn̄s Jesus Christ⁹ ī euāgelio
suo dogma Phariseoꝝ interserit: qcūꝙ iurauerit ꝑ tē
plū nihil ē: q̄ aūt iurauerit ī auro tēpli/debet. Sic egre
gi⁹ Augustin⁹ disputatur⁹ ꝯtra Iulianū ꝑ. vi. lib. ꝯtra
Faustū ꝑ. xxij. libros: ꝯtra Manicheū in ep'la fundamē
ti: cōtra eūdē de natura boni/ꝓpositiōes semꝑ assumit
heretici: ꝛ tādē solutiōes suas submittit. Sic dicit eque
sctūs Ambro. lib. de pr̄e ꝛ filio ad Gratianū Augustū.
cap. vij. ꝙ scti pr̄es iterseruere sacrilegia dogmatis Ar
Ambro. riani libris suis vt ipa ꝑuersitas se ꝑderet. De⁹ (iq̄t) ex
deo/lumē de lumine/de⁹ verus de deo vero/ex pr̄e nat⁹
nō fact⁹/vni⁹ substātie cū pr̄e. Sic nēpe nostri secundū
scripturas dixerūt pr̄es: q̄ etiā sacrilega dogmata ideo
suis inserēda putauere decretis: vt Arrij pfidia ipsa se
ꝑderet: ne quasi fucis qbusdā ꝛ colorib⁹ illita velaret.
Fucū eīn faciūt q̄ nō audent explicare qd̄ sentiūt. Cen

sorie itaꝙ impietas Arriana/non expositione reserat/
s; dānatiōe detegit: vt q̄ curiose gestit audire/pri⁹ dāna
tā cognosceret ne laberet: ꝙ expositā audiret vt crede-
ret. Hec ille. AUTHOR. Uolo ꝙ satisfacere credituris
vt caueāt/ꝛ errātib⁹ ne insultēt cōtra nos ꝙ aliud im-
putem⁹/vel aliter ꝙ ipse scripserit. Ipsa verba ei⁹ ꝑdu
cent in mediū cū annotatione locoꝝ: ꝛ nedū hoc/sed cū
fucū facit/vt dicit Ambrosi⁹/deprehēdat: etsi non a me
tn̄ ab alijs. Fucū ei īterdū facit nō audēs explicare qd̄
sentit. sicut in scda pte de sermōe dn̄i in mōte ī materia
de Eucharistia dicit patere posse qd̄ sentit scieti came-
rare verba sua. Et lib. de ideis: ꝙ nō esset dicēdū rustico
ꝙ equus esset deus eius/ꝛ similia alibi.

Doctrina quinta witcleffistarū varia ꝛ peregri L
na est/ꝙ magister suus witcleff non oīa asserit Doctrina
que epi vel fratres ipsi iponūt: aut ī dictis ei⁹ quinta.
inueniūt. Quia indistitue (inquiūt) aut arguitiue multa
dicit q̄ asserere nō ꝓponit. S; ecōtrario docet ꝛ monet
eccl'ia Jesu Christi ne in his friuolis excusationib⁹ ꝑ-
mittāt sibi witcleffistas edificare ꝓstibulū. Nam vbi
witcleff assumptū suū hereticū rōne corroborat: ꝛ fa
toris scripturis ꝛ patrū dictis defendit/ꝛ sine solutiōe
aut declaratione veritatis opposite cū multiplici blas-
phemia ꝛ aggerib⁹ scādaloꝝ ꝙ bn̄ tutū reliquit ꝑsidiū
qualiter tibi videri pōt cū sola arguitiōe aut tētatiua
inquisitione ꝓcedere? vbi tu vides vbi me latet cor ei⁹
hereticū? aut q: tn̄ arguit vel iterrogat? Aut putas so
lū argumētū nō posse ꝓficere vt ī causa heretica valide
militet: subuertat efficaciter? Respice attēti⁹ coloratū
biuiū Tullianū: quāta vi ratiocinatio aut ꝯcinna subie
ctio causaꝝ exaggerat: quali cuspide vulnerat aduersan
tē. Interrogatio sola nō citi⁹ porrigit ꝙ soluat. An nō M
erūt isti tūc solidi aduocati ad excusādū Pilatū q̄ hoc Pilati ꝑ-
mō pene semꝑ inquirēdo exercet tribunalia necis Chri contatio-
sti? Nō audis quāta aduersū te dicūt testimonia? Quid nes.
faciā de Jesu q̄ dr̄ Christ⁹? Quid eīn mali fecit? Regē
vestrū crucifigā? Mihi nō loqueris? Nescis q: ptātem
habeo crucifigere te? Quid est veritas? Et vt scires mo
re rhetorico etiā planā asserētis ꝛ affirmātis mentē in
nuda rōcinatiōe vel interrogatiōe vestiri: cū Christū in
terrogat argumēto cōcludēs: Ergo rex es tu? Christus
hoc eū asseruisse rn̄dit. Tu dicis (īquiēs) q: rex sū ego.
Egeni ꝙ rhetorici hoc mō excusant hereticum. Nō affir
mat q: interrogat/argumētat vel inqrit. imo affirmat
ꝛ eo arcti⁹ ꝙ sic argumētat ꝛ nō soluit. Sicut vir q̄ frau
dulēter nocet amico suo/ꝛ cū fuerit dephēsus/dicit. Lu
dēs feci. Prouerbioꝝ. xxvi. Eo eīn fallere itēdit simpli-
cem/ꝛ eo si deprehēdat aufugere. Semꝑ in biuio est he
retic⁹: ꝛ semꝑ isigit veritatē mēdacio/aut saltē verisile
cōplicat veritati: sicut idola paganoꝝ amphibologica
cultorib⁹ suis solebāt dare respōsa. Hieronym⁹ scribit ī
illud Esaie. xli. Hec q̄ vētura sunt idicate nobis. Si ali- Hierony.
qs dixerit multa ab idolis eē ꝑdicta: hoc sciēdū ꝙ sem
ꝑ mēdaciū iunxerint veritati: ꝛ sic sentētias tēperarint
vt seu boni seu mali aliqd accidisset/vtrūꝙ posset itelli
gi: vt est illud Pyrrhi regis Epirotarū. Aio te Eacida
Romanos vīcere posse. ꝛ illō Cresi. Cresus Halymitrāf
iens ꝑdet exercitū. Et tādē in fine expositionis huius.
Quicqd de idolis ꝛ gētib⁹ dixim⁹ referam⁹ ad dogma
ta prauitatis ꝛ ad pricipes eoꝝ heresiarchas/ꝙ Chri-
sto pacē eccl'ie nūciāte ꝛ mōstrāte eis veritatis viā ipsi
sequant errorē. Hec Hieronym⁹. AUTHOR. Ita igit
hucusꝙ proficit disputatio witcleffistica/vt caute illa-
queet innocētē/ꝛ tn̄ possit defendi ante iudicē. Quo cō
tra disputator fidelis plane arguit: nullū fallit: ꝛ ne ipe
fallat pcauet. queadmodū Augustin⁹ ꝯditiones vtrius
ꝙ/fidelis. s. disputatoris ꝛ infidelis assignat lib. i. cōtra

Augusti. Cresconiũ grãmaticũ.cap.xvij. Qui(inq̃t)disputat/q̃d sit verũ discernit disputando a falso:qd q̃ nõ possunt/cũ dialectici videri volũt p̃ insidiosas interrogationes captãt incautorũ assensiones/vt ex eorũ respõsionib⁹ cõcludãt vñ illos vel in aperta falsitate deceptos rideãt vel occultã falsitatẽ deceptis persuadeãt/quã plerũq etiã existimãt veritatem. Qui aũt verus disputator est .i.veritatis a falsitate decretor:primo id apud seipsum agit:ne nõ recte discernẽs ipse fallat/qd nisi diuinitus adiutus pagere nõ põt:deinde cũ illud qd apud se agit ad alios docẽdos ꝓfert/intuet primitus q̃d iã certi nouerint/vt ex his eos adducat ad ea que nõ nouerãt/vel credere nolebãt:ostẽdẽs ea cõsequẽtia his que iã sciẽtia vel fide retinebãt:vt p̃ ea vera q̃bus se prospiciunt cõsentire/cogant alia vera q̃ negauerant/approbare: ⁊ sic verũ qd falsũ antea putabat discernat a falso/cũ inuenit cõsentaneũ illi vero qd iã antea tenebat. Hec Augustinus. AVTHOR. Ecce duplex disputatorꝝ genus. Cuius gñis est witcleff vester quẽ defenditis:nõne cũ arguit aut inquirit/⁊ inquisitio ipsa est heretica/si non subiungat veritatẽ respõso/aut hoc intẽdit habere pro vero/vel facit vt penã rideat innocẽtis:⁊ vtroq mõ falsus est/⁊ disputator hereticus:sicut iã docuit Augustin⁹: Per isidiosas (inq̃t) iterrogatiões captãt icautorꝝ assensiones vt concludãt vñ illos vel in aperta falsitate rideãt/vel occultã falsitatẽ deceptis persuadeãt. Idcirco catholici doctores si tale q̃d interrogẽt/statim verã solutionẽ aptãt/vñ veritas pateat dicẽdoꝝ.

R Q. aliena nõ iputet witcleff. Q. autẽ dicis eũ aliena ꝓmouere qñq:que q̃busdã insciis lectorib⁹ et⁹ esse vident: quãtũ noui null⁹ scriptor catholicus q̃ cõtra eũ ante hoc scripserit sic offẽdit vt hec illi⁹ esse dixerit. Sꝫ hoc noui:q isto mõ pores heretici suas hereses ꝓduxerũt sub tertia ꝑsona:quasi alij hoc dixissent/⁊ nõ ipsi:erubescẽtes ꝯtra fidẽ ecclesie suas ꝓdere nouitates.qualiter Pelagius putari põt fecisse:⁊ detegit Augustin⁹ ep̃la ad Marcellinũ.ca.iij.

Augusti. Nos(iquiẽs) nõ negligẽter oportet aduertere istũ(sicut eũ q̃ nouerũt loquunt)ꝓcauẽdũ virũ hãc argumẽtationẽ cõtra pcti propaginẽ/nõ ex ꝓpria intulisse ꝑsona:sed q̃d illi dicãt q̃ eã nõ approbãt intimasse. Nec solũ hoc qd mõ ꝓposui eiq respõdi:verũetiã cetera q̃b⁹ me in illis libris iã rñdisse recolui. Nã cũ dixisset. Si Ade(inquiũt) pctm̃ etiã nõ peccãtib⁹ nocuit:ꝗ⁊ Christi iustitia etiã nõ credẽtib⁹ ꝓdest:q in ijs q̃ rñdi cernis q̃ nõ solũ nõ expugnẽt qd dicim⁹/sed etiã nos admoneãt q̃d dicamus:secutus adiũxit. Deinde aiũt:si baptism⁹ mũdet antiquũ illud delictũ:⁊ illud quoq addũt(inq̃t)q si aĩa nõ est ex traduce ⁊c̃. Dicũt etiã(inq̃t)nulla rõne concedi ⁊c̃. Vñ subdit Augusti. Uides ne obsecro queadmodũ hoc totũ Pelagi⁹ nõ ex sua sed ex alioꝝ ꝑsona indiderit scriptis suis:vsqueadeo sciẽs hãc nescio quã esse nouitatẽ que cõtra antiquã ecclesie insitã opinionẽ sonare nunc cepit/vt eã ipse cõfiteri aut verecũdat⁹/aut verit⁹ fuerit. Sequit ifra. Sꝫ fieri põt vt etiã istoꝝ argumẽtis q̃ cõtra pcti traducẽ sentiũt adhuc fortasse moueat vt audire vel nosse q̃d ꝯtra eos dicat expectet. Hec Augusti. AVTHOR. Ecce biuiũ Augustini q Pelagi⁹ intulit hec argumẽta ex ꝑsonis alioꝝ q: erubuit ꝓpria ꝯfiteri: imo ipsi⁹ nõ eẽ assentatores ei⁹ dixerũt:⁊ sic amouerũt Augustinũ de multis respõsis q̃ tãq ipsi Pelagio ꝑparasset.vel forte erãt alioꝝ:sed quõ ali⁹ eis rñderet/expectat:⁊ tũc subdit Aug. Ego aũt etsi refellere istoꝝ argumẽta nõ valeã:video tñ inherendũ esse scripturis. Hec ille. AVTHOR. Ita quãtũ possum cõsequar Augustinũ posuisse q ipsius sint q̃uis vt nõ sua quedã ex aliorũ persona pronũciet:sed erubescit dicere ꝓpria q: tam pijs auribus sunt absurda. Nec existimãdũ est eũ qui a cunctis pene retroactis hereticis aliquam heresim sapuit/magistrorum suorũ velle preterire cautelas. Uel sint aliena/⁊ si ipsi non placeant aut pro eo non militẽt non sint eius:saltem ne seducãt simplices qualiter eis respondeatur expectet:⁊ tandem hereat veritati.

Doctrina sexta. Doctrina sexta per quam abducunt fideles doctrinis suis varijs ⁊ peregrinis heretici witcleffiste affirmantes voce valida q doctrina sua sit laudata in remotis partib⁹ ⁊ in studijs generalibus/Parrhisijs/Oxoñ/Bononie/⁊ per fines Hispanie/Anglie/⁊ Francie comprobata. Unde vt fertur literas approbatorias furtiue signari fecerunt sigillo vniuersitatis Oxonie:quas apud Pragẽses ꝓ grãdi auctoritate mõstrarũt.

O witcleffistaꝝ fraus Sed nolite abduci fideles ecclesie/state sup petram/⁊ in hac ventilatione heretica sitis grana/nõ palee:cum primo flatu heretico de Christi area dispergende. Hic mos hereticis witcleffistis relictus est a patribus eoꝝ Pelagianis quasi hereditariũ mendaciũ in quo cõueniãt. Unde Augustin⁹ ita recitat Pelagianos fecisse libro quarto cõtra duas epistolas pelagianoꝝ in fine.

Augusti. Quid(inquiẽs)est q rabiosa mẽtis cecitate nũc iactãt toto penitus occidẽte nõ minus stultũ q̃ impiũ dogma esse susceptũ: quãdoquidem dño miserante/siquidem ecclesiam misericorditer gubernãte sic vigilauit catholica fides/vt nõ minus stultũ q̃ impium dogma queadmodũ Manicheorum ita etiam non susciperetur istorum. Hec ille. AVTHOR. Ita nẽpe quia veros non possunt/falsos sibi fauores accumulant/⁊ amicos sue peruersitatis mendaciter iactitant ne testibus destituti vilescant. Sed sicut Pelagiani capti sunt/ita nõ dubiũ in mẽdacio vestro capiemini witcleffiste:quãdo felix Oxonia assumet contra vos sententiã Esaie dicẽtis. Fortitudo maris ait:nõ parturiui neq peperi/neq enutriui iuuenes/neq exaltaui virgines. Cum autem auditũ fuerit in Egypto:apprehendet eos dolor super Tyro.

Hierony. Hieronymus ibidem in commẽtario libri.vij. Non enim(inquit) parturiui/neq peperi/nec captos a te enutriui iuuenes/nec eleuaui virgĩes:quarum stultitia in euangelio condẽnatur. Mea enim parturitio ⁊ partus ⁊ nutrimẽtum ⁊ eleuatio virginũ apostolorũ Christi parturitione deleta est:quorum vnus loquebat. Filioli mei quos parturio iterũ donec Christ⁹ formetur in vobis.

re ecclesiā electorū ⁊ esse mēbra colūbe:⁊ eo ipso ꝑ̄desti
nari ad vitā.Hoc supra mōstrauit:⁊ iterū cōtra donati=
Augusti. stas libro.iiij.exhibet Augustinus. Nunc(inquies) que
ritur quomodo poterunt homines ex parte diaboli per
tinere ad ecclesiam non habentem maculam aut rugā
aut aliquid eiusmodi:de qua etiam dictum est. Una est
columba mea . Qḋ si non possunt/manifestum est eam
inter alienos gemere ⁊ intrinsecus insidiātes/⁊ extrin=
secus oblatrantes. ⁊ differens solutionem huius vsq̄ꝫ
in.xxiij.cap.de conuersione inquit. Nullus desperan=
dū est/siue foris siue intus constituti/q̄diu patiētia dei
ad penitentiam adducit/⁊ visitat in virga facinora cor
⁊ in flagellis peccata eorum.Hoc modo enim misericor
diam suam nō dispergit ab eis:si ⁊ ipsi misereantur ali
quando anime sue placentes deo. Sicut enim bonus q̄
perseuerauerit vsq̄ꝫ in finē/hic saluus erit:sic ⁊ malus
siue foris siue intus/qui perseuerauerit vsq̄ꝫ in finē sal
uus non erit.Hec ille. AVTHOR. Non est ergo despe
rādum de salute cuiusq̄ in hac vita:quin saluus esse po
terit.Certum tamen ⁊ definitum est apud dei prescien=
tiam q̄ finaliter reprobandus saluus esse nō valet.Cui
veritati catholice/illud item fidele principium antece=
dit:aliud posse eē/aliud esse/vel futurum eē:sicut libro
secundo de baptismo paruulorum.cap.vi.dicit Augu=
Augusti. stinus. Alia questio est vtrum esse possit? Alia vtrū sit?
Alia si non est/tamen possit esse/cur non sit? Alia vtrū
qui omnino nunq̄ vllum peccatum habuerit/non solū
quisq̄ sit:verumetiam poterit aliquādo esse/vel possit.
In hac quadripertita propositiōe questionum / si a me
queratur vtrū homo sine peccato possit esse in hac vi
ta/confitebor posse per dei gratiam:⁊ liberum eius ar=
bitrium.Et post multa. Si autem/quod secundo posue
ram/queratur vtrū sit/esse non credo. Magis enim scri
pture credo dicenti. Non intres in iudicium cum seruo
tuo:quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vi=
uens.Hec ille. AVTHOR. Ubi iam est qḋ Wicleff nu=
gaciter iacta/omne possibile est verum:⁊ nihil posse esse
nisi quod fuit est ⁊ erit. Ecce quem dicis Augustinum
tuum:⁊ inde sectatores tui gloriāter te cognominabāt
Joannē Augustini. Ipse contra te disputat:⁊ definiuit
aliquod possibile quod nunq̄ erit:hominem scilicet in
hac vita sine peccato . Et ego constanter cum ecclesia
eque dico. Prescitum adhuc superstitem sine finali pec
cato posse esse:⁊ per hoc saluari posse/sed nunq̄ sic fu=
turum esse:⁊ vtriusq̄ꝫ euētus prescium ⁊ omniscium esse
deum. Sed forsan obijcitur quod Augustinꝰ supra ter=
tio loco abhinc dixit de damnatis a Christo:Nesciēte
ecclesia/absit vt intrare possint limites hortus cōclusi:
quasi nō possint absolute intrare qui reprobi sunt. Sed
hoc refellit ipse quando viam ostendit/per quam intra
re possunt/dicēs. Si confitentur ⁊ corriguntur:tunc in=
trant. Sed intelligit non posse intrare nisi mutentur.
Quo contra/Donatiste quidam insultabāt catholicis:
quando receperunt ad penitentiam ecclesie/venientes
de heresi:dicentes eos receptos quales fuerant. Unde
contra Cresconiū lib.ij.cap.ix. Augustinus. Noli ergo Augusti.
(inquit)vlterius in hac re non tantum carnaliter/verū
etiam pueriliter sapere:vt tales quales erāt/vestros a
nobis suscipi existimes qui conuersione voluntatis ab
errore veniunt ad veritatem/a diuisione ad vnitatem/a
dissensione ad pacem/ab inimicitijs ad charitatem/ab
humana presumptione ad diuinarum scripturarum au
thoritatem. Non autem prius incipiunt esse nostri:q̄ es
se destiterint vestri . Hec conuersio voluntatis repente
mutauit non solum in teloneo peccatorem/verumetiā
in cruce latronem.Hec ille. AVTHOR. Inter hec ta=
men omnia predicta de horto cōcluso ⁊ statu intrantiū
illam electorum ecclesiam:sciendum est q̄ Augustinus
non semper loquitur vniformiter:sed quandoq̄ꝫ dicit il=
lam esse predestinatorum omnium:quandoq̄ꝫ precise iu
storum:quādoq̄ꝫ membra eius esse ⁊ intrare debere:quā
doq̄ꝫ intrare posse qui extra sunt . Nusq̄ tamē repperi
eum dicere prescitum virum intraturum esse q̄uis for=
te intus esse videatur:vel si cōuerti velit possit intrare.
Predestinatos autē malos dicit extra eam esse / q̄uis
in prescientia dei esse intus videantur/quia intus erūt.
libro.iiij.contra Donatistas.ca.iiij.vbi dicit . Secundū Augusti.
prescientiam qua nouit deus quos predestinauerit an=
te mundi constitutionem / conformes fore imagini filij
sui. Multi etiam qui aperte foris sunt ⁊ heretici appel
lantur:multis ⁊ bonis catholicis meliores sunt. Quid
enim sunt hodie videmus:quid cras futuri sunt/ignora
mus. Et deo quidem apud quem sunt presentia que vē
tura sunt/etiam quod futuri sunt iam sunt. Nos autem
secundum id quod in presenti est quisq̄ꝫ hominum que=
rimus. Utrum in illius ecclesie mēbus que vna colum
ba dicta est ⁊ sponsa Christi sine macula ⁊ ruga ho=
die deputandi sunt ⁊c̄ . De auaris tandem in fine. In
membus illiꝰ columbe nec hi nec illi sunt hodie : sed
aliqui eorum fortasse futuri sunt.Hec ille. AVTHOR.
Hic agit de nō mēbris secūdū presentē iustitiā. qḋ idcir
co pōdero:q2 dixit. Tales hodie mēbra Christi ecclesie
⁊ vnice sponse nō sunt:q̄uis futuri sunt nō obstante q̄
in dei presciētia mēbra sunt. Falsiter ergo parologizat
Wicleff quādo dicit hoc esse qḋ apud deū est:q̄q̄ penes
hoīes aliter sit/vel secūdū presentis iustitie statū. Sed
qḋ exigit presens tractatus dicere/si predestinatus po
test perire finaliter:restat vt probet ꝑ scripturas : q̄q̄
satis difficile sit probare. Dei spiritu eni dictū est ange
lo Philadelphie. Apocal.iij. Quoniā seruasti verbum

patiētie mee/ ⁊ ego seruabo te ab hora tētationis que ventura est in orbē vniuersum. Ecce veniā cito/tene qꝺ habes/vt nemo accipiat coronā tuā. Ecce huic proposito vt videt̄ reuelauit deus pseuerantiā finalē in bono: ⁊ sic predestinationis ad vitā: cū quo etiā reuelauit periculū amissionis corone: qꝺ potuit imminere. Ergo predestinatus ad coronā potuit eam amittere. Sic enī ac-

Corona. cipit̄ hic corona ꝓ premio vltimato beati/secūdū illud Apl̄i de currentibus in stadio. Et hi qdē vt corruptibilem coronā accipiāt: hi aūt incorruptā. Si dicat Wicleff non potuit eam amittere/sed si non teneret/posset: esset ergo ammonitio sine ratione: qꝛ q̄ absolute fuit impossibile eū coronā amittere: tam absolute fuit impossibile eum nō tenere per te. Itē Joannes Baptista dixit Hierosolymitanis. Matth. iij. Facite fructū dignū penitentie: ⁊ nolite dicere apud vosmetipsos: patrem habemus Abrahā. Potēs est enī deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Sequit̄. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet̄. Ecce quidā istorū fuerūt predestinati filij Abrahe/si facerēt penitentiā fructuosam: qui tamē si fructū nō faciāt/excidi possunt: ⁊ alij loco eorū substitui: de lapidibꝰ his. i. duris gentilibꝰ procreati. Sic enī preponit̄. Potēs est deus. ⁊ sequit̄. Oīs arbor ⁊c̄. Ergo predestinati filij dei possunt sua culpa perire. Sic enim

Chrysosto. hoc loco Matth. dicit Chryso. in impfecto. Timeāt ꝑcisionem suā ⁊ faciant fructum: nam q̄uis malus nec timore corrigit̄: tn̄ bonus nisi timuerit perit. hec ille. Et

Augusti. Augusti. sup p̄o. xlvi. Potēs est deus de lapidibꝰ istis suscitare filios Abrahe. Nō enī remāsurus est Abrahā sine filijs si vos damnaret deꝰ. Potēs est enī ⁊ damnare quos odit: ⁊ illi reddere quos promisit. hec ille. AVTHOR. Si dicat Wicleff: nō ita possunt absolute si minatur eis hoc Joannes si nō fecerint fructū: q̄ fatua cōminatio ⁊ cōminationis illatio? Si nō possit de potentia dei absoluta hoc deus facere qꝺ minat̄. s. pscindere eos: nec ipsi nō facere fructū/quē mādauit: vt quid ergo minas facerem deo q̄ subruā thronū eius nisi produxerit bonū spm̄ in vnitate eccl̄ie? cum nec ego de potētia cuiusq̄ absoluta possem subruere sedē dei: nec ipe diuinū spiritū non spirare. Alios textus scripture equales istis possemus adducere: sed istos infero qꝛ ad hūc effectum eos fulcitos inueni ꝑ expositionem Aug. lib. de correptione ⁊ gratia. cap. lxi. vbi probat ab intēto q̄ predestinatorꝫ numerus est certus sine additione vel diminutione fienda: q̄uis quidā de numero possint defice-

Augusti. re. Aug. Hec de his loquor q̄ predestinati sunt in regnū dei/quorū ita certus est numerus vt nec addat̄ eis q̄cq̄ nec minuatur ex eis: nō de ijs qui cū annunciasset ⁊ loquutus esset multiplicati sunt sup numerū. Ipsi aūt vocati dici pn̄t/nō aūt electi: qꝛ nō sunt scd̄m ꝓpositū vocati. Certū vero esse numerū electorū neq̄ augēdū neq̄ diminuēdū/q̄uis ⁊ Joannes Baptista significet vbi dicit. Facite ergo fructū penitentie: ⁊ nolite dicere apud vosmetipsos/patrē habemꝰ Abrahā. Potēs enī deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. vt ostendat sic esse amputandos: si nō fecerint fructū: vt nō desit numerus q̄ ꝓmissus est Abrahe. Tamē apertius in Apocalypsi dicit̄. Tene qꝺ habes/ne alius accipiat coronā tuā. Si enī alius nō est accepturus nisi ipe perdiderit/certus est numerus. Qꝛ aūt etiā pseueraturis sanctis sic ista dicunt̄/quasi ipsos perseueraturos habeat̄ incertū: non aliter hec audire debēt/quibus expedit nō altū sapere/sed timere. Quis enī ex multitudine fideliū/q̄diu in hac mortalitate viuit̄/in numero predestinatorꝫ se eē presumat? Quia id occultari opus est in hoc loco: vbi sic cauenda est elatio vt etiā per Satane angelū ne extolleret̄ tantus collaphizaret̄ Apl̄us. Hinc apl̄s dicebatur. Si manseritis in sermone meo: dicente illo q̄ eos vtiq̄ sciebat esse mansuros. Et ꝑ prophetā. Si volueritis ⁊ obedieritis me/cum sciret ipse in q̄bus operaret̄ ⁊ velle. ⁊ similia multa dicunt̄. Nam propter huius vtilitatē secreti ne forte quis extollat̄: sed oēs etiā q̄ bene currūt timeāt: dum occultū est qui perueniāt. Hec ille. AVTHOR. Ecce certitudinē numeri predestinatorꝫ figit/sed incertitudinē personarū demōstrat: ne forte q̄s extollat̄ inquit/⁊ timendum est/⁊ huiusmodi. Qꝛ si impossibile foret extolli/quomodo forte extollet̄? Et quasi perseueraturos eos habeat incertū: certe non de facto: sed quia possent non perseuerare si non manerent: ideo de possibili sunt incerti: qui tamen de facto sunt fixi. Et audiat itē Wicleff casum paruum. Sumpto aliquo vno quē deus prescit tētandū ad crimē mortiferū/etiam in tentatione lapsurū: in quo crimine auertēs se a deo migrabit a carne: nonne tamē poterit deus isti facere tam fortē in tētatione prouētū vt nō cadat? Arguit hoc dei fidelitas in seruos fragiles. Fidelis deus est qui non patiet̄ vos tētari supra id qꝺ potestis. Sed faciet cū tētatione etiā prouētū vt possitis sustinere. i. Corinth. x. Ex hoc textu arguit̄ q̄ potens est deus facere qꝺ promisit scꝫ prouentū ne tentatus in tētatione succūbat. Itē deꝰ non patietur quēq̄ tētari supra id qꝺ pōt: ergo quilibet in hac vita tētatus potest refellere tentatorē: ⁊ item potest sustinere. Quomodo ergo nō scribit Wicleff directe cōtra fidē? quādo dicit q̄ talis nō potest huic finali tētationi resistere/nec pōt deus eum iuuare vt possit sustinere ⁊ nō ruere: ⁊ apl̄s Paulus dicit oppositū. Forsan iam extrahet de sinu truffarū suarū glossam illā euasoriam: quā alias recitaui/vbi egi de potētia dei in primo libro. Pōt inq̄t deus/si vult. Adhuc Apl̄s ait q̄ deus hoc vult: quia hoc faciet. Nō (inquit) patiet̄ vos tentari/sed faciet cū tentatione prouentū. Et nunquid bene sequitur: Faciet ergo volet facere? Augustinus dicit de hoīe q̄ hoc potest/qꝺ si vult pōt. lib. i. Retractationum

cap. xxi. dicēs. In potestate quippe hoīs est mutare in melius voluntatē: sed ea potestas nulla est nisi a deo detur: de quo dictū est. Dedit eis potestatē filios dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate qꝺ cū volumus facimꝰ nihil tam in potestate q̄ ipsa voluntas est. Eo ergo modo dat potestatē. Sic intelligendū est qꝺ dixi postea in nostra potestate esse: vt vel inseri bonitate dei vel excidi eiꝰ seueritate mereamur. Quia in potestate nostra non est nisi qꝺ nostrā sequit̄ voluntatē. Quia cū fortis ⁊ potens preparat̄ a dn̄o facile fit opus pietatis/etiā quod difficile atq̄ impossibile fuit. Hec ille. AVTHOR. Jam glossa tua quid valet: quin hoc simpliciter posse deū cōcedes qꝺ si vult pōt? Pōt inquis istū prescitum lapsurum iuuare ne ruat si vult. ergo tūc pōt. Hoc monstrat dicta fides Apl̄i: sicut ex eo loco deducit Augusti-

nus per modū necessarie sequele. lib. de bono perseuerantie. cap. xxi. dicens. At enī non dicam q̄ sit possibile deo auersas ⁊ aduersas in fidē suā cōuertere hoīm volūtates/⁊ in eorū cordibus operari/vt nullis aduersitatibus cedant: nec ab illo aliqua tentatione superati discedant: cū possit ⁊ qꝺ ait Apl̄s facere vt nō eos ꝑmittat tētari sup illud qꝺ possunt. At ergo nō id dicam/certe poterat illos deus presciens esse lapsuros anteq̄ id fieret auferre de hac vita. Hec ille. AVTHOR. Ecce datum predictū ⁊ ampliꝰ. Quia quos presciuit esse lapsuros/potuit nō tm̄ a tētationis impetu preseruare ne caderent: sed itē tollere ab hac vita priusq̄ tam valide tētarent̄. Sed tunc nullatenus damnarentur/si non finaliter in mortali decederent. Potest ergo deus facere ne damnentur quos de cetero lapsuros esse presciuit.

Augusti. (margin, beside "cap. xxi. dicēs")

Augusti. (margin, beside "nus per modū necessarie sequele")

Ascendendum ad tractatum sacræ Eucha ristiæ, vitando lites dialecticas quantum fieri poterit. Caput.XVII.

VEnite ascendamus ad
montē domini vt de sa
cramentis singulis q̄ð
diripiebat hereticus/ī
plenas manus predas
restituamus ecclesie.
Hec enim mōs excel=
sus/mons sacramento
rum celestiū:altior liba
no/procerior oliueto.
Ibi nāq; incircūcisorū
statiōes/ꝛ ibi antiquo=
rū heresiarcharum gre
ges pene oēs de tēpo=
ribus saluatoris vsq; ad hec tempora nostra multifor=
mium dogmatū feda lustra sternebant. Inter quos oēs
nullus isto Wicleff proteruior/nullus vnq̄ surrexit im=
probior ad concitandū animos orthodoxos. Aut quis
antiquus hostis ecclesie sic strepit litibꝰ:sic frendit cō=
uitijs vt clerici catholici dicāt quid sit sacramētū in ge
nere:quid in specie hostia consecrata:quid accidens si=
ne subiecto ꝛ similia/exasperās principes terrarū ꝛ po
pulos ne obediant pape:ne obsecūdēt episcopis:ne sub
sidiū vite impēdāt presbyteris aut monachis/imo nec
elimoniā fratribus? quos oēs clericos dicit cesareos:
quousq; docuerint populū quid sit hostia consecrata.in
libro de Eucharistia.in de papa.ꝛ cēties alibi. vnde de
papa cap.iiij.in vulgari.Hanc questionē regna mittere
deberēt ad papā/ad sciendū sensum eius q̄a credere de
beamus. Sequit.Et ista regna nullū hominē sumerent
in suū papā priusq̄ de hoc eos instrueret ꝑ fundamētū
legis dei.Hec Wicleff.Et in de Eucharistia cap.iiij.Vix
alter papa cū suis cōplicibus:oēs episcopi Anglie cū
suis doctoribus sciunt dicere quid est hostia cōsecrata.
quomodo ergo definirent ipsi in heresi de tertia hostie
cōclusione? Hec Wicleff. In quarto trialogi sub triplici
fune omnes predictos dicens hereticos.Manifestū est
inquit/q̄ oēs illi sunt dolosi heretici. Dolosi dico q: no
scunt cōmunitates hominū in maiori parte sic credere:
ꝛ nolunt/nesciunt/aut nō audēt fidē suā illis detegere.
Hec Wicleff. AVTHOR. Hoc quod dicit nō audent/ab
exemplari Berengarij magistri sui subtraxit. Ipse enī
dixit Hūbertum episcopū fuisse in vecordia Paschasij
Lanfranci ꝛ vulgi:quādo scripsit corpus Christi nō fi=
guraliter solū sed veraciter in Eucharistie sacramento.
O miser homo quotiēs in explanatione fidei sacramē=
ti fideles presules/ꝛ doctores voluerūt/sciuerunt/ꝛ au
daces erant scribere ꝛ docere que fidē istam cōcernūt:
ꝛ cuncta malefica argumenta/ꝛ turbidas vestras phā
tasticas rationes sic euerterunt aperte/vt nihil tibi su=
persit in libellis tuis conscriptum nisi q̄ð est diu ante
te ꝑ eos ad plana verba damnatū? Non credis verbis
senties acrius cū dn̄s dabit vt ad te perueniā. Nō sum
ego Jonathas strenuus ille princeps/Cyrillus sc; qui
magistrū tuū confodit in cōcilio Ephesino Nestoriū:nō
Leo/non Nicolaus/aut Gregorius papa/non magnus
Lanfrancus/Anselmus/aut Guimundus:omnes enim
hi sunt Jonathe/ego armiger eius/cōfessus ꝛ notus in
dignus:signū habemus. Dixisti quotiēs? Ascēdite ad
nos. Hoc ꝛ ecōtrario dn̄s meus dixit mihi Jonathas.
Ecce nos trāsimus ad viros istos. Si taliter locuti fue
rint ad nos/manete donec veniamus ad vos:q: sc; nō
resistemus/sed veniemus in fide matris ecclesie:tūc ste
mus in loco nostro/cōpescamus linguas/nō moueamꝰ
arma doctorū ꝛ scripture. Si aūt dixerint Wicleffiste in
circumcisi/Ascēdite ad nos si vultis:si sciatis/aut auda
ces fueritis disputare de fide:Ascēdamus ad eos quia
tradidit eos dn̄s in manibꝰ nostris. Quid ego ad ista?
Perge dn̄e Papa aut custos ecclesie. Perge quo cu=
pis:ꝛ ego tecū vbicūq; volueris. Ero inquā tecū/nec de
seram/semꝑ in auctoritate dn̄orū meorū incedā/ꝛ in ar
mis eorū pugnabo:qualiter item egregiū Augustinum
nō pigebat facere cū academicos expugnaret.li.iij.ī fi Augusti.
ne.vbi Quid(inq̄t)faciā quē de castris meis foras tru
dit/nisi iplorabo auxilia doctorꝫ:cū q̄bꝰ si fugare neq̄o
minꝰ pudebit fortasse superari? Hec ille. AVTHOR.
Et q̄d aptius? nihil sumit incircumcisus Wicleff ꝛ corde
ꝛ labijs nisi argumēta ꝛ armata dogmata magistrorū
suorꝫ/dānatissimorꝫ satellitū: preter quasdā sphęrulas
logicales ꝛ glossas plane mendaces/que mouebunt a
digito. Et idcirco nihil preter scripture ꝛ sanctorꝫ dicta
contra eum ad bella producā. Sic enim docuerunt san
cti patres ab authoritate probatissimum modū esse ad
disceptandū de fide:quibus oīa humane mentis subsi=
dent argumēta. Unde Ambrosius/lib.i.de patre ꝛ filio
ad Gratianū Augustū cap.iij. Nolo(inquit) argumēto Ambrosiꝰ
credas sancte imperator ꝛ nostre disputationi:scriptu=
ras interrogemus:interrogemus Christum interroge=
mus apostolos:interrogemus ꝓphetas. Quid multa?
Patrē interrogemus cuiꝰ honori studere se dicūt. Hec
ille. AVTHOR. Et quantū est ad sanctorū patrū docu
mēta/non simpliciter afferēda sunt/sed bona indagine
perlustrata ꝓpter fictissimas glosas quas iste sic san=
ctorum dictis sicut imperitus medicus humanis artu
bus rodentia pro lenitiuis/quousq; cuncta mēbra con=
sumpserint/vnguēta ꝓfundit. Idcirco ergo discutiēda
sunt ꝑ partes quousq; pura exeat liquide veritatis in=
tentio doctoralis:que tunc necesse est oēs fideles figmē
tis hereticis anteponant:prout Augustinus in conflu= Augusti.
ctu suo cū Ecclanensi Juliano profecit. Nūc(inquiēs)
mihi aggrediēdū est vt sentētijs episcoporū qui scriptu
ras sanctas ingēti gloria tractauerūt/tua Juliane/do=
mino adiuuante/machinamēta subuertam. Sequitur.
Sed nunc argumēta vestra ipsa quibus agitis ne pri=
ma hominum natiuitas originali peccato credatur ob
stricta/eloquijs sunt redarguēda sanctorū: quos opor=
tet vt christiani populi vestris prophanis nouitatibus
anteponāt:eisq; potius eligant adherere q̄ vobis. Hec
August.lib.ij.cōtra Julianū in principio. AVTHOR.
Et si istis attestationibus tam firmis incumbā: nunq̄d
possunt Wicleffistis deesse calūnie? Dicent me/nō dubi
tes/inertē logice/aut humane philosophie quā argue=
bat Apl's/quia in materia fidei tam tenaci tam solida
dialectice nō cōtēdo. Hoc solū habebat corꝫ dn̄s Wicleff
cōtra Lanfrancū sanctū antistitē cū diceret. Sic inquit Lanfrācꝰ.
tractans incedit sicut nouitios suos in capitulo infor=
maret. Sed nobilis vir Guimūdus in principio sui ope
ris predictū Lanfrancū dicit peritum scientiarū libera
liū:ꝛ eas iā pene sopitas in Gallijs recreasse:ꝛ per eas
magistrū Wicleff Berēgariū turpiter fecisse cōfusum:
ꝛ scholaribus destitutum. Attamē ipse Lanfrancus in
principio operis de Eucharistia cōtra eundem religio
se deuouet in materia fidei dialecticas simultates. Re= Lanfrācꝰ.
lictis(inquiēs)sacris authoritatibus ad dialecticā con
fugium facis. Et quidē de mysterio fidei auditurus/ac
responsurus/que ad rē debeant pertinere mallē audire
ac respondere sacras authoritates q̄ dialecticas ratio
nes. Uerū cōtra hec quoq; nostri erit studij respondere
ne ipsiꝰ artis inopia me putes in hac tibi parte deesse:

Fortasse iactãtia q̈busdã videbit̃: ⁊ ostẽtatiõi magis q̃
necessitati deputabit̃. Sed testis mihi est deꝰ ⁊ ꝯsciẽtia
mea / ꝙ in tractatu diuinarũ literarũ nec ꝓponere/nec
ad ꝓposita respõdere cuperẽ ꝑ dialecticas questiones.
Hec ille. AVTHOR. Quis (inquit) sanctus Augusti-
nus cũ hereticis philosophis multũ quãdoq; in eis ꝓ-
fecit: sicut etiã sanctus Paulus Athenis cũ philoso-
phis philosophice disputauit. Armis eni͂ suis pulchre
iugulandus est hostis. Et vt dominus dederit cũ domi-
no meo Lanfranco dialecticas ⁊ philosophicas ratio-
nes inducam/quãto breuiores vt valeã: sed prout he-
retice intricationes hoc exigent: qui eas q̃uis sine fru-
ctu/tamẽ sic sine numero iam mathematice/iam sophi
stice compluit: sicut nubes infecta/bufones. Uitabo ta
mẽ/sicut quantũ potui euitaui/ne gloria fidei lateat in
persuasibilibus humane sapiẽtie verbis. Et itẽ patres
sancti viderũt in abusu eiꝰ euenisse ecclesie Christi lar-
Ambrosiꝰ ga discrimina. Ideo sanctus Ambrosius in lib. i. de pa-
tre ⁊ filio. cap. iiij. Aufer hinc (inq̃t) argumẽta vbi fides
querit̃/loquat̃ ĩ ipsis gymnasijs/iam dialectica taceat.
Nõ quero q̃d loquant̃ philosophi: requiro q̃d faciant.
Soli in suis gymnasijs remanserunt. Uide q̃ fides pre
ponderet argumẽtis. Illi quotidie a suis consortibus
deseruntur/qui copiose disputant: isti quotidie crescũt:
qui simpliciter credunt. Non creditur philosophis: cre
ditur piscatoribus. Non creditur dialecticis/credit̃ pu
blicanis. Illi voluptatibus ⁊ delitijs orbẽ ligarũt: isti
ieiunijs ⁊ doloribus exuerunt. Plures itaq; iam cepit
illicere iniuria q̃ voluptas. Sequit̃. Nũc videamus q̃d
distant a gentibus Arriani. ⁊ infra. Nonne ex philoso-
phia omnẽ impietatis sue traxerunt colorem? Illi tum
quod venerant̃ amplificãt: isti creaturã dei filiũ asserũt
esse que deus est. Hec ille. AVTHOR. Ita ⁊ Wicleffiste
disponente deo iam a cõsortibus deserunt̃ saltẽ quo ad
heresim Eucharistie. Reuelauit enim eis deus ad igno
miniã magistri eorũ q̃ false scripturas ⁊ fidei doctores
extorsit: sicut patet iam pene per Angliã/⁊ item Boe-
miam in Hussitis. vtinã desererent̃ in alijs eque turpitu-
dinis. Et nõne ex philosophia sua sicut ⁊ Arrius oẽm
impietatis sue traxit colorẽ? Bene dico sue/nõ Aristo
telis/nõ Platonis: sed factus cõmune ꝑticipiũ philo-
Particiꝑiũ errorũ. sophorũ/errores Democriti/⁊ Anaxagore/Plotini/⁊
Macrobij/ceterorũq; quos propter errores abunde le-
dẽtes fidẽ/fides eiecit: ipse in vnã massam doctrine sue
corruptionis intrusit: ⁊ huic omnẽ fidẽ ecclesie quantũ
potest/inclinat. Maxime enim de philosophia acciden
tis qđ in principijs sapere cepit: in postremis continen
ter errauit: vt quia dogmati Anaxagore de essentia ac-
cidẽtis ꝙ sit ip̃a substãtia sic formata ĩclinauit iuueni-
lẽ auriculã: nunq̃ de post potuit assentire accidẽs posse
esse sine subiecto. Et ad vltimũ consequẽs/ecclesie fidẽ
perfidia cõmutauit/⁊ docuit nõ esse corpus Christi secũ
dum naturã in Eucharistie sacramẽto. O q̃ fornicaria
meretrix est humana philosophia viro ĩcauto? Docet
Origenes. hoc homilia. xx. sup̃ Numeros vir ꝓuidus Origenes.
Si (inquit) relegas que scripta sunt de Salomone/ inue
nies eũ ⁊ quidẽ cum esset sapiẽtissimus/multis mulie-
ribus inclinasse latera sua: cũ lex dei dicebat. Nõ multi
plicabis tibi mulieres/ne forte fornicari te faciãt a deo
tuo. Ille ergo cũ esset sapiẽtissimus cingẽtibus apud
deũ meritis: tamẽ quia se tradidit multis mulieribus/
deceptus est. Ego puto ꝙ multe mulieres / multa do-
gmata ⁊ diuersarũ gẽtiũ diuerse philosophie nominen-
tur. Qui cũ singula agnoscere ⁊ perscrutari/vtpote vir
sciẽtissimus ⁊ sapiẽtissimꝰ voluisset/semetipsum intra
legis diuine regulã tenere non potuit/sed decepit eum
Moabitica philosophia: ⁊ persuasit vt idolo Moabiti
co immolaret. Similiter ⁊ Ammonitarũ sed ⁊ reliqua-
rum gẽtiũ: quarũ mulieres dicitur recepisse ⁊ immolas-
se idolis earũ. Grande ergo est ⁊ vere opus dei tã mul-
tis dogmatibus quasi mulieribus admisceri: nec tamẽ
a veritatis declinare regula/sed cõstãter dicere: Sexa-
ginta sunt regine ⁊ octoginta concubine: ⁊ adolescen-
tule quarum non est numerus. Una est tamen columba
mea/perfecta mea: vna est matri sue: vna genitrici sue.
Hec ille. AVTHOR. Uere eni͂ hanc gratiã dñi/Wicleff
non habuit: qui nec vnam Christi ecclesiã ⁊ eius fidem
inani philosophie quam semel gustare ceperat prefere-
bat. Et (qđ dolẽter refero) nõ eiꝰ tñ sequaces sed eccle-
sie sectatores: imo ⁊ religionis multi cultores: cũ istam
philosophiã extraneam in libellulis eius legunt/inci-
piunt admirari: ⁊ statim capti laqueis nouitatis inci-
piũt eiꝰ insana verba ꝓferre doctoribꝰ antiq̈s ⁊ recepti.
De huiusmodi/nõ sine causa libro suo primo sup̃ Gene
Augusti. sim ad literã in fine cõqueritur Augustinus. Periculo-
sius (inquiens) errãt quidã infirmi fratres/qui cũ istos
impios de celestiũ corporũ numeris vel de quibuslibet
elementorum mũdi huius questionibus subtiliter ⁊ co-
piose disserere audiũt/euanescunt: ⁊ eos sibi cũ suspirio
preponẽtes ⁊ magnos putantes/saluberrime pietatis
libros cũ fastidio repetunt: ⁊ quos dulciter haurire de-
berẽt/vix patiẽter attingũt a segetis asperitate abhor-
rentes: ⁊ spinarũ floribus inhiantes. Non enim vacant
videre q̃ suauis est dñs: nec ĩ sabbato esuriũt: atq; ideo
pigri sunt potestate a domino sabbati accepta / vellere
spicas/⁊ tam diu versare manibus/cõtritasq; purgare/
donec ad ecclesiam perueniãt. Dicet aliquis: q̃d tu tan
ta tritura discretiões huiusmodi granorꝫ exuisti? Quid
deuẽtilasti? Cur propemodũ in questionibus adhuc la-
tent omnia? Affirma aliquid eorꝫ que multa posse intel
ligi disputasti. Cui respõdeo: ad eũipsum cibũ me suaui
ter peruenisse ꝙ didici non herere homini in responden
do secundũ fidẽ/quod respõdendũ est hominibus qui ca-
lumniari libris nostre salutis affectant/vt quicquid ipsi
de natura rerũ veracibus documẽtis demõstrare pote-
runt/ostendamus nostris literis nõ esse cõtrariũ. Quic
quid aũt quibuslibet de suis voluminibus his nostris li
teris ⁊ catholice fidei contrarium protulerint: aut qua
etiã facultate ostẽdamus: aut nulla dubitatione creda-
mus esse falsissimũ. Atq; ita teneamus mediatorẽ no-
strũ/in quo sunt oẽs thesauri sapientie ⁊ sciẽtie abscon-
diti: vt neq; philosophie loquacitate seducamur / neq;
false religionis superstitione terreamur. Hec Augusti.
AVTHOR. Nõ me piget r̃gulã recitare doctoris quẽ
admodũ sequi dñm deprecor in presenti. Spero eni͂ eiꝰ
institutione ⁊ precibus facillimũ esse ostẽdere de libris
sanctis quid veri Wicleff asseruit de hostia consecrata:
q̃d itẽ erroris immiscuit ꝯtra catholicã veritatẽ: ita vt
tenẽtes Christũ cuiꝰ iste frustra legẽ appellat/neq; phi
losophie sue loquacitate seducamur: quã in libro de Eu
charistia/⁊ itẽ de apostasia/cũ pũctis ⁊ vmbris ⁊ lineis
gyratiuis quadã põpa verborũ ꝯ accidẽs sine subiecto
multiplicationẽ trãsubstãtiationẽ ⁊ idẽticã vnionẽ cor
poris Christi singultit: neq; false religionis superstitio
ne terreamur: quia nos falsarios scripturarum Christi
⁊ apostoli/⁊ nouũ dogma in secundo millenario/soluti
iam Satane dispergentes: Augustini quoq; quosdã li
bros ꝓ titulis increpat: Ambrosiũ doctorẽ apocriphũ:
omnes de secũdo millenario iam hereticos dyscholos
nominat. Iam quosdã ad cõtrariũ sensum glossat: ob re
uerentiã inquit. sed reuerẽtia vt puto illa de qua Psal
mista. Induant̃ confusione ⁊ reuerentia qui maligna lo
quuntur super me. Ego interim post hos reuerẽdos pa
tres ecclesie ⁊ eorũ sequaces quãtũ dederit deus in fo

ma ⁊ processu imitari conatus tanq̄ dominū meū Joa-
than/inops armiger ⁊ minimus puerorū/ascēdā si for-
san te vocantē ⁊ totū clerū catholicū prouocantē in fa-
stigio tui sensus collocatū vtiq̄ reptādo manibus ⁊ pe
dibus scribēs mecū:⁊ cōsulēs alios ad te nō per cunicu
los abditos:sed ipsa via prerupta quā in tuis tractati-
bus ipse strauisti perueniā. Primo incipiēs a sacramē
to Eucharistie/⁊ ibi ad argumenta tua de quintuplici
euangelio: de doctorum quaternario:demū persequar
descendētē ad blasphemias tuas ineptas:quēadmodū
Psalmista ait: Fiat via illorū tenebre ⁊ lubricū. Et an-
gelus dn̄i persequens eos. Sequar/inquit. Quem? ipse
scio. Quomodo? Deus nouit. Forte sicut sapiēs dicit:
Superbū sequet̄ humilitas. Et sicut duo discipuli ho-
minē aque amphore baiulū:quā Hieremias aquā turbi
dam prophetauit ⁊ heresibus feculentā. Cuius ideo tē
pestatē dominus increpauit. Luc.viij. Ibi tn̄ cū discipu
lis pascha domini preparabo/qr nō eū legit̄ preparasse
qui precessit Christi discipulos ⁊ ostendit hospitium.

Quomodo Wicleff præcessit Satanę mille annos solutionis suæ contra Christum & eius euangelium. Caput.XVIII.

Rtum huius pestis heretice in
hoc loco notarem sicut in alijs
suis heresibus facere consueui:
Sed preuenit me malignus Wi-
cleff postponens perfidie sue ⁊
authoritate ⁊ tempore fidem sa
crā ecclesie/vocās eam heresim
hostie ↄsecrate:⁊ initiū ei9 distri
buēs ab initio secūdi millenarij
post aduētū Christi quo solutū dicit esse diabolū:⁊ hāc
ipsam fidē ecclesie Christi symbolice vltra omnes here
ses callide introductā. ca.iiij. ter damnati trialogi. In-
ter oēs(inquit)hereses que vnq̄ in ecclesia pullularūt/
nūq̄ ↄsidero aliā plus callide introductā ⁊ mltiplici9
populū defraudātē. Et de sermone dn̄i in mōte. ca.xlvi.
A principio millenarij diaboli vsq̄ hodie regnauit ista
heresis de hostia cōsecrata/vt patet legenti epistolas
decretales paparū cū suis glossatorib9 ⁊ sectis pertina
citer ↄsentiētib9 huic heresi postq̄ ipsam diabolus in-
Millenarius diabolus. troduxit. Hec Wicleff. AVTHOR. Sic de isto millena-
rio ⁊ solutione hui9 diaboli fabulat̄ in tractatulis suis
per mille loca tam latino sermōe editis q̄ vulgari. At
ergo dicamus vnde istū millenariū ceperit/⁊ quib9 au-
thoribus: In primo quantū hactenus legimus oēs scri
ptores catholicos excludem9/⁊ adibimus Chiliastas/
Chiliaste. id est millenarios vel Cherinthios/sic dictos a mille
annis/quos heretice p̄dicabāt:vt notat August.ix.lib.
de heresibus.⁊.xx.de ciuitate dei. Unde aūt sumpserūt
errandi occasionē tam millenarij Chiliaste q̄ millena-
rij Wicleffiste/putat̄ qr in Apocal. Joan. ca.xx. scribit̄/
angelū descendisse de celo:habentē clauē abyssi ⁊ cathe
nam magnā in manu sua:qui item apprehendit draco-
nē serpētē antiquū/qui est diabolus ⁊ Satanas:⁊ liga
uit eum per annos mille/⁊ misit eū in abyssuz/⁊ clausit
⁊ signauit super illū/vt non amplius gētes seducat do-
nec consummenī mille anni. Hic describunt̄ mille anni
qbus ligandus est Satanas:⁊ qbus regnēt cū Christo
fideles. Unde sequit̄. Et vidi sedes/⁊ sup eas sedētes/⁊
iudiciū datū est illis/⁊ animas decollatoꝝ propter testi
moniū Jesu/⁊ qui nō adorauerunt bestiā/neq̄ imaginē
eius ⁊c. vixerunt ⁊ regnauerūt cū Christo mille annis.
Ecce per totā scripturā illā de regno Christi ⁊ sanctoꝝ
eius per mille annos scribit̄:de millenario vero diaboli

qui tanto tēpore solueret̄/puto nusq̄ nisi in istis Wicleff
glossulis inuenit̄. Quinimmo textus scripture q̄ de so-
lutione eius loquēs postea dixit. Et cū consummati fue
rint mille anni/soluet̄ Satanas de carcere suo: ⁊ sedu-
cet gentes qui sunt sup quattuor angulos terre. defini-
tū tēpus eius supra dixit breue. Post hec(inquit) opor
tet illū solui modico tēpore. Nec tamē illo tēpore sedu Augusti.
cet ecclesiā/vt Wicleff supputat. Unde Augustin9.xx.
de ciuitate dei.cap.ix. Non itaq̄(inquit)p totū hoc tē-
pus quodlibet iste cōplectit̄/a primo scz aduentu Chri
sti vsq̄ in finē seculi/quod erit secūdus eius aduentus/
ita diabolus alligat̄/vt eius hec ipa sit alligatio p hoc
interuallū/quod mille annorū appellat numero/non se
ducere ecclesiā:quādoquidē illā nec solutus vtiq̄ sedu
cturus est. Nam profecto si eius alligatio est nō posse
seducere siue non permitti:quid erit solui/nisi posse se-
ducere siue permitti? quod absit vt fiat. Sed alligatio
diaboli est non permitti exercere totā tentationē quam
potest vel vi vel dolo/ad seducēdos homines in partem
suā cogendo violenter/fraudulēterve fallēdo. Quod si
permitteret̄ in tā longo tēpore ⁊ tāta infirmitate mul-
torū/plurimos tales quales deus illud perpeti nō vult
⁊ fideles deijceret:⁊ ne crederent impediret:qd̄ ne face
ret alligatus est. Tūc autē soluet̄ qn̄ ⁊ breue tēpus erit.
Nam tribus annis ⁊ sex mēsibus legitur totis suis suo
rūq̄ viribus seuiturus:⁊ tales erunt cū qbus ei bellige
randū est:vt vinci tāto eius ipetu insidijsq̄ nō possint.
Hec ille. Et hoc integrū habet Hugo.xvij.pte de sacra
mentis.cap.iij. AVTHOR. Pondera qd̄ primo dixit
Augustinus: Mille annis totis nō esse soluendū diabo
lum:immo ligandū. quos mille annos non vsuales/sed
sextum accipit millenariū huius mūdi:in cuius tertio
centenario natus est Christus secundū Eusebiū ⁊ Hie-
ronymū: ⁊ demū vsq̄ i ꝓximos mūdi fines extēdit. Un
de vbi supra Augu. Mille anni aūt duobus modis pos Augusti.
sunt quantū mihi occurrit intelligi:aut quia in vltimis
annis mille/ista res agit̄.i.sexto die cui9 nūc spatia po-
steriora voluunt̄/sequuturo dehinc sabbato qd̄ non ha-
bet vesperā:requie scilicet sanctoꝝ que non habet finē:
vt.xcix. millenarij tāq̄ diei nouissimā partē que rema
nebit vsq̄ ad terminū seculi mille annos appellauerit/
eo loquendi modo quo pars significat̄ a toto. aut certe
mille annos pro annis oībus huius seculi posuit/vt p-
fecto numero notaret̄ ipsa tēporis plenitudo. Hec ille.
AVTHOR. Hic ecce due sunt acceptiones millenarij
huius ligature. Prima scilicet quā predixit ab aduen
tu Christi vsq̄ ad finē seculi/quā tenet itē Hieronymus
in explanatione dicta literali sup Apoca. vbi dicit. Iste Hierony.
angelus custos inferni est:quando Christus passus est
est tūc ligauit diabolū. Mille anni nouū testamentū in-
telligitur:quia perfectus numerus est. Et transumpta
est expositio ista a libris Lactātij diuinarum institutio Lactāti9.
nū. vbi lib.vij.cap.xiiij. sic scripsit. Sciant philosophi q̄
ab exordio mūdi seculorū milia enumerāt/nondū sextū
millenariū annū esse cōclusum: quo numero expleto cō
summationē fieri necesse est:⁊ humanarū rerum statum
in melius reformari. Cuius rei argumētū prius enarrā
dum est vt ratio eluceat. Mundū deus ⁊ hoc admirabi-
le nature rerū opus/sicut arcanis sacre scripture conti
netur. sex dierū spatio cōsummauit:diēq̄ septimū quo
ab operibus requieuerat/sanxit. Hic est aūt dies sabba
ti:qui lingua Hebreoꝝ a numero nomen accepit. Unde
septenarius numerus legitimus ac plenus est. Nam et
dies septē sunt qbus per vicē reuolutis orbes conficiū
tur annorū:⁊ septē stelle que non occidūt/⁊ septē sidera
que vocant̄ errantia:quorū dispares cursus ⁊ inequabi
les motus rerū ac tēporū varietates efficere credūtur.

Ergo quoniã sex diebus cũcta dei opera perfecta sunt:
per secula sex/id est annoꝝ sex millia manere in hoc sta
tu mundũ necesse est. Dies enĩ magnus mille annorum
circulo terminat/sicut indicat propheta qui dicit. An=
te oculos tuos dñe mille anni tãꝙ dies vnus. Et vt deꝰ
sex illos dies in tantis rebus fabricãdis laborauit: ita
religio eius ⁊ veritas in his sex millibꝰ annoꝝ laboret
necesse est malitia preualẽte atqꝫ dominante. Et rursus
quoniã perfectis operibus requieuit die septimo: eũqꝫ
benedixit: necesse est vt in fine sexti millesimi anni mali
tia oĩs aboleat a terra/⁊ regnet ꝑ annos mille iustitia
sitqꝫ trãquillitas ⁊ requies a laboribus/quos mundus
iam diu pertulit. Hec ille. AVTHOR. Iuxta hunc in=
tellectũ adnexo illi conceptu Augustini/secũdũ primã
expositionẽ illo sexto millenario annorũ cuius tẽpora
iam vltima voluebant tẽporibus Augustini ⁊ Lactan
tij: foret tempus solutionis Satane: ⁊ septimo millena
rio succedẽte illi/in quo nos nũc sumꝰ/ est Satanas al
ligatus sic permansurus in vinculis vsqꝫ in finẽ eiusdez
septimi millenarij: cõputando illũ secundũ Augustinuz
pro toto tẽpore vsqꝫ in finẽ mundi: quo superueniet An
Lactantiꝰ tichristus Satana iam soluto: sicut ait Lactãtius lib.
vij. cap. xxvi. his verbis. Diximus pauloante in princi
pio regni sancti fore vt a deo princeps demonũ vinciat.
Sed idem cum mille anni regni hoc est. vij. mille ce=
perint terminari/soluetur denuo ⁊ custodia emissus exi
bit/atqꝫ oẽs gẽtes que tũc erunt sub ditione iustorũ cõ
citabit vt inferant bellũ sancte ciuitati. Et colliget ex
omni orbe terre innumerabilis ppl's nationũ: ⁊ obside
bit ⁊ circũdabit ciuitatẽ. Tũc veniet nouissima ira dei
super gentes ⁊c. Infra. Cum vero cõpleti fuerint mille
anni/renouabit mundus a deo: ⁊ celũ cõplicabit: ⁊ ter=
ra mutabit: ⁊ transformabit deus hoĩes in similitudinẽ
angelorũ: ⁊ versabunt semꝑ in conspectu omnipotẽtis:
⁊ dño suo sacrificabunt/⁊ seruient in eternum. Hec ille.
AVTHOR. Ergo per istũ septimũ millenariũ est dia=
bolus alligatus: in quo patet insipiẽtia Wicleff dicẽtis
iam eũ solutũ. Itẽ quia vocat totũ millenarium solutio
nis Satane quãdo soluẽdus est tñ in termino septimi
millenarij secundũ Lactantiũ/id est in fine seculi / secũ
dũ Augustinũ: breui tpe/secũdũ euãgeliũ: tribus annis
⁊ dimidio scđm Danielẽ: ⁊ Apocal. xij. Vech terre ⁊ ma
ri: q: descẽdit diabolus ad vos habẽs irã magnã/sciẽs
quia modicũ tẽpus habet. Et. xiij. ca. Data est illi ptãs
facere malũ menses quadragintaduos. quos expressit
Daniel tres annos ⁊ dimidiũ. AVTHOR. Secunda
vero interpretatio millenarij Gregorio placuit. xviij. li.
Gregorius Moraliũ. ca. xxvij. vbi Millenario (inquit) numero nõ
quãtitatẽ tẽporis/sed vniuersitatẽ qua regnat ecclesia
designauit. Antiquus enĩ serpens ligatus cathena in
abyssum mittitur: quia relegatus a bonorum cordibus
apud reproboꝝ mẽtes reclusus/eis atrocius dominat.
Hec ille. AVTHOR. Et hãc expositionẽ sequutꝰ Cas=
Cassiodo. siodorus super Apocal. Ligauit (inquit) eum per mille
annos/id est toto tẽpore a primo aduentu Christi vsqꝫ
ad aduentũ Antichristi. Et sciendum ꝙ in Abraham ⁊
in alijs fidelibus diabolus ligatꝰ fuit: sicut in istis pre=
sentibꝰ: sed in illis ligauit eũ spes futuri Christi: in istis
ipse adueniẽs Christus ligauit per mille annos. Tan=
to tẽpore Satanas ligat quanto perfectio iustorũ con
summat. Millenariꝰ enĩ ꝑfectionẽ significat. Hec ille.
AVTHOR. Sic ecce per textũ ⁊ ꝑ doctores/mille an
nis ligãdus est Satanas: nõ aũt ꝑ mille annos soluen
dus: sicut tu dicis a principio millenarij diaboli vsqꝫ ho
die: quasi primo millenario Christi aduẽtus ligatus: de
inceps sequenti millenario solueret. Quo cõtra textus
scripture modicũ tẽpus solutionis eius exponit: quod

Daniel ad dies cõputãs mille ducẽtos nonaginta dies/
idem tribus annis ⁊ dimidio secũdũ Augustinũ ⁊ oẽs/
designat. Tunc (inquit) soluetur quando breue tempus
erit tribus annis ⁊ sex mensibus. Et computant anni ⁊
menses vsuales. qđ vtiqꝫ tẽpus breue est ad reliquũ tẽ=
pus quo ligabit cõparatũ. Vnde Augustinꝰ vbi supra Augusti.
cap. xxiij. ait. Tẽpus quippe ⁊ tẽpora ⁊ dimidiũ tempo
ris vnũ annũ esse ⁊ duos ac dimidiũ: ac per hoc tres an
nos ⁊ semissem etiã numero dierũ postposito elucescit.
Hec ille. AVTHOR. Ratio tamẽ huius breuis tẽpo=
ris est: quia si permitteret tam lõgo tẽpore/scz mille an
nis vt amicus eius Wicleff exoptat/stante infirmitate
multorũ/multos deijceret/⁊ ne crederẽt impediret. Sic
itẽ habet textus dñi Matthei. xxiiij. Nisi breuiati fuis
sent dies illi non fieret salua omnis caro. Sed propter
electos breuiabunt dies illi. Quẽ textũ. xxxij. lib. Mo=
raliũ assumẽs Gregoriꝰ. Nisi (inqt) abbreuiati fuissent Gregorius
dies illi nõ fieret salua oĩs caro. Quia eĩ ⁊ supbos nos
⁊ infirmos dñs conspicit: dies quos singulariter malos
intulit: misericorditer breuiatos dicit. Profecto vt ⁊ su
perbiã terreat de aduersitate tẽporis: ⁊ infirmitatẽ re=
foueat de breuitate. Hec ille. AVTHOR. Videtis ergo
ꝙ falso cõtra intentionẽ scripture ⁊ oĩs expositoris ca=
tholici: authoritate sua Wicleff mille annos pro tribus
⁊ sex mensibus Satane annuit: per quos solutionẽ eiꝰ
⁊ regnũ contra Christi statutũ in discrimen electorum
suorum extẽdit. Quod absit/inquit beatus Augustinꝰ.
Et nunquid de hac peruersitate gaudebat: qui tam cre
bro ⁊ vltra modũ sepe opportune ĩportune millenariã
Satane solutionẽ diaboli introducit/ clamat/vlulat/
exaggerat/predicat/vltra regnũ decies beatorũ? Legi=
te qui vultis nedũ catholicorũ: sed ⁊ hereticorũ libros:
ni fallor/nõ inuenietur quisꝙ sic regnũ istud solutionis
Satane predicare citra milliarios Chiliastas: qui here
tice millenariũ celebrabãt/quo voluptatibꝰ cibi ⁊ po=
tus carnalis impune vacarent. Quibus tantũ cõsonat
Wicleff quantũ pro cibario pane ⁊ vino in sacramento
altaris ponẽdo/solutionẽ Satane ampliat. Quod nec
errãtissimis viris Arrio/Sabellio/Eunomio/ Marcio
ni/Nestorio/⁊ alijs ducẽtis pro tollẽdo Christꝰ diuinã
suã naturã ⁊ humanã per latissima terre spatia Asie ⁊
Aphrice cõcedere dignabatur. Sed si vis scire quo tẽ=
pore solutus erat tuus Satanas: puto priusꝙ ab ange=
lo ligaret. Attamẽ quia cum solui/est tẽtare permitti:
valde laxatũ eũ puto quando seuiebat in Iob. Quãdo
item Christi discipulos expetiuit vt cribraret sicut tri=
ticum. Toto etiã tẽpore primitiue ecclesie quãdo fecit
principes orbis precipitare colũnas preciosas ecclesie:
decollare martyres: dilaniare doctores. Magis autem
quando per Arriũ ⁊ tot hereticorum greges vniuersis
mundi partibus Christi fidem quassabat. Miror igitur
nec satis admiror/qua frõte peruersa soluisti eũ pro mi
ca panis secũdo millenario Christi: ⁊ ꝑ tot vniuersales
persecutiones mũdi/Neronis/ Decij/Diocletiani/Va
lerij/Maximini/Iuliani: hereticorũ itẽ Arrij/ Sabel=
lij/Manichei/Donati/Pelagij/⁊ quotlibet aliorũ: sub
ꝗbus vix ciuitas vna/pagus/vl' oppidũ pene per totũ
millenariũ primũ Christi vnũ mensem vacabat habere
pacificum/sine bellis dico/spolijs ⁊ strage populi chri=
stiani: putas esse ligatũ. Reuera tũc solui permissus est
prouidẽte Christo per partes: ⁊ soluit item nũc/quantũ
fragilitas nostra potest portare solutũ. Particulariter
enĩ soluebat in Gallijs tẽpore Berẽgarij magistri tui.
Soluebat itẽ in Anglia ꝑ teipsum nõ dubiũ laxas ha=
bens cathenas in corde tuo: quas Christus tamẽ bonꝰ
dñs nõ tam liberas esse permisit in gẽte. Soluitur etiã
per Hussitas tuos (qđ dolẽter dico) in regno clarissimo

Bohemorum. Ecce totiēs ⁊ totis gētibus credi poteſt
eum laxari pro parte:generali autē ſolutione illa ſolui
cū quā ſcriptura prenunciat/temeritatis tue fuit edice
re:quā nulli hominū quo ad tēpus vel momētū placuit
dn̄o reuelare. Per Danielē autē tēpus durationis ſolu
tionis eius expreſſit:⁊ iuge ſacrificiū dominici corporis
in illo breui tēpore tollendū palam edocuit. Sicut no=
Chryſoſto. tat Chryſoſtomus in imperfecto.homilia. lvij. Anteꝙ
(inquiēs)caperetur dimidiū hebdomade/Chriſtus per
ſuā doctrinā tulit de medio iuge ſacrificiū Judeorum.
Nam dicit̄ tribus annis ⁊ ſex mēſibus docuiſſe:qui nu
merus fit dimidiū ſeptimane annorum. At illud ſacrifi
cium quod iugiter fuerat in vſu/tolleret̄/⁊ ferret̄ domi=
no ſacrificiū iuſtitie ī operibus:ſacrificiū laudis ī voce:
⁊ ſacrificiū pacis per euchariſtiā. Sequit̄. In dimidio
hebdomade:hoc eſt in tribus annis ⁊ ſex mēſibus:hoc
ſacrificiū tollēdū eſt ab Antichriſto cōfugiētibus chri=
ſtianis ante eū per loca deſerta:nec erit q̄ aut eccleſiaꝫ
intret:aut oblationē offerat deo.Hec ille. AVTHOR.
Hec erit magna ſolutio Satane: qua licētia data tēta
bit ſuperare:ſi fieri poterit:etiā electos dei. Sed abſit
vt vincat eccleſiā / dicit Auguſtinꝰ. Nouit enī dn̄s qui
ſint eiꝰ. Sed ideo ſoluet̄ per modicū tēpus:nō per ma=
gnū mille annorū:qd̄ tu appellaſti millenariū diaboli:
q: tunc equipararet tēpus regni Chriſti ⁊ electorū eiꝰ:
qd̄ ad mille annos ſcriptura teſte protendit̄. Itē ſi mil
lenarius alligationis Satane/eſt totum tēpus a fine
ſexti millenarij vſq; in finem ſeculi ſecundum primam
expoſitionē Lactantij ⁊ Auguſtini: vel totum tēpus a
paſſione Chriſti vſq; in finē per expoſitionē Hieronymi
⁊ Gregorij:nuſq̄ reperies vnum millenariū ſolutionis
eius niſi eodē tēpore ſit ſimul alligatus ⁊ ſolutus. Iteꝫ
ſic redderemur certi de mora mundi per fere ſexcentos
annos: cum iam de ſecūdo iſto millenario poſt Chriſtū
cōpleti ſint tātū quattuor centenarij:⁊ de quinto cente
nario vigintiquattuor anni. Sed hoc eſt cōtra intentio
nem Chriſti in euangelio:⁊ determinationē Auguſtini
epiſtola ad Eſichiū. Sed de facili corrūperet iſte ſi poſ=
ſet euangelium ſaluatoris ad canonizandū magnū an=
num Platonis. Item quia ſtatim poſt millenarium re
gni Chriſti ſolutio Satane promittit̄ breui tēpore. Nō
eſt autē millenarius millenario ꝯparatus breue tēpus/
ſꝫ equale. Nec potes dicere horas abbreuiādas ⁊ dies:
vt mille anni cōputent̄ ex eiſdē diebꝰ equalibus nume=
ro:ſed varijs in menſura. Hoc enim quidā ſapuere deli=
Hierony. ri/vt in cōmentario Matthei.xxiiij.eodem textu refert
Hieronymus. Abbreuiatos(inquiēs)dies nō ſecūdum
deliramenta quorūdā qui putant tēporū momenta mu
tari:nec recordant̄ illius ſcripti:Ordinatione tua per=
ſeuerat dies. Sed iuxta tēporum qualitatem ſentire de
bemus abbreuiatos non menſura ſed numero. Ut quō
in benedictione dicit̄: Longitudine dierum replebo eū:
ſic ⁊ nunc abbreuiati dies intelligant̄ : ne tēporū mora
concutiatur credētium fides.Hec ille. AVTHOR. Te
merarie ergo valde partificaſti regno Chriſti ⁊ electorū
eius qd̄ ſcriptura prenunciat regnū diaboli/quod nulla
ſcriptura/nullus catholicus ſenſerit . Et vbi propitius
deus addidit pro magno diebus Ezechie regis tm̄. xv.
annos:tu larga manu tua pro tribꝰ tm̄ annis ⁊ ſex mē=
ſibus/conceſſiſti diabolo mille annos. Nimirum q: fu=
turus eſt tibi magnus amicus ad peruertēdam fidē ſa
cre Euchariſtie/vt dicit Chryſoſtomus. Et idcirco ma=
gis laudibus eius inſudas. Lauda eū ergo cū Juliano
Auguſti. heretico:ſicut deridens Auguſtinus hortat̄.lib.v.cōtra
eundem.cap.iij. Lauda(inquiēs)angelos malos:lauda
eorum principē Satanā. Sequit̄. Ualde enim diſertus
es contra gratiā Chriſti : ⁊ idoneus dicere panegyricū
Satane ⁊ angelis eiꝰ:ꝑ quos multorū deus iudex atq;
vltor eſt peccatoꝝ/retribuēs eis ſecundū opera ſua. Et
infra cap.vij. An etiā ipſum malignū ſpiritum laudare
diſponis? Eia quid moraris? Decet enī inimicū te gra=
tuite dei bonitatis laudatorē ſpiritus eſſe mēdacis:nec
laborabis inuenire q̄d dicas:laudes eius paratas ha=
bes:ſi hec ipſa in eum verba trāſtuleris que poſuiſti in
laude libidinis. Et infra. Omnia hec ſecundū tuos acu
tiſſimos ſenſus recte dicunt̄: ⁊ in illius immūdi ſpiritꝰ
laudē. Ergo preconiū vocis tue in ſimili cauſa aut mē=
daci redde ſpiritui:aut ꝯtumaci tolle libidini. Hec ille.
AVTHOR. Dic ergo ei cuꝫ Juliano panegyricū quē
ſic promoues ad regnum:q: niſi per tales ſuos amicos
regnare nō poterit. Preparaſti ipſi in hereſi Euchari=
ſtie cathedram doctoralē:⁊ valde diſerte ſceptrū eiꝰ ex
agitas contra ſubſtantiam viuificam carnis Chriſti.

De antiquis heresibus Eucharistiæ, ex quibus Wicleff traxit hæresim suam de hostia consecrata. Caput.XIX.

Si tamē tantā vim faciat wicleff
pro tēporis antiquitate:per quā
hereſim ſuaꝫ honorare decreuit:
libenter cōcedam ipſi tēpus diu
ante millenariū diaboli: quē ipſe
mendoſe ſignauit: orthodoxe ta
men fidei de ſacramento Eucha
riſtie prerogatiua fame ſanctita
tis ⁊ tēporis ſemper ſalua/dicen
te Ambroſio lib.de ſacramētis:anteriora eſſe ſacramē=
ta Chriſtianorū q̄ Judeoꝝ/multo potius hereticorum:
que nihil ſunt:ſicut idolū nihil eſt ſecundū Apoſtoluꝫ.
Unde lib.iiij.de ſacramētis Ambroſiꝰ. Accipe(inquit) Ambroſiꝰ
que dico:anteriora eſſe myſteria Chriſtianorū q̄ Judeo
rum:⁊ diuiniora eſſe ſacramēta Chriſtianoꝝ q̄ Judeoꝝ.
Et infra. Ergo primo intellige ſacramēta hec que acci=
pis anteriora eſſe q̄ ſint Moyſi ſacramēta:quecūq; Ju
dei habere ſe dicunt:⁊ prius cepiſſe populū Chriſtianū
q̄ cepiſſe populū Judeorū:ſed nos in predeſtinatione/
illi in noīe. Obtulit ergo Melchiſedech panē ⁊ vinum.
Hec ille. AVTHOR. Inde diffuſe declarare incipit qd̄
predixit. Primo igitur pro antiquitate ſue perfidie de
hoſtia cōſecrata recurrit ad primā hereſim diſcipuloꝝ.
Joannis.vi. vbi cū predicaret Chriſtus in Synagoga
Capharnaū de venerabili carne ſua poſterius comeden
da in hoſtia/dicēs: Niſi manducaueritis carnē filij ho=
minis ⁊ biberitis eius ſanguinē nō habebitis vitam in
vobis . ipſi dixerunt. Durus eſt hic ſermo:quis poteſt
eū audire? ⁊ ex hoc multi diſcipulorum eius abierūt re=
troſum. Unde vt habet̄ de cōſecratiōe.diſtin.ij. Primo Canon.
quidem hereſis in diſcipulis Chriſti velut a duritia ſer
monis eius facta eſt. Cū enī diceret: Niſi quis mēduca
uerit carnē meā ⁊ biberit ſanguinē meum/non habebit
vitam eternā . illi nō intelligētes dixerunt adinuicem.
Durus eſt hic ſermo. Quis eum poteſt manducare? Di
centes q: durus eſt hic ſermo ſeparauerunt ſe ab illo:⁊
remāſit cum duodecim.Hec ibi. AVTHOR. Error iſte
diſciplorū non erat ſimplex/ſed duplex. Unus in intel
lectu:alter in effectu. Intellexerunt quippe carnē Chri
ſti dilaniandam/⁊ cruda ſpecie comedendā qualiter vē=
ditur in macello / ſecundū illud ſuꝑ pſalmo.xcviij. Au=
guſtini. Carnaliter illud cogitauerunt ⁊ putauerunt q̄ Auguſti.
preſtiturus eſſet dn̄s particulas quaſdā de corpore ſuo
⁊ daturus illis. Dixerūt.durus eſt hic ſermo. Ipſi autē
erant duri/nō ſermo.Hec ille. AVTHOR. Itē iſti diſci
puli habebant affectū curuū ad cibū corporalē ⁊ paneꝫ

terrestrē/secūdū ꝙ exponit sup Joannē homilia.xlvij.
Chrysosto. Chrysostom⁹. Non verba Christi(inquit)erāt que istos
scandalizabāt:sed negligētia ⁊ desidia ⁊ indeuotio coꝝ
qui audiebant verba.Etenī si Christus nō dixisset ista/
scandalizati essent vtiq;:⁊ nō acquieuissent:cibo semper
attēdētes corporali/⁊ terre affixi.Hec ille. AVTHOR
Conformiter in vtroq; scādalizanť wicleffiste.Nā prio
sunt eis deteriores:quia error discipulorū nō exiuit me
tas nature corporis Christi:sed horrebāt carnis sectio-
nem cruentā.wicleff autē nec naturā Christi carnis in
sacramēto admittit/sed figurā tantūmodo ⁊ paruū re-
spectū tropicū:qui nec est substantia nec accidens abso
lutum.In secūdo vero pani naturali totus incumbit:⁊
plus illū inquirit ⁊ certat habere/ꝙ optimū corpus vi-
uum a Christo promissum.Sic igitur heresis querētiū
panē corruptibilē in sacramēto Eucharistie:⁊ per hoc
euacuātium Christi carnē/quomodocūq; sumpsit exor
diū.Ex qua itē parte post istos surrexerūt fede secte ho
minū.quorum quidā immiscuerunt farine sanguinē hu
manū/vt Cataphryges.Quidā(qd̕ est horrendū dictu)
humanū semē/vt Manichei. Quidā/vt Ophite/basia
serpētina:quorū nullū facere presumpsissent/si vere cre
didissent panē illū corruptibilē de farina illa confectuȝ
virtute verborū Christi transisse in verā naturā carnis
Christi:sicut a principio credebant duodecim apl̄i q̄ re
manserūt:quibus itē Christus dixit.Nunqd ⁊ vos vul-
tis abire:⁊ cui vice oīm Petrus ait.Domine ad quem
ibimus:verba vite eterne habes.⁊ fidē istam pure trā
miserunt ecclesie.Restat forsan errores dictos inscribe
re/ne non cernanť ab his qui dictos libros non possunt
formaliter nõ est corpus Christi in sacramẽto/sed habitudinaliter figuraliter. Vñ de Eucharistia cap.i. Theologus dicit ꝙ panis est corpus Christi/⁊ vinũ eius sanguis:quod oportet figuratiue intelligi/signo supponẽte pro signato. Si autẽ doctores signorũ intelligãt predicationẽ secundũ essentiã vel nõ figuratiuã sed formalem:est error in ianuis. Hec wicleff. Et istã trinã predicationem detegit in trialogo.capite.vij.iiij. ⁊ in de sermone domini in monte.capite.xliij. AVTHOR. Ecclesia Jesu Christi horrẽdã blasphemiã quã iam audiuit/cũ indignatione repellit/repetẽs semp verbũ imperatoris maiestatis sponsi sui spondentis ⁊ iubẽtis hoc esse corpus suũ: Hoc est(inquit)corpus meũ. Surge miser ⁊ rudis heretice:tolle micas figuralũ ꝑdicationũ tuarũ/ q̃ tibi sũt suaues. Nos nõ audiuim9 Christũ dicere/hoc est corpus meum figuraliter. Sed quid? Hoc est corpus meũ:⁊/hoc facite in meã cõmemorationẽ. O horrendissime ⁊ abominãde inter oẽs heretice/si tibi videt abominanda predicatio in corpore innocẽtis/in carne agni immaculati/⁊ sanguine lateris virginalis/in ferculo sacramenti. Nunq̃ sapiat mihi cibus vt iste/ita vt gustez illũ vsq3 ad diuisionẽ anime ⁊ spũs solutionẽ oĩs carnalis cõpaginis ⁊ substantie medullaris. Cur non clamẽ? cur nõ vociferer? Mirum ⁊ vltra oĩa mira mirum:qđ nunq̃ possit ascendere in cor quantũcũq3 blasphemi:ꝙ si haberemus verũ Christi corpus in sacramẽto Eucharistie secũdũ essentiã ⁊ naturã/hec hostia sacra ⁊ precelsa honestate refulgens reciperet predicationes abominabiles:⁊ esset error in ianuis. Accedat contra istos fictos ⁊ figuratitios procurator ecclesie Christi Paschasius:pronunciet veritatẽ ex decreto sanctorũ ⁊ sermonibus Jesu Christi in expositione verborũ illorũ Matth. Cenantibus aũt eis accepit Jesus panẽ/benedixit ac fregit/deditq3 discipulis suis dicẽs/Accipite ⁊ comedite:hoc est corpus meũ. Audiant(inquit)qui volũt exte-

Paschas.

nuare hoc verbum corporis ꝙ non sit vera caro Christi que nũc in sacramẽto celebrat in ecclesia Christi/neq3 verus sanguis ei9: nescio q̃d volẽtes plaudere aut fingere quasi q̃dã virt9 sit carnis ⁊ sanguinis in eo ad modum sacramẽto/vt dñs mẽtiatur/⁊ nõ sit vera caro ei9 neq3 verus sanguis:in quibus vera mors Christi annunciatur:cũ ipsa veritas dicat. Hoc est corpus meũ. Similiter ⁊ de calice. Bibite ex hoc oẽs/hic est sanguis me9 noui testamẽti.non qualiscũq3/sed qui pro vobis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Hec itaq3 dixit cũ fregit ⁊ dedit eis panẽ. Nõ hec est vel in hoc mysterio est quedã virtus vel figura corporis mei.sed ait nõ ficte: Hoc est corpus meũ. Et ideo hoc est qđ dixit:nõ quod quisq3 fingit. Ubi Lucas addidit/Qđ pro vobis tradet/sicut alij codices habent/datur. Sed ⁊ Joannes ex persona dñi: Panis(inquit)quẽ ego dabo caro mea est/nõ alia/ q̃ pro mundi vita. Ac deinde. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinẽ meũ/in me manet ⁊ ego in illo. Unde miror quid volũt nũc quidã dicere non in re esse veritatẽ carnis Christi/vel sanguinis:sed in sacramẽto virtutẽ quãdã carnis/⁊ non carnẽ:virtutẽ forte sanguinis/⁊ non sanguinẽ:figuram/⁊ non virtutẽ:vmbrã/⁊ nõ corpus:cum hic species accipit veritatẽ: ⁊ figura veterum hostiarum corpus. Unde veritas ait cũ porrigeret discipulis panẽ. Hoc est corpus meũ/⁊ non aliud/q̃ ꝓ vobis tradet. Et cum calicẽ. Hic est calix noui testamẽti ꝗ ꝓ vobis effundet ĩ remissionẽ petõrũ. Necdũ itaq3 erat fusus:⁊ tñ ipe porrigit in calice sanguis ꝗ effundẽdus erat. Erat quidẽ iam in calice qui adhuc tñ fundẽdus erat in preciũ. Et ideo idem ipseq3 sanguis iã erat in calice ⁊ qui in corpore/sicut ⁊ caro vel corpus in pane. Erat aũt integer Christus ⁊ corp9 Christi corã oculis oĩm positũ:necnõ ⁊ sanguis in corpore:sicut adhuc hodie integerrimũ est ⁊ manet:qui vere dabatur eis ad comedẽdũ ⁊ ad bibẽdũ in remissionẽ peccatorũ. Dicat si vult si in aliquo loco remissio est petõrũ q̃ in Christo. Hec ille. AVTHOR. Sic dicit wicleff cap.viij.de Eucharistia in fine. Sup nos(inquit)non iacet difficultas ista/quia corpus Christi est in sacramẽto panis/aut virtus:⁊ nõ corpus Christi qđ in celo extẽdit. Et declarat xlv.de sermone dñi in monte. Sicut rex est potẽtialiter aut virtualiter in omni parte regni:sic corpus in omni parte hostie consecrate. Hec infero vt pateat quomodo conueniat illis hereticis per omnia quos Paschasius reprobauit:intendens semper contra eos obijcere verba Christi/que non de figura corporis/sed natura loquunt:quia illud idem corpus est quod pro vobis tradetur/⁊ idẽ sanguis qui fundet. Ita indubitanter illud sacramentum dominici corporis quod pro nobis mittebatur in ligno/illud idem ⁊ solum idem secundum substantiam mihi porrigitur in panis signo:⁊ tamẽ panis est hic ⁊ ibi. Sed de quo dixerunt Judei:Mittamus lignum in panem eius. Super quo in commẽtario/libro tertio in fine/Hieronymus. Dixerũt (inquit) Mittam9 lignum in panem eius/crucem videlicet in corpus salvatoris. Ipse est qui ait. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Sequit. E cõtrario iuxta assumptum: corporis sacramentum loquitur filius ad patrem. Hec ille. AVTHOR. Hoc corpus sacramentum non est panis wicleff/cuius substantiam mures ⁊ ratones(vt ipse dicit) prudenter agnoscunt:quã ipse dicit figuraliter corpus christi/que cito post futura est naturaliter caro ratonis. Ego non recolo figuram sine corpore pro me fuisse traditam/nec figuralem sanguinem sed naturalem ꝓ me effusum in cruce/ne sarracenis consentiam dicentibus Christum non crucifixum in sua substantia sed aliena/quia sicut dicunt abominabile esse/ credere tantum prophetam sustinuisse tam detestabile genus mortis/ sic dicit wicleff abominabile ꝙ Christus frangeretur et laniaretur cum a fidelibus manducatur. Ut autem Paschasio non imputetur ꝙ ista dixerit de sensu suo nouello:ascendamus ad senatum patrum:quorũ vnus Eusebius Emisenus:cuius ꝑcelsas laudes intonat Hieronymus de illustrib9 viris/⁊ memoria huius dicti sui in decretis habetur percelebris de sermone corporis et sanguinis Christi/qui incipit:Magnitudo celestiũ.rbi. Merito/inquit/celestis confirmat auctoritas:quia caro mea vere est cibus/et sanguis meus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum/quando quidem qui auctor est muneris ipse testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis ⁊ sanguinis sui verbi sui secreta potestate cõuertit:ita dicens. Accipite et edite. Hoc est enĩ corpus meũ.et sctificatione repetita. Accipite ⁊ bibite:hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutũ precipiẽtis dñi repẽte ex nihilo substiterũt excelsa celorũ/ꝓfunda fluctuũ/ vasta terrarũ/pari potẽtia in spũalib9 sacramẽtis rbi

Hierony.

Wicleff.

Ratonem murẽ maiorẽ vocat.

Eusebius.

p̃cipit virt⁹/ & rei seruit effectus. Hec ille. AVTHOR.
Ecce fideles antiquus pater Eusebius plane cõfirmat
Paschasiũ dicẽs q̃ inuisibilis sacerdos Christ⁹ visibi
les creaturas panis & vini in substãtiã corporis & san-
guinis sui/ vbi sui secreta ptãte ꝯuertit ita dicẽs/ Acci
pite & edite/ hoc est corpus meũ/ & hic est sanguis me⁹.
Quo iã auertet wicleff aspectũ/ q̃ negat cõuerti panẽ
in corpus Christi secũdũ essentiã vel substãtiã: sed soluz
secundũ figurã? Eusebius dicit substantiã corporis nõ
figurã/ quia veritas corporis ibi est/ nõ illa vaga & ana-
loga wicleff/ sed certa veritas determinate infra gen⁹
quã secundũ locutionẽ scripture doctores dicũt figure
oppositã, alioquin veritas Christus nõ esset: si nõ veruz
corpus isto modo fecisset. Idcirco in sermone de corpo-
re & sanguine domini q̃ incipit/ Interim dũ a domino.
Augusti. Augustin⁹. Interim (inquit) dũ a dño peregrinamur in
hoc mundo/ corpore & sanguine ei⁹ in via pascimur: si-
cut apostolis suis hoc mysterium in cena vltima ante
mortẽ suã tradidit: & nobis sequẽtibus frequẽtandum
per eos mãdauit. Adhibenda est ergo fides dominicis
verbis q̃bus dicit/ Caro mea vere est cibus/ & sanguis
meus vere est potus, & bene infra. His itaq̃ & alijs si plu
res sunt significationibus cõseruatis/ conseruet̃ etiã fi-
des: qua dñi corpus ipsum verũ nõ qualitatiue sed sub-
stantialiter credit̃: vt qḋ ipa veritas oĩno verũ testat̃/
nostra fallacia falsum aut imaginariũ esse nõ opinetur.
Hec ille. AVTHOR. O inundans spũssancti gratia/
que sic supueniẽs Augustinũ impleret/ vt tã breui sen-
tẽtia tã penes fidẽ q̃ logicam sacramẽti simul ex omni
parte victoriose cõfutaret hereticũ. Cõseruet̃ (inquit) fi
des qua dñi corpus ipsum verũ nõ qualitatiue sed sub-
stãtialiter credit̃. Attẽde q̃d abnegat/ prospice q̃d affir
mat: Corp⁹ Christi qḋ in mysterio in cena tradidit: & no
bis frequẽtandũ mãdauit: corpus eius esse substãtiali-
ter affirmat: nõ disputem⁹ amplius/ hoc wicleff negat
in terminis. Ibi finẽ cõtrouersie sumus adepti. Et iterũ
corpus ipsum non qualitatiue. Intellige qualitatẽ pro
determinato genere predicamenti: & tunc negat Augu
stinus in sacramento figuram tuam in corpore domini/
si sit quarta species qualitatis. Intellige qualitatem
transcendenter pro toto equiuoco accidentis sicut ple
runq̃ apud sacros scriptores accipitur: & tunc negatur
figuralis respectus vltimi generis/ & omnis generis ac
cidentis vsq̃ ad substantiam exclusiue: non scilicet q̃
nullum accidens absolutum vel respectiuum insit cor-
pori Christi ibi: sed q̃ nullũ sit ibi corpus Christi essen-
tialiter vel modaliter. sic enim dicit. Corpus ipsum nõ
qualitatiue sed substantialiter creditur. Subdit cau-
sam. Ut quod ipsa veritas omnino verum esse testatur/
nostra fallacia falsum aut imaginarium esse non opi-
netur. Et quid est respectus tuus figuralis/ nisi imagi-
narium/ insensibile/ vix intelligibile? quia vix alicuius
essentie: & si alicuius/ inter minimas essentias minime.
Ergo non est omnino verum corpus quod veritas ipsa
testabat̃ esse verũ/ si sit de tam alta prosapia sue carnis
auulsum & ad figuram tantille habitudinis diminutũ.
Hoc antiquorũ sanctorum omnium fuit doctrina cõmu
nis/ hoc autẽ transfundebant in posteros. Sic enĩ intel
lexit Rabanus precios patres suos/ dicẽs carnẽ Chri
sti nihil aliud q̃ carnem ibi/ non panem putribilem/ nõ
respectũ tropicũ/ in libro de corpore & sanguine domini
Rabanus cap. xxiiij. dicẽs. Igit̃ in pane ideo celebrat̃/ q: Christ⁹
est panis qui de celo descendit. sed sicut longe aliud ab
illo pane intelligitur: ita longe aliud caro a mortali no
stra carne secernitur. Sequitur. Atq̃ ideo nec mirum/
si caro Christi panis dicit̃/ dum & caro sub specie panis
visibili nihil aliud q̃ caro porrigitur. Sed caro/ quia in
eadem carne passus in veritate creditur. Panis vero
quia granũ frumenti cadẽs in terrã: & vos ex ipso nihil
aliud q̃ frumentũ per fidẽ genuit. Unde p hoc seipsum
suis mẽbris ex se natis vitã p̃buit: & prestãdo nihil no-
bis aliud q̃ panis eternus fuit. Hec ille. AVTHOR.
Hic in vno cetu sermonis verissimi cõgregata sunt tria
vestra principia de fide sacramenti. Hic habes corpus
Christi secũdum se sine admixtione aliena. Nihil aliud
(inquit) q̃ caro porrigit̃/ in qua passus in veritate cre-
ditur. Hic habes panis desinentẽ substantiã: & panem
Christi qui de celo descendit: qui longe aliud a visibili
pane ibi est: de nouo presentẽ: qui vitam prestando nihil
nobis aliud q̃ panis eternus fuit. Et habes itez tertio
accidẽtiũ panis remanẽtiã: Caro (inquit) sub specie pa
nis visibili. Ubi ergo dabis mihi accidentiũ illorũ sub-
iectum/ datis primis duobus? Ecce hoc sacramentum
est caro Christi pura: hoc sacramẽtũ non est panis ma-
terialis/ nec quicq̃ superest ibi. Ubi ergo nidificabunt
accidentia tua charissima? Tu ipse dicis/ sensus nõ po-
test capere q̃ hoc sit corpus Christi secundũ substantiã
nisi desinat esse panis secũdũ substãtiã. Sancti patres
oẽs cõcedũt hoc venerabile sacramẽtũ esse carnẽ Chri-
sti secũdũ suã substãtiã ꝓpriã/ in qua vere est passus: &
per te/ cõtra te/ exclusa substãtia tui panis: vbi acciden
tia patula si non in se subsistant/ petent hospitium?

Q; hostia consecrata est Corpus Christi secundum naturã corporis Christo vniti. Caput. XXIIII.

Ostẽdimus in his predictis/ cor
pus Christi esse venerabilem ho
stiam in altari fidelium/ & in pre
dicatione secundũ essentiã/ quia
secũdum substãtiam carnis sue
in actu p̃io q̃ est esse. Mõstrem⁹
item hoc idẽ ab ei⁹ actu secũdo/
q̃ est opari secũdũ naturã. Oĩne
enĩ agens secũdũ naturã tũc cre
ditur efficax cũ assimilat sibi passum suũ: nõ quidẽ secũ
dum accidens remotum/ sed secundũ naturã. Quod si
verum est/ caro Christi est secundũ naturã quã sumim⁹
quia per illam conformamur & cõcorporamur Christo/
non tantum per gratiam/ sed etiam naturam. Hoc quã
tum valet wicleff fugit detestãs simpliciter dicere san
ctum sacramentum esse corpus Christi secundum natu
ram/ sed solum secundum figuram. Unde de simonia ca
pite. xx. Corpus (inquit) panis seruando panis substan
tiam est miraculose factum/ cum hoc corpus domini/ wicleff.
non audeo dicere identice secundum substantiam vel
naturam/ sed tropice secundum significantiam vel fi-
guram. Hec wicleff. AVTHOR. Accedamus ergo vi
dere si fidelis quando credit se percipere corpus Chri-
sti/ percipit solum tropum vel figuram/ aliquid peius
musca/ que vt ferunt est Lollardorum communio. Nos
aũt catholici credimus corpus Christi pcipere per na-
turã: & hoc ꝓbam⁹. Arduũ ẽ qḋ spõdeo. sz ad ꝓbationẽ
ei⁹ sc̃ti p̃res accedãt p̃cursores logi tp̃is iã instãtis ec-
clesie. Un̄ sup euangeliũ Ioãnis Morali. xlij. Chrysost.
Necessariũ est (iquit) dicere miraculũ mysteriorũ/ q̃d est Chrysosto.
& propter quid datum/ & que vtilitas rei. Unum corpus
sumus & membra vt de carne eius & ossibus eius. Qui
autem edocti sunt/ assequantur ea que dicuntur. Ut igi
tur non solum secũdum amorem hec fiamus/ sed & secũ-
dum ipsam rem/ in illam remisceamur carnẽ: per cibũ
hoc fit quẽ largitus est: volẽs nobis ostendere amorem
quẽ habet erga nos: ꝓpterea remiscuit seipm̃ nobis/ et

recõmassauit corpus suum in nos/vt vnũ quid fiamus:
sicut corpus capiti copulatur.Eorum eñ qui valde di=
ligunt est hoc signum.Hec ille. AVTHOR. Ecce pro=
pter hoc institutum est mysterium sacre eucharistie/ vt
vnum corpus simus cum christo non solum scdm amo
rem sed secundũ ipsam rem/multo magis non secundũ
figuram tm̃/sicut et erant Judei viuentes sub timore.
Qui tamen figuram etiam(vt wicleff dicit)multo me=
liorem q̃ nos.s.agni paschalis absumpserant. Et fide=
les Christi pene in omnibus ritibus sacramentorum ⁊
sacramentalium vnionẽ amoris recolũt cum Christo/
sed in perceptione eucharistie non solũ amore sed ipsa
re nature Christo coniungimur. Et propria secundum
Chrysostomũ remiscuit seipsũ nobis in sacro cibo/⁊ re
cõmassauit corpus suũ in nos.Quis vnq̃ talia dixit de
nuda figura corporis?Hanc dictionem consequens san
ctus pater Ambrosius lib.vi.de sacramentis/cõpara=
tionem insinuat consubstantialitatis nature patris ad
Ambros. filium dicens.Sicut verus est dei filius dñs noster Je=
sus Christus/non queadmodũ homines per gratiã sꝫ
quasi filiꝰ ex substãtia patris:Ita vera caro sicut ipse
dixit/ quam accepimus/⁊ eius sanguis est vere potus.
Sequit.Similitudinem quidem accipis sacramẽtum/
sed vere nature/virtutemq̃ cõsequeris.Ego sum (inq̃t)
panis viuus qui de celo descendi.⁊ infra.Et tu qui ac=
Gradus tres. cipis carnem diuine eius substantie in illo participa=
ris alimẽto.Hec ille. AVTHOR. Recole tres gradus
esse participatiõis eucharistie.In primo est figura quã
tu laudas.Et qui figuram acceperãt/non omnes diui=
ne substantie participes facti dicti sunt/sicut tota mul
titudo comessantiũ mãna in deserto ⁊ agnũ in pascha.
Ascenditur eñ ad eos qui bona fide ⁊ dilectione com=
ederant/sicut multi illorum pie credentes in eum q̃ vẽ
turus erat in carne:⁊ quidem multi fideles noue legis
qui nec ore corporis cõederunt sed cordis amore.Pro=
pter hoc qđ dictum est Nisi manducaueritis carnem fi
lij hoĩs non habebitis vitam manentẽ in vobis.Et ad=
huc scdm Chrysostomũ ⁊ Ambrosiũ restat gradus ter=
tius sub quo sumitur/ vt incorporet sibi sumentem/ nõ
solum secundũ amorem in eum sed scdm rem cõcorpo=
rationis ⁊ cõsubstantialitatis naturalis. Et quanto iã
putas figurã tuam supauimus?Certe si filiꝰ dei Chri=
stus sit cõsubstantialis deo patri scdm naturã ⁊ non tã
tũ per gratiam/ne incidas dogma arrianũ:ita non per
figuram tãtum sed per naturam proprie carnis Chri=
stum cõcedit christianus scdm Ambrosiũ: ita inquit ve=
ra caro quã accepimus ⁊ verus sanguis.Item lib.viij.
de trinitate cito post principium Hilariꝰ. Eos nũc qui
Hilarius. inter patrem ⁊ filium voluntatis ingerunt vnitatẽ in=
terrogo:Utrum ne per nature veritatem hodie Christꝰ
in nobis sit/an per concordiam voluntatis? Si eñ ve=
re verbum caro factum est/⁊ vere nos verbũ carnẽ cibo
dominico sumimus/quomodo non naturaliter manere
in nobis existimandus est/qui ⁊ naturã carnis nostre
iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit?Homo
ille qui ex Maria virgine naturam carnis sue ad natu
ram eternitatis sub sacramento nobis cõmunicãde car
nis admiscuit.Sequitur Si vere igitur carnem corpo
ris nostri Christus assumpsit/⁊ vere homo ille qui ex
Maria virgine natus fuit Christus est/nosq̃ vere sub
mysterio carnẽ corporis sumimus/ ⁊ per hoc vnum eri=
mus:pater qui in eo est ⁊ ille in nobis:quomodo volun
tatis vnitas asseritur cum naturalis per sacramentum
proprietas pfecte sit sacramentum vnitatis? Non est
autem humano seculi sensu in dei rebus loquẽdũ: neq̃
per violentiã atq̃ impudentẽ predicationeꝫ celestiũ di
ctorum sanitati aliene atq̃ impie intelligẽtie extorquẽda

peruersitas est.De naturali eñ in nobis Christi verita
te que dicimus nisi ab eo dicimus stulte atq̃ impie di=
cemus.Ipse enim ait.Caro eñ mea vere est esca/ ⁊ san
guis meus vere est potus.Qui edit carnem meã ⁊ bi=
bit sanguinem meum in me manet/⁊ ego in eo.De veri
tate carnis ⁊ sanguinis non relictus est ambigendi lo=
cus.Nũc eñ ⁊ ipsius domini pfessione ⁊ fide nostra ve
re caro est/⁊ vere sanguis ẽ.Et hec accepta atq̃ exhau
sta id efficiunt vt ⁊ nos in Christo ⁊ Christus in nobis
sit.An ne hoc veritas non est?Contingat plane ijs ve=
rum nõ esse/qui Christum Jesum verũ esse deũ negant.
Est ergo in nobis ipse per carnem/⁊ sumus in eo/ dum
secum hoc qđ nos sumus in deo est. Q autẽ in eo per
sacramentũ cõmunicate carnis ⁊ sanguinis sumus ipse
testatur dicens.Et hic mundus me iam non videt/vos
autem me videbitis: quoniam ego viuo vos viuetis:
quoniam ego in patre meo ⁊ vos in me:⁊ ego in vobis.
Si voluntatis tãtũ vnitatem intelligi vellet/ cur gra=
dum quendam atq̃ ordinem cõsummande vnitatis ex=
posuit?nisi vt cum ille in patre per naturã diuinitatis
esset/ nos contra in eo per corporalem eius natiuitatẽ:
et ille rursum in nobis per sacramentorum inesse my=
sterium crederetur/ac sic perfecta p mediatorẽ vnitas
doceretur.Seq̃tur.Q aũt naturalis in nobis hec vni=
tas sit/ipse ita testatus est/Qui edit carnem meã/⁊ bi
bit sanguinem meũ/in me manet ⁊ ego in eo.Nõ eñ q̃s
in eo erit/nisi in quo ipse fuerit/eius tantũ in se assum=
ptam habens carnem/qui suam sumpserit. Perfecte
autẽ huius vnitatis sacramentum superius iam docue
rat dicens.Sicut misit me viuens pater/⁊ ego viuo p=
pter patrem.Et qui mãducauerit meam carnem/⁊ ipse
viuet per me.Uiuit ergo per patrem.⁊ quo modo p pa
trem viuit eodem nos per carnem eius. AVTHOR.
Et quid est occultum hic/quod non reueletur? quid mi
hi peperci quo minus annunciarẽ vobis omnia? Pla=
ne probat Hilarius carnem Christi naturalem non figu
ralem/substantialem non tropicam nos accipere/dum
suscipimus sacramentum.Nunq̃d hic loquitur de pa=
ne ⁊ vino? sed nec Chrysostomꝰ supra:nec Ambrosius/
nisi modificando celestẽ ne te tegeres sub figura.Tres
isti doctores in carne naturali Christi in sacramẽto cõ
ueniunt.Ipsi perfectam vnitatem nostram ad Christũ
predicant naturalem nõ tãtum per gratiam.Et hoc p
pter carnem illam naturalem quã assumimus/ ⁊ nedũ
propter illam quam ipse sumpsit ex nobis. Et format
Hilarius artificiose satis duas premissas contra pam=
bulas hereses ad tertiam inferendam. Primo q̃ sicut
filius est de natura patris contra Arrianos:Secundo
sicut filius est cõnaturalis nobis scdm carnem quã as=
sumpsit/contra manicheos:sic est cõnaturalis nobis se
cundum carnem eius quã cotidie manducamus cõtra
Berengarios ⁊ wicleffistas.Ideo scdm hãc consequẽ
tiam coactus fuit Nestorius negare naturalem carnẽ
Christi in eucharistia: sed alterius inquit boni viri qui
filius hominis diceretur/vt patet in actis cõcilij ephe=
sini vt superiꝰ habebatur.Istas ergo cõnaturales vni=
tates intexere non videretur Hilarius nisi seinuicẽ se=
querẽtur.Ita ergo p oppositum negans naturam cor=
poris Christi in sacramento altaris/iam incurrit socie
tatem Manicheorum/obligatus negare veram carnẽ
Christi in supposito:⁊ veram deitatis naturam in Chri
sto/sed figuralem ⁊ tropice adoptiuã. Hanc distinctio
nem Hilarij secuti sunt doctores sequaces vt Rabanꝰ
q̃ de corpore ⁊ sanguine domini cap.xxiij.Christus (in= Rabanꝰ.
quit)hodie in nobis non solum per concordiam volun
tatis sed etiaꝫ per naturã in nobis:sicut ⁊ nos in illo:
recte manere dicitur. Nam si verbum caro factum est:

et nos vere verbum carnem in cibo dominico sumim⁹/ quomodo Christus in nobis manere naturaliter iure non estimatur/qui ⁊ naturam carnis nostre inseparabilem sibi homo natus deus assumpsit/⁊ naturam carnis sue ad naturam eternitatis sub sacramento hoc nobis communicande admiscuit? Et ideo per hoc omnes in deo patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto vnum sumus: quia pater in Christo ⁊ Christus in nobis esse probatur. Hinc igitur est ꝙ ⁊ nos in Christo naturaliter vnũ corpus efficimur: ⁊ si quis patrem in Christo naturaliter cõfitetur/confitetur se naturaliter q: verbum caro factũ est/ vnum esse in illo/vt naturalis vnitas ꝑ sacramentũ appareat veritatis. Hinc ergo dicit. Qui manducat carnem meã ⁊ bibit sanguinem meum in me manet ⁊ ego in eo. Sequitur in proximo capitulo. Per baptismũ ergo renascimur in Christo/⁊ per sacramentum corporis ac sanguinis Christus in nobis non solũ fide sed etiam vnitate carnis ac sanguinis manere ꝓbatur. Et ideo iã mẽbra Christi ei⁹ carne vescimur/ vt nihil aliud ꝙ corpus eius vnde viuimus/⁊ sanguis/inueniamur. Hec ille. AVTHOR. Plane facit hic Rabanus argumentum Hilarij: ꝙ si quis confitetur Christum eiusdẽ nature esse cum patre/ita in sacramento veritatis confiteri necesse habet nos naturaliter vnũ esse cum Christo. Item Fulbertus qui in epistola ad Adeodatuz de

Fulbert⁹. tribus q̄ sunt maxime necessaria ad perfectum. De corpore suo (inquit) Christus sub hora passionis sue familiaribus suis ait. Hoc est corpus meũ. ⁊ paulopost. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro vobis fundetur. ⁊ alibi. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit meũ sanguinem in me manet ⁊ ego in eo. Qua magistri authoritate aĩati dum corpori ⁊ sanguini eius cõmunicamus audenter fatemur nos in corpus illius trãsfundi/ ⁊ ipsum in nobis manere. In nobis ipsum manere dico non solum per concordiam voluntatis/sed etiã ꝑ nature vnite veritatem. Si eñi verbũ caro factum est: ⁊ nos vere verbum carnẽ cibo dominico suminus/ quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est: qui et naturã carnis nostre iã inseparabilem sibi homo natus assumpsit/⁊ naturã carnis sue ad naturam eternitatis sub sacramento nobis cõmunicande admiscuit? Ita ergo in deo sumus: quia ⁊ in Christo pater/ ⁊ Christus in nobis est. Hec ille. AVTHOR. Uides iã ꝙ concorditer Fulbertus dicit cũ magno Hilario ꝙ corpus Christi sumptum in sacramento in nobis manet naturaliter/id est per modum nature sue: ⁊ non solum ꝑ concordiam voluntatis. Et vbi exprobrat wicleff catholicos ꝙ nullam habẽt authoritatem hoc dicendi/obstat Fulbertus ꝑ hec verba Christi. Hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. ⁊ qui manducat meam carnẽ ⁊c. Qua inquit magistri authoritate aĩati ⁊c. In nobis inquã manere non solum ꝑ concordiã voluntatis sed per nature vnite veritatem. quã veritatẽ resoluens post in aduerbium Si vere verbũ carnem cibo dñico sumim⁹/ quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est? Ecce authoritas dictionis ecclesie. Ecce si vere/quomodo non naturaliter? Istis respondeat wicleff cum noua logica sua. [redacted] nõ nisi figuraliter. Fulbertus dicit si vere ergo naturaliter. Sed fugit wicleff ad sophisma suum. Ita inquit naturaliter natura panis. Non ita ait Fulbert⁹: sz per nature vnite veritatem. Christus nunꝙ vniuit diuinitati sue naturam panis pistorij: sed ꝑ naturã corporis veri deo Christo vniti. Sz wicleff cupiens euadere/ glossam sibi fin-

wicleff. git obscuram. xviij. de apostasia. Patet inquit pro isto termino naturaliter ꝙ doctores primitiue eccl̃ie ⁊ specialiter Hilarius dicunt corpus Christi esse naturaliter carnaliter ⁊ corporaliter ipsum panem ad excludẽdã figuram precisam/qualis fuit in lege veteri: q: aliter superflue diceret/Hoc est corpus meũ: nisi signũ illud panis haberet efficaciam super illam. Hec wicleff. AVTHOR. Ualde sollicitus est hinc glossare doctores/ hinc signare differentias. Sed ergo nõ latere potest fideles quin patres primitiue ecclesie credebant sacramentum eucharistie naturaliter carnẽ Christi non panem/sicut iste falso recitat/sed veritatem: sicut dicit Hilarius/distinguendo contra signum/⁊ sacramentum cõmunicate carnis ⁊ sanguinis nõ cõmunicati panis naturalis/vt iste contra votum Hilarij aliene atq; impie intelligentie sue de veritate Hilarij peruersitatem extorquet. Iterum q: dicit Hilarium ⁊ patres hoc dicere ad excludendam figuram precisam veteris legis/quero quid addis tu ibi super figuram? Paulo añ iam dicta tu dicis sufficere ꝙ supra rationem figure panis ille sit realiter corpus Christi. Si hoc sufficiat quid addis in figuraz veteris legis? Per te eñi agnus paschalis fuit realiter Christus passus/et serpens eneus fuit realiter Christus crucifixus/q: habitudinaliter: sicut vij. spice. vij. anni. q̃d addit iam figura tui panis sup figuram veteris legis? Alibi tñ dicit non hoc sufficere/ sed addit quandam efficaciam virtutis. Querendum esset adhuc de illa virtute vtrũ esset corporalis an spiritualis/temporalis an eterna: distincta gradib⁹ solis an natura? Nihil dico in Christiani preiudiciũ sacramẽti/sed vt diuine recolamus beneficia vbicunq; operetur serpens eneus qui fuit figura veteris legis in signum salutis quã Christus crucifixus operaretur in gentibus: etiam plurimos populos lesos a serpentibus pristine reddidit sanitati. Sanguis agni paschalis pestem Angeli exterminatoris absoluebat a domibus. Aqua iordanis in figura baptismi duplicem virtutem exercebat in Naaman syro: virtutem corporalem tergẽdo leprã/ et virtutem spiritualem/fidẽ. s. vnius dei imprimendo ꝑ professionem syncerã. Lutũ item q̃ꝺ liniuit Christus Sacramẽtũ vnctionis. ad oculos ceci nati: quo sacramentuz vnctionis signatur/⁊ ceco visum restituit/⁊ ad sui .i. christi fidẽ perduxit. Si pro maioritate virtutis ex parte sacramenti altaris institeris ipsa non variat sacramentum cum scdõz variam dispositionem suppositi ipsum idem sacramentum huic efficaciter vitam operatur eternam/ ⁊ isti iudicium. Ex his ergo cõcludimus frustra sollicitari wicleff ad respondendũ primeuis doctoribus/⁊ ad instituendum differentias figurarum/ꝙdiu non posuerit cum antiquis sanctis in suo sensu corpus Christi scdm naturã suã in sacramento super omnẽ virtutem aliã aliãve figuram. Berengarius enim magister eius hoc fecit/sz nõ p̄ualuit. Q̃ꝺ item ex verbis Christi deducit in expositione Matthei Paschasius. Nec itaq; dixit cum Paschasius. fregit ⁊ dedit eis panem: Hoc est vel in hoc mysterio est quedam virtus vel figura corporis mei: sed ait non ficte. Hoc est corpus meũ. ⁊ ideo hoc est quod dicit non q̃ꝺ quisq; fingit. vt infra. Unde miror quid nunc volunt quidã dicere non in re esse veritatem carnis Christi vel sanguinis/sed in sacramento virtutem quãdã carnis ⁊ non carnem/virtutem forte sanguinis ⁊ non sanguinẽ: figuram ⁊ non veritatem: vmbram/ non corpus: cũ hic species accipit veritatem ⁊ figura veterum hostiarum corpus. Hec ille. AVTHOR. Ecce q: dicit se elegisse leuiorem viam scripture ⁊ doctoribus magis concordẽ: vellez videre quomodo tropicum corpus Christi in sacramento defendat contra doctores prescriptos/ qui liberrima pẽna/vna mente/vna lingua/scripserunt corpus Christi in sacramento altaris esse substantialiter et naturaliter secundũ naturam vnitã diuinitati: quam

ipse totis expugnat conatibus: q2 nature et substantie panis fauet. Scio eñi viam eius tam leuem esse qui ad se excusandum ⁊ euadendum tot cautelas logicas fingit/tot predicationes componit/tot glossas/tot regulas. Iam stringit: iam laxat: vt vix sensatissimus philosophus enumeraret: nec ipse vnq̄ per eas om̄es ab authoritatū numero ⁊ pōdere quin caperetur euasit. Simul ⁊ tot libellis ista dispersit in trialogo/in dialogo/de sermone domini in monte/de Papa/de eucharistia/de apostasia/de simonia/tertia parte sermonum/⁊ alibi. Ut q̄ in vnū volumen cuncta redigeret pene excederet biblie quantitatem.

Q2 hostia consecrata est idētice corpus Christi & de9 secūdū essētiā. Cap. XXV.

Viso claro fidei fundamento/ q̄ sacramentum eucharistie est caro Christi viua/ scd̄m suam ipsius substantiam/ essentiam ⁊ naturam Christo vnitam: adhuc astringamus hereticū ad palpandum q̄ hostia illa sit corpus Christus intransitiue. Et q̄uis non vi sacramenti: ip̄m tamē est ibi Christus deus noster idētice iure societatis suppositi. Quod wicleff vltronee vilipendit/nimirū q2 valde distat/⁊ dissipat sophisticū tropū suū. de eucharistia cap. primo. Quid (inquit) horribilius q̄ q̄ sacerdos post cōsecrationem portat corpus dn̄i in extremitatibus digitorū? Et tractatu de blasphemia cap. ij. Si idololatre sunt quicunq3 adorant creaturam: non deū tanq̄ deum patet q̄ tā de clero q̄ de populo multi sunt idololatre qm̄ multi credunt ⁊ adorant hostiam q̄ de facto est panis in natura ⁊ corpus Christi in figura: ac si esset naturaliter ⁊ idētice corpus Christi: ⁊ sic deus/cum notū sit q̄ corpus Christi est Christus ⁊ per consequēs deus noster: vt patet in materia de incarnatione. ⁊ tamen ad tātū idololatre nostri insaniunt q̄ dicūt non esse aliud naturaliter corpus Christi in celo glorificatum ⁊ obiectiue beatificans celi ciues/q̄ est hostia quā sacerdos cōficit/tractat/⁊ māducat/q̄ recitaui paganos deridēdo deducere. Hec wicleff. AVTHOR. Iam palā loquitur: videtis orthodoxos oēs ab eo censeri idololatras: (*Idololatra quis.*) Et necesse ē ita eē vel vt ipse sit idololatra. Quia sicut est idololatra reputādus q̄ colit diuino cultu qd̄ de9 nō est: ita qui cultū diuinū denegat ei q̄ vere deus est. Nos item deridet q2 pagani nos in hac re derident. Se honoratiorē estimat/q2 paganis ī īfidelitate coheret. Cur ergo Christum crucifixum in sua natura non abnegat et in figura cum mahometo concedit: cū scd̄m Paulum est in maximū scandalum iudeis: gentibus vero in stultitiam? Sed reuertamur ad rē: ⁊ authoritate fidei quam ip̄e molitur euertere/ꝓbemus hoc venerabile sacramentū esse corpus Christi vnicum in celo ⁊ Christū deū idētice: inchoantes ab illo loco scripture vbi memoratur Christum tenuisse illud venerabile corpus suum in manib9 suis in cena: quod fuit tunc idē numeraliter qui tunc illud portauit in terris/nō aliud q̄ Christus Iesus. Ergo nec nūc aliud cōficim9 q̄ corpus ip̄m idētice qd̄ est Christus idem in celis. Cōsequentia patet ab ore eiusdem Christi dicentis. Hoc facite in meā cōmemorationem. Nihil ergo aliud licet conficere q̄ qd̄ Christus tunc confecit ⁊ portauit in manibus. Si vero calumnieris assumptum/volo respondeas ad argumentum qd̄ obiecit magistro suo sacer p̄sul Guimūdus ex authoritate Augustini in titulo ps. xxxiij. versus finem. Ubi exposituris quomodo Dauid mutauit vultū suū corā Achis rege Geth/⁊ quomodo ferebat se manibus suis: Augustinus. (*Augusti.*) Tympanizabat (inquit) ad ostia ciuitatis/⁊ ferebatur in manibus suis. Hoc vero fratres quomodo posset fieri in homine quis intelligat? Quis eñi portatur manibus suis? Manib9 aliorum potest portari homo/ manibus suis nemo portat. Quomodo intelligatur in ipso quod secūdū lr̄am non inuenimus/in Christo aūt inuenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis qn̄ cōmēdās ipsum corpus suū ait. Hoc est corpus meum. Ferebat illud in manib9 suis. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc dicto Augustini: sic ꝓcedit in libro suo tertio quasi in principio cōtra Berengarium magistrū tuum sanct9 Guimundus. (*Guimūd9.*) Quod in Dauid (inquit) ⁊ in alijs hominibus secūdū literam nō inuenit/in Christo inuenit. Quid illud: ferebat eñi inquit Christus in manib9 suis qn̄ cōmēdans ip̄m corpus suum ait. Hoc est corpus meū. Si scd̄m literā. i. sicut lr̄a sonat hoc in Christo inuenitur: non igitur vmbratice/non figuratiue/ sed substantiue Christi corpus erat quod ferebatur. Hec ille. AVTHOR. Hic subticebat Berengarius. Iam loquatur filiolus eius wicleff (*wicleff.*) de sermone domini in monte cap. xliiij. Dicatur inquit q̄ illud fuit figuraliter dictum de Christo: q2 in manib9 suis ferebat panem/quē ipse fecerat corpus suum. Talia tamen dicta non sunt generaliter a Christicolis vsitanda. Hec wicleff. AVTHOR. Saluа pace tua. Ista sunt dicta scripture sancte ad sensum sanctispiritus si sint vera: ergo q̄uis sint figuralia sunt extendenda. Q2 si tu extendis figuram Ioannis ⁊ Helie ad panē ⁊ corpus dn̄i authoritate tua/cur nos authoritate Augustini non vtemur hac figura? Item cur non dixit Augustinus/q̄ tunc ferebatur Christus in manib9 suis: quādo cōmēdans panem: q2 tu dicis q̄ Christus in manibus suis ferebat panē: sed dicit cōmēdans ipsum corpus suum? Et ne equiuocares de corpore sophisticans corpus panis quasi relatiuum duplex: adiecit referēs et reciprocans. Ipsum (inquit) corpus suum. Ipsum ergo relatiuum satis ꝓbat Christū a se latum scd̄m substantiam: ⁊ sacramentum ipsum a Christo sic portatum fuisse vnicum dominum nostrū. Item si Christus seip̄m ferebat secundum figuram nō scd̄m essentiā/quādo tulit panem: cur non etiam tulit seipsum prius in eadem cena quando ferebat agnum paschalem/q̄ fuit figura sui infinite ꝑfectior/famosior/⁊ vt tecū loquar/authoritatiuior pane tuo? Perfectiorem tu concedis/q2 in natura excedit panem. Famosior item toti ritui iudeorū et authoritatiuior erat/q2 authoritate dei et sacre scripture agnus fuit figura corpus Christi: non sic panis tuus sacramentalis: quia in tota scriptura sacra non habetur q̄ panis ille sit figura corporis Christi: sed solus Berengarius ⁊ eius discipuli authoritate sua sic instituūt. Cur ergo transuolauit Augustinus istam potiorē figuram in qua Christus se ferebat expressius q̄ in pane/nisi q2 intellexit Christum ferre seipsum in hostia scd̄m suam naturam: in agno tantū scd̄m figuram? Simul ⁊ qd̄ tu dicis figuram quid nobis? cum audias Augustinum hoc exponentem ad literam. Unde cōsequēter ibi Guimūdus. (*Guimūd9.*) Si aduersarij (inquit) nostri hoc pro sua parte sic exponant: Ferebatur Christus in manibus suis. i. ferebatur vmbra tātum vel figura Christi non substantia in manibus suis. Si hoc inquā ita exponant/hoc idem in Dauid/hoc idem in omnibus fere hominibus inuenire possumus. Quis eñi fere hominum aliquam sui figuram in qua non sit substantia sua/verbi gratia vel statuam vel picturā in manib9 suis ferre non possit? S3 hoc (inq̄t) in ip̄o Dauid non inuenimus:

et manibus suis nemo portatur. In Christo autem ait
inuenim⁹. Quōm ergo in Christo dicit inueniri qd̄ in Da
uid ⁊ in alijs hominibus quomodo intelligatur nō in-
uenit: facile aūt aliquā figuram sui in qua nihil sit de
substantia sua/manibus suis ferre ⁊ Dauid ⁊ ceteri ho
mines intelligi possunt: Restat manifestissime ⁊ absq̄
vllo scrupulo sentiendum/ꝙ non figurā tm̄ vel vmbrā:
sicut aduersarij nr̄i dicunt/sed substantiam corporis sui
iuxta Augustinum ferebat Christus. Quid hic vmbra
tici respondebunt? Hec ille. AVTHOR. Responde ad
interrogata mi wicleff. Ad hoc reposita parasses apti⁹
q̄ multiplicasses schedulas maledicas: qñ aperuisti os
tuū fetidū vt frustra capes muscas. Ad suscipiendū eū
dem Christū dn̄m nostrū ⁊ vnicum corpus eius qd̄ est
in celo gloria beatorū/oculi ⁊ aures nostre patebūt sem
per ⁊ patent/q: fraudem nullam patimur in hostia ve-
ritatis. Ad hec dicas: quomodo Christus ferebat se in
manibus suis ad literam? ⁊ quare nō hoc dictum vlte-
rius vsitandū? Si dicas q: ferebat figurā: tu dicis ecō-
tra vbi iam supra precedente capitulo: q: ad relationē
non est motus: ideo ratione consecrationis corpus do-
mini non mouetur. Quomodo ergo scd̄m figuram tātū
huc ⁊ illuc Christi manibus ferebatur: si sic penitus nō
mouetur? Itē quodcūq̄ taliter intelligitur verū ad li-
teram/illud est verum sic fieri vel sic impletum esse se-
cundū essentiam. Beatus nāq̄ Petrus probauit resur
rectionem Christi ad literam ⁊ sepulturam eius ex illo
Psalmi. Q: nō derelinques aīam meā in inferno/nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem. eo ꝙ de Da
uid sic verificari non potuit. Quia licet (inqt) audēter
dicere de Dauid qm̄ defunctus est ⁊ sepult⁹ est ⁊ sepul
crum eius est apud nos vsq̄ in hodiernū diem. Ex hac
igitur fide veteris testamēti quā assumpsit Petrus ad
literam non sufficit/nisi dicatur Christū scd̄m essentiā
surrexisse: cū de Dauid potuit hoc dici scd̄m figurā. Itē
Christus innuit phariseis ꝙ Dauid vocauit Christum
dn̄m in spiritu secūdum literam: q: de quolibet alio fuis
set incongruum. Nunqd sufficit respondere ꝙ ita voca
uit figurā Christi ⁊ nō eius suppositum? Et quis pro-
hibet ista dicta sic vt dicuntur gnāliter vsitanda ad li-
teram nisi solus wicleff hic timens dictum Augustini
exponentis ad literā ꝙ Christus ferebat se manibus
suis in corpore suo cōsecrato/q: nullus alius homo po
tuit se ferre puta secundum essentiā? Certe quilibet ho
mo potest se ferre secundum figuram. Sed vbi ꝓ se Lo
gica militat vel authoritas resonat: illa non tantum as
sumitur sed torquetur ⁊ extenditur. Ubi aūt contra ve-
saniam suam agit/suffocat eam ⁊ ab omni vsu seqstrat:
cum tamen omnes periti nouerint: ꝙ vsus semper pre-
fert dicta scd̄m lr̄am dictis penitus ꝑ figuram. Sed
melior logicus Augustin⁹ nō parcit wicleff quin opti-
mā Logicam scripture vsu frequenti suscipiat. x. de ci-
Augu. uitate dei cap. xx. dicens. Uerus ille mediator inquātū
formā serui accipiens mediator effectus est dei ⁊ hoīm
hō Christus Jesus/qui cū in forma dei sacrificiū cum
patre sumat cum quo ⁊ vnus deus est/tamen in forma
serui sacrificiū maluit esse q̄ sumere: ne vel ab hac occa
sione quisq̄ existimaret cuilibet sacrificandū esse crea-
ture per hoc: ⁊ sacerdos est ipse offerens: ipse ⁊ oblatio:
cuius rei sacramentum cotidianū esse voluit ecclesie sa
crificium: q̄ cū ipsius capitis corpus sit/seipsum ꝑ ipm̄
dicit offerre. Hec ille. AVTHOR. Hic dicit Augustin⁹
Christum offerre seipsum non figuram per ipsum sacri
ficiū cotidianum/sicut añ dixit seipsum manibus suis
ferre. Alibi item vocat Augustinus panem quem do-
minus gestauit in manibus panē ibi discumbētem. de
August. verbis domini sermone. xxxij. vbi, Et multi (inquit) et
modo ipsam cenam q̄uis illam tunc mensam nō vide-
rint nec panem quē dominus gestauit in manibus/ocu
lis suis aspexerint vel faucibus gustauerint/ tamen q:
ipsa est que nunc paratur/q̄ multi etiā in ipsa cena iu-
dicium sibi manducant ⁊ bibunt. Unde aūt tanq̄ occa
sio est domino nata/vt de cena ista loqueretur: dixerat
vnus de discūbentibus (in conuiuio eīm erat quo fuerat
inuitatus) Beatus qui manducabit panē in regno dei.
Quasi in lōginquo ista suspirabat: ⁊ ipse panis añ illū
discumbebat. Quis est panis de regno dei nisi qui di-
cit: Ego sum panis viuus qui de celo descēdi? Et infra.
Modicum accipimus: in corde saginamur: nō ergo qd̄
videtur s; quod creditur pascit. Hec ille. AVTHOR.
Ecce ꝙ Augustinus in cena Christi in qua nunc multi
iudicium sibi manducant ⁊ bibunt/q̄ solum dicitur ho
stia consecrata/nullum alium sciuit inuenire panem ni-
si qui ibi discubuit/Christum dominū/qui panis de ce-
lo descendit. Sic idem super Joānem Homilia. lxxij.
dicit. Itaq̄ cum dn̄s panis viuus panem mortuo tra- Aug.
didisset. s. Jude/⁊ panem tradendo panis traditorē ostē
disset/qd̄ facis (inqt) fac citius. Hec ille. AVTHOR.
Uide traditorem panis: nūquid materialis/an Christi
panis? Item super Joannem Homilia. lix. sic ait. Scit
eīm: quos ad societatē beatitudinis huius elegerit. Nō Augu.
est in eis iste qui panem eius sic edebat vt super eū le-
uaret calcaneum. Illi mādūcabant panē dominū: iste
panē dn̄i contra dominū. Illi vitam: iste penam. Hec il
le. AVTHOR. Ecce illi manducabant dominū panē/
ergo Christum qñ comederant sacramentum. Itē Da-
mascenus doctor grecus. iiij. senten. cap. v. sic ait. Qm̄ Damascenus.
duplices sumus ⁊ compositi quidem/oportebat natiui-
tatem duplicem esse ⁊ escam compositam. Igitur nati
uitas quidē per aquā nobis ⁊ spiritumsanctum data
est. Esca aūt ipse panis vite. i. ipse dominus noster Je-
sus Christus q̄ de celo descendit. Hec ille. AVTHOR.
Esca ergo corporalis fit nobis ipse Jesus Christus in
sacramēto: sicut aqua corporalis est lotio in baptismo.
De spiritusancto aūt fit lotio spiritualis. Item Hiero-
nymus in epistola ad Edibiam in solutione secunde q̄-
stionis. Si eīm (inquit) panis qui de celo descendit cor- Hieronym.
pus est domini/⁊ vinū qd̄ discipulis dedit sanguis illi⁹
est noui testamenti qui effusus est in remissionem pctō-
rū: Judaicas fabulas repellamus: ⁊ ascendamus cum
domino cenaculū atq̄ stratum mundatū: ⁊ accipiamus
ab eo calicem sursum noui testamenti: ibiq̄ cum eo pa-
scha celebrātes inebriemur ab eo vino sobrietatis. Nō
est eīm regnum dei cibus ⁊ potus sed iustitia ⁊ gaudiū
et pax in spiritu sancto. Nec Moyses dedit nobis pa-
nē sed dn̄s Jesus Christus ip̄e cōuiua ⁊ cōuiuium: ipse
cōedens ⁊ qui comeditur. Hec ille. AVTHOR. Notet
wicleff quid hic dicat Hieronym⁹ de pane in sacramē
to altaris q: tantoopere strepit ⁊ vociferat ꝙ Hiero-
nymus in hoc libro dixerit panem quē fregit dn̄s esse
corpus domini saluatoris. Ita fecit esse corpus ⁊ nō vl
terius illum panem: sed panem verū corpus Christi et
Christum dominū: q: dn̄s Jesus ipse cōuiua ⁊ totū cō-
uiuium: nō Christus conuiua ⁊ cōuiuiū grossus panis:
sed Christus cōuiua ⁊ ipsum conuiuiū: ipse cōedens ⁊
qui cōeditur. Christus ergo comedit seipsum ⁊ bibit se-
ipsum: qui primus sanguinem suum bibit. sicut dicit su
per illo Mat. Et accipiens calicem gratias egit. Chry
sostomus. Si eīm figura hui⁹ sacrificij. s. imolatio agni Chrysost.
paschalis facta ē liberatio ppl̄i ab Egyptiaca seruitu
te: multo magis veritas liberabit orbem terrarū. Se-
quitur. Et dedit illis dicēs. Bibite ex hoc omnes. Ne
autē hoc audiētes turbarētur primus ipse sanguinem
suū bibit/inducēs eos sine turbatione in cōmunionem

mysteriorum. Hec ille. AVTHOR. Si igitur primus
ipse bibit sanguinem suũ: sed ipse non primus bibit cor
poraliter naturale vinum figurans sanguinẽ suũ: ipse
ergo conuiua ⁊ cõuiuiũ/tam comedit ꝙ bibit seipsum
in corpore ⁊ sanguine suo scḋm naturã integrum Jesuz
Christum. Istũ enĩ vocat verum panem Hieronymus
ex scriptura: quẽ Moyses dare non potuit: nec omnes
iudaice fabule ⁊ figure quas habem⁹ repellere/vt ascẽ
damus cum Christo in cenaculum ad comedendum ve
rum panem Christum. non illum figuralem quẽ cogit
nos wicleff querere cũ iudeis/scḋm ordinẽ Aaron/ pa
nem nunc mendosum/qꝛ non est panis verus scḋm or-
dinem Melchisedech. sicut exponit idez Hieronymus
Hierony. versum illũ ps̃. cix. Tu es sacerdos in eternuz scḋm or-
dinem Melchisedech. sic dicens. Hoc solum dicamus
quare dixit secundum ordinem: nequaꝙ sacerdos scḋz
iudaicas obseruantias: sed eris sacerdos scḋm ordinez
Melchisedech. Quomodo enĩ Melchisedech rex Sa-
lem obtulit panem ⁊ vinum: sic tu offeres corpus tuum
⁊ sanguinem/ verum panem ⁊ verũ vinũ. Iste Melchi-
sedech ista mysteria q̃ haberemus dedit nobis. Ipe est
qui dixit: Qui manducat meam carnem ⁊ bibit meum
sanguinem. Hec ille. AVTHOR. Ecce verum panẽ et
verum vinũ dicit esse sancta mysteria corpus ⁊ sangui-
nem Jesu Christi. quicunq autem panis materialis ꝓ
ponatur ibi scḋm hereticos/ille non est panis verus sꝫ
panis mendacij. In cõmẽtario super Osee lib. iij. textu
Arastis impietatẽ/ messuistis iniquitatem. idẽ Hiero-
Hierony. nymus. Heretici sunt (inquit) qui arãt sermone cõposi
to: ⁊ protegunt vel tacẽt impietatem/ne impietas esse
videatur sed credatur pietas. Qui igitur arauerũt im-
pietatem ⁊ messuerunt iniquitates cõedunt fructũ mẽ-
dacij/omnia que falsa sunt deceptis populis predican
tes vt non querant panem verũ qui de celo descendit/
sed panez mendacij qui suffocat ⁊ interficit deuorãtes.
Hec ille. AVTHOR. Ita ergo panem istum hereticuz
omnimode in sacramento vitemus qui suffocat deuo-
rantes/nec alium cupiamus ꝙ Christum panem verũ
in corpore suo ibi presentem vt cõedatur secũdũ corpo-
ris sui veram naturã. sicut in sermone dominice/vt in
decretis habetur: idem dicit Hieronymus. Singuli au-
tem accipiunt Christum dominum: ⁊ in singulis portio
nibus totus est/nec per singulos minuitur: sed integrũ
Augu. se prebet in singulis. Item in sermone de verbis euan-
gelij Augustinus. Inuitat (inquit) Dñs seruos ⁊ pre-
parat eis cibum seipsum. Quis audeat manducare do
minum suum? ⁊ tamen ait. Qui mãducat me viuit pro-
pter me. Quando manducatur/vita manducatur. Nec
occiditur vt manducetur sed mortuos viuificat qñ mã
ducatur: reficit/sed non deficit: manducatur Christus/
viuit manducatus/qꝛ surrexit occisus. Hec ille. AV-
THOR. Hunc modum dicendi sequitur Beda vocãs
Christum in sacramento vitulum saginatum/quẽ Pa-
Beda. ter in epulis filij ꝓdigi iubebat īterfici: qui lib. iiij. sup
Lucã cap. vltimo. Vitulus (inquit) saginatus ipse dñs
est/sed secundum carnẽ. Et bene saginatus/ qꝛ caro ei⁹
adeo spiritali est opima virtute/ vt pro totius mũdi sa
lute sufficiat in odorem suauitatis/in odorẽ scꝫ immo-
lationis ad deum mittere/⁊ pro omnibus exorare. Se
quitur. Tunc caro eius comeditur cum eius passionis
sacramẽtũ ⁊ ore ad emundationem percipitur/⁊ corde
ad imitationem cogitatur. ⁊ bñ infra. Iste epule atq fe
stiuitates nunc celebrantur ꝑ orbem terrarũ ecclesia di
latata atq diffusa. Vitulus enĩ ille in corpore ⁊ sangui
ne dominico ⁊ offertur patri ⁊ pascit totam domũ. Hec
ille. AVTHOR. Audis quid dicit Beda. Vitulus (in-
quit) est ipse idem dominus sed scḋm carnem/ qui non
tantũ corde spiritualiter sed etiam ore ad emũdationẽ
in sacramẽto percipitur: ⁊ sic offertur patri ⁊ pascit to
tam domum. Quem ergo dicis heretice/quẽ dicis ido-
lolatrã qꝛ colit in sacramento presentem scḋm carnem
verum Christum dñm nostrũ? Nunquid vt dicis/multi
de clero hoc aiunt/ ⁊ item de populo? immo oẽs preci-
pui ⁊ orthodoxi de clero/Augustin⁹/Hieronym⁹/Chry
sostom⁹/Beda/⁊ quotlibet sancti. Redi in foueam tuã
et cum quicꝙ tale dixeris proba. Sed tibi videtur grã
dis ratio: qꝛ aliter (inquis) quelibet ecclesia haberet de
um vel dominũ suum. Nam. iiij. trialogi ter dãnati cap. wicleff.
viij. sic arguis. Si iste panis sit factus idẽtice corpus
Christi/et illud corpus est realiter ipse Christus: ergo
ille panis est factus realiter Christus deus. sed que ido
lolatria foret amplius detestanda? sic enĩ haberet que-
libet ecclesia deũ suum qui reciperet predicationes ab
ominabiles: ⁊ sic deitas foret turpissima res in mũdo.
AVTHOR. Etꝙ hereticus tetẽderit argumẽtũ istud
contra Paneitas/quorum dictionez ab initio ecclesia
non suscepit/tñ hoc añ ipsum contra ecclesiam ali⁹ fa-
brefecit/ ⁊ indubie iste resumpsit vt simul infidelem ꝑ-
cuteret cũ fideli. Fideles enim (vt diximus) adorãt ibi
Christum idẽtice scḋm carnem sub specie panis/ꝗuis
non ipsum cibarium panẽ factum: nec hoc frater inue-
nit ab origine sicut ibi topice demẽtiris: sed author tu⁹
de diuinis officijs fratrẽ in errore precessit: quẽ tu ceca
talpa qñq appellas Ambrosium qñq discipuluz eius.
Reuera fuit tecũ in parte ꝓfundus hereticus contem
ptus ab Anselmo ⁊ contemporaneus ei sicut ostendit
epistola ei⁹ ad eũdẽ in capite libri ei⁹ de corpore ⁊ san-
guine dñi: occasione cuius vt aduersaretur ei edidit il-
lum librum. Sed iam ad te. O ꝙ versipellis hereticus
istas non intelligens aut requirens deum/alius vt di-
xi ante te suasionem istam habebat: ⁊ magnus Ambro
sius nunqd existimas satisfecit? Ipse enĩ in epistolam
ad hebreos/ vt de cõsecra. distinctione secũda In Chri
sto. In Christo/inqt/semel oblata est hostia ad salutem Ambros.
sempiternã potẽs. Quid ergo nos? Nonne ꝑ singulos
dies offerimus? sed ad recordationẽ mortis eius: ⁊ vna
est hostia non multe. Quomodo vna ⁊ non multe? quia
semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exẽ
plum est illius: idipsum semper idipm̃ ꝓinde hoc est sa
crificium. Alioquin diceretur qm̃ in multis locis offertꝛ/
multi sunt Christi. Nequaꝙ/sed vnus vbiq Christus
et hic plenus existens ⁊ illic plenus. Sicut enim quod
vbiq offertur vnum est corpus/⁊ nõ multa corpora: ita
⁊ vnum sacrificium. Pontifex autem ille est qui hosti-
am obtulit nos mundantem: ipsam offerimus etiã nũc
que nunc oblata cõsumi non potest. Quod nos facim⁹
in commemorationẽ fit eius quod factum est. Hoc enĩ
facite ait in meam commemorationem. Hec ille. AV-
THOR. Ecce miser wicleff/vnum est sacrificium per
mundum in omnibus ecclesijs/qḋ est exemplum illius
quod pependit in cruce/non nuda figura sed exemplũ
in sacramento. Ideo statim addidit idipsum semper id
ipsum: nõ aliud in natura sed idipm̃ in essentia corp̃is.
Vnum (inquit) quod vbiq offertur est corpus/non mul
ta corpora: ⁊ vnus Christus nõ Christi multi. ꝗuis lo-
ca multa ⁊ tempora multa. Vnus ergo Christus est ho
stia nostra per naturam in diuersis ecclesijs/vn⁹ Chri-
stus: que hostia nunc oblata consumi non potest. ⁊ in li
bro de mysterijs versus finem idem Ambrosius. Eccle- Ambros.
sia (inquit) videns tantam gratiam hortatur filios su-
os/hortatur proximos: vt ad sacramenta concurrant.
dicens. Edite proximi mei ⁊ bibite/ ⁊ inebriamini fra-
tres mei. Quid edamus/quid bibamus/alibi tibi per
prophetam spiritussanctus expressit dicens. Gustate ⁊

videte qm̄ suauis est dominus: beatus vir qui sperat in
eo. In illo sacramento Christus est qꝛ corpus est Chri=
sti. Hec ille. AVTHOR. Iaȝ apud wicleff Ambrosius
est idololatra/ qꝛ colit Christuȝ totū in hostia: immo nō
Ambrosius tātū/ sed tota ecclesia que filios suos inui
tat vt comedāt ibi dominum. Cuius item clara vox est
in oratione secreta in vigilia epiphanie inter misse solē
nia. Tribue q̄sumus domine vt cum presentibus immo
lemus sacrificiis ⁊ sumamus queȝ venture solēnitatis
pia munera p̄loquuntur. Et in festo. Ecclesie tue quesu
mus dn̄e dona ꝓpitius intuere/ quibus nō iam aurum/
thus/ ⁊ myrrha ꝓfertur/ sed quod eisdē muneribus de=
claratur/ immolatur ⁊ sumit̄/ Christus Jesus filius tu⁹
dominus noster. Ecce tota ecclesia idololatra cū omni
Ambrosi⁹ cap.i. Ambrosi⁹. Utinam (inquit) nobis adolẽtibus altaria/sacrificia deferentibus/assistat angelus: immo se prebeat ad videndum. Non enim dubites assistere angelum qñ Christus immolatur. Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus. Nec verere ne turbetur cor tuum angeli visione. Sequitur. Jdem eñ angelus qui occurrat nobis/confirmare nos poterit sicut turbatuȝ ante Zacharie aĩm cõfortauit. Hec ille. AVTHOR. Plane ecce dixit Christum immolari quando ad altaria sacrificia deferimus: ⁊ non dubitandum de assistentia angelorum.

De efficacia verborum sacramẽtalium: & si habeant vim conuertendi essentiam rei subiectę. Cap.XXIX.

Ad tertiã. AD tertiam item questionem de forma verborum si sit ad cõsecrationem Christi corporis necessario requisita/wicleff videtur quibusdam quasi sustinere contrariũ in tractatu super cap.xxiij. Mat. cap.iij. Nec (inquit) volo cõcedere nec negare nec dubitare: vtrũ sacerdos posset sine tali habitu celebrare post cenam sicut fecit dominus Jesus Christus. Nec video ꝙ talis consuetudo vel forma consecrationis sit magis authẽtica ꝗ̃ forma cõsecrationis qua consecrantur episcopi armature. Et infra. Christus eñ rẽ ponderat magis ꝗ̃ hec verba. vt que cura deo de verbis quibus consecrande sunt bracce papales? Hec wicleff. AVTHOR. Mihi forsan videretur hec dicere de consecrationibus ornamentorum/nisi ꝙ de celebratione dixit post cenam. Uerũtamen econtrario facit ꝙ euidentiam suam de hac re dixit esse leuem de eucharistia cap.iiij. Leui (inqt) euidẽtia sed probabili credim⁹ ꝙ sacerdos ex virtute dei cõficit illis verbis. Et de hac leui probabilitate item leuiter loquitur cap.ix.iiij. trialogi. Uidetur (inquit) probabile ꝙ prolatis his verbis sacramentalibus ille panis est corpus domini ⁊ nõ añ. Hec ille. AVTHOR. Ecclesie patribus videtur non leuis euidentia sed grauis: ꝓ in sola ⁊ integra pronũciatione verborum Christi est virtus efficax consecrationis corporis sempiterni principij. Unde in sermone de

Euseb. Emise. corpore ⁊ sanguine domini qui incipit. Magnitudo celestiũ. sanctus pater Eusebius Emisenus cui⁹ laus est in decretis. Benedicende (inquit) verbis celestib⁹ creature sacris altaribus imponuntur: anteꝗ̃ inuocatione summi nominis consecrentur/substantia illic est panis ⁊ vini: post verba Christi/corpus est ⁊ sanguis Christi. Hec ille. AVTHOR. Ut autem tollamus tibi omnem litigandi materiam/si ipsa verba Christi expresse requiras: in sermone de corpore ⁊ sanguine domini qui incipit. Ueritas que est Christus. ⁊ ponitur in de consecratione distinctione.ij. Utruȝ sub figura Augustinus.

Sacerdos (inquit) prius assumens euangelistarum verba/dicit. Qui pridie ꝗ̃ pateretur ⁊c. vsq; dedit discipulis suis dicens. Ecce vsq; ad istum locũ verba sunt euãgelistarum. Porro deinceps verba sunt Christi dicentis Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes ⁊c. vsq; meuȝ Jn his verbis creatur corpus Christi. Deinde in verbis Christi domini dicentis Accipite et bibite ex hoc omnes ⁊c. vsq; facietis. sanguis Christi dei nostri efficitur. Hec ille. AVTHOR. Syllabatim ecce te docuit Augustinus quib⁹ Christi verbis sepositis verbis euãgelistarum corpus Christi conficitur: et ex eisdem verbis efficitur sanguis Christi dei nostri non sacramenta istarum rerum remota ⁊ vacua ⁊ non continentia res illas eximias in naturis suis/sed figuras tantũ inanes et nomina vana Catoniȝ iuxta Lucanum. Jmmo semper dicit res illas: ⁊ sacramenta intus abscõdita. Hec (inquit) Augustinus illis verbis efficiuntur ⁊ creãtur. Et ne patrem quis in professione fidei separare posset a filio/ipse pater Ambrosius concurrit Augustino in simili pene verborum serie.iiij. libro de sacramẽtis. vbi Ambrosi⁹

Didicisti (inquit) q: qđ accipis corpus est Christi. Uis scire quia verbis celestibus consecratur? Accipe que sunt verba. dicit sacerdos. Fac nobis hanc oblationem scriptam/rationabilem/acceptabilem/qđ est figura corporis ⁊ sanguinis domini nostri Jesu Christi. Qui pridie ꝗ̃ pateretur in sanctis manibus suis accepit panem: respexit ad celuȝ/ad te sancte pater/omnipotẽs/eterne deus/gratias agẽs/benedixit fregit fractumq; Apostolis suis ⁊ discipulis suis tradidit dicens. Accipite ⁊ edite ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum quod ꝓ multis confringetur. Similiter ⁊ postꝗ̃ cenatum est pridie ꝗ̃ pateretur respexit ad celum: ad te sancte pater omnipotens eterne deus gratias agens benedixit/Apostolis discipulisq; suis tradidit dicẽs. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes: hic est sanguis meus. Uide omnia verba illa euangeliste sunt vsq; ad Accipite siue corpus siue sanguinem. Jnde verba Christi sunt. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis me⁹. Uide ⁊ singula. Qui pridie (inquit) ꝗ̃ pateretur in sanctis manibus suis accepit panem. Anteꝗ̃ cõsecretur panis est: vbi autem verba Christi accesserint/corpus est Christi. Deniq; audi dicẽtem. Accipite ⁊ edite ex eo omnes. Hoc est eñ corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini ⁊ aque plenus: vbi verba Christi operata fuerint/ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Hec ille. AVTHOR. Ecce quomodo Ambrosius notet verba illa que sunt effectiua sacramenti/discernens ea a verbis euangelistarum/sicut superius Augustin⁹ edocuit. Et ante illa verba Christi/hoc est corpus meũ: et hic est sanguis ⁊c. tãtũ est ibi panis ⁊ vinum. Post hec verba est corpus ⁊ sanguis. Cui videtur esse leuis ista fundatio/ipse videtur leuiter iudicare de authoritate dñi saluatoris. Notet itẽ in ꝑdictis verbis Ambrosij: ꝙ nõ per hec verba saluatoris panis fit tãtũ corpus Christi figuraliter/q: sic fuit ante verba: dicit (inquit) sacerdos. Fac nobis hanc oblationẽ scriptã ⁊c. qđ est in figura corporis Christi per verba sacerdotis. Post ṽba sacerdotis sequunť verba euãgelistarũ. Post ṽba euangelistarum Christi verba sequuntur/infinite maioris efficacie ꝗ̃ priora. infinite ergo melius corpus fit iste panis per verba Christi ꝗ̃ ipsum facere poterant

verba presbyteri. Longe ergo melius aliquid ꝙ corpus
Christi in figura: ⁊ panis remanens in natura. Sic sibi
conueniunt in vna disciplina fidei pater ⁊ filius / Am-
brosius ⁊ Augustinus. Adhuc autē minus distant ver-
ba ipsorum in superbeata ⁊ miro modo concordi sentē
tia sine variatione Iote: Augustini scilicet de verbis
domini sermone. xxviij. ⁊ Ambrosij libro quito de sacra
Augu. mentis dicentium. Memini sermonis mei cuȝ de sacra
Ambros. mentis tractareȝ. Dixi vobis ꝙ ante verba Christi qđ
offertur panis dicatur: vbi Christi verba deprōpta fue-
rint / iā non panis dicitur sed corpus appellatur. Qua-
re ergo in oratione dominica que postea sequit̃ ait pa-
ἐπιούσιον nem nostrum? Panem quideȝ dixit sed epiousion / hoc
est supersubstantialem. Non iste panis est qui vadit in
corpus / sed ille panis vite eterne qui anime nostre sub-
stātiam fulcit. Hec illi a patribus. AVTHOR. Ista
beata ⁊ concors sententia patrum sauciat letali vulne
re precordia istius wicleff: que sententia vsq; ad vlti-
mam micā destruit substantiam sensibilis panis in bea
tissimo sacramento: ⁊ solum relinquit ibi panem vite
corpus naturale domini saluatoris / vt deductum est su
pra. Quapropter nesciens fugere tante authoritatis
molem: victus / sed non sic redditus / rumpit in blasphe
miā contra sanctum Ambrosium: vocans eum docto-
reȝ apocriphū cap. xxi. iiij. sui trialogi ter damnati. In
eadem item sententia / efficacia traditur verborum san-
ctorum que prius. Ante inquit verba Christi qđ offer-
tur panis dicitur. Vbi Christi verba deprōpta fuerint /
iam non panis dicitur sed corpus appellatur. Instat
Consecra- adhuc pro partibus orationis prolate: que illarum ha-
tio qn̄ fiat / beat vim taliter conuertendi: vel omnes simul / ita vt ne
⁊ qđ hoc cesse sit expectare finem sententie pro veritate senten-
demōstret. tie ⁊ conuersionis effectu. in de eucharistia cap. v. Si.
inquit / demonstratur pronomine / panis aut vinum
in principio / ⁊ in fine fit conuersio / tunc propositio in
sua successione foret falsa / ⁊ conuersioni impertinens.
Hec wicleff. AVTHOR. Hic sine culpa erroris diuer
si diuersa senserunt. Primo tamē sciendum. ꝙ ⁊ si sin-
gulis. rerum naturis altitudine cōsilij sui attribuit de⁹
varios virtutum modos / quosdam regulariter conse-
quentes vt sint in eis velut efficacia quedam nupta na
ture / sicut herbis lapillis ⁊ varijs colorum / figurarū /
et qualitatum articulis / in vniuerso orbe deus accom-
modat: ita quoq; verbis ⁊ vocibus quedam naturali-
ter impressit insignia / vt vim habeant accendendi men
tem alienam mirabili modo / et incitamenta sciendi pre
bere. sicut Hieronymus in primo prologo attestatur
Hierony. cum dicit. Habet enim nescio quid latentis energie vi-
ua vox actus / ⁊ in aures discipuli de authoris ore trans
fusa fortius sonant. hoc studentum exercitia: hoc pre-
dicatorum in vniuerso orbe gesta testantur. Superest
item virtus quedam prerogatiue altioris ꝙ moderatio
est gratie specialis / verbis ⁊ vocibus quibusdam nume
ro paucis a quibusdam editis super materia ⁊ in hora
statutis: deus intitulat: ⁊ hec sunt verba sacramentis
affixa. que gemino quodam fructu ita redundant vt
vno ⁊ eodem simplici ordinato processu efficiant quod
testātur: ⁊ veram sententiam proloquantur. Hoc nobis
authoritate dominica / ecclesie traditione sine dubita-
tione peruenit. Quod autem simplex verbum maioris
sententie ceteris abundet in virtute / quidam dicunt ꝙ
primū sicut walsynghaȝ Carmelita sup̱ quartū ꝓpter
certitudinē demonstrandi. Mihi quondam iuniori vi-
debatur ꝙ hoc verbum est / tertia scilicet pars oratio-
nis in ordine: sicut leprosum Christus efficienter cu-
rauit in verbo dicens. Mundare. ⁊ omnia huius mun-
di opera deus vno verbo communi ⁊ imperatiuo crea-
uit dicens. Fiat hoc. ⁊ faciamus hominem. hoc adiun-
cto qđ Augustinus secūdo de doctrina Christi. cap. iij.
dicit. At si quis arguat: ergo cetere partes superfluūt:
dicatur ꝙ non pro integritate sententie. sicut nec famo
sa positio dicit de omnibus precedentibus vltimā: aut
particularis illa walsyngham de omnibus consequen
tibus primam. Et habetur ratio in exemplo de successi
uis. Quomō vere dici potest existente primo momento
diei: dies est: que tamen dies non esset si statim abscin-
deretur reliqua pars diei / que nondum venit: ita pronū
ciato verbo est / statim est consummata conuersio: sed cō Respō.
paratiue ad reliqua que sequuntur de integritate sen-
tentie. Sed istis pro iam omissis licet non abiectis cō
muni est insistendum assertioni ecclesie: ꝙ sacramenta-
libus verbis perfectis cum ceteris requisitis est ibi p-
fecta conuersio. Sed adhuc obstat wicleff cap. xv. de wicleff.
apostasia. quia tūc cum primo non fuerit / esset vera. di-
cunt inquit aduersantes ponētes ꝙ illa propositio est
factiua ⁊ conuersiua / sed nimis expectant eius verifica
tionem / cum dicunt ꝙ in fine primo cum nō fuerit / erit
vera. Hec wicleff. AVTHOR. Videtis quid contendit
implicare solo sophismate: et nonne in successiuis ve-
ritatis perfectio perfectionem rei expectat? Sed dicā /
hec oratio est perfecta / eadem demonstrata in voce fi-
nem prolationis expectat. ⁊ hoc tempus hic habet fi-
nem. non erit verum quousq; ad non entitatem peruen
tum fuerit temporis demonstrati. Tamen hoc sufficere
debet in talibus ꝙ virtus operata per verba constan-
ter expectet: ⁊ iam transeūte oratione virtus quā ope-
retur permaneat in futurum: sicut de Petro legim⁹. ꝙ
iam oratione Christi decursa / ipse diu post recordatus
verbi Christi qđ dixerat. Priusꝙ gallus cantet ⁊c. fle-
uit amare. perijt aūt diu vocalis oratio Christi secūdū
essentiam / sed permansit secundum virtutem. Ita ver-
ba sacramentalia que vocaliter proferuntur desinunt /
sed expectat virtus quā efficiunt. Vnde libro. xix. con-
tra Faustum Augustinus. Quid sunt (inquit) alia quoq;
sacramēta nisi quedā verba quasi inuisibilia? sacrosancta
quidem / veruntamen mutabilia ⁊ temporalia. Deus August.
enim eternus est: nec tamē aqua ⁊ omnis illa actio cor-
poralis que agitur cum baptiȝamur / ⁊ fit ⁊ transit / eter
na est. Vbi rursus ⁊ ille syllabe celeriter sonātes ⁊ trās-
euntes vt dicitur deus / que nisi dicantur nō consecrāt /
sonant / ⁊ transeunt. Virtus tamen que per ista opera-
tur iugiter manet: ⁊ donum spirituale qđ per ista insi-
nuatur / eternum est. Hec ille. AVTHOR. Ita respon-
sum sophismati. quod potius dignum est pueris ꝙ di-
uinissimis sacramentis. Verūtamē futurarum heresum
prescius spiritus dedit innotescere per organum Augu
stini: ꝙ ille syllabe nisi dicatur non consecrant: ⁊ si dicā
tur sonant ⁊ transeunt: ⁊ ita nisi dicantur ita vt sonitu
transeant / vere non sunt sed pereunt cum sonitu: ⁊ veri-
tas ipsa vt est sonora depeat: virtus ipā quā in sacramē
tis operantur / iugiter perseuerat: ⁊ quod per ea insinua
tur donum est eternum. Obijcitur item ꝙ verba illa sa Obiectio.
cramentalia non essent effectiua: q: sunt recitatiue di-
cta. Mira res de viris prudētibus: ꝙ nesciunt ea q̄ sen
tiūt. Ecce predicator quid efficit / cū recitat verba Chri Respō.
sti ī aurib⁹ hoīȝ: ⁊ ea q̄tū sufficit apit? Nūqđ ad lachry
mas cogit? vitia q̄ ppetrare diutius volebāt / eliminat?
ꝓximorū necessitatib⁹ subuenire / orōni incūbere psua-
det? ita vt iterdū ad hūiles claustri fores diuites mūdo
et diuitum sobolem alacri gressu festinare cōpellat. vis
vnde verborum istorum / nisi a Christo? Et cuius verba
nisi Christi? Recitat ea sacerdos: ⁊ efficit quod preten-
dunt. In carminibus verba Christi recitata / mira que q. d. mini-
dam efficiunt: ⁊ in sacramentis expirant? me.

Sacramentum altaris quod ecclesia credit esse corpus Christi naturaliter, & panem per figuram; Wicleff peruertit ad opposita, esse corpus Christi solum figuraliter & panem per essentiam. Cap.XXX.

Est ergo falsum ⁊ blasphemum cōpendium verborum wicleff q̄d totam massam digerit sue pfidie in fine.xliij.cap. de sermone domini in monte. Sicut Christus est simul deus ⁊ homo/ sic hec hostia est simul corpus Christi ⁊ verꝰ panis in natura: vel quod in idem sonat/ est verus panis naturaliter et corpus figuraliter: q̄ est corpus domini ad minimum in figura: ⁊ verus panis in natura. Hec wicleff. AVTHOR. Non oportet locum notare vbi a Berēgario magistro suo ista traduxit: frequentissime recitant hec dicta: magis aūt nepotes eiꝰ in hac heresi Armenios subinferam ad cautelam. Unde de heresi Armeniorū vigesimasecunda/ sic habet Guido Carmelita. Vigesimussecūdus error: ꝙ facta consecratione corpus Christi non existit vere sub speciebus panis ⁊ vini/ sed tantum in similitudine ⁊ signo: nec Christus transubstantiauit panem ⁊ vinum in corpus ⁊ sanguinem suū realiter/ sed in similitudine et figura. Hec ibi. AVTHOR. Contra has hereses fixit ecclesia Christi authoritate fundationis eius super firmā petram suam sententiā: ꝙ scilicet dominici corporis sacramentum veritas est ⁊ figura multiplex. Veritas inquā secundū substantiā carnis corpus Christi: figura q̄d sentiendum exterius exhibetur. Unde in sermone de corpore ⁊ sanguine domini qui incipit Veritas que est Christꝰ. ⁊ ponitur in decretis de consecratione distinctione secunda. Utrum sub figura. Augustinus. Corpus Christi et veritas est et figura est. Veritas est dum corpus Christi ⁊ sanguis in virtute spiritussancti in verbo ipsius Christi ex panis viniq; substantia efficitur. Figura vero est id quod exterius sentitur. Hec ille. AVTHOR. Videtis qualiter Augustinus vtitur istis terminis pro distinctis opposito modo veritas ⁊ figura: ita vt nolit dicere figurā esse veritatem secūdū id quod est figura/ q̄uis ad aliud comparata possit veritas appellari: vt infra patebit. Impie ergo cōfundit terminos istos wicleff sophistice cōmutans figuram in veritatē/ ne seorsum veritas a figura posset discrete cognosci. Sed dicamus nos cum tota prisca ecclesia/ sicut modo Augustinus eloquitur. veritas est corpus Christi in sacramento q̄d ex panis viniq; substantia efficitur. Figura vero q̄d exterius sentitur. Non ergo est corpus Christi figura ista: nec sic figuraliter in sacramento: sed est veritas sicut apl's ⁊ doctores alij dicunt secundum speciem secundum naturā ⁊ substantiam. hoc ipsi cōcipiunt veritatem. panis aūt similitudo habet figuram ⁊ articulū qualitatis. que a corpore remouetur ibidem secundum illam regulam Augustini in sermone Interim/ qui est de corpore ⁊ sanguine dn̄i. vbi. Cōseruetur (inquit) fides qua dn̄i corpus ipsum verum non qualitatiue sed substantialiter creditur/ vt q̄d ipsa veritas omnino verum esse testatur nostra fallacia falsum aut imaginarium esse nō opinetur. Hec ille. AVTHOR. Ecce substātialiter corpus Christi in sacramento non qualitatiue/ non figuratiue/ nec quomodocūq; imaginarie/ preter hoc ꝙ ipsum est verum corpus Christi secundum substantiam/ secundum

wicleff.

Armenorū. heresis. Guido Carme.

Aug.

Augu.

aliquam fallaciam wicleff: qui substantiale esse corporis cōmutat in figuram: ⁊ figuram panis exterius sensati veritatem predicat ⁊ naturā. Q̄d itē pater notat Hilarius. Corpus (inquiens) Christi q̄d sumitur ex altari figura est dum panis ⁊ vinum extra videtur. Veritas aūt dū corpus ⁊ sanguis Christi in veritate interiꝰ creditur. Hec ille: ⁊ est de cōsecra. distinctiōe.ij. corpus. AVTHOR. De certo ponit iste sanctus corpus Christi veritatem esse: ⁊ secundū naturam in sacramento: pani aūt figuram assignat. Ita ibi cap. Quid sit sanguis in Homilia paschali/ Gregorius. Ideo magnum ⁊ pauēdum mysteriū est q̄ aliud videtur ⁊ aliud intelligitur. Sed cum mysterium sit vnum/ corpus ⁊ sanguis dicit. Figuram panis et vini habet faciente dn̄o: quia nō habemus in vsu carnem crudam comedere ⁊ bibere sanguinem. Hec ille. AVTHOR. Breue verbum ⁊ omni cautela refertū. solet wicleff vocare sacramentum principaliter ipsum panē sensibilem: ⁊ improperare catholicis ꝙ sacramentum illorum sit accidens sine subiecto ⁊ aliquid peiꝰ veneno vel stercore ratonis. Sic fixit totam considerationem suam in pane/ vt nesciat carnem Christi ꝓspicere. Iterato nos cū Gregorio profitemur sacramenti esse aliquid naturaliter per se subsistens/ et hoc est corpus Christi de genere substantie. Quod autē habet accidens est ⁊ figura panis. Probat hoc Gregorius hoc assumpto metaphysico q̄ sacramētū istud est vnum. ergo aliud est: q̄d est aliud q̄d habetur. Falsum ergo wicleff asseruit dicens istud sacrametum esse aggregatum per accidens. Nos autem dicimus in fide ecclesie mysterium ⁊ sacramentum altaris esse solum corpus ⁊ sanguinem saluatoris substantialiter in veritate nature: velatum autem figura panis et vini. Quemadmodum q̄d homo est quia vnum aliquid est/ nec est vestitus eius/ nec vestis vna cum homine: s; substātialiter homo est/ ⁊ habitus eius est vestis: naturaliter homo figuratus in veste: Sic naturaliter corpus figuratum extraneo accidente. Quem modum item dicendi habet libro suo de incarnatione verbi bene post principium Ambrosius/ dicens. Noli igitur ⁊ tu naturam interpretari quod preter diuinitatis naturam est. Nam ⁊ si credas a Christo carnem esse susceptam/ ⁊ offeras transfigurandū corpus altaribus: non distinguas tamen naturam diuinitatis ⁊ corporis/ tibi dicitur. Si recte offeras recte aūt non diuidas/ peccasti: diuide cū quod meum: deinde quod suum verbi est. Hec ille. AVTHOR. Quis vnq̄ tam stolidus christianus qui nesciat mente diuidere inter corpus nostri panis ⁊ domini? At qui tam sagaces christiani vt sciant semper tropicū Christi corpus a sua diuinitate discernere? Alteri ab vtrisq; iubet Ambrosiꝰ q̄d recte obtulit item recte diuidere. Si inquit transfigurandū corpus altaribꝰ offeras/ non dixit transfigurandū panē/ quasi panis trāseat de nouo sub figura corporis: sed transfigurandū q̄d virtute verborū transeat ꝑ suam celestem substantiam sub figura panis: ⁊ ita transfiguratum corpus a diuinitate comitāte: cōdiuidas vt ip; corpus/ corpꝰ ī natura esse cognoscas: nec vllatenus q̄uis inestimabilis glorie estimes esse deū. Audeo itē dicere velle Ambrosiū vt panem a corpore recte diuideres/ nec figurā in figuratū: aut figuratū in figurā vlla locutione commutes: sed figuram panis intellige non naturā: naturam vero carnis crede/ non nudam figuram. Ambrosius. Omnia quecunq; voluit dominus fecit in celo ⁊ in terra. Et q̄ voluit sic factū est. Ita licet figura panis ⁊ vini videatur: nihil tamen aliud q̄ caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt. Hec ille. AVTHOR. Figura ecce panis ⁊ vini nō corporis Christi: ⁊ q̄uis ipsa

Hilarius.

Grego.

Ambros.

Ambros.

videatur. Non ergo tam spiritualis est illa figura vt solum intelligatur. Et nihil aliud q̄ caro Christi et sanguis ibi credenda sunt. Non dicit principaliter: cum tamen de pane ⁊ vino statim antea sit locutus. Sed statim sine exceptione subiecit: nihil aliud q̄ corpus Christi. Et sup illo textu Marci: Hoc est corpus meū. Theophilus. Hoc etiam qđ nunc do ⁊ qđ nunc sumitis. Non aūt panis figura tātum corpus Christi est: sȝ in proprium corpus Christi transmutatur. Nam dominus ait Panis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita. Sȝ tamen caro Christi non videtur propter nostram infirmitatem. Panis enim et vinum de nostra consuetudine est. Si vero carnem ⁊ sanguinē cerneremus / sumere non sustineremus. propter hoc dominus nostre infirmitati condescendens / species panis ⁊ vini conseruat / et panem ⁊ vinum in veritatem carnis cōuertit ⁊ sanguinis. Hec ille. AVTHOR. Ecce species panis ⁊ vini cōseruat Christus: sed panem ⁊ vinum in veritatem carnis conuertit ⁊ sanguinis. Si has conseruat ⁊ has cōuertit / non solum in figurā / sed in veritatem: alie ergo sunt panis ⁊ vini species conseruate: ⁊ alie panis ⁊ vinum que conuertuntur. Species ergo sunt accidentales similitudines extrinsece: panis ⁊ vinū sunt substātie. Unde ex hoc verbo Theophili plane cōuicitur wicleff male exposuisse doctores de speciebus panis ⁊ vini / cū diceret cap. xvij. de apostasia ī fine / q̄ species ibi dicat quidditates panis ⁊ vini: q: hic dicit species cōseruatas / panem aūt ⁊ vinum iam conuerti. Aliter dicat de Origene ⁊ Augustino quid volebant intelligere quando iam supra dixerunt olim corpus Christi in figura dari: nunc autē in specie. Quia si in quidditate Christi corporis ⁊ natura / falsum erit q̄ in natura vel specie panis meri. Aut ergo hic species exterior forma rei dicit / ⁊ ibi substantia: aut hic substantia ⁊ ibi figura: qđ esse non potest. quia plane ibi contra figuram instat vterq̄ / olim inquiens in figura: nunc autem in specie: alibi nunc in veritate / ⁊ alibi in substantia. Omnino ergo fatendum est / qđ doctor iste tam antiquus asseruit / accidētales species panis ⁊ vini condescensione domini conseruari substantijs ipsis secundum veritatem substantie in naturas alias iam trāslatis. Et ponderandum qđ dicit. non tantum panis figura corpus Christi est: sed sub panis ⁊ vini figura corpus domini ⁊ sanguis in veritate nature substituti. Cōcurrit itē in expositione sup Lucam textu libri vltimi / Et accepto pane gratias egit: Beda. Finitis pasche veteris solēnijs que in commemoratione antique de egypto liberationis agebantur / transijt ad nouum / quod in sue redemptionis memoriam ecclesia frequentare desiderat. vt videlicet pro carne agni vel sanguine / sue carnis sanguinisq̄ sacramentum in panis ac vini figura substituens / ipsum se esse monstraret / cui iurauit dominus ⁊ non penitebit eum: Tu es sacerdos in eternum / secūdum ordinem Melchisedech. Hec ille. AVTHOR. Concorditer ecce dicunt omnes doctores figuram panis ⁊ vini ⁊ veritatem carnis ⁊ sanguinis domini. Et nullus est ambigendi locus quin wicleff sicut ⁊ fidem ita et professionem euertit ad sensum omnino contrarium: simul ⁊ verba cum dicit / sacramētum altaris esse corpus in figura: ⁊ panem in natura. Quot ⁊ quanti patres seriatim iam dixerūt corpus in natura / ⁊ semper panem in figura? O deus / O magne / q̄ta temeritate ausus est iste tam Apostoli Pauli / q̄ omnium patrum ecclesie / tam plane sensum ⁊ professionem euertere: ⁊ ex parte Apostolorum dicere simplicibus quod non dicunt? sicut ⁊ illi de quibus synodus Apostolorum ad Antiochiā scripsit. Audiuimus quia quidam ex vobis exeuntes turbauerunt vos verbis euertentes animas vestras / quibus non mandauimus. Ita dicit iste / ita scribit ex parte Christi ⁊ Apostoli Pauli ⁊ magnorum patrum / quod ipsi non mandabāt: immo cui⁹ ipsi contrarium preceperunt: panem scilicet in figura / secundum speciem: corpus secundum veritatem: secundū substantiam ⁊ naturam: wicleff autem (vt audistis) panē naturaliter / corpus figuraliter. Quis hunc sustineat? Attamen nō hic manet rabies impietatis heretice: sed vt satis detegat nescio an imperitiam / an perfidiam suam / vel quod certum est imperitam perfidiam suam / alias figuras que mere figure sunt in fortificationem adducit. in libro de eucharistia cap. iiij. Patet (inquit) q̄ falsum assumitur cuȝ panis mutatur insensibiliter / vt figuret efficaciter corpus Christi: q̄ sancti intelligūt per hoc q̄ panis fit corpus Christi: ⁊ q̄ post consecrationē panis est corpus Christi. Et qui ignorat istam predicationem tropicam vel figuratiuam / nedum male intelligit sanctos doctores / et decreta ecclesie / sed et fidem scripture Joannis. xv. Ego sum vitis vera. Ego suȝ pastor bon⁹. Ego sum via. Hec wicleff. AVTHOR. Videtis q̄ta pertinacia glossam vnam instituit responsalem ad omnes doctores: q̄ commutet generaliter esse vel fieri in figurare: ⁊ predicationem essentialem in figuralem: per quā possit etiam omnia facta Christi ⁊ Apostolorū in figuras ⁊ tropos peruertere / ⁊ historiarum destruere veritates sicut supra tradidit Augustinus. Et quid restat fidelibus dicere / nisi hanc esse locutionem historicā q̄ panis fit corpus Christi / sicut ⁊ hanc: verbum caro factum est? non penitus figuralem sicut hanc: Ego sum ostium / vel vitis / sicut dicit wicleff? Immo est historica hec figuralis. Secundam peto probari. Nos nempe testes doctores ⁊ scripturas adducimus pro predicatione facti ⁊ essentie: tu nullum adducis in professione parili pro predicatione figure: sed omnes doctores vno flatu figurationis absoluis: quam nusq̄ fundas: sed loco fundationis rixaris / ⁊ cōtumelijs / blasphemijs / scandalis populorum clericorum ⁊ omnes ecclesie reples chartas. Ego insto vt probes vel scripture sacre authoritate / vel fide doctorum ⁊ patrum / q̄ ista sit locutio figuralis et non per essentiam: Hoc est corpus meum. Hilarius dicit esse per rei naturam. Augustinus dicit non qualitatiue / sed per substantiam. Sic Ambrosius. sic Gregorius. Damascenus cum predictis typos ⁊ tropos tuos condemnat. Et tu quasi portares authoritatem orbis omnes prouocas / contra omnes et figuras coronas et tropos. Sicut (inquis) baptista est Helias et petra Christus: et vitis ⁊ ostium. Nos ista negamus: sed sicut costa facta est femina / et virga serpēs ⁊ aqua vinum: sic quo ad conuersionem simplicem panis fit corpus christi verum. Tu tropos amplecteris / nos solidas veritates. Audi equa mente recapitulantem patres in libro suo de mysterijs ecclesie contra magistruȝ tuum Berengarium sic scribentem Anselmum. Christus dicit ego sum ostium: sed significatiue non substantiue est ostium. De hoc sacramento altaris longe alius dicendi modus habetur. Sic enim habemus in euangelijs. Accepit panem / benedixit / fregit / dedit discipulis suis dicens Accipite ⁊ manducate ex hoc omnes Hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur. Quando in manus accepit / panis erat: sic enim dicit accepit panem. Et per illam benedictionem fit panis corpus christi / non tantuȝ significatiue / verūetiam substantiue. Neq̄ enim ab hoc sacramento figuram omnino excludimus: neq̄ figuram solam admittimus. Veritas est quia corpus Christi est. Figura est quia immolatur quod incorruptibile habetur. Consideremus ver-

Margin notes: Theophilus. — wicleff. — Origenes. — August. — Beda. — wicleff. — Anselmus.

ba dñi. Mãducate (inquit) ex hoc omnes. Hoc enim qđ vobis ad manducãdum trado: est corpus meum. Et vt certi essent q̃ reuera erat corp⁹ Christi: signa expressit qbus hoc dignoscere possint. Hoc est (inqt) corpus meũ quod pro vobis tradetur. Si hoc corpus/ corpus Christi non tantum substantiue/ sed significatiue tantum fieret: hoc est figura corporis Christi tantum existeret/ nihil ad figurã quod sequitur. Quod pro vobis (inquit) tradetur. Nec panem nominauit/ postq̃ panem benedixit: sed corpus. Nec vinum nominauit postq̃ vinum benedixit: sed sanguinem Christi. Igit/ sicut fides catholica credit/ panis qui offertur sacerdoti ad consecrandũ per sacerdotalem consecrationẽ fit corpus Christi/ non significatiue tantũ sed substãtiue. Hec ille. AVTHOR. Multa seriose tractauit Anselmus/ sed cuncta in patribus vidit. Punctum autem id semper confirmat contra magistrum tuũ ⁊ te/ q̃ panis fit corpus Christi substantiue/ non significatiue. Et quomodo hoc contingit apud singulos esse de fide/ docet circunstantias scripture. Primo/ quia Christus addidit/ quod pro vobis tradetur. Figura autem tropica corporis mei non pro vobis tradetur: sed corpus meum secundum historiam exprimentẽ naturam. Item quia post benedictionem nõ appellauit panem aut vinum/ sed corpus ⁊ sanguinẽ: q̃uis wicleff asserat q̃ quinquies sic nominãtur post cõsecrationem in canone misse. Sed malignans ab intento sic dixit: quia dictiones adiuncte satis aperiũt q̃ de nullo putribili pane dicit. Panem (inquit) sanctum vite eterne: non huius vite transitorie. ⁊ panem nostrum quotidianũ. vbi alius euangelista habet supersubstantialem. ideo secundũ Ambrosium ⁊ Augustinum in sermone concordi/ non panis qui in ventrem vadit. Semper enim ex circunstãtijs litere ratio fidei aperitur. Quod autẽ Anselmus cõtinet ibi: Corpus Christi veritas est ⁊ figura est/ nec figuram omnino excludit/ nec solam figuram admittit: sed figura est rei preterite/ scilicet immolatiõis Christi de corpore suo. hoc item est qđ fides nostra cõmendat. Unde in libro de corpore ⁊ sanguine

Rabanus

domini ca. xij. Rabanus. Figura (inquit) esse hoc sacramentum videtur: dum in specie visibili/ dum frangitur/ aliud intelligitur q̃ quod visu cernis ⁊ gustu sentitur/ dumq̃ sanguis in calice simul cum aqua miscet. Porro illud fidei sacramentum iure veritas appellatur. Ueritas dum corpus Christi ⁊ sanguis virtute spiritus in verbo ipsius ex panis viniq̃ substantia efficitur. Figura vero dũ sacerdote quasi aliud gerente ob recordationem sacre passionis ad aram quod semel gestũ est/ quotidie immolatur agn⁹. Et sequitur. Iure simul veritas ⁊ figura dicitur: vt sit figura vel character veritatis qđ exterius sentitur: veritas vero quicquid de hoc mysterio recte intelligitur aut creditur. Non enim omnis figura vmbra est vel falsitas. Unde Paulus de vnico dei filio ad hebreos loquẽs: ⁊ figura substãtie eius ait. Hec ille. AVTHOR. Omnem talem figuram que nihil adi-

Figura.

mit substantie corporis Christi libenter admittim⁹: nec vnam tantum sed plures: q̃ ipsum corpus secundum essentiam figurat rem sacramenti/ non sacramẽtum: scilicet Christi ecclesiam. Et mixtio aque cum vino aliud quid. Et tinctio tertie portionis adhuc aliud. Sed post hec ipsum corpus ⁊ sanguis essentialiter est Christi corpus ⁊ sanguis/ ⁊ sic est veritas. Qđ autẽ sentitur exterius/ figura eius: sicut cum omnibus patribus suis scribit hic Rabanus. Mendosus ergo wicleff hanc veritatem euertit: dicens nature veritatem in sensibili suo pane/ figuram cassam in corpore.

Q̃ sacrificium altaris est vnũ: & nõ sicut wicleff dicit, aliud sacrificium, aliud sacramentum. Caput. XXXI.

Tangit iterum doctor iste per iter equiuocum sacrificij ⁊ sacramẽti/ credens se posse saluari p pretensam fugam ad statuam Augustini. capi. vij. de Eucharistia. Augustinus (inquit) distinguẽs inter sacrificium ⁊ sacramentuz dicit q̃ sacrificium conficitur ex sacramento ⁊ re sacramẽti: que est corpus ⁊ sanguis Christi: vt est in persona Christi: non q̃ deitas ⁊ humanitas sint partes Christi: sed eius quidditates: quarum vtraq̃ est totus Christus. sic sacrificium dicit aggregatiue ⁊ non per viam cõpositionis ex partibus sacramẽtum sensibile ⁊ corpus Christi cum sanguine. Hec wicleff. AVTHOR. Iste sequitur magistrum erroris sui/ authorez de diuinis officijs/ quem vt putat appellat Ambrosiũ: qui ita de corpore sacrificij fucum sub quo latenter posset errare moliebatur equiuocum: vt refert contemporaneus ei⁹/ Anselm⁹ lib. de corpore ⁊ sanguine dñi. ca. i.

wicleff.

Author de officijs.

Sed dicit mihi (inquit) aduersarius/ viuens ⁊ sensibilis in corpore suo mobilisq̃ est deus ⁊ homo Christus. Corpus autem sacrificij vitam nõ habet/ sensum nõ habet/ mobile nõ est: corpus ergo dñi nõ est. Hec ille. Anselm⁹. Primũ quid hic sacrificij corpus appelletis penit⁹ nõ aduerto. Sequit infra. Corpus igit sacrificij non aliud intelligo nisi quod mortuũ est ⁊ resurrexit: quod nõ est corpus sacrificij/ sed sicut vere appellamus/ corpus domini. Quod ipm esse qđ in altari sacrificat: qui non credit: in eorũ se numero constituit qui abierũt retro/ dicentes/ Durus est hic sermo. Sed ⁊ vos corpus illud sacrificij/ aliquãdo appellatis corpus domini. Sed salua pace vestra/ dictum sic infertis q̃ nescio an corpori sacrificij/ sed corpori dñi nequaq̃ cõuenit. Sequitur. Q̃ si corpus sacrificij visibilem illam speciem appellatis que apparet in altari/ videlicet propter similitudinẽ panis corporalis/ stultus ⁊ ineptus erit ille aduersarius qui ea requiret in specie panis que propria sunt viuẽtis corporis/ id est vitã ⁊ sensum ⁊ motum/ ⁊ nõ potius ea que propria sunt illius speciei/ vt est rotũditas/ albedo/ ⁊ cetera huiusmodi. Hec ille. AVTHOR. Ab isto ergo doctore suo habet wicleff hãc vmbram nominis sacrificij. Sed ecclesia Jesu Christi que docebat Anselmũ quomodo Augustinus sacrificium Christi corporis intellexit: instruxit itẽ cũ vt diceret corpus sacrificij nõ aliud intelligi nisi quod mortuũ est ⁊ resurrexit: qđ est sacramentum ⁊ res in altari/ nõ aũt ipsum aggregatũ ex rebus sic distãtibus vt cõfluat inter eas quicqđ inter celum est ⁊ terrã: ⁊ oẽs volucres volitẽt ⁊ planete discurrent. Nam q̃uis Augustin⁹ dixerit sacrificium altaris ex duobus constare/ scz visibili elemẽtorũ specie ⁊ inuisibili Christi carne ⁊ sanguine/ precellẽs tamẽ sacrificiuz de quo loquit/ est corpus Christi carne ⁊ sanguine: precellẽs tamẽ sacrificium de quo loquitur est caro Christi ⁊ sanguis secũdum substãtiam suam ibi sacramẽtum ⁊ res. Et hoc est vnicũ ⁊ extollẽdũ sacrificiũ altaris corporaliter secũdũ se ibi presens. Et hoc nõ distinguit/ sed est formaliter ⁊ tãtũmodo ipsum sacramẽtũ oblate carnis vnici sacrificij pro salute nostra/ vt supra ipe Augustinus expressit. Et iterum lib. de gratia noui testamẽti xxxiiij. cap. Augustinus. Uota (inquit) pauperum sacrificiũ vult intelligi corporis sui/ qđ est fideliũ sacramentum. Ideo cum dixisset. Uota mea reddam coram timentibus eum. continuo subiunxit. Edẽt pauperes ⁊ satu-

Anselm⁹ Corp⁹ dñi non sacrificij dicẽdũ.

Augusti.

rabuntur. Ipsi enim saturabuntur pane/qui de celo de-
scendit/qui ei coherentes ⁊ eius pacē dilectionēq; ser-
uantes imitanē eius humilitatē. Sequit posthac. Ui-
uūt corda in seculum seculi tanꝙ saturata pane celesti:
de quo dicit ipse saturator. Nisi manducaueritis carnē
meā ⁊ sanguinē biberitis/non habebitis vitā in vobis.
Hec ille. AVTHOR. Hic plane dicit sacrificiū corpo-
ris Christi ipsum fideliū sacramētū esse panē qui de ce
lo descendit/cū dilectione ⁊ humilitate comestum: ⁊ de
hoc dixisse/Nisi māducaueritis carnē filij hominis ⁊c.
Nusꝙ tāgit Augustin⁹ panē tuū cibariū esse aggrega-
tiue hoc sanctū sacrificiū/maxime cū vnitas istius sacri
ficij sentitur esse maior vnitas ꝙ vnitas aggregatiōis.
Unde lib.ij.cōtra Petilianū responsione.xxxvi. Augu
Augusti. stinus. Redite preuaricatores ad cor/⁊ nolite ex homi-
num moribus ⁊ factis diuina sacramēta pensare. Illa
enim per eum facta sunt cuius sunt:sed digne tractata
afferunt premium:indigne autē tractata iudicium: ⁊ ꝙ
uis vnū non sint qui dei sacramētū digne ⁊ qui indigne
tractauerint/vnū est tamē illud siue digne siue indigne
tractetur/nō vt ipsum melius vel deteri⁹ fiat:sed ad vi-
tam mortēve tractantiū. Hec ille. AVTHOR. Ecce sa
cramentū qd tractatē a dignis ⁊ indignis est vnū:sed sic
diuerse tractantes nō sunt vnū. Constat aūt oēs hoies
esse specie vnum/qd plus est vnū omni sola aggregatio
ne vno. Ergo sacramentū sic diuersimode tractatum est
plus vnū ꝙ vnitate aggregationis/imo vel vnitate spe
ciei:sed nulla est vnitas maior vnitate specifica/nisi vni
tas indiuidualis:ergo sacramentū sic differēter tracta-
tum est vnum numero sacramentū. Ergo nō est sensibi-
lis species in ore indigni/⁊ corpus Christi in ore digni:
⁊ sic multo minus vnū ꝙ Petrus ⁊ Judas: quale non
est aggregatū/sed potius disgregatū. Itē minus vniun
tur substantia ⁊ respectus ꝙ indiuidua substantie infra
genus:magis ergo disgregant substantia ⁊ respectus:
ergo minus vnum est aggregatū tale ꝙ ex centū singu
laribus eiusdē speciei/etiā ꝗuis motibus volūtatis dis
cordent:sicut plus cōueniunt Petrus ⁊ Judas aposto
li/ꝙ Petrus ⁊ tunica Jesu Christi. Uult ergo Augu-
stinus ꝙ sacramentū istud est perfecte vnū in oībus:⁊ si
cut notanter supra dixit:vnicū sacrificiū pro salute no-
stra/⁊ non insensibilis panis/⁊ in corpus Christi in celo
longe a se distractus. Non moueat ergo aliquem ꝗ vult
esse granū firmum in ecclesia Christi/⁊ non palea leuis
vno flatu misso ab ore heretici trāsferēda ꝑ vacuū: Non
moueat inquā ꝙ iste protohereticus wicleff Augusti-
nū vocat in testē:maxime cū ipse Augustinus tot locis
vt patēter mōstraui/tā plane repugnet:vt si Augusti-
nus iam nobiscū vitā ageret putari posset velle cū dice
re ꝙ mentiretur in testē. Et quid putas wicleff tunc di
ceret? nūquid crederet? Reuera nō facile:sed adhuc ad
deret dicere:saltē olim tua fuit ista sentētiā: quēadmo-
dum nō confundebatur dicere improbus Julianus ad-
huc Augustino superstiti: sicut lib.vi.cōtra Julianū ca.
xiij. habet Augustinus. Dicis(inquiēs)meipsum inno-
uasse sensus meos: ⁊ in initio ꝯuersionis mee hoc sensis
se quod tu. Sed fallis aut falleris / siue calūniādo his
que nūc dico/siue nō intelligēdo/vel potius ea nō legē-
do que tunc dixi. Nam ego per vnum hominē in mūdū
intrasse/⁊ per peccatū mortē/⁊ per oēs hoies ꝑtrāsisse/
in quo oēs peccauerūt/ab initio cōuersionis mee sic te-
nui semper ⁊ teneo. Extant libri quos adhuc recentissi-
ma conuersione mea scripsi/⁊ nondū sicut postea sacris
literis eruditus:tamē nihil/de hac iam tūc sentiēs vbi
disputādi ratio poposcerat/dicēs nisi qd antiquitus di
cit ⁊ docet oīus ecclesia. Hec ille. AVTHOR. Ita est.
Augustinus sanctus pater gaudebat filius esse matris
ecclesie:nec vnꝙ presumpsit dicere qd antiquitus non
semper dixit omnis ecclesia sanctoꝝ. Utinā ergo ꝗ Au-
gustinū aut aliquē sanctum patrē vocant in patrē/eum
quem sic inuocant / putarent astare presentem : prom-
ptūq; corā oībus dicere. Non ego hoc sensi qd nomine
meo false finxisti:sed solū quod antiquit⁹ dixit ⁊ docet
omnis ecclesia:non scandalū paterenē vt modo sancto
rum volumina:nō sic auderēt heretici ad suū sensum ꝑ-
uersum trahere Augustinū. Ita vt anxius Augustinus
de librorum suorum calumniatione heretica dicat illud
Ecclesiastes.ij. Odiui omnē laborē meū quo ego labora
ui sub sole. quēadmodum in commentario suo ipsum lo
cū notāter exponit Hieronymus. Mihi (inquiēs) alti⁹ Hierony.
contēplanti de labore videē dicere speciali/ꝙ diebus ac
noctibus vir sapiēs in scripturis laboret/componat li-
bros/vt memoriā sui posteris derelinquat:⁊ nihilomi-
nus in manus stultorum perueniant:qui frequēter secū
dū peruersitatē cordis sui seminant vñ hereses capiāt/
⁊ alienos labores calumnienē. Sequit. Unusquisq; cō-
sideret ⁊ videbit quanto labore libros cōponat: quō se-
pe stylum vertat:iterum que digna legi sunt scriptur⁹:
⁊ homini qui non laborauit det partē suā. Hec ille. AV
THOR. Ergo putas ne wicleff fecit lugere Hierony-
mū qui totiens imponit ipsi in angulis opusculoꝝ suo-
rum ꝙ secū dixit in epistola ad Edibiā ꝙ sacramētum
Eucharistie est panis rudis? Putas ne fecerit lugere
Augustinū ꝙ secū diceret cōtra totam ecclesiā Christi
Jesu de sacrificio ⁊ sacramēto:de accidēte ⁊ subiecto:⁊
ceteros sanctos patres quibus hāc inflixit cōtumeliā
ꝙ sint fautores heresum ⁊ authores? Nūqd ad sensum
iam dictū Hieronymi quotiēs Christianus offendit in
nomine Hieronymi/Augustini/Ambrosij/Cypriani/vl
Hilarij/cū ista noīa legerit in libris heretici:totiēs cru-
ciat⁹ mō suo sctūs pater cogaē exclamare ⁊ dicere. Iā
odiui omnē laborē meū quo loborauí sub sole:qr qd pro
fide corroborāda cōposui/in eius solutionē proficit:⁊ in
corpus ecclesie valida tela iactat. Quod singulis pro-
desse volui multos ledit:qd nolui. An putas status glo
rie impetus istos nō sustinet? Fateor gloriosos/eos cen
seo/⁊ nō nisi magna portione beatos esse/de quo scribit
Paulus ad Hebreos. Rursum crucifigentes sibimetip
sis filium dei ⁊ ostentui habētes. Et iterum ibidē spiri-
tui gratie contumeliam fecerint peccatores extremi.

Qꝫ oblatio altaris iuxta fidem est vna sim pliciter in natura. Caput.XXXII.

Apostolus Paulus ad Hebreos
decimo contra aggregatū sacrifi
cium wicleff agens prefert sacri
ficium nostrum sacrificijs Judeo
rum:quia erant multa:oblatio ve
ro nostra semꝑ est vna. Sanctifi-
cati(inquit)sum⁹ per oblationē
corporis Christi Jesu semel. Et
omnis sacerdos presto est quoti-
die ministrās vt easdem sepe offerēs hostias/que nūꝙ
possunt auferre peccata. Hic aūt vnā pro peccatis offe
rens hostiā in sempiternū sedet ad dexterā dei/de cete
ro expectans/donec ponantur inimici eius scabellum
pedum eius. Una enim oblatione consummauit in sem
piternum sanctificatos. Et in expositiōe homilia. xvij. Chrysosto.
Chrysostomus. Eadē(inquit)semꝑ offerimus nō nunc ꝗ
dam aliā ouē/cras vero aliā:sed semꝑ eandem. Idem.
Unum est sacrificiū in sermone hoc. Quia in multis lo
cis offertur/ideo multi Christi? Nequaꝙ/sed vn⁹ vbiq;
Christus:⁊ hic plenus existēs vnū corpus. Sicut igiē
in multis locis oblatus/vnum corpus est ⁊ non multa

corpora/ita ⁊ vnum sacrificium qđ expurgauit nos of-
fert:illud offerimus ⁊ nunc quod tunc oblatū est/q: in-
consumptibile/hoc in rememorationem fit eius / quod
tunc factum est. Hoc enim (ait) facite in meam rememo
rationem. Non aliud sacrificium quemadmodum pon-
tifex/sed idem semper facimus. Magis autē rememora
tionē operamur sacrificii Christi. Hec ille. AVTHOR.
Ubi patet me non torquere textum apostoli ad sensum
extraneum/cū Chrysostomus ad literam exponat apo
stolum de sacrificio corporis in altari/applicans verbū
Christi. Hoc facite in meam cōmemorationem. qđ de cō
secratione Eucharistie nullus ambigit esse dictum. Et
in annotationibus suis super epistolam istam Pauli/
Anselmus. in eodem sensu et pene in eisdem verbis scribit Ansel-
mus. Et si nos (inquit) quotidie offerimus/recordatio
mortis eius est:⁊ vna hec hostia est/non multe/q: semel
tātum oblata est. Nec a multis hominibus multi chri-
stiani offeruntur / sed vnus vbiqꝫ. ⁊ semper plenus est /
vbiqꝫ vnum corpus: semel oblatus nunꝗ̄ consumitur.
Quod nos agimus recordatio sacrificij est. Nec causa
infirmitatis eius repetitur quia perficit hominem/ sed
nostre qui quotidie peccamus. Hec ille. AVTHOR.
Quisquis ista perpendit / videt ꝙ necessitate fidei no-
stre constringimur dicere/ꝙ sacrificium altaris est cum
varietate locorum ⁊ temporum sacrificantium quoqꝫ ⁊
visibilium specierum vnum sine multitudine/⁊ idem si-
ne mutatione:⁊ eximio modo vnum supra omne iudai-
cum sacramentum. Si dicat wicleff vnitatem sacrifi-
cii aggregatam esse ex visibili pane ⁊ corpore Christi
in celo: potuit sacerdos Judeorum dicere ad Paulum
Sacrificia nostra ouium ⁊ pecorum magis identifican
tur tam loco ꝙ̄ subiecto / que in eodem genere propin-
quo consistunt: puta animalis bruti. Si dicat vnum ex
pane ⁊ respectu tropico/qˢ nescit illa plus multo dista
re? Si dicat vnitatē illam penes rem ipsam esse illo vi-
sibili sacrificio designatam: sic erant tunc sacrificia Ju
deorum non multa/sed vnum/⁊ eque vnum vt nostrum/
quia in omnibus illis vnus Christus designabatur / si-
cut in singulis nostris hostijs varijs ⁊ diuersis loco/tē
pore/⁊ subiecto. In nullo ḡ sufficit wicleff tenere vnita
tem quam Paulus hic predicat/sine vnitate subiecti-
ua sacrificij Christiani. Ita ꝙ sacrificium nostruꝫ quod
quotidie offerimus ⁊ quotidie tenemus in manibꝰ/nil
aliud sit in natura ꝙ̄ corpus Christi vnum ⁊ idem Chri
stus. ⁊ sicut dixere doctores cōtra argumentum wicleff
de multis Christis. Nō (inquiūt) multi Christi/sed Chri
stus vnus in omni loco oblatus/⁊ non aliud sacrificiū/
sed semper idem facimus: nō idem genere vel specie: nō
idem aggregatione vel significatione/qualiter sacrifi-
ciū Judaicū potest idem esse ⁊ vnū: sed idē secūdū essen
tiam ⁊ subiectū ⁊ numeraliter vere vnū. Hoc est sacrifi-
cium Christianoꝝ vnū. Quisquis hāc vnitatē destruit/
Apostolo cōtradicit. Et notāter valde dicit ꝙ hoc ideꝫ
sacrificiū facimus qđ ibi dicit Christū ⁊ corpus eius:
Christo dicēte (inquit) Hoc facite in meā cōmemoratio
nē/falsificās istū wicleff q̇ dicit corpus Christi non esse
sic factibile. Jam vltra de hac vnitate sacrificij videa-
mus. Quarto enī libro cōtra Cresconium cap. xix. Au-
Augusti. gustinus. Nec duodecim (inquit) apostoli furtis Jude
communicabant:⁊ tamen cum illo eidem domino visi-
biliter coherebant: eundem magistrum audiebāt: idem
credendū euangeliū percipiebāt: eadē sacramēta sume
bāt. Et infra de Cypriano qualiter cōmunicabat sacra
menta cū hereticis. Quorū corporalē cōgregationē nō
refugiebat/ad altaria eadē consistebat/eūdem sacratis
simum cibum potūqꝫ sumebat. Illi enī/nō alijs sed sibi
iudicium manducabant ⁊ bibebant. Ille aūt cum tali-
bus nō eorū peccata/sꝫ mysteria Christi cōmunicabat:
coniunctissimus cetibus: disiunctissimus moribus. Hec
ille. AVTHOR. Si eadem sacramēta sumebāt duode
cim cum Juda: ⁊ Cyprianus cū perfidis: sicut idē euan
geliū: eundem magistrum Christum: sed nō aggregatuꝫ
euangeliū: non aggregatum Christū/sed verū vnū: non
hominē tm̄ sed deū audierunt ⁊ viderūt: ergo sic eundē
non infime sacrum/sed superlatiue sacratissimum cibū
⁊ potū: non corticei sacramēti/sed medullaris corporis
Christi cōmuniter corporaliter manducabant. Sed hi
ad vitam/⁊ illi ad iudiciū. Unde Petilianꝰ hereticus
volens videri peritus/in hoc arguēs Augustinū. Pau
lus (inquit) clamat. Nolite iugum ducere cū infidelibꝰ.
Que enim participatio iustitie cū iniquitate? aut que
societas lucis cū tenebris? Que autem cōuentio Chri-
sti cū Belial? Aut que pars fideli cum infideli? inten
dens iustū cum iniquo nō posse eadē interiora percipe-
re sacramēta: quia de exterioribus signis nulla lis erat.
At cōtra lib. ij. ꝯtra eūdē Petilianū respōsione . xxxix.
Augustinus. Uerba (inquit) Apostoli agnosco: sed quid Augusti.
adiuuēt omnino nō video. Quis enim nostrū dicit esse
participationē iustitie cū iniquitate/etiā si iustus ⁊ ini
quus sicut Judas ⁊ Petrus pariter sacramēta cōmu-
nicent? Ex vna quippe re sancta Judas sibi sumebat iu
diciū: Petrus salutē. Hec ille. AVTHOR. Utrobiqꝫ
dicit Augustinus ꝙ ex vna re/ex eodē sacramento pa-
scuntur boni ⁊ mali. Aliquādo audirē si placeret ei: ꝙ
ex duobus pascuntur: iste scꝫ bonus ex Christi corpore:
iste scꝫ Judas ex nudo sacramēto: aut ꝙ illud vnum est
aggregatiue vnum ⁊ minus vnū ꝙ̄ illi qui dissimiliter
illud sic vnū accipiunt. Sed ⁊ contra Donatistas lib. v.
de baptismo. cap. vij. idem Augustinus. Sicut (inquit) Augusti.
Judas cui buccellā tradidit dn̄s: nō malū accipiendo/
sed male accipiendo in se locum diabolo prebuit: sic in-
digne quisqꝫ sumens dominicū sacramentū nō efficit vt
quia ipse malus est/malū sit/aut quia nō ad salutē acci
pit: nihil acceperit. Corpus enim ⁊ sanguis domini ni-
hilo minus erat etiā cū illis: quibus dicit Aplus. Qui
manducat aut bibit indigne/iudicium sibi manducat ⁊
bibit. Hec ille. ⁊ est in decretis de cōsecra. disti. ij. Sicut
Judas. AVTHOR. Plane ecce dicit Augustinus ꝙ
corpus ⁊ sanguis dn̄i nihilo minus in eis erat qui sum-
pserunt indigne ꝙ̄ in dignis/nihil minus in Juda ꝙ̄ in
Petro. Jam non dicit sacramentū corporis aut sacrifi-
ciū: sed plane dicit corpus ⁊ sanguis domini. Fallit er-
go wicleff quando de extimo sacramento ⁊ nō de inti-
mo exponit Augustinū. Corpus enim ⁊ sanguis Christi
sunt intimū: non aūt foris patulū sacramentū. Sic san-
ctus pater Anselmus/qui melius ignaro wicleff Au-
gustinū intꝰ ⁊ in cute nouit/eū exposuit lib. de corpore
⁊ sanguine dn̄i. cap. viij. dicens. Sicut sol vno radij sui Anselmus.
calore hinc ceram soluit, inde lutum stringit: ⁊ nō diuer
sus in se diuersa operatur in rebus/vtēs rerū materijs/
sicut eas inuenit: sic Christi gratia quantum in ipso est
vno modo se in oēs effundit: sed diuersos inueniēs aīos
diuerse in eis operatꝛ/hunc in amorē sui misericorditer
emolliēs/illū iuste nō miserēdo indurās. Nam cui vult
miseretur/⁊ quē vult indurat. Talis fuit Judas in con
uiuio saluatoris: cui fuit venenū buccella dn̄ica/quā de
manu eius suscepit/quā cum suscepit inimicus in eū in
trauit: non quia malū/sed quia bonū malus male acce-
pit. De vno enim pane ⁊ Judas accepit ⁊ Petrus: sed
tamen que pars fideli cum infideli? Petrus enim acce
pit ad vitam: Judas ad mortem. Hec ille. AVTHOR.
Nec tamen dicit corpus Christi vel sanguis actu iam
sacrificiū omnino sine specie sacramēti: sicut nec sacra
mentū vel hostia cōsecrata: sed vt induit formā panis

Origenes super librum Numerorum/homilia.vij. Lex (inquit) dei iam non in figuris ⁊ imaginibus/sicut pri⁹ sed in ipsa specie veritatis agnoscitur. Et que prius in enigmate signabãtur: nunc ⁊ specie ⁊ veritate complẽ- tur. Et ideo ille qui species ⁊ figuras enigmatum descri bebat dicit. Scimus autem quoniam patres nostri oẽs sub nube fuerunt: ⁊ omnes in Moyse baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ omnes eandem escam spiritualẽ man ducauerunt: ⁊ omnes eundem spiritualem potum bibe runt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: Petra autem erat Christus. Vides quomodo enigmata legis Paulus absoluit: ⁊ species enigmatũ docet: ⁊ dicit quia petra in enigmate erat apud Moy- sem anteꝙ̃ iungeretur huic nostre ethiopisse. Nunc in specie petra Christus est. Nunc enim ore ad os loqui- tur per legẽ deus. Antea in enigmate fuit baptisma in nube ⁊ in mari: nunc autem in specie regeneratio est/in aqua ⁊ spirituſancto. Tunc in enigmate erat manna ci bus: nũc autem in specie caro verbi dei est verus cibus sicut ipse dixit: Caro mea vere est cibus/⁊ sanguis me⁹ vere est potus. Sit ergo iam nunc Moyses apud nos positus/⁊ huic ethiopisse coniunctus/vel ipse ad nos vel deus ad ipsum non loquitur in enigmate: sed in spe cie. Hec ille. AVTHOR. Ecce que excellentia ⁊ alie- tas sacramentorum nostrorum authoritate Pauli si- gnata? quia illa figure erant/⁊ in enigmate: nostra autẽ clara specie ⁊ veritate. Item in expositione psalmi.cix. versu/Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Cassiodorus. Cui (inquit) potest veraci ter ⁊ euidenter aptari nisi domino saluatori: qui cor- pus ⁊ sanguinem suum in panis ac vini erogatione salutariter consecrauit: sicut ipse in euangelio dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitis

(margin, right: Origenes; Cassiodo.)

ēius sanguinem/nō habebitis vitā in vobis/scʒ eternā.
Sed in ista carne ⁊ sanguine nil cruentū/nil corruptibi
le mens humana conspiciat:ne sicut dicit Apl̄us / qui
corpus dn̄i indigne manducat/iudiciuʒ sibi manducet:
sed viuificatricem substantiā atqʒ salutarē ⁊ ipsius ver
bi propriā factā:per quā peccatorū remissio ⁊ eterne vi
te dona prestantur. Quē ordinē per mysticā similitudi-
nem Melchisedech iustissimus rex instituit:quādo dn̄o
panis ⁊ vini fructus obtulit. Cōstat enim pecudū victi
mas perijsse/que fuerunt ordinis Aaron:⁊ Melchise-
dech manere potius institutū/qui toto orbe in sacramē
torū erogatione celebratur. Qđ adhuc Judei non intel
ligūt obstinati cū eorū ⁊ sacerdos ⁊ sacrificia de medio
probātur ablata. Hec ille. AVTHOR. Ecce ablata sa
crificia Judeorū/quia tm̄ signa:⁊ remanent sacramēta
Christianorū secundū ordinē Melchisedech in nuda ve
ritate signata. Et illud Pauli/Oēs candē escam spiri-
tualem māducauerūt/non vt wicleff sinistre depravat
de eadeʒ spirituali figura:sed re spiritualiter designata
Augusti. cōcipitur. Sicut concorditer Origeni/sup primo versu
psalmi. lxxvij. declarat Augustinus. Omnes (inquiēs) eū
dem cibum manducauerunt/⁊ oēs eundē potum spiri-
tualē biberunt. Bibebant autem de spirituali cōsequē-
te eos petra. Petra autē erat Christus. Idem itaqʒ in
mysterio cibus ⁊ potus illorum qui noster:sed significa
tione idem non specie. Hec ille. AVTHOR. Ecce idem
in significatione non in specie. Hoc dicit Origenes. In
enigmate manna erat cibus:nunc in specie caro verbi
dei. Ergo nō nunc est caro verbi dei noster cibus in suo
enigmate/significatiōe vel figura/sed in specie. In qua
Species. specie/⁊ nō in significatione:nisi in specie ⁊ natura car-
nis? secundū illā speciē quam sic appellat scriptura in
creaturarum principio. Fecit deus bestias terre iuxta
species suas. Siue apl̄us Paulus vbi ait. Per fidem
ambulamus/non per speciē. Et Joan. v. Nec speciē ei⁹
vidistis vnq̄. Hec est species quā sancti patres a signifi
catione vel figura vehemēti negociatione distinguūt di
centes/Significatione nō specie. ⁊ vltra. Nunc autem
in specie caro verbi dei. Hāc speciē vltra figurā ⁊ signi-
ficationē veterē secundū se Christiana continent sacra-
menta. Tolle hanc speciē secundū naturam/⁊ iterū re-
flecte ad significationē/⁊ nō preteris veterū sacramen-
ta. In significatione enim ⁊ figura omnimoda fuit car-
nis Christi species in Judeorum figuris signata:exce-
pta presentia corporali/sicut in nostris. Inde dixerunt
patres significatione idem. Hanc ergo significationem
vel figurā cū wicleff non separet/nec preter speciem ⁊
naturā panis aliquā ibi ponat per speciē vel naturam
liquido patet q̄ in eadē significatione cū Judeis expe
ctat/⁊ in rei veritate exclusa verborū versutia/nō aliud
q̄ Judaicū conficit sacramentum. Quia dicere corpus
Christi presens realiter sacramento/intelligendo signi
ficatione vel figura tm̄:nō est plus de corpore ibi pone-
re q̄ figurā eius tm̄:quod ⁊ Judaicū fecerit institutuʒ.
Qꝫ si fingat/hāc esse maiorē presentiā vel expressiorem
figurā illa:hoc exponat qualiter sit in re ipsa. Quis ꝓ
pter hoc non erit per essentiā aliud sacramentum:eo q̄
modi graduales non mutāt substātiā:sed essentia addi
ta. Qualiter hanc Metaphysicā notāter perpendit in
disputatione sua cōtra Petilianū. lib. ij. rn̄sione. xxxvi.
Augusti. Augu. Aliud est (inquiēs) Pascha qđ adhuc Judei de
oue celebrāt/aliud aūt qđ nos ī corpore ⁊ sanguine dn̄i
accipim⁹. Sic alius fuit baptism⁹ Joānis/ali⁹ est ba-
ptismus Christi. Illis enī vētura ista ꝓnūciabant:istis
cōpletis illa ꝑdicant. Et q̄uis illa Christus acceperit:
nobis tm̄ necessaria nō sunt:q: ipm̄ q ꝓ hec annūciabat
accepim⁹. Hec ille. AVTHOR. Ecce substātialē diffe-
rētiā sacrorꝫ veterū ⁊ nouorꝫ: ⁊ assignauit Aug. ꝑ plus
vel min⁹ figurare/vel p̄ntialiter significare loco vel tē-
pore:q: in his Judei mō nō distāt plus nobis ab huma
nitate Christi in celo loco vel tp̄e/qn̄ adhuc antiqua ī
ter nos celebrāt sacr̄a:sed penes ipm̄ quē iā corporali-
ter accipim⁹ in sc̄ro corporis/⁊ ipsi nō nisi figuraliter.
Illi promissa/nos cōpleta. Promissa q̄dē ꝑ figurā illi:
nos vero cōpleta ꝑ essentiā. Et p̄ter hec oīa/veteris le-
gis sacr̄a fuerūt figure ⁊ signa sacramētorū fideliū. Nū
quid signorū sacramētaliū que nō sunt res preter figu-
ras:⁊ tūc erāt signa signorꝫ/⁊ figure figurarū/quasi nō
simplices figure:sed cōposite vel decomposite? Et tunc
māna vel ꝓpositionis panis non esset figura corporis
Christi/sed figura figure eius/scʒ panis/qđ est simplici
ter cōtra fidē:q: panis noster ⁊ eius fuerūt significatio
ne idē:nō ille nostrū panem significans/⁊ noster signa-
tus in illo. Panis noster inquā ante ꝯsecrationē appo
situs ⁊ oblat⁹. Corp⁹ enī Christi est īmediate in vtroqʒ
signatum:sed tantum in secundo contentū ꝑ essentiam.

Qꝫ nō remanet panis materialis ī Eucharistia cōsecratione peracta. Cap. XXXV.

QUid autē mouet peritos fideles
cōcedere debilib⁹ accidētib⁹ sub
subsistere ī hostia ꝯsecrata? Dicit
q̄ terreni panis absentia. Quid
itē absentē cogit eē substātiā pa
nis? Dicit naturalis carnis Chri
sti corꝑalis p̄ntia. Vn̄ q: wicleff
ꝯ ecclesiasticā veritatē negat pri-
mū:cogit affirmare scđʒ. Vn̄. iiij.
trialog. ca. vij. Mēs (iq̄t) catholica nō capit q̄ panis sit wicleff.
corpus Christi nisi itelligēdo figuratiue. Ideo absqʒ oī
ambiguitate hec est figuratiua locutio: Hoc est corpus
meū:cū identificatio non sit possibilis. AVTHOR. Ex
his ḡ duob⁹ ꝑdictis/pugnis cedēs ⁊ calcib⁹ eijcit ter-
tiū. Suscipit enī lapides motiuorꝫ vt iaciat in Jesum/
preferēs putribilē panē cū paucis qualitatib⁹ fedis to
ti glorioso corpori saluatoris. Priusq̄ ḡ ꝓbauerim⁹ au
thoritate scripture ⁊ patrū subsistētiā possibilē accidē-
tis:a posteriori etiā demōstrare volētes hāc fidē catho
licā/restat ꝓbare panis materialis absentiā in hostia
cōsecrata. Vn̄ antiq̄tati innitētes/vt solem⁹/dn̄s Jesus
ait in hora cōsecrationis de pane: Hoc est corpus meū.
Hec sacra sentētia dei viui:hoc v̄bi oı̄pootētis edictū
colligat sibi nota fideliū duplici fune. Primo vt hoc cre-
damus ipleri qđ ipse voluit ibi fieri/scʒ pure carnis sue
corporalē substātiā. Secūdo vt nihil addam⁹ qđ ipse fie
ri nō mādauit. Hoc est enī pure credere v̄bis legis eter
ne/nihil eis addere / nihilqʒ subtrahere : sicut in finali
conclusione scripture dicit Apocal. vlti. Cōtestor omni
audiēti verba ꝓphetie libri hui⁹. Si q̄s apposuerit ad
hec/apponet sup illū de⁹ plagas scriptas in libro isto.
Et si q̄s diminuerit de v̄bis libri ꝓphetie hui⁹/auferet
de⁹ ꝑtē ei⁹ de libro vite. Hoc ḡ timore ꝯterriti scī p̄res
purā fidē suā semꝑ exprimētes ⁊ mediātes iter hereti-
cos:optimo mō possibili ꝯcesserūt ī Eucharistia corp⁹
Christi. s. ī natura optima corporali:q: hoc exprimūt v̄
ba Christi:⁊ oēm terrenā substātiā panis ibi esse nō cre
dūt:q: tā q̄ incōpossibilē ibi corpori v̄ba Christi hoc fie
ri ꝓhibēt. s. quia dissimulāt/quia tacēt. Sic enim aduer
tit fidem verborū Christi prudens ⁊ senex pater Theo
philus:tractans ipsa vt iacēt in euāgelio Christi. Mar
ci. xiiij. Hoc est corpus meum. Si (inquit) carnem ⁊ san Theophi.
guinem cerneremus/sumere nō sustineremus. Propter
hoc dominus nostre infirmitati condescendens species
panis ⁊ vini conseruat:sed panem ⁊ vinum in veritatē

carnis cõuertit ⁊ sanguinis. Hec ille. AVTHOR. Hãc expositionis fidem suxit doctor iste grecus ⁊ vetustus antistes de predictis verbis Christi/ q Christus ibi cõseruat species panis ⁊ vini: sed panem ⁊ vinũ conuertit in veritatem carnis ⁊ sanguinis. Sed veritas illorũ est illorũ essentia/ ergo nõ tñ in figurã sed in essentiam carnis ⁊ sanguinis Christi/ panis ⁊ vinũ cõuertuntur/ ⁊ sic non manent secundũ essentiam: sed species manẽt secundum essentiã non tantũ secundũ consideratione. Aliter nesciuit ipe intelligere quomodo posset ibi Christus facere corpus suũ. Ergo ex fide euangelij ⁊ antiquorũ patrum ibi nõ remanet putribilis substantia panis in hostia post consecratione. Hic ergo plane deprehendit perfidia witcleff dicentis ibi manere panẽ simul cũ corpore Christi: eo q Christus non sic dixit secundũ aliquem euãgelistam: hoc est corpus meum/ ⁊ panis naturalis. Hoc q infideliter addidit verbis Christi. Itẽ nec apostolus Paulus dixit: Panis quem frangimus/ nonne participatio panis naturalis ⁊ corporis dñi est? Sed tñ/ participatio corporis domini est. Itẽ Aplus dixit: Et calix quẽ sumimus/ nonne cõmunicatio sanguinis Christi est? non ausus addere/ ⁊ vini naturalis. Quomõ ergo ausus est witcleff addere qd nunq audebat Apostolus? Non veritus sermonẽ Salomonis puerbi. xxx. Sermo dei clypeus ignitus: ne addas quicq verbis illius/ ⁊ arguaris: inueniarisq mẽdax. Addidit witcleff: ⁊ idcirco ab ecclesia orbis terrarũ argutus est: ⁊ mẽdax inuentus. Mõstrat item in sacramẽto vnitatẽ essentie/ simplex appellatio: quã notat antiquus itẽ pater Eusebius Emisenus/ cui9 laus est in decretis: in sermone de corpore ⁊ sanguine dñi/ qui incipit/ Magnitudo cele

Eusebius. stiũ. vbi sic. Beatus (inquit) Moyses de eo mysterio loquens/ vinũ ⁊ sanguinẽ sub vna appellatione significat in benedictione patriarche dominicã passionẽ multo ante tẽpore demõstrantis/ ita inquiẽs. Lauabit in vino stolam suã/ ⁊ in sanguine vue palliũ suũ. Aduerte q cui dẽter cõstat vini creaturã Christi sanguine nũcupãdã. Hec ille. AVTHOR. Nõ dixit nũcupatã/ sed nuncupãdam in futuro: ne witcleff diceret: q nunq habet p se authoritatem/ nisi quãdo furatur de nostris: q vinũ remanẽs vocatur Christi sanguis. Sed ideo author dicit de tẽpore consecrationis peracte quãdo vinũ nõ erit: nec dicet substãtia vini proprie in natura: sed tñ sanguis: quod non erat antea. Unde versus finẽ sermonis idem

Idem. Eusebius. Quando (inquit) benedicẽdo verbis celestibus creature sacris altarib9 imponunt/ anteq inuocatione summi nominis consecrentur substãtia illic est panis ⁊ vini: post verba autẽ/ Christi corpus est/ ⁊ sanguis Christi. Hec ille. AVTHOR. Hunc loquendi morem seruauerunt pene cuncti patres antiqui in loquẽdo de hostia cõsecrata/ vt nõ idẽ dicerẽt in natura post consecrationẽ quod erat ante. Unde libro suo de mysterijs di

Ambrosi9 cit Ambrosius. Liquet q preter nature ordinẽ generauit virgo: ⁊ hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid hic queris nature ordinẽ in Christi corpore/ cũ preter naturam sit ipse dominus Jesus partus ex virgine? Vera vtiq caro Christi q crucifixa est/ que sepulta est. Vere ergo carnis illius sacramẽtum est. Ipse clamauit dominus Jesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborũ celestium alia species nominatur: post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem corpus ⁊ sanguis nuncupatur. Et tu dicis Amẽ: hoc est verum. quod sermo sonat effectus sentiat. His igitur sacramentis pascit Christus ecclesiam suam/ qbus aĩe firmat substãtiã. Hec ille. AVTHOR. Attendat witcleff quomodo pene totus Ambrosian9 iste processus vigilat cõtra sua ⁊ Berẽgariana figuralia sacramenta. Primo/ quia dicũt isti q non conficiũt sacerdotes verum corpus Christi natum de virgine/ sed sacramentum eius: quia sic consecrarẽt respectũ habitudinis ibi tantũ. Unde witcleff plane dicit in libro de

Eucharistia. ca. i. Nihil horribilius q q quilibet sacerdos celebrãs/ facit vel cõsecrat quotidie corpus Christi. Nam deus noster nõ est deus recens/ nec corpus eius sit summe sacrũ/ atq perpetuũ est/ sic sacrabile: vel nouiter faciendũ. Sed nos sacerdotes facimus atq benedicimus hostiã cõsecratam: que non est corpus dominicũ/ sed efficax eius signũ. Hec ille. AVTHOR. Ambrosius ergo aliter sapit: qui plane dicit q hoc qd conficimus corpus ex virgine est: ⁊ vera vtiq caro que crucifixa est/ que sepulta/ ⁊ vere carnis illius sacramentũ. Non ergo tñ efficax illius signũ sicut est sacramentũ witcleff/ sed sacramentũ ⁊ res. Ideo subiungit sanctus pater. His sacramentis pascit Christus ecclesiam suam quibus anime firmat substantiã: que nulla possunt esse preter carnẽ ⁊ sanguinẽ Christi secundũ suam substãtiã ⁊ naturam. Sicut ipse Ambrosius post declarat se/ versus finẽ libri/ vbi. Non (inquit) corporalis esca/ sed spiritalis est. Unde ⁊ Aplus de typo eius ait: Quia patres nostri escã spiritualẽ manducauerũt: ⁊ potũ spiritualem biberunt. Corpus enĩ dei corpus est spirituale. Corpus Christi corpus est diuini spiritus. Hec ille. AVTHOR Si autem esset sacramentalis panis witcleff/ ipo teste foret esca corporalis. non est ergo panis terreus in hoc celesti sacramẽto. Quã sentẽtiã verã ⁊ firmã tenuerũt doctores sequentes a priscis patribus derelictã. Unde Rabanus adhuc de primo millenario (vt notasti) in libro suo de corpore ⁊ sanguine dñi. capi. iij. Nullus (inqt) moueat de hoc Christi corpore ⁊ sanguine/ q ministerio vera sit caro/ merus sit sanguis/ dũ sic ille voluit qui creauit. Omnia enim quecũq voluit dñs fecit in celo ⁊ ĩ terra. Et quia voluit: licet figura panis ⁊ vini hic sit: omnino nihil aliud q caro Christi ⁊ sanguis post cõsecrationem credenda sunt. Unde ipsa veritas ad discipulos. Hec (inquit) caro mea est pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar/ nõ alia plane q que nata est de Maria/ ⁊ passa in cruce/ ⁊ resurrexit de sepulcro. Hec ille. AVTHOR. Hec profitetur Rabanus quod accepit a patrib9/ q vera sit caro ĩ ministerio ⁊ merus sanguis non tantummodo figuralis. Item q figura sit ibi panis ⁊ vini sine substãtia sua: quia omnino nihil aliud esse post consecrationem q caro ⁊ sanguis credenda sunt. Sed quia pene omnia predicta a sanctis patrib9 assumpta/ solet witcleff leui glossa deferre dicens: q aliud solet esse in figura post consecrationẽ quis idem sit in natura/ scilicet in figura corporis Christi post consecrationem/ sed manens panis in natura: q iia dictum est illius/ sufficit ita refellere q panis ita figurat corp9 domini ante consecrationem sicut post: quantum est de nuda ratione figure sine presentia corporali. Quia ab initiali essentia panis sumpta est formalis ratio fundandi habitudinalem illam figuram eius ad corpus Christi/ scilicet quia est refectio ⁊ quia est sagina deficientis substantie. Nam quia sicut panis sustentat corpus/ sic esse corporis Christi sustẽtat ⁊ reficit animam: idcirco panis materialis figurat corp9 Christi: vt sustentat animam per fidem. Unde Isidorus libro de origine officiorũ. cap. xviij. Panis (inquit) quẽ frangimus corpus Christi est qui dixit. Ego sum panis viuus q de celo descendi. Vinum autem sanguis eius est: ⁊ hoc est quod scriptum est. Ego sum vitis. Sed panis quia corpus confirmat: ideo corpus Christi nuncupatur. Vinum autem quod sanguinem operatur in carne: ideo

Margin notes (right column): witcleff. — Ambrosi9 — Rabanus — Isidorus.

ad sanguinem Christi refertur. Hec autem sunt duo visibilia que sanctificata tantum in sacramentū diuini corporis transeūt. Hec ille. AVTHOR. Attēdat witcleff qui ex hoc dicto Apli: Panis quē frāgim⁹/arguit panē sensibilē esse Eucharistie sacramentū. Isidorus vero dicit ꝙ panis quē frangimus est corpus eius q̄ de celo descēdit: nō panis q̄ de sub cespite creuit. Et addit causam quare corpus Christi nuncupatur panis: non quare panis nuncupatur corpus. Quia (inquit) panis confirmat corpus hominis: ideo corpus Christi nuncupatur: ⁊ vinum operatur sanguinem. Et vide si iste nō sunt proprietates panis ⁊ vini a conditione nature eorum: non solum a presbyteri consecratione. Et hec duo visibilia sanctificata in sacramentū diuini corporis transeūt: non autem in suis naturis manēt. Item accedendo magis ad figuras Augustini/⁊ aliorum doctorum: quia panis ⁊ molitur ⁊ reuersatur manib⁹ hominū/significat ꝙ in passione corpus Christi torquebatur manibus militum: ⁊ panis decoctio ad clibanum/figurat tortionem carnis Christi ad crucem. Et deglutitio eius ad stomachū/figurat descensum illius carnis ad sepulcrum. Et incorporatio illius panis in carnem viuam/figurat resurrectionem corporis Christi in vitam perennem. Et participatio ⁊ viuificatio illius carnis assumpte figurat glorificationem carnis Christi ⁊ assumptionem eius in gloriam. Sed has omnes rationes figurales habet panis eius ante cōsecrationem sicut post. ergo nō plus est panis figura post cōsecrationem q̄ꝫ erat ante. In sermone de pascha qui incipit. Hoc qd̄ videtis. ⁊ est. xxxi. inter sermones secunde partis/ Augustinus. Recolite (inquit) quia panis nō fit de vno grano/sed de multis. Quando exorcizabamini quasi molebamini: quādo baptizati estis quasi conspersi estis. Estote quod videtis/ ⁊ accipite quod estis. Hoc Apostol⁹ de pane dixit. Hec ille. AVTHOR. Jam Augustin⁹ docet sub quibus cōditionibus/panis figurat rem vltimatam sacramenti/ scꝫ corpus Christi mysticum. Nunqd intendit ergo ꝙ tota ecclesia Christi sit panis iste sensibilis? Dices nō. Et quare ergo propter figurationē tuā erit putribilis panis corpus Christi sacramentum ⁊ res propter figurā Apli? Nō potest idē panis esse corporis Christi res/ nō sacramētū/scꝫ tota cōgregatio fideliū. Hic oēs cōticēt witcleffiste. Et lib. vij. de baptismo cōtra Donatistas Augustinus. Quādo (inquit) dominus corpus suū panem vocat de multorū granorum adunatione congestum/populum nostrum quem portabat indicat adunatum. Et quādo sanguinē suum vinū appellat de botris atqꝫ acinis plurimis expressum/atqꝫ in vnuꝫ coactum: gregem item nostrū significat commixtione adunate multitudinis copulatuꝫ. Hec ille. AVTHOR. Nec variat illud indiuiduū habitudinalis figure: q̄uis post consecrationem accrescat ipsi lateraliter aliqs respectus ad authorem eius/vt est causa/eo ꝙ sufficiens ratio fundādi formaliter precessit. Et quia causa efficiēs est causa extra rem: sicut non aliud indiuiduū quādo: qd̄ tunc dicebat/hodie affuit dici natalis domini/propter hodiernitatem eius qui fuit author ⁊ conditor ⁊ domin⁹ toti⁹ diei ⁊ temporis: quod est propriū soli deo. Nec ergo cēsti/post cōsecrationem/q̄ꝫ erat ante q̄uis accrescat ipsi aliqs lateralis respectus p pnunciationē verborū celebrādi figurā precessit in pane a cōditione sua. Tunc ergo resumat tertius cōcors Eusebiū/Ambrosij/⁊ Rabani. ante ɔsecrationē alia species dicit post ɔsecrationē aliud sed nō alia species in figura: qr idē qd̄ figurabat ante/figurabit post/⁊ hoc p̄cise. Ergo erit alia species in natura vel naturali essentia/vel da mediū. Certe aliud esset si figura esset post cōsecrationē per rationē corporalis cōtinentie ⁊ substātialis presentie/qd̄ tu negas/quā tñ figurā cōcedit ecclesia inesse nudis accidentib⁹. Et nec hāc rationē sciūt euadere witcleffiste. Sophisticat tñ hic witcleff/ꝙ anima Christi ibi sit ⁊ diuinitas: sed repellit sophisma eius per hoc qd̄ doctor pposuit/in mysterio/id est in sacramēto qd̄ est res. Et quantū est de vici⁹ nihil est ibi sacrū illud mysteriū nisi caro Christi secundū naturā/⁊ sanguis Christi merus/quos tamē inhabitat deitas: sicut idem Rabanus habet ibi. cap. vi. Ad hoc (inquiēs) verbū caro factū est/⁊ habitauit in nobis: vt per verbum carnē factū caro proficeret in deum verbū/que nimirū caro verbi fit esca. In hoc mysterio cibus est fideliū dum vere credit esse caro pro mundi vita: neqꝫ aliud aliqd q̄ꝫ caro corporis Christi/⁊ qua Christus manet in nobis: ⁊ nos per illā transformamur in illo qui nihil aliud factus est q̄ꝫ deus caro dignatiōe sua/ vt habitaret in nobis. Hec ille. AVTHOR. Ecce ergo caro nō fit panis in hoc sacramēto/quia nihil aliud est q̄ꝫ caro corporis Christi. Nam aliud in neutro gñe alteritatē nature significat. Et iterū cap. viij. Rabanus. Siquidē (inquit) Christo qui verus est ⁊ summ⁹ sacerdos/ catholice totū tribuere oportet/totumqꝫ ipsius virtuti atqꝫ ipsi⁹ potētie designari. Nempe qr ipse liberat ab omni ignorantia/⁊ remouet nos a carnalib⁹ hui⁹ vite. Neqꝫ itaqꝫ sinit terrenū aliqd aut vile ibidē suspicari: sed mystica ⁊ spiritualia in his sapere: vt nostri corporis sensus ad ea interius sanctificādi auidius transferātur: si quo modo dicere possit preeminentior pars hominis/Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuum. Hec ille. Et idē post cap. xxviij. Propterea (inquit) non incōuenienter ⁊ iam ob hoc idē aqua cōsecratur non ꝙ aqua permaneat: sed vertit̄ i sanguinē: vt significet qd fides percipiat. Nam tria sunt que testimoniū dant ꝙ Christus est veritas/spirit⁹ aqua ⁊ sanguis. Sequitur. Quibus nō nisi vnū salutis opus mystice consecrat̄ vt corpus nostrū ⁊ aīa ac spiritus integer ad vitā in Christo seruetur. Et infra: Constat igit̄ ꝙ ⁊ si tria prius ponuntur: nō nisi caro ⁊ sanguis postea recte creditur: dās indiciū ꝙ aīalis homo totus debeat transire in spiritū ⁊ spiritualis fieri. Itē cap. xlvij. Hec nāqꝫ vera ⁊ noua cōspersio synceritatis ⁊ veritatis/vt simus azymi sine fermēto malitie ⁊ nequitie. Nā in calice nihil aliud bibim⁹ q̄ꝫ Christi sanguinē: vbi ⁊ nos p aquā admixtā coadunati sum⁹. In pane vero nihil preter corpus: vbi nos p Christi cōspersionem iam mēbra sumus. Hec ille. AVTHOR. Nec irruat witcleff in panē quem infert hic Raban⁹/nisi afferat nobis vinū qd̄ Raban⁹ aufert. Nec itē aquā affirmet manere secūdū essentiā/quā iam supra sustulit Raban⁹/dicēs nō manere/ sed trāsire in sāguinē. Hic tñ manere aquā figuratitiā/scꝫ ppl'i vnionē. Et sic etiā remanet panis nō terrenus ille: cuꝫ supra dixit Christum non sinere nos ibi suspicari terrenum aliquid vel vile/sed panem celestem. Quod item declarat in capite. xvi. Rabanus. Cogita (inquiens) si quippiam corporeum potest esse sublimius cum substantia panis ⁊ vini in Christi corpus ⁊ sanguinem efficaciter interius commutatur/ita vt deinceps post consecrationem iam vera Christi caro ⁊ sanguis veraciter credatur/⁊ non aliud q̄ꝫ Christus panis de celo a credētibus existimet̄. Hec ille. AVTHOR. Ecce mi witcleff si panē tam gaudenter attendis/panē accipe carnē Christi: nec tñ hic vel alibi panē de terra: sed tñ de celis existimes. Nil, i! ergo remanet in sacramēto quātū ad ip̄m attinet sub specieb⁹/nisi caro Christi natural' ⁊ substātia sāguinis. Hāc antiquoꝝ patrū cōcordē sententiā witcleff

Margin notes (left): Augusti. (beside "mone de pascha qui incipit…"); Augusti. (beside "ticēt witcleffiste. Et lib. vij. …")

Margin notes (right): Rabanus (beside "Ad hoc (inquiēs) verbū…"); Idem. (beside "tatē nature significat…"); Idem. (beside "Hec ille. Et idē post cap. xxviij…"); Rabanus (beside "aliquid vel vile/sed panem celestem…")

nesciēs declinare ⁊ se tamē declinari nō sustinēs/oībus simul obuiā currens lib. de Eucharistia. cap. v. dicit esse
witcleff. temerariam non probatam. Est (inquit) temeraria/quia ponit vt articulum fidei ꝙ nec panis nec vinum post consecrationem remaneat/quod est nimis temerarium propter multa. Nā in nullo articulo triplicis fidei ecclesie est iste articulus declaratus: quis ergo color ꝙ ꝓpter assertionem vnius temerariam sit ecclesia nouo articulo fidei grauādāda? Iterū scriptura sacra ⁊ antiqui sctī doctores/vt Ambrosius/Augustinus/⁊ alij authores canonum dicunt regulariter ꝙ hostia cōsecrata est panis. Similiter decretum Romane ecclesie tempore Nicolai secundi decreuit/ꝙ post cōsecrationem/panis ⁊ vinum remaneāt. Hec ille. AVTHOR. Hoc arripuit sibi iam commune hereticorum hospitium: dum enim vinci deberent currunt ad expressionem articuli in fide ⁊ scripturis. Nam quo ad primū temeritatis sue probamentum: quia in nullo articulo triplicis fidei est iste articulus declaratus de non remanentia panis ⁊ vini/triplicem fidem intelligens triplex symbolum/apostolorū
Symbolū triplex. scilicet/Athanasij/⁊ patrum/quod cantamus in missa. Sed fraudis in authorē simili pede fraude reuersa/arguetur witcleff esse temerarius de positione panis naturalis in sacramento Eucharistie: quia nec in scripturis sacris nec in aliquo articulo triplicis fidei est ille articulus declaratus. Item arguetur ei⁹ temeritas de positione corporis Christi figuralis in eodem sacramēto/quia nec illum articulum nec predicationem illā habitudinalē de corpore Christi in aliquo articulo eiusdē triplicis fidei reperit declaratum. Si secus fuerit monstret vbi. Sed item temeritatem mendacem non effugit quando secundo infert scripturam ⁊ antiquos patres Ambrosium/Augustinum/⁊ alios authores canonū ꝓ remanentia panis putribilis. Similiter etiā decretum Nicolai/quod ꝙ falsum sit iam hic supra vidistis/non assertione vnius sed plurium: ⁊ omnino perspicue patebit in posteris. Sed quantum ad expressam declarationem premisse veritatis in symbolis/sancte deus quātū volumē caperet huiusmodi symbolum quod omnes explicaret necessarias fidei veritates? nec esset iā symbolum breue compendium credendorum/sed aliquid omni bibliotheca prolixius. Sed sicut credens errorem cui tamen errori verba symboli non repugnant/nō ideo est fidelis: ita ex opposito credens veritatem catholicam cui tamen verba symboli non palam assentiunt/non est temerarius vel ideo infidelis. Deductio est a patribus:
Ar. lib. iij. Augusti. ⁊ pro prima veritate est casus Augustini lib. iiij. de vnico baptismo cōtra Donatistas. cap. xij. vbi. Fieri (inqt) potest vt in alicuius heretici librum catechuminus catholicus incidat/⁊ a veritate nesciens discernere errorem credat aliquid contra fidem catholicam: cui tamē errori verba symboli non repugnant. Sub eisdem quippe verbis innumerabiles hereticorum errores exorti sunt. Hec ille. AVTHOR. Nec ergo omni errori verba symboli expresse repugnāt/nec omni veritati catholice expresse cōsentiunt. Et notet ꝙ sub eisdē verbis symbolicis/puta gñalib⁹/innumerabiles errores exorti sunt. Veruntamen hoc argumentum ipsius magistri eius ipsi prius formauerant Manichei/probantes euangelium esse falsum/cum diceret per Iesum Christum factum esse mundum/quia in principio Genesis non exprimitur de Iesu.

Ad argumenta witcleff per scripturam euangelii, ꝙ hostia consecrata est panis in natura: respondetur. Caput. XXXVI.

ARmis quibus potest inuadit witcleff ecclesiā/probare conatus panem corruptibilem esse totam hostiam consecratam secundum substantiam/⁊ nihil ibi de corpore saluatoris secundum naturam: ⁊ hec in quotlibet locis/vt ī quarto trialogi. cap. ij. de sermone dñi in mōte cap. xxxix. De Eucharistia cap. ij. De apostasia. De Papa. semꝑ insuit hec motiua Matthei. xxvi. Fides scripture sic loquitur. Cenantibus
witcleff. autem eis accepit Iesus panē/bñdixit/ac fregit/deditqꝫ discipulis suis dicens: Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit ⁊ dedit illis dicens: Bibite ex hoc oēs/hic est enī sanguis me⁹ noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et eadem sentētia plane patet Marci. xiiij. Luce. xxij. ⁊ prime Corinthio. xi. Hec witcleff in trialogo. AVTHOR. Sigitur tamen quomodo magister eius Berengarius ab eodem loco euangelij erroris sui sumpsit exordiū/vt notat eū Guimundus Auersanus episcopus libro suo secundo contra eundē dicēs.
Guimūd⁹. Quis vero risum tenere iam valeat/audiens Berengarium ipsa dñi verba de sacramento interpretantē. Hoc (inquit) necessario panis est corpus meū/⁊ hic calix necessario vinū. O ipudētissima stultitia ⁊ nimiū patens/nec qd dicat prorsū aspiciēs. Hec ille. AVTHOR. Ita dixi supra/hic est Berēgarius in toto. Sed ꝙ heresim suam fundat in euāgelio perdonate mihi si Augustinū inferam dicentem ipsi quod contra Pelagianos instru
Augusti. xit in principio libri sui Hypognosticon/vbi sic dicit. O malū dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quod scinduntur matris ecclesie vnitates renatorū. O dogma quod sub nomine Christi euertere ⁊ mutare nititur Christiane religionis fundamēta. O dogma cui nefanda sunt nomina mille nocendi artes. Arma cōtra legem sumit ex lege. Impugnat euangelium ex euāgelio pugnans: ⁊ in sui perniciem de veris mendacia fingens/prouocat ad mendacium veritatem. Sed hec illi sunt pena/qui ea inordinate proferens putat esse victoriam: vt in eo quod scriptum est impleatur: per que enī quis peccat/per hec et torquet. Hec ille. AVTHOR. Hoc enim vnum cupio Christianis omnibus esse commune/vt cum scripta diuina proferimus/ea non captiuemus sensibus nostris/sed eis potius nostros captiuemus sensus secundum regulam Augustini libro primo
Augusti. super Genesim ad literā. cap. xxiiij. vbi. Siqua (inquit) scripta diuina legimus que possint salua fide qua imbuimur alias atqꝫ alias parere sentētias/in nullam earum nos precipiti affirmatiōe ita proijciamus vt si fortasse diligentius discussa veritas eam recte labefactauerit/corruamus non pro sententia diuinarum scripturarum/sed pro nostra ita dimicantes/vt eam velimus scripturarū eē q̄ nostra est/cū poti⁹ eā q̄ scripturarū est nostrā esse velle debeam⁹. Hec ille. AVTHOR. O miser witcleff ⁊ miseri witcleffiste q̄ sic nō pro sentētia diuine scripture/sꝫ ꝓ sua dimicāt/vt eā velint esse scripture sctē sentētiā q̄ sua est/veluti pueri dicētes. Ecce scriptura dicit Christū eē primā literā ⁊ vltimā alphabeti: qꝛ ipsemet dicit/Ego sum alpha ⁊ ω/⁊ tāqꝫ pueri exinde cōtēdāt Christū eē illud mutū ⁊ sensibile elemētū. Sic itē dicit corp⁹ suū eē panē mutū ⁊ sensibilē/qꝛ dixit: hoc est corp⁹ meū: retinēs semꝑ ī ore suo saporē panis materialꝫ quē audiuit Christū ī manib⁹ accepisse: sꝫ ad panē carnis sue quā Christ⁹ potissimū intēdebat nūqꝫ attendēs/gulones Iudeos īsectās q̄ postqꝫ gustassent de panibus/panē celestē reputantes ꝓ vili/ad panē mortuū

retorquebant affectum.sicut exponit illud Joānis.vi.
homilia.xlv.sup Joan.Da nobis hūc panem manduca
Chrysost. re/Chrysostemus dicēs. Adhuc enim sensibilem quan-
dam rem existimabant esse:adhuc ventrē lasciuire opi-
nabantur/ideoq̄ cito occurrūt. Sed quid ait Christus
volens eos inducere paulatim dicens/Panis dei est q̄
descendit de celo/⁊ dat vitam mundo. Uitam aūt dicit
quia erant omnes mortui.Ibi vero Judei inferius inspi
ciebant dicentes:Da nobis panem hunc.Arguit itaq̄
eos/quoniā dū sensibilem quidem mensam suspicaban
esse.i.man ducare. tur/illam esse currebant.Cum autē didicerant quoniā
spiritualis q̄dā esca est/nō vltra currere volebant.Hec
ille.AVTHOR.Hac insipiētia videbit laborare wit-
cleff deinceps/quia vbicunq̄ potest audire de pane/sta
tim currit vt canis ad panē materialē.Ecce(inquit) pa
nis:existimans oīa de sua dici mēsa sensibili.At autem
accedamus ad rem/q̄d prius facturi sumus:Num pur
gabimus euāgeliū a sordibus quas iniecit:an dehone-
stantē culpabimus:Hoc modo beatus Augustinus de
prehendit errorē Donati/vocans eū furē/quia addidit
verbis Christi v̄bū suū.ad hoc sc3/Ego baptizo/qd̄ po
test dici ex parte ministri:addidit/Ego iustifico:qd̄ solū
diuine congruit potestati.tertia parte sermonū sermo-
Augusti. ne de natali sancti Joannis/qui incipit/Dici hodierne
solennitas.vbi sic dicit. Fur ⁊ latro de transuerso ait/
Ego baptizo/sed sicut minister/audio:noli addere:quic
quid amplius est a malo est:⁊ tamē addit:non dubitat.
Quid addit:Ego iustifico.Hec ille.AVTHOR.Ita si
witcleff dicat/Hoc est corpus meū/verum dicit/q: ver-
bum Christi dicit.Addat aūt panem naturalem dicēs/
Hoc est corpus ⁊ naturalis panis:⁊ iam falsum dicēs/
peperit iniquitatē/formauit errorē.Dixi iam supra cō-
testatū esse Apocal'. vlti. ne quis addat aut subtrahat
verbis Christi:hoc facet fidelis efficieris:Christus di-
cit/hoc est corpus meū:immo vt tecū loquar panem na
turalē demōstrans/hoc dixit. Noli amplius dicere:no-
li minus.Deutero.v.dn̄s de lege sua dixit.Nō declina-
bitis ad dexterā neq̄ ad sinistrā:sed per viā quā prece-
pit dn̄s de⁹ vester ambulabitis vt viuatis.Si apponas
corpori Christi panē naturalē/dicens:Hic panis est cor
pus meum ⁊ panis naturalis/iam addidisti:nullo mo-
do negare potes/declinasti ad dexteram:quia aliud est
panis in natura q̄ corpus Christi in natura.plus ergo
est corpus Christi ⁊ panis materialis q̄ corpus per se
sumptū.Ex alio latere si dixeris/Hic panis est corpus
meum tm̄ in signo vel figura:iam subtraxisti/iam dimi
nuisti de corpore Christi.Diminuit eni a corpore Chri-
sti in natura corpus solū in figura.Addis vocabulum ⁊
subtrahis essentiā/sicut dicens homo/dicis essentiā:ad
dens autē pictus ad hominem/subtraxisti essentiam:di
minuisti naturā: ⁊ declinasti ad sinistrā.Sācta ergo ec
clesia catholica ⁊ sola illa vel mēbrum eius potest vere
dicere/hoc(demōstrato pane) est corpus meū/q: nec ad
dit aliq̄d corpori/nec subtrahit v̄itati. Null⁹ ei panis
materialis est corp⁹ Christi ⁊ panis naturalis:nec cor-
pus Christi est in sacramēto aliq̄d min⁹ Christi corpo-
re in natura:nec aliq̄d diuersum in substātia. Quis nō
videt iā ecclesiā habere ꝓpinquiorē euangelii sensum:
Pure eni obseruat in cōsecrando:pure intelligit quod
Christus dixit:Hec est corpus meū/demōstrādo panem
naturalē/⁊ cōcludendo carnis Christi substantiā.Non
sic witcleff nec quisq̄ hereticus q̄ cū pane verba Chri-
sti incipit/⁊ solā ibi panis substātiā fine tenus cōside-
rat dicēs/Hic panis est panis in natura/nec est corpus
meū nisi in quodā leui signo ⁊ minime entitati figura.
O q̄ dolosus witcleff.ideo apponit tibi panē in sacra-
mēto vt fraudet te desiderio tuo corpore Christi sacro.

Pro panis substātia litigat/vt corpus Christi secūdū
substātiā ⁊ naturā suā totā excludat. Sic ei dixit quar
to trialogi. Cōcluso q̄ panis est corpus Christi/sed in witcleff
figura tm̄/quia mens nō capit(inquit)q̄ panis sit cor-
pus Christi/nisi intelligendo figuratiue.Hic est appara
tus mense heretici:addere panē/⁊ subtrahere agni car-
nem.Consulit Augustinus ne deseras mensam sponsi
tui pro tali apparatu in mēsa heretici.prima parte ser-
monū sermone secūdo qui incipit/Celesti gratie/dicēs.
Uide ne deseras mēsā spōsi tui.At pulchra ꝑmaneas: Augusti.
carnes eius quotidie manducabis.At vitā habeas san
guinē eius quotidie potabis.Uide ne deseras hāc mē-
sam:plurimos apparat⁹ hereticorū fuge:⁊ si plura illic
prauis dispēsationib⁹ apponunt/aut feda sunt/aut se-
ua sunt.Nō est eni illis quicq̄ integrū vbi pater ⁊ fili⁹
⁊ spiritus nō est vnū.Mensa sponsi tui panē habet inte
grū/quē panē ⁊ si cōfractū cōminutūq̄ vidimus in pas
sione/integer tamē māsit in illa sua cū patre indiuidua
vnitate.De isto pane ⁊ de isto calice dicebat dominus/
Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita. Et
calicē quē sanctificauero sanguis meus est qui pro vo-
bis fundet in remissionē peccatorū.Superius eni dixe
rat/Nisi mādu caueritis carnem filii hominis/⁊ biberi-
tis eius sanguinē:nō habebitis vitam in vobis. Quod
verbum audientes nec intelligentes discipuli/dixerūt:
Durus est sermo hic.Hec ille.AVTHOR. Attendant
witcleffiste seriem Augustini/qui quotiens audiunt pa
nem tanq̄ porci in luteas scrobes currūt grunnientes/
q̄ panem suum putribilem inuenissent.Augustinus di-
cit ad mentem catholicam q̄ mensa sponsi sui panē ha
bet integrum. Qui q̄uis fuerit in passione comminu-
tus ⁊ confractus/ integer tamē manet in vnitate deita
tis.Et de isto pane(inq̄t) dicit domin⁹.Panis quē ego
dedero caro mea est ꝓ seculi vita. Et de isto calice. Hic
calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur. Et eque
de isto pane:Hoc est corpus meum.Non ergo credam⁹
witcleff apponēti nobis panem materialem vel natu-
ralē:de quo multi comedētes mortui sunt: loco natura
lis carnis Christi ⁊ viuifici sanguinis eius in sua pura
substantia:quem qui gustauerit seculi vitam gustat.Ui
de (inquit Augustinus) ne deseras mensam sponsi tui:
plurimos apparatus hereticorum fuge.Christus appo
nit tibi vnum panem corpus suum:witcleff ⁊ magister
eius Berēgarius apponūt tibi duos panes ad minus
panem naturalem ⁊ panem figuralem vel imaginariū
corpus Christi.Plures sunt isti apparatus heretici/fu
ge illos.Quare:Quia si plura illic prauis dispensatio
nibus apponūtur/aut feda sunt aut seua.Fedus panis
⁊ fedum vinum:seuus panis ⁊ seuum vinum/que fedas
substantias ingerunt/ ⁊ celestem cibum ⁊ potum violen
ter extrudunt.Ecce quid facit witcleff addens panem
⁊ plurificās apparatū.Sati⁹ mihi erit simplex ferculū
corporis Christi veri q̄ gemini panes witcleff:q: sunt
furtiui.Sed hoc sufficit ecclesie fidei q̄ verba Christi ī
euāgelio nude accepta panē denūciāt materialē in sub
iecto/⁊ precise panē ⁊ corp⁹ Christi verū in ꝑdicato:ni-
hilq̄ aliud.Sicut ḡ hic in exordio est panis purus sine
corpore:sic in fine orationis/corp⁹ purū sine pane:⁊ ita
trāsit⁹: ac sicut de dictione in dictionē:sic de natura ad
naturam:de substantia in substantiā:de typo in rem:de
figura veteri in noui pasche verissimum sacramentum.
Sic enim intellexit Hieronym⁹ hec Christi verba sup
Mattheum in commentario dicens. Postq̄ typicum Hierony.
pascha fuerat impletum/⁊ agni carnes cum apostolis
comederat/assumit panem qui confortat cor hominis/
⁊ ad verum pascha transgreditur sacramētū:vt quomō
in prefiguratione eius Melchisedech summi dei sacer-

dos/panē ꝛ vinū offerēs fecerat: ipse quoqꝫ in veritate sui corporis ꝛ sanguinis repñtaret. Hec ille. AVTHOR. Ecce assumēs Christus panē ad verū pascha transgreditur. Nunquid item in panē/ ꝛ sic de pane ad panem? aut nūqd in figurā corporis/ ꝛ sic ad figuratiuū pascha? Quia iste vocat figuram veritatē. Et quare ergo dicit Hieronymus ꝙ sicut Melchisedech obtulit panē ꝛ vinum in prefiguratiōe/ sic Christus corpus suū ꝛ sanguinem in veritate: ꝛ nō dicit in postfiguratione? Secūdū witcleff non plus hec veritas ꝙ illa: quia illa veritas panis in natura/ ꝛ figura corporis in manib⁹ Melchisedech. Ita veritas panis ꝛ eadē figura corporis in manibus Christi. Quare ergo hec veritas/ illa figura: nisi quia illa panis tm̄ ꝛ figura nō veritas corporis: ista tātū veritas corporis sub figura panis? Hoc verū pascha sine figura sui. ipa eni figura hoc ꝓbat: quā idubie Hiero. nō nesciuit. Leuiti. xxij. Siue bos illa siue ouis nō imolabunt vna die cū fetib⁹ suis. vbi glossa habet ꝙ figura peperit veritatē. Uno ergo die nūꝙ ad oblationē venire debebāt veritas ꝛ figura. ꝛ ibi consequenter. Si immolaueritis hostiā domino pro gratiarū actione/ vt possit esse placabilis: eodem die comedetis eam. Nō remanebit quicꝙ in mane alterius diei. Glossa. Quia vetus pascha tēpus suū habuit/ cui tēpore suo nouū successit. Christus nāqꝫ figurale pascha in cena celebrauit: ꝛ post aliam horā quasi alia die pascha verū substituit. Uel vere alia/ quia. xiiij. die ad vesperum agebatur pascha Judeorū. Quicquid aūt post vesperum est/ alterius diei est. Hec ibi. AVTHOR. Ita ergo ipsa lex Christi figuralis figuras suas terminat in presentia veritatis/ nec se sustinet sed quasi interrogat: que societas lucis ad tenebras? Et Beda tractās hūc locū scripture/ vbi secūdus mēsis in lege ꝯcessus est ad faciēdū pascha iis qui immūdi in anima vel in via procul positi ad faciendū pascha in primo mēse nequirēt occurrere: libro de templo Salomonis. Ibi (inquit) nos apertissime designati sumus qui imūdi sup morte aīe nostre ꝛ procul adhuc positi a ꝑplo dei nō potuim⁹ primū pascha facere/ qđ in carne ꝛ sanguine agni fiebat. Celebram⁹ autem hodie pascha secundū: qđ in carne ꝛ sanguine redēptoris nostri/ a quo quesiti ꝛ mundati sumus/ actū est. Hec ille. AVTHOR. Si in carne figurali ꝛ sanguine typico celebram⁹ hodie pascha/ iā nō tam procul positi sumus quin cū Judeis suū pascha typicū celebram⁹: ꝛ si nō oēs in carne agni naturalis tm̄ in azymis panib⁹ cōuenim⁹. Declaret hoc ergo aliqs witcleffista in quo distet pascha nr̄m essentialr̄ a pascha Judeoꝝ/ si vtrūqꝫ sit figuratū solū: ex quo idē deus vtrūqꝫ fecerit institutum. Sed procul a Christianis ista vesania. Hoc ergo pascha qđ imolat⁹ est Christus/ nō est panis putribilis. Hoc est ergo corpus meū ꝛ precise pascha verū sine fermento figure. Et hoc scđm venerādū Fulbertū in epl'a ad Adeodatū de his q̄ sunt maxime necessaria ad ꝑfectū. vbi dicit. Quia corp⁹ suū qđ semel Christus ꝓ nobis offerebat in preciū/ paulo post a nr̄is visib⁹ sublaturus fuerat in celū: ne sublati corporis fraudaremur presenti munimine corporis/ sui ꝛ vere sanguinis sui nobis immortale alimentū reliquit nō inanis mysterij symbolum/ sed cōpaginante spiritusancto corpus Christi verū qđ quotidiana veneratione sub visibilis creature forma inuisibiliter virtus secreta in sacris solēnib⁹ opat. De quo sub hora passionis sue/ familiaribus suis ait: Hoc est corpus meū. ꝛ paulo post. Hic est sanguis me⁹ noui testamenti/ qui pro vobis fundetur. Et alibi. Qui manducat carnē meā ꝛ bibit meū sanguinem: in me manet ꝛ ego i eo. Hec ille. AVTHOR. Hic habes ꝙ Christus in corpore suo ꝛ sanguine reliquit immortale alimentum: ꝛ nō inanis mysterij symbolū/ id est vacuā rei figurā. Uacua enī dicitur qđ nō cōtinet substantiā quam exhibet: sed cōpaginante spiritusancto corpus Christi verū. Uide qđ denegat/ ꝛ quid affirmat. Denegat symbolū/ id est figurā: affirmat corpus Christi verū. Si ergo affirmatio ꝛ negatio nūꝙ insunt eidē scđm idem/ nō est corp⁹ Christi verū in sacro qđ quotidie veneramur/ mortale aliqđ alimētū/ vel corpus falsiter figuratum.

Beda.

Fulbert⁹.

Ad secūdū argumentū Witcleff ꝑ scripturā Apostoli primae Corint. iiii. Panis quē frangimus. &c. respōdet. Cap. XXXVII.

Assumunt item in argumentū erroris textū apl'i Pauli prime ad Corin. x. Panis quē frangimus nōne participatio corporis domini est? Quasi etiā serpens cōuersus in virgā: ꝛ femina in salis statuā adhuc manerent qđ erant. s. serpēs ꝛ femina: ꝛ nō scđm naturam virga ꝛ statua. Et si nō cecarentur ꝑfidia oppositū deberet ex hoc loco cōcludi/ ꝙ scꝫ panis est participatio corporis. Et certe nō sequit. Panis est corpus ergo panis est panis. Sed meli⁹ oppositū: ergo panis est aliud a pane: qꝛ corpus. Ideo si glossis nr̄is nō credas/ saltē audias Damascenū dicētē ꝙ in illo passu Apl's noluit derogare veritati corporis/ sed oīno itellexit figuraliter vocabulū panis. vnde iiij. sentētiaꝝ. ca. v. Damasce. Oēs eni vnum corpus sumus: qꝛ ex vno pane assumim⁹: queadmodum ait apl's Antitypa. i. refiguratiua futuroꝝ dicuntur/ non vt non entia vere corpus ꝛ sanguis Christi/ sed qm̄ nō nūc quidem ꝑ ipsa participamus Christi deitate: tunc intellectualiter ꝑ solam cōsideratiōnē. Hec ille. AVTHOR. Tedet me vite mee cū audio scripturas sacratissimas quas spūssanctus per se scribere dignabatur sic a peruerso heretico irrisas ꝛ delusas. Non credo tamē ad tātum desipuit ꝙ hoc intelligere apostolum crederet qđ affirmat/ maxime qꝛ idē apostolus q̄ dicit: Panis quē frāgim⁹: de eodē statim subiunxit/ Un⁹ panis ꝛ vnum corp⁹ multi sum⁹. Ergo si corpus Christi esset panis naturalis ꝑpter primū/ eque tot⁹ chorus Christianoꝝ eēt vn⁹ panis naturalis ꝑpter secūdū. Non ego deuio: sed hec ē norma scrutādi abdita scripturarū ꝑ circūstātias eorū ibi vel alibi. Unde pmo sup Gen̄. ad literā in fine Aug. Cū (inqt) diuinos libros legim⁹ in tāta multitudine verorū intellectuū q̄ de paucis verbis eruunt ꝛ sanitate fidei catholice muniūt/ id potissimū deligam⁹ qđ certū apparuerit eū sensisse quē legim⁹. Si autē hoc latet/ id certe qđ circūstātia scripture nō impedit ꝛ cū sana fide cōcordat. Si aūt scripture circūstātia ꝑtractari atqꝫ discuti nō pōt/ saltē id solū qđ fides sana ꝑscribit. Hec ille. AVTHOR. Fidē suā dixit supra/ fidē qua imbuimur. Et putam⁹ ne ꝙ witcleff fuit imbut⁹ hac fide a iuuētute sua? Sed igit cū de hac scriptura apl'i fideles cōicāt diligāt id solū de textu elicere qđ intellexit Apl's quātū ꝑpēdi pōt ex circūstātijs talis scripture ꝛ fide sana. Nec obuiat ꝙ plures sensus eliciant ex eodē loco/ si nullus eorū fidei integre cōtradicat. Ideo dixit Aug. in tāta multitudine veroꝝ intellectuū. Nā sic hic loc⁹ apl'i pōt habere plures sensus scđm pl'es equocatiōes panis ꝛ corpis quoꝝ null⁹ fidei sane repugnat/ sꝫ quoꝝ qlibet exponat Aplm ꝛ heresim obuiat occursantē. Primus sensus sine iniuria Apostoli potest esse ꝙ panis sensibilis fit per consecrationem corpus Christi secundum substantiam: ꝛ tunc demum participatur

Damasce.

Augusti.

a populo/nec est vltra panis ꝙ prefuit. Vide si hoc non intendit Apostolus: qui nusꝙ dicit panem illũ esse panem sed solum corpus. Secundus sensus potest esse ꝙ panis carnis Christi/quem in cruce fractum designamus/cuȝ hostiam frangimus/est vera participatio carnis eius ⁊ non figuralis vel ficta. Rabanus itē hoc ꝓbat ⁊ scribit de verbo illo Apostoli quod sequitur ibidem. Probet seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Hic inquit carnē Christi veram panē appellat. Unde libro de corpore ⁊ sāguine dñi cap. xxxvij.

Rabanus

sic inquit Rabanus. Qꝫ panis etiam q̄uis vera caro sit hoc mysteriuȝ possit nominari: ꝓbat Apostolus vbi dicit. Probet seipsum homo ⁊ sic de pane illo edat. qꝛ Christi caro est ⁊ vera caro: ⁊ tamen panis viuus ꝙ de celo descendit/iure catholice predicatur. Caro quidem secundum gratiam. Panis vero scdm efficientiam. qꝛ sicut hic panis terrenus vitam subministrat temporalem: ita ille celestis vitam prestat eternam ⁊ celestem: qꝛ vita est sempiterna. Deniqꝫ ⁊ sanguis hic secūdū efficientiam simili modo vinū typice potest vocari: qꝛ sicut vinum letificat cor hominis sobrie potatum: ita lōge locupletius hoc vinum sanguinis letificat cor hominis interioris: inebriat mentem amore spirituali. Unde dictum est. Calix inebrians ꝙ preclarus est. ⁊ vinum letificat cor hoīs. Sequitur. Ceterū scdm premissam doctrine veritatem nihil aliud ꝙ caro Christi et sanguis iure creditur/que non sapore carnis sed spirituali dulcedine degustantur ⁊ fidei ratione intelliguntur. Hec ille. AVTHOR. Ecce panis de quo dixit Apostolꝰ Panis viuus/est qui de celo descendit/ non panis palee ꝙ sub sensibili gleba creuit. Multū frustrabatꝰ spe vana witcleff qñ panem illum expectauit ab apostolo/ vel vbi ꝓbare se hominē iussit/ vt de pane illo ederet: vel vbi pauloante/panem quem frangimus participationem corporis Christi dixit. Nam nusꝙ audit apostolū additionē suam dicere: ꝙ .s. panis quē frangimus participatio corpis dñi est ⁊ naturalis panis. Idcirco mouetur Rabanus dicere ꝙ panis ille quē secundū Apostolum frangimus ⁊ quē edat homo bene probatus/ nihil aliud iure credatur ꝙ caro Christi ⁊ sanguis/nō sensibilis panis/ non alterius hoīs corpus/scdȝ Nestorianos/sed vere caro Christi panis viuus de celo: cibus quoqꝫ celicus spirituum beatorū. Quā vtiqꝫ expositionē q̄uis de millenario Christi fuit/ non tñ de seipso sed

Augu.

a patribꝰ suis sumpsit: veluti ab Augustino super psalmū. xxxiij. super titulum. Ubi dicit. Uerbum erat apud deū: ⁊ deus erat verbum. Ecce cibus sempiternus. Sed manducant angeli/manducant celestes/ manducant ⁊ saginantur. Quis autem homo posset pertingere ad illum cibum? Unde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo vt mensa illa lactesceret ⁊ ad paruulos perueniret. Unde autem fit cibus/in lac conuertitur vt in carnem traiiciatur. Nam mater hoc facit. Quod manducat mater/hoc māducat infans. Sȝ qꝛ idoneꝰ nō est infans vt pane vescatur/ipsum panem mater incarnat vt per humiditatem mamille ⁊ lactis succum de ipso pane pascat infantē. Quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia dei? quia verbum caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Uidete ergo humilitatem: qꝛ panē angelorum manducauit homo/ vt scriptū est: panem celi dedit eis/panem angelorum manducauit homo. i. verbum illud quo pascuntur angeli sempiternum. Hec Augustinus. AVTHOR. Hunc autem panem ibi tractaturus premisit. Etenī dñs noster Jesus Christus in corpore ⁊ sanguine suo voluit esse salutem nostram. Unde autem cōmendauit corpus ⁊ sanguinē suum? de humilitate sua ⁊c. Ita ergo deus panis angelorum incarnabatur vt esset in carne ⁊ sanguine panis ⁊ cibus fidelium per sacramentum. In cuius rei signum Augustinꝰ recitans textum Apostoli illius loci: nō dicit Qui ederit panē dñi: sed qui ederit corpus domini indigne. iij. parte sermonum sermone de sacramētis habitis in die

Augusti.

sancto pasche qui incipit. Memor sum. Ubi. Magna (inq̄t) sacramenta ⁊ valde magna vultis nosse quomodo cōmendantur. Ait autē. Qui māducat corpus Christi aut bibit indigne reus est corporis ⁊ sanguinis dñi. Quid est indigne accipere? contemptibiliter ⁊ irridenter accipere. Non tibi videatur vile quod vides. Hec ille. AVTHOR. Ecce iuxta Augustinum non panis cibarius fuit panis quem dixit Apostolus ibi/sed panis

Chrysost.

corporis Christi/panis vite. Item sup Joannem morali. xlvi. Chrysostomus ita. Si quidem cum puritate accesseris in salutem accessisti. Si vero cum perniciosa conscientia/in suppliciuȝ ⁊ cruciationē. Qui enī māducat ⁊ bibit indigne/sanguinem. s. ⁊ corpus dñi/ iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. Hec ille. AVTHOR. Tam sancti ⁊ antiqui patres nec falsi sunt interpretes nec ignari/ ꝙ loco panis quem assumit Apostolus/scribunt corpus ⁊ sanguinem Jesu Christi/supponentes item ꝙ possint indigne manducari ad iudicium. Attamen arguit. viij. cap. de apostasia witcleff. Isti Corinthij reportabāt ho-

witcleff.

stias consecratas ad domos ⁊ comedebant ⁊ bibebant vsqꝫ ad ebrietatem. Quomodo contingit saturari vel inebriari sumentem sanctā eucharistiam postea locum habet? Quātū ad argumētuȝ quo probare conatur ex presumptione facti euacuationem corporis Christi et naturā panis cibarij ibi presentem: audiat iterum arguere fideles ex vltiōe delicti subsistere ibi corpꝰ Christi. Quia tam dira vindicta quasi frequētata quotidie a misericorde deo non contingeret pro tantilli panis sumptione indigna. Qꝫ si sanctitatē figure causeris in pane/statum panis azymus iudeorum te cōfundit ⁊ caro agni quem comedebant in pascha/qui eque corpus Christi efficaciter figurauit: ⁊ virtute magna in sanguine suo totū ppl'm ab exterminatore saluauit. Quem tñ quandoqꝫ constat immoderate a sumentibus esse voratū/maxime fauente lege aut dicēte Cūcta intestina vorabitis: ⁊ comedite festinanter. Non legi tñ vbi indigne sumentes hunc panem typicum aut figuralem carnem tam dira vltione plectuntur. Uere autem qui indifferēter hunc cibum corporis Christi vt alium cibum communē accipiunt/nil mirū si altas ⁊ insolitas penas luunt propter irreuerentiaȝ temeritatis in carnem ⁊ sanguinem saluatoris. Unde in annotationibus suis super hunc locum. i. Corinth. xi. Dñs Jesus Christus in qua nocte tradebatur. Hieronymus. Jam his quasi oblitis

Hierony.

commemorat ꝙ magnum sit mysterium sacramenti. Et ibi Reus erit corpis ⁊ sanguinis domini. Qui tātū (inquit) mysteriū sacramenti pro vili despexerit ⁊ nō diiudicās corpus dñi. i. non discernēs a cibo cōmuni. Propterea iter nos multi infirmi ⁊ imbecilles. Significat Corinthios ꝓpter supradictū pctm̄ egrotatiōe ⁊ ibecillitate ⁊ morte a deo esse correptos. Hec Hierony. AV-

Ironia.

THOR. O ergo ꝙ prudenter witcleff producit tales authores panis sui putribilis/quos oblitos esse cōstat omnis reuerētie ⁊ gratie sacramēti: ⁊ ideo acerba morte a deo correptos: qꝛ cū witcleffistis fercula venerabilis sacramenti reputabant saltem facto cibos esse communes: sicut panem ⁊ potū cibarios naturales: ⁊ non aliter pertractandos. Et quid fecit dñs Jude primicerio huius delicti? Nōne post bucellam introiuit in eū satanas? Et quid horum peius? an repleri diabolo/an inebriari? Et in epistola ad martyres Cyprianus. Cum

Cyprian.

(inquit) quidam arcam in qua domini sanctuȝ fuit ma-

nibus indignis tentasset accipere: igne inde surgente deterritus est ne auderet attingere. Et quidam alius et ipse maculatus/sacrificio a sacerdote celebrato/ partem cũ ceteris ausus est latenter accipere: sanctũ dñi edere/ꝛ contrectare non potuit: nec secũ ferre/sed apertis manibus cinerem inuenit. documento vnius ostensum est dñm recedere cũ negatur: nec immerẽtibus ad salutem prodesse quod sumitur/qñ gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Hec ille. AVTHOR. Rogo non subito discedamus: intelligamus Cyprianum antistitem iam vbi sacram eucharistiã vocat sctm̃ dñi. illud certe sanctũ quod item angelus ad Mariam dixit. Quod enĩ ex te nascetur sctm̃/ vocabitur filius dei. de quo subdit. Ostensum est dñm recedere cum negatur. Quomodo itẽ subdit. Qñ gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Vocat ergo hostiã/quam ille maculat⁹ participare proposuit/ sanctum dñi: vocat dominũ ipsum: ꝛ vocat gratiam salutarẽ. Sic dixi vobis: pena declarat que res aut quãta sit que portat iniuriam. Non estimandus panis aut poculum inebrians witcleff qui tot ꝛ tantas sceleratorũ ruinas exercet. vnde subdit Cyprianus. Quã multi (Cyprian⁹.) quotidie immundis spiritibus adimplentur? Quã multi vsqꝫ ad insaniam mentis excordes demẽtie furore quatiuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum/ cũ per orbis multiformes ruinas tam delictorum pena sit varia ꝙ delinquentium multitudo numerosa. vnusquisqꝫ consideret/non quid alius passus sit/sed quid pati ꝛ ipse mereatur. Nec euasisse credat si eum interim pena distulit/cum timere plus debeat/ quem sibi dei iudicis ira reseruat. hec Cyprian⁹. AVTHOR. Huc usqꝫ iam ferme quadringentis annis post ascensionem domini durauit vltio illa frequens in eos qui manducabant ꝛ bibebant indigne/non diiudicantes corpus dñi: necdum cessauit quod ait Apostolus. Ideo inter vos multi infirmi ꝛ imbecilles/ꝛ dormiunt multi. Cyprianus dixit. delictorum pena est varia ꝛ delinquẽtiũ multitudo numerosa. Et in illum locum apostoli in expõne sua Haimo. (Haimo.) Non diiudicans corpus domini. i. non discernens a reliquis cibis. ꝛ ibi. Idcirco inter vos o Corinthij multi infirmi ꝛ imbecilles/ꝛ dormiunt multi. Nõ somno pacis neqꝫ quietis/sed febricitãtes ꝛ mortui sunt morte eterna propter hoc peccatum. Hec ille. AVTHOR. Arguit ergo presumptiue. si Corinthij facinorosi tractabant inter se sacramẽtum corporis domini tanꝙ panem: ergo eis credendum est ꝙ sit panis. Non enim dubito eos immaniter deliquisse: nec ero difficilis ad credendum ꝙ multi illorum tunc erant in sensu witcleff peruerso. aliter non sic abuterent dñico sacramẽto. Sed ideo diuina aĩaduersiõe multi plectũtur/ꝛ apostoli Pauli viuis vocibus corriguntur. Vnde ad inquisitiones Januarij libro. i. Augustinus. (Augu.) Cũ vero ait Apostol⁹ de hoc sacramẽto loquẽs. Propter quod fratres cum conueneritis ad manducandum inuicem expectate. Si quis esurit domi manducet vt nõ ad iudicium conueniatis. statim subtexuit. Cetera aũt omnia cum venero ordinabo. Vnde intelligi datur qꝛ multum erat vt epistola/totum illis agendi ordinẽ insinuaret quem vniuersa per orbẽ sic seruat ecclesia Christi ab ipso ordinatum: ꝙ nulla horũ diuersitate variatur. Hec ille. AVTHOR. Fides ergo sacramenti quã vniuersa seruat ecclesia de corpore Christi ibi presente secundum suam substantiam cum sit essentialior alijs intelligitur tunc ab Apostolo cõfirmata ꝛ docta/ꝛ Corinthiorum perfidia increpata.

Ad tertium argumentum Witcleff. Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie. respondetur. Cap. XXXVIII.

Habentur orthodoxi erigere oculos conniuentes ad cognoscẽdũ ꝙ hoc sacramẽtum est panis: qꝛ Matth. vi. docet veritas nos orare vt panem nostrum supersubstantialem det nobis hodie: ꝛ secundũ Augustinum super eodem textu in sermone domini in monte/ꝑ panẽ quotidianũ inter alios sensus laudabiles intelligit Christus hoc venerabile sacramentum. Hec witcleff. iiij. trialogi. (witcleff.) AVTHOR. Dicamus ꝛ nos. Erigant caligantes oculos witcleffiste: quorum magister argumenta non inuenit nisi omnino contra se. recitetur expositio Augustini quã iste tam loquitur: ꝛ videatur quo tendat Augustinus. (Augu.) Quarta (inquit) petitio est: panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Panis quotidianus aut pro his omnibus dictus est/que huius vite necessitatẽ sustentant. de quo cum preciperet ait. Nolite cogitare de crastino. vt ideo sit additum/da nobis hodie. aut pro sacramento corporis Christi/quod quotidie accipimus/aut pro spirituali cibo de quo idem dñs dicit: Operamini escam que nõ corrumpitur. Et illud. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Hec Augustinus. ij. libro de sermone domini in monte. AVTHOR. Ecce tres panes quorum quilibet est panis quotidianus: sed putribilis panis pro quo tu instas solus est primus quem sumit Augustin⁹ pro omnibus que huius vite necessitatem sustentant. Panis quilibet materialis est huiusmodi: ergo omnis panis materialis est primus panis et non secundus. s. corpus Christi: neqꝫ tertius. Patet sequela: qꝛ non est bona diuisio vbi membra coincidunt. Item si sacramentũ corporis Christi de necessitate est panis putribilis qꝛ est panis quotidian⁹ inter alios sensus laudabiles/ quare non est cibus ille spiritualis qui non perit panis periturus et putribilis/cum iste sit tertio dictus panis quotidianus inter eosdem/ꝛ precipue talis inter illos: ita vt alijs dimissis Augustinus descendat in istum cõcludens et dicens. (Aug.) Restat igitur vt quotidianum panẽ accipiamus spiritualem: precepta. s. diuina que quotidie oportet meditari ꝛ operari. Nam de ipsis dominus dicit. Operamini escam/que non corrumpitur. Quotidianus autem iste cibus nunc dicitur ꝙdiu ista vita tẽporalis ꝑ dies decedentes succedentesqꝫ peragitur. hec ille. AVTHOR. Vide mi. witcleff: Inter hos tres sensus laudabiles tertius est laudabilissimus/in quo esca ꝑceptoris que non corrumpitur/appellatur panis nũc quotidianus/sed iste est immaterialis/cũ sit incorruptibilis ꝛ spiritualis/secundum Augustinum. Ergo nõ sequitur quis sit panis quotidian⁹ ꝙ ideo sit panis materialis/putribilis ꝛ terrestris. Perpẽdamus item q̃d witcleff arguendo cõtra seipsum assumpsit. (Ad witcleff.) Matth. vi. (inquit) veritas docet nos orare vt panem nostrum supsubstantialem det nobis hodie. vir improuidus quomodo vitare panem celestem non potuit quando arguit ꝑ terrestri? hoc est q̃d catholicis complacet ꝙ sacramentum corporis sit panis supsubstantialis/ideo non sublunaris. Est panis ἐπιούσιον secundum Hieronymuz super eodem textu Matth. in commentario libro primo (Hierony.) vbi sic dicit. Qđ nos supersubstantialem expressimus/ in greco habet ἐπιούσιον. Quod verbum. lxx. interpretes periusion frequentissime transferunt. Consideramus ergo in hebreo: ꝛ vbicũqꝫ illud periusion expresserant nos inuenimus sogolla: quod Symmachus exce-

riton.i.precipuum vel egregiū transtulit? licet in quo-
dam loco peculiarem interpretatus sit. Quando ergo
petimus vt peculiarem vel precipuum nobis deus tri-
buat panem/illum petimus qui dicit. Ego sum panis
viuus qui de celo descendi. Hec ille. AVTHOR. Et de-
inceps exponens Hieronymus scdm quosdam hoc de
Hierony. pane crastino. Possumus (inquit) supersubstantialem
panem et aliter intelligere/qui super omnes substātias
sit et vniuersas super creaturas. Hec ille. AVTHOR.
Miro modo vir iste arguens contra ecclesiam pro ec-
clesia militauit. Non dubium pro viuifico sacramento
inuite decertat/dum cōtra illud sua tela componat. Et
telum qd vibrat illo intacto quo dirigitur reuertitur in
authorem. Cōmunis est hec hereticorum forma cū scri
Aug. pturas excutiunt. dicente Augustino lib.ij.contra Pe
tilianum in principio. Que tandem vis nisi cecitas et
vanitas animi cogit homines clausis/ vt dicit/oculis
tanq̄ in alterum iacere/ qd cū in eum iecerit/continuo
redeat/eūq; ictu reciproco affigat intacto illo quē vul-
nerare voluerat? Sicut isti donatiste de oībus fere scri-
pturarū testimonijs faciunt. Que cū se aduersum nos
pferre arbitrantur/velut admonere nos videntur qua
les eos ipsa scriptura conuincat esse. Hec ille. AV-
THOR. O infelix witcleff quis tibi tenuit oculos/dū
scripturam de pane supersubstātiali produceres/cona-
tus arguere pro pane subsubstantiali? Pane itaq; sub
lunari. Panis (inquit) terren⁹ est: q: scriptura dicit: pa
nē supsubstantialē da nobis hodie. At quid estimem⁹
de tali didascalo/nisi q̄ suorum percussus acrisia/dū con-
cludere estimabat Helizeum/ per eundē concluditur et
freno suo ducitur ad medium ciuitatis hostilis? Qui au-
dacter dixit panem nostrum supersubstantialē esse hoc
venerabile sacramentum panem epiusion? Unde possu
mus ei concludere authoritate Hieronymi. ergo nō est
panis terrestris vel/vt tu dicis/naturalis: sed supersub
stantialis peculiaris/precipuus panis/qui potest vera
citer dicere: Ego sum panis viuus qui de celo descendi.
Nō est panis mutus aut subcineritius qui multis suc-
cumbit substātijs/et vt tu dicis peior agno paschali im
mo testudine: sed panis supersubstantialis sup omnes
existens substātias et vniuersas superās creaturas. Ec
ce in freno verborum tuorum te ducam: vbi cūcti te pe
ne capient catholici sancti patres. Sicut enī Augusti
nus non sponte patitur in illo passu dñice orationis pa
nem visualē intelligi: ita nec ceteri patres. immo Hie-
ronymus dicit incōueniens: motus illa ratione Augu-
stini quia Christus nos docuit nihil cogitare de crasti-
no/in cōmentario super Titū textu capituli secūdi. Ut
mundaret sibi populum egregium emulatorem bonorū
operum. Hieronymus. Illud qd in euangelio scdm lati
nos interpretes scriptum est: Panem nostrum quoti-
dianum da nobis hodie: melius in greco habetur panē
nostrum epiusion. i. precipuum/ egregium/peculiarem:
cum videlicet qui de celo descendens ait. Ego sum qui
de celo descendi. Absit quippe vt nos qui in crastinum
cogitare prohibemur de pane isto qui post paululum
per stomachū concoquendus est/et abijciēdus in seces-
sū/in prece dominica rogare iubeamur. Nec multū dif
fert inter epiusion et periusion. Prepositio enī tantum
mutata est non verbum. Quidam epiusion estimant in
oratione dñica panem dictum q̄ super omnes vsias sit
hoc est super omnes substātias. qd si accipitur/ nō mul
tum ab ipso sensu differt quē exposuimus. Quicquid
enī egregium est et precipuum/ extra omnia est et super
omnia. Hec ille. AVTHOR. Ecce panis sacramētalis
quem in oratione dominica postulamus/ nullo modo
panis est visualis. Absit (inquit) vt panē illum petere-
mus ibidem qui post paululum cōcoquendus per sto-
machum abijciendus est in secessum. quasi dicat: talis
est omnis alius a celesti. Caueat sibi witcleff ab hoc
verbo: qui panem illū in sacramēto ad secessum pijcit/
cum Rabano et Heribaldo. Absit (inquit Hieronymus)
Sed ad hoc vitandū melius dicitur epiusion. i. supsub-
stantialis q̄ quotidianus. hoc enim verbo omnis talis
panis excluditur. Cui expositioni Hieronymi sup eodē
verbo optime conuenit pater Ambrosius libro.v.de sa
cramentis. vbi dicit. Panem nostrum quotidianum da Ambros.
nobis hodie: Memini sermonis mei cum de sacramen-
tis tractarem/dixi vobis q̄ ante verbum Christi quod
offertur panis dicatur: vbi Christi verba deprōpta fue-
rint/iam non panis dicit sed corpus appellatur. Qua-
re ergo in oratione dñica que postea sequitur ait/ Pa-
nē nostrū? panem quidem dixit sed epiusion dixit/hoc
est supersubstantialem. Non iste panis est qui vadit in
corpus/sed ille panis vite eterne qui anime nostre sub-
stantiā fulcit. Inde grece epiusion dicitur. Hec ille. AV
THOR. Huic concurrit textus Augustini: qui ne dis-
sentiret in sensu non dissentit ab eo in verbo. sermone
xxviij. de verbis dñi dicens. Memini sermonis mei cū Augu.
de sacramentis tractarē/dixi vobis q̄ ante verba Chri eadem cō-
sti quod offertur panis dicatur. vbi Christi verba deprō texens.
pta fuerint/iam non panis dicitur sed corpus appella
tur. Quare ergo in oratione dñica que post sequit ait
panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Panē
quidē dixit sed epiusion dixit/hoc est supsubstantialē.
Non iste panis qui vadit in corpus/sed ille panis vite
eterne qui anime nostre substantiā fulcit. Hec ille. AV-
THOR. Magni fastigium sacramenti. Si non prius
q̄ scripsit alter istorum sanctorum alterius librū vidit:
quomodo non pregrandi cura spiritussanctus eandem
sententiam verbis et sensu vtrisq; paginis inspirauit?
Si vidit alter/omnino tā preciosa verborum series ex-
cipienti cōplacuit: qui ad laudem sui operis mille di-
missis/hanc inscribere preelegit. Et hoc ipsū sapiebat
in libro suo de corpore et sanguine dñi Lanfrācus. Pa
nē (inquiens) quem Ambrosius et Augustinus eisdem Lāfranc⁹.
verbis vocant epiusion. i. supersubstantialem/ q: caro
Christi omnibus creatis substantijs maior existit. Hec
ille. AVTHOR. Non dubium quin dictum sit Ambro
sij vt patet inspicere volenti decretorum volumē cano-
nicum. Nec tñ videbit aliquis tam antiquum codicem
Augustini de verbis dñi quātum ego reor/cui desit pre
fata sentētia si dolus nō assit vel culpa scribētis. Ideo
i libro de corpore et sanguine domini cap.xij. Anselm⁹.
Augustinus inquit: non est iste panis qui in ventrē va Anselm⁹.
dit. Hec ille. AVTHOR. Omnē fidē informat: omnē
calliditatem hereticorum absoluit: q̄ panis ante ver-
ba Christi/post verba non est panis sed corpus. Mouet
argumentum witcleff et respondet: ne futuro witcleff
responsio nō pateret. Quinquies/ inquit witcleff/hoc witcleff.
sacramentum in canone vocatur panis: gemellaq; fi-
des patrum sic arguit: et in sequentibus. i. consecratio-
ne peracta quando iam non amplius panis est/panem
vocat minister q: panem nostrū quotidianum. Respon
det concors assertio patrum: cōcedo quia panis est: sed
vite eterne panis: nō noster exciduus. Immo (dicit wit
cleff) panis naturalis est. Sed bene dicunt nō appella
tur panis sed corpus/q: principaliter est corpus. Non
sic (inquit fides patrum) non est aliquatenus panis/q
in ventrem vadit: sed qui solam substantiam anime ful-
cit. Quare? quia est epiusion panis. i. supersubstātialis
non sublunaris/non mittendus canibus subter mēsā/
multo magis nō ventri et vasis vilibus ad secessum. Iā
videtis q̄ sibi concordet hec simpla fides et trina pro-

fessio sctõꝝ.s.Hieronymi/Ambrosij/⁊ Augustini.Absit
inquiunt:panis non est panis post paululum cõcoquē-
dus ad stomachum ⁊ abijciendus in secessum. Non est
panis qui in ventrem vadit: sed qui substãtiam aĩe no-
stre fulcit.Uide si panis tuus naturalis substantiã aĩe
fulciat:⁊ tũc accipe ꝙ panis epiusion qui viuus descen
dit de celo/vsqꝫ in ventrem digerēdus ꝑueniat.Sꝫ ideo
omnes sancti antiqui concorditer renuunt panē gros-
sum/ne illum putemus hic panem nostruꝫ quotidianũ:
maxime cum tertiuꝫ panem petimus vel scdm. Super
Psalmũ.lxxxiiij.versu. Et salutare tuũ da nobis. Au-
August. gustinus. Jam quidē dedit nobis Christũ suum/ adhuc
tamen illi dicamus/da nobis Christum tuum: qꝛ dici-
mus illi/panem nostrum quotidianuꝫ da nobis hodie.
Et quis est panis noster nisi ipse qui dixit:Ego sum pa
nis qui de celo descēdi?Hec ille.AVTHOR.Ecce Au
gustinꝰ nescit quis est panis noster quotidianꝰ nisi ipe
ꝗ dixit:ego sum panis qui de celo descēdi.s.panis Chri
stus.Item antiquus pater Cyprianus in libro quē edi
dit de oratione dñica:vbi tractat illaꝫ petitionem.Pa
nis(inquit)vite Christus est.Et panis hic non omniũ
Cyprianꝰ. est sꝫ noster est.Et quomodo dicimꝰ pater noster/qꝛ in
telligentium ⁊ credentium pater est/sic ⁊ paneꝫ nostrũ
vocamus:qꝛ Christus eorum qui corpus eius contingi
mus panis est.Hunc autem panem dari nobis quoti-
die postulamus/ne qui in Christo sumus ⁊ eucharistiã
quotidie ad cibum salutis accipimus/intercidente ali
quo grauiori delicto dum absentes ⁊ non cõmunicãtes
a celesti pane prohibemur/ipso predicante/Ego suꝫ pa
nis vite qui de celo descendi.Si quis ederit de meo pa
ne viuet in eternum.Panis autem quē ego dedero ca-
ro mea est pro seculi vita.Qñ ergo dicit in eternum vi-
uere si quis ederit de pane eius/vt manifestum est eos
viuere qui corpus eius attingunt ⁊ eucharistiã accipi-
unt/ita contra timendum est ⁊ orandum ne dum quis
abstinens separatur a Christi corpore/alienus remane
at a salute: cõminãte ipso ⁊ dicente:nisi ederitis car-
nem filij hominis/⁊ biberitis sanguinem eius/non ha-
bebitis vitam in vobis.Et ideo panem nostrum.i.Chri
stũ dari nobis quotidie petimus:vt qui in Christo ma-
nemus ⁊ viuimus/ a sanctificatione eius ⁊ corpore nõ
recedamus.Hec ille.AVTHOR.Et iste sanctus pater
ꝙdiu exponit petitionem istam de corpore Christi/nul-
lum alium panem ibi sciuit intelligi nisi Christum vel
corpus eius/vt a sanctificatione eius(inquit)⁊ corpore
non recedamus.Et Rabanus super Matth.lib.ij.cap.
Rabanus ix.Quod(inquit)panē supersubstantialem in alijs exē
plaribus legimus vel peculiarem vel precipuum/illuꝫ
panem significat similiter qui dicit.Ego suꝫ panis qui
de celo descendi/qui videlicet est super oēs substantias
⁊ vniuersas superat creaturas. Hec ille. AVTHOR.
Et iste similiter a predicta Hieronymi expositione non
recedit.Item in libro sermonuꝫ sermone.xlvi.qui est de
orõne dñica ⁊ incipit Accepistis auditũ fidei fratres.
vbi tractat petitioneꝫ prefatam.Petrꝰ Rauēnas.Tã
Petrus bonus (inquit)tam pius/tam largus/ panem pater fi-
Rauēnas. lijs non nisi postulatus indulget.Et vbi est illud?Noli
te solliciti esse quid manducetis aut quid bibatis: aut
quo vestiamini.Hoc petere iubet qđ prohibet cogita-
re?Quid tenemus?Celestis pater celestem panē cele-
stēs filij vt postulemus hortat̃.Ipse dixit. Ego sum pa
nis viuus qui de celo descendi.Ipse est panis qui satꝰ
de virgine/fermentatus in carne/in passione cõfectus/
fornace coctus sepulcri/in ecclesijs conditus / illatus
altaribus/celestē cibuꝫ fidelibꝰ quotidie subministrat.
Hec ille.Item in sermone idem de eadem/ qui incipit
Idem. Conditio mortalis.Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.Post celeste regnuꝫ panem quis postulet
temporalē? Sed quotidianum vult nos in sacramen-
to corporis sui panis viaticum postulare: vnde ex hoc
ad perpetuam diem ⁊ ipsam Christi perueniamus ad
mensam.Hec ille. Item sermone.xlix. qui incipit. Oĩa Idem.
que diuinitus. Panem nostrum quotidianũ da nobis
hodie. Post regnuꝫ celeste terrenum panem petere nõ
iubemur prohibente ipso/cuꝫ dicit. Nolite solliciti esse
quid manducetis aut quid bibatis.sed qꝛ ipse est pa-
nis qui de celo descendit/petimꝰ ⁊ precamur vt ex ipo
pane quem quotidie.i.iugiter sumimꝰ/in eternitate vi-
ctũ corporis mentisqꝫ capiamus.Hec ille.AVTHOR.
Quid plura congerimus documēta sctõꝝ? nonne oẽs
remouent a quotidiano pane corporis in sacramento
omnem panem temporalem professione percelebri ⁊ ſi
de concordi?

Ad quartum argumentum Witcleff,quomodo Apostoli cognouerunt eum in fractione panis.Respondetur.

Cap.XXXIX.

SImiliter (inquit witcleff) Apo- Witcleff.
stoli cognouerunt Christuꝫ in fra
ctiõe panis. vt dicit Luce.xxiiij.
⁊ illum panem docet Augustinꝰ
cum lege papali/de consecratio-
ne distinctione.ij.cap. Nõ oĩes.
esse hoc venerabile sacramentum
Sed nũquid credimus ꝙ sequa
tur:Apostoli cognouerunt Chri
stum in fractione panis huius:ergo tunc est panis?iiij.
trialog.AVTHOR.Certe sequitur panis vite ⁊ cele-
stis:sed non sequitur panis tuꝰ. Audiatur iam catholi
cus Augustinus in libro de concordia euangelistarum
vbi tractat eundem textuꝫ.Non incongruenter (inqui Aug.
ens)accipimus hoc impedimentum in oculis eorum a
satana factum fuisse ne agnosceretur Jesus:sed tamen
a Christo est facta permissio/vsqꝫ ad sacramentum pa-
nis/vt vnitate corporis eius participata remoueri in-
telligatur impedimentũ inimici:vt possit agnosci Chri
stus.Hec ille. AVTHOR.Hiccine hoc magnum est qđ
iste profert ad probationem panis?Et quis tibi negat
hoc sacramentum panis?Concedimus tibi panem:sed
viuum qui de celo descendit:non panem tuuꝫ mucidũ/
quē stomachus sumit ⁊ abijcit. Sic eñ intellexit Ra- Rabanus
banus Augustinuꝫ in fine expositionis sue inclyte suꝑ
Matth.Apparuit(inquiens)in fractione panis ijs qui
se ꝑegrinum esse putantes ad hospitium vocauerunt.
Aderit ⁊ nobis si ꝑegrinis ⁊ pauperibus quecũqꝫ pos-
sumus bona libenter impendimus.Aderit nobis in fra
ctione panis/cum sacramenta corporis eius videlicet
panis viui/casta ac simplici conscientia sumimus.Hec
ille.AVTHOR.Jam audistis hoc ipsum vocari panē
viuum qđ Augustinus supra panis nuncupat sacramē
tum.probet iam witcleff doctorē quēꝗ catholicum/ꝗ
tãtum exponat de pane suo terreno: aut nihil proficit
in pane nude sumpto:dixisset eñ Rabanus si fuisset ex
parte witcleff: aderit nobis in fractione panis cum sa
cramenta corporis eiꝰ videlicet panis mortui sumimꝰ.
hunc eñ panem non panem viuum intēdebat witcleff
arguere sacramentum.Sed fallitur nesciens Augusti-
num intelligere ibi panem non cõmunem vel vsualem
sed illum qui per Christi benedictionem fit ⁊ conuerti
tur in corpus Christi verũ. quod sonat illud caput Nõ
omnis.quod vtiqꝫ sumptum est ab Augustino sermo-
ne.lxxvi.tertie partis sermonum ꝗ est de resurrectione

Aug. dñi.⁊ incipit Resurrectio dñi scdm omnes. vbi.Memẽ
tote(iquit charissimi)queadmodum dñs Jesus ab eis
quorum oculi tenebantur ne illum agnoscerent/in fra=
ctione panis voluit se agnosci/norũt fideles quid dicã/
norunt Christũ in fractione panis. Non eñi omnis pa=
nis sed panis accipiens benedictionem Christi fit cor=
pus Christi. Hec ille. AVTHOR. Aduertite rogo. Nõ
enim sine causa ponderauit Augustinus quomodo in
fractione panis voluit se Christus agnosci. Norunt(in
quit)fideles quid dicam. excludens infideles ⁊ hereti=
cos hoc dixit. Berengariani oẽs Valdẽses ⁊ witcleffi
ste nõ nouerũt Christũ panem viuũ in fractione panis/
sed rudem panem ⁊ putribilem. Ideo non norunt quid
Augustinus dicat:sed fideles ecclesie Christi nouerunt
Christum in fractione panis. Non eñi omnis panis .i.
cõmunis panis/ sed accipiens benedictionem Christi
per verba Christi fit per conuersionem substantie sue
verum corpus Christi. Hoc norũt fideles/hoc credunt/
hoc firmiter tenẽt. Nõ eñi rudis panis aperuisset ocu=
los per satanã impeditos:quod experiuntur witcleffi
ste:quorum oculi semper clauduntur per satanam:nec=
dum eos Christus aperuit.sed hanc ineffabilẽ vim in
oculis fidelium corpus dñi operatur. Unde super predi
Theophi. cto textu Luce/Theophilus. Aliud(inquit)innuit:q̃.s.
sumentibus sacrum panẽ aperiuntur oculi vt eũ agno=
scant:magnam eñi ⁊ ineffabilem vim habet domini ca=
ro. Hec ille. AVTHOR. Ecce quod dixit Augustinus
supra sacramentum panis/hic dicitur panis sacer:sed
ne alius panis intelligi debeat/q̃ panis viuus:ineffabi
lem vim(inquit)habet dñi caro:innotescens seipsum q̃
non alium panẽ dixerit q̃ carnẽ dominicã panẽ viuũ.
Sed quomodo panis iste potuit a Christo frangi/ diffi
cultant increduli:Ecclesia tñ sanctorum difficultatem
istam non patitur. Sed dicit plane Christi carnem du=
pliciter frangi posse:q: vel in natura propria vel in sa=
cramento. In natura propria dicit Augustinus panẽ
viuum carnis Christi cõminutũ ⁊ fractum in cruce:ser
mone secundo prime partis sermonũ qui incipit Cele
Augu. sti gratie. Mensa(inquiens)sponsi tui panem habet in=
tegrum:quem panem etsi confractum cõminutum: q̃ vi
dimus in passione:integer tamen mãsit in illa sua cum
patre indiuidua vnitate. de isto pane ⁊ de isto calice di=
cebat dñs:quem ego dedero caro mea est pro seculi vi=
ta. Hec ille. AVTHOR. Ecce q̃ panis integer quem
mensa sponsi continet fuit in cruce confractus/sed per
iudeos. Quotidie itẽ idem panis frangitur in sacramẽ
to participatione fidelium. Unde Augustinus de cor=
Aug. pore ⁊ sanguine dñi ex vetustissimo exemplari. Fregit
(inquit)Christus non tñ secundum hoc quod erat:non
eñi dedit se illis frustatĩ diuisũ/ immo in singulis parti
bus integrum se dedit. Sed fregit secundum hoc qđ in
sacramento videbatur:vt quod vnũ erat daret multis/
⁊ tñ totũ ⁊ integrum singulis. Similiter ⁊ sacerdos se=
cundum hoc qđ in sacramento videtur/debet frangere
distribuenda ecclesie/singulis tñ integrum vnũq̃ Chri
Ambros⁹ stum tribuens. Hec ille. AVTHOR. Et scdm istum sen
sum recitat Ambrosius verba Christi in euangelio lib.
iiij. de sacramentis sic dicens. Benedixit/fregit/fractũ
q̃ apostolis suis ⁊ discipulis tradidit dicens. Accipi=
te/edite ex hoc omnes hoc est eñi corpus meũ quod ꝓ
multis cõfringetur. Hec ille. AVTHOR. Ecce dixit cõ
fringetur:tam per passionis ignominiam in esse ꝓprio
Augusti. q̃ per sacramentalem fractionem in signo. Hoc autem
postremum fractionis genus insinuat Augustinus in
libro de verbo dñi tractans illud. Et q̃ mãducat me ipse
viuet ꝓpter me. ac dicẽs. Mãducat Christ⁹/viuit man
ducat⁹/q: surrexit occisus. Nec qñ mãducam⁹ partes
de illo facimus. Et quidẽ in sacramento sic fit. Hec ille.
AVTHOR. Ecce in sacramento Christus in partes
frangitur.i.in sacro signo nõ iam in corpore manduca=
to. Itẽ Paschasius de corpore ⁊ sanguine dñi cap.iiij.
sic dicit. Figura videtur esse dum frangitur/dum in spe Pascha=
cie visibili aliud intelligitur q̃ quod visu carnis ⁊ gu= sius.
stu sentitur:dũq̃ sanguis in calice simul cũ aqua misce
tur. Hec ille. AVTHOR. Item Hugo de sacramentis Hugo.
libro.ij. parte.viij. cap.xi. sic dicit. Noli autẽ putare qñ
partes vides in sacramento altaris quasi diuisum sit
vel separatum a se aut velut per membra discerptũ cor
pus Christi.ipse integer manet/⁊ ĩ se nec diuiditur nec
partitur. Sed tibi scdm speciẽ exhiberi oportebat qđ
ad mysticam significationem pertinuit. Mõstrat ergo
tibi foris speciem in qua sensus tuus erudiatur:et ser=
uat intus corporis sui incorruptionem in qua vnitas
eius non diuidatur. Videtur pars vna ⁊ quasi pars es=
se videtur ⁊ totum ibi est:⁊ pars altera videtur ⁊ quasi
altera videtur ⁊ idem est/⁊ totũ ipsum:⁊ si tertia pars
videtur similiter idem ipsum est ⁊ totum. Totum hic
⁊ totum ibi. Nec minus in parte q̃ in toto:nec in toto
maius q̃ in parte. Quotcũq̃ partes feceris in singulis
totum est. Hec ille. AVTHOR. Iam apertum est tem
plum/iam contemplari possunt fideles quomodo fran
gitur viuificum sacramentum/nõ quidem in se sed in si
gno visibili ⁊ extrinseco sacramento:in specieb⁹ panis
non in panis subiecto. Nihil ꝓficit witcleff argumenti
pro substantia panis ⁊ vini:q̃ dicat euangelista in fra=
ctione panis:⁊ apostolus Paulus:panis quem frangi
mus. Prima eñi diuisionis ratio est in accidente con=
tinuo non in subiecto. Quia substãtia sicut per accidẽs
et non per se continuatur/ita per accidens primo et
nõ ex se diuiditur. Fractio ergo et discontinuatio sacra
menti non in subiecto pane est/q: non ibi est:nec per se
in Christi corpore:sed ibi est vbi primo ⁊ per se est/scili=
cet accidente. Sed quare dicitur panis quẽ frãgim⁹/
qui nõ est:⁊ nõ potius corpus quod frangimus/ qđ ve=
rius ibi adest:⁊ quare verbum dei sola caro factum/ di=
ctum est;⁊ nõ totus Christus/ex quo ibi affuit totus
Christus/Augustinus rationẽ assignãs de agone Chri
stiano cap.xij. Ideo(inquit)caro sola nominata ẽ in eo
quod dictum est Verbũ caro factum est/quia hoĩm ocu Augusti.
lis ꝓpter quos facta est ista susceptio/caro sola potuit Caro cur
apparere. Hec ille. AVTHOR. Cõformiter in hac ap= sola noiet.
paritione secunda caro eius appellatur quam frangi=
mus/ q: sole species panis oculis hominum poterunt
apparere:propter quos homines sacramentum corpo=
ris fuerat institutum.

Ad quintum argumentũ Witcleff, de san ctis doctoribus commemorantibus panẽ Respondetur. Cap.XL.

Post falsificationem verbor Chri=
sti ⁊ eius apostoli / audax surgit
witcleff in subsequentes sanctos/ witcleff.
sanctum Hieronymum testem ap
pellans/ quia dicit in epistola ad
Edibiam / panem quem accepit
Jesus in man⁹ corpus esse salua=
toris. Et Ambrosium/ q: dicit de
cõsecratione distinctione secunda
Qđ prius panis fuit/iam corpus est Christi. Et Augu
stinum/quia dicit in libro sermonum. Quod videt pa=
nis est/ ⁊ calix qđ oculi renũciãt. Et papã cũ sua curia/
quia dicit in capitulo Ego Berengarius. q̃ hoc sacra
mentum est corpus Christi. Et officium in ecclesiis per
cantatum ibi. Verbum caro panem verum.⁊c. Et secre=

tū medie misse natalis domini. ⁊c. Et tandem finaliter
auctorem de diuinis officijs. Hec witcleff ꝓdigus ver-
borum. de sermone dñi in mōte. cap. xxxix. AVTHOR.
Sic mēstrat se docilem esse sequacem magistri sui Be-
rengarij: qui simili forma pene prefocatꝰ angustijs mē-
dax oleum mendicauit a sanctis. Unde Lanfrancus in
libro de corpore ⁊ sanguine domini in principio Beren
garium alloquens inquit. In religiosarum personarū
Lāfrācus presentia de nulla re te audire tecumq̧ conferre liben-
tius vellem / ꝙ ꝙ sententias tuis sententijs cōmodas
plectenda temeritate confingis / easq̧ seu studio nocen-
di seu ignorantia veri / sacris doctoribus attribuis: di-
cens / hoc vel in illo seu illo opere testatur Augustinꝰ /
Gregorius / Hieronymus / vel quilibet eorū / quos in ar-
ce authoritatis positos ecclesia Christi īsigniter vene-
ratur. Ibi enim requiesceret omnis versuta tergiuersa-
tio cum sacri codices te audiente legerētur / vel tibi ad
legendum in manus traderentur. Hec ille. AVTHOR
Idcirco fastidio moras: propero valide vt codices sctō
rū legam quibus iste videtur inniti. Quod dicit Hiero-
nymus in epistola ad Edibiam questione secunda / hoc
est. Quid sit qđ in Mattheo scriptum est. Dico autem
Hierony. vobis. Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq̧
ad diem illum / quo bibam illud nouum vobiscum in re-
gno patris mei. Et hoc loco quidam mille annorum fa
bulam statuunt / in quibus Christum regnaturum cor-
poraliter esse contendunt: ⁊ bibiturum vinū quod ex il-
lo tempore vsq̧ ad consūmationem mundi non biberit.
Nos autem audiamus panem quem fregit dominus /
deditq̧ discipulis / esse corpus dñi saluatoris: ipso dicen
te ad eos. Accipite ⁊ comedite / hoc est corpus meum.
Et calicē eū esse / de quo iterū locutꝰ est. Bibite ex hoc
omnes. Hic est enim calix meus noui testamenti / qui ꝓ
multis effundetur in remissionem peccatorum. Iste est
calix de quo in propheta legimus. Calicē salutaris ac-
cipiam. ⁊c. Si enim panis qui de celo descendit corpus
est domini / ⁊ vinū quod discipulis dedit / sanguis illius
est noui testamenti / qui effusus est in remissionem pec-
catorum: Judaicas fabulas repellamus / ⁊ ascendamꝰ
cum domino cenaculum atq̧ stratum mundatum: ⁊ ac-
cipiamus ab eo calicem sursum noui testamenti / ibiq̧
cum eo pascha celebrantes inebriabimur ab eo vino so
brietatis. Non enim est regnum dei cibus ⁊ potus / sed
iustitia ⁊ gaudiū / ⁊ pax in spiritu sancto. Nec Moyses
dedit nobis panem verum / sed dominus Jesus ipse cō-
uiua ⁊ conuiuium: ipse comedens ⁊ qui comeditur. Il-
lius bibimus sanguinem / ⁊ sine ipso potare non possu-
mus / ⁊ quotidie in sacrificijs eius de genimine vitis ve
re ⁊ vinea Soreth que interpretaṫ electa / rubētia mu-
sta calcamus: ⁊ nouum ex ijs vinū bibimus in regno
patris nequaꝗ̄ in vetustate litere sed in nouitate spūs
cantantes canticum nouum / quod nemo potest canere
nisi in regno ecclesie / que regnū patris est. Hunc panē
⁊ Jacob patriarcha comedere cupiebat dicens. Si fue
rit deus mecum / ⁊ dederit mihi panem ad edendum / ⁊
vestem ad induendum. Quotquot enim in Christo ba-
ptizamur Christo induimur ⁊ panem comedimꝰ ange-
lorum. Hec ille. AVTHOR. Attendantur iam verba
Hieronymi / sed attendatur intentio. Iste witcleff con-
tendit pro pane / q: semel audit Hieronymū dicere: pa-
nem quē fregit dominꝰ / esse corpus domini saluatoris.
Nos cōcedimꝰ annuimusq̧ ipsi spōte. Quid inde ꝓse
quitur? ꝙ maneat semper ille panis / nūꝗ̄ fiat melior /
nisi forsitan leui typo? Absit nobis ⁊ sancto patri Hie-
ronymo. Sed hoc concedimus / panem .s. illū grossum
fieri corpus dñi saluatoris / cōuersione tam simplici / vt
nihil vltra remaneat preter corpus scdm substantiam /

⁊ panem viuum qui de celo descendit. Ante verba Chri
sti panis erat / vt supra dixerunt Ambrosius ⁊ Augusti
nus: post verba / Christi corpus tantum ⁊ sanguis / non
amplius panis primus memoratur ab Hieronymo: nec
primum vinum / vetera abierunt. Ipsa fuerunt corpora
lia fercula quibus heretici millenarij applaudebant / ⁊
carnales Judei. Iaȝ (inquit) Judaicas fabulas repella
mus. Iam non sunt amplius regnum dei esca ⁊ potus
nisi spirituales. Nec Moyses dedit nobis panem verū
⁊ tamen panem typicum dedit nobis Moyses: quē ad
huc witcleff propinat. Differentie temporū nihil agūt. *Differētie*
Si enim aliquid grāde faceret differentia preteriti ⁊ fu *tēpoꝝ pa-*
turi / non eadem esset fides patrum credentium hoc fu- *rū agunt.*
turum quod nos de Christo credimus esse preteritum.
Panis ergo Moysi figurans corpus Christi futurum /
quāto esset nostro sacramēto deterior / si panis noster
solum figuraret ⁊ non esset Christi corpus iam preteri
tum in nullo? Sed nec ille dedit nobis panem verū: nec
iste / sȝ dñs Jesus Christus / ipse conuiua ⁊ cōuiuiū: ipse
comedens ⁊ qui comeditur. Attendite pro ipso Jesu si
non conuincatur iste hereticus. Jesus conuiua ⁊ cōui-
uium / Jesus qui comedit ⁊ qui cōeditur. Habitudo nu
da non comedit. Figura nō comeditur. Non est typus
ergo in sacramento: non figura / nō habitudo tenuis do
minus Jesus: sed vere naturalis caro nata de virgi-
ne / ⁊ passa in cruce. Ipse nō panis putridus / sed panis
viuus / panis quem Jacob patriarcha comedere cupie
bat: ⁊ quotquot Christo induimur istum panem com-
edimus angelorum. Hactenus profecit ecclesie hoc di-
ctum Hieronymi / vt cunctis pateat eum ab intēto cor
pus domini saluatoris in sacramento venerari: ⁊ escas
carnales panis ⁊ vini in regno patris / qđ est regnū ec-
clesie / euitare pro viribus. Iam quod Augustinꝰ in ser- *Aug.*
mone dixit: panem esse ⁊ calicem quod oculi renūciāt:
de iudicio oculorum hoc dixit. Oculus panem suum di
iudicat. Sȝ aliud est: nec hoc est. sic eniȝ dicit in eodem
sermone posterius. Ista fratres ideo dicuntur sacramē
ta / quia in eis aliud videtur ⁊ aliud intelligitur. nō er-
go qđ videtur est hoc quod intelligitur: ⁊ sicut supra di
xit / speciem habet corporalem. Qđ videtur extra / spe-
ciē panis habet. Sed panis nō est nisi epiousion: nō est
panis qui in ventrem vadit sed qui substantiam anime
fulcit. Alioquin si panis tuus esset / corpus Christi rea-
liter ⁊ vere non esset. Sic tu ipse dicis in lib. tuo de eu-
charistia cap. ij. Ex hoc dicto Christi / hoc est corpus me *witcleff.*
um / patet non proteruo / ꝙ illum panem quē accepit
postea demonstrauit: ⁊ constat ꝙ illo manente pane nō
est realiter corpus Christi sed efficax signum eius. Hec
witcleff. AVTHOR. Ecclesia ergo catholica panem
tuum ibi peracta consecratione negat / vt veram carnē
ibi ꝓnūciet. Et est argumētū Aug. a verbis itē Christi
in sermone de corpore domini qui incipit. Ueritas que
est Christꝰ. ⁊ ponitur in decretis de consecratione disti
ctione. ij. Utrum sub figura. vbi dicit. Ueritas que est *Augu.*
Christus ait / Caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus
vere est potus. Alioquin quomodo magnuȝ erit: panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita nisi vera
sit caro? Sed q: Christum vorare dentibus fas non est
voluit Christus hunc panem ⁊ vinum in mysterio vere
carnem suam ⁊ sanguinem consecratione spiritussancti
potentialiter creari: ⁊ quotidie pro mundi vita: mystice
immolari. vt sicut de virgine vera caro per spiritūsan-
ctum sine coitu creatur / ita per eūdem spiritumsanctū
ex substantia panis ⁊ vini mystice idē corpus consecre
tur. Hec ille. AVTHOR. Uide iam si Augustinus pa-
nem tuum mucidum / ⁊ typicam carnem tuam in sacra
mento perpendat: ipse dicit ꝙ non esset quid magnum

q Christus concessit ecclesie panem carnis sue nisi esset vera caro: distinguens per hoc a carne figurata/ sicut solet. Et monstrat rationem: quia Christum vorare dentibus nudis non est fas. Idcirco hunc panem et vinum potentia spiritussancti potentialiter creat. Nunquam dictum est hoc de typica carne agni: nunquam de pane figurato legali q vere creabatur caro Christi et sanguis. Et monstrat quomodo vere. Sicut (inquit) vera caro per spiritumsanctum creatur ex virgine: ita ex substantia panis et vini idem corpus non aliud/ mystice tamen/ quamvis sub aliena specie/ consecratur. Si ergo caro tamen figurata et typica creatur de substantia panis: caro figurata et phantastica secundum heresim Manichei creabatur Christo ex vtero virginis. Expectat witcleff opinor quomodo iam soluatur pater Ambrosius vinculis peccatorum: qui dicit/ Quod fuit panis/ iam corpus Christi est. Bene/ quid vltra hoc? dictum sancti patris est verissimum. quid tu coniicis? quid machinaris ex hoc vtile fore tibi? Frustra ex isto reples quaternulos/ quod orthodoxi omnes sine scrupulo dicunt esse certissimum. Didicisti forsan istud ex Juliano patre tuo heretico Pelagiano: cui iterum Augustinus. Rem (inquit) quam promptissime confitemur et libentissime predicamus: velut habeat inter nos controuersiam ita per scripturarum testimonia conaris ostendere/ et laboras inaniter non vt respondeas nobis sed vt libros possis implere. Hec August. contra Julianum libro. iii. cap. viii. AVTHOR. Sed vt sepe predixi: noli laborare circa hoc/ quod fuit panis iam corpus Christi est/ in simplici predicato/ sed hoc proba si potes/ quod fuit panis iam corpus Christi est: et ille idem panis. hoc vide si vnquam dixit Ambrosius q remaneat ibi binus panis. s. materialis qui prefuit/ et panis viuus tropicus qui succedit. Ille nempe locus tuus in decretis hoc excludit omnino a mente Ambrosii cap. Omnia premittens in principio. q licet figura panis et vini videatur/ nihil tamen aliud quam caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt. et tunc subiungit idem Ambrosius. Panem quidem istum/ quem sumimus in mysterio/ illum vtique intelligo panem qui manu sancti spiritus formatus est in vtero virginis/ et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est hominum cibus. Unde ipse ait. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Et item: Panis quem ego dabo/ caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sententiis aperte datur intelligi quod panis iste et ille/ non duo sed vnus panis et vna caro proculdubio vnum efficitur corpus. Hec ille. AVTHOR. Patet ne iam/ quomodo panem quem sumimus in sacramento/ Ambrosius intelligit panem illum qui manu spiritussancti sine omni pistore fumigero formatus est in vtero virginis: et illum solum ita vt nec alium vel plures panes ibi patiatur intelligi/ nec secundum glossam tuam principaliter/ nec secundario? Panis (inquit) iste et ille. s. sacramenti non duo sed vnus panis. et quis panis? Una caro (inquit) proculdubio vnum efficitur corpus. Quid potuit planius dici? tu dicis duo panes. s. naturalis et mysticus: Ambrosius vnus panis et non duo: iste et ille. Adiuro te ne suscites tam preclarum antistitem: non trahas eum inuitum ad partem tuam hereticam: noli cum Nerone vel Candido falsas imagines et figuras tuas eum adorare compellere. Aut quid putas refundet tibi q dicas eum hostem ecclesie/ turpem hereticum/ sodalem tuum/ witcleffistam et idolum corporis Christi in sacramento venerari/ vel panem surdum et mutum colere cum witcleff et Berengario condemnatis hereticis/ dimissa concordi professione sanctorum in vnitate ecclesie? Saltem que de ipso dicis vtinam diceres illi ipsi: sicut Augustinus optat facere Julianum falso allegantem Ambro. vnde libro. ii. contra eundem cap. ii. August. Dic (inquit) ei. s. Ambrosio/ quod aduersus me in primo tuo volumine videris tibi satis caute acuteque dixisse: nec execrare eos omnino qui peccare dicuntur. Siquidem a quocunque creati sunt secundum id quod creati sunt necesse habent viuere nec sue repugnare nature. hec omnia dic Ambrosio/ quam mihi tam contumeliose/ tam procaciter et petulanter obiectas. Hec ille. AVTHOR. Ita vtinam ista ipsi diceres: vt videres eum tibi dicere aut saltem vt audires eum in futuro tibi breuiter respondere. Non ego tecum sic sentio nec ab ecclesie professione me diuido. Hic tamen locum habet in expositione istorum sanctorum et omnium similium: omnis illa qua adhuc vtitur ecclesia Christi regula Damasceni. Si quidam antitypam. i. refiguratiuam corporis et sanguinis domini panem et vinum vocauerunt/ vt diuus dixit Basilius: non postquam sanctificata sunt dixit sed antequam sanctificata esset: ipsam oblationem ita vocans. Hec ille. iiii. sententiarum cap. v. AVTHOR. Igitur dicat August. Hieronymus vel Ambrosius sicut et Basilius olim dixit/ non solum panem et vinum esse/ sed et figuraliter esse corpus et sanguinem domini. Et hoc intelligit (inquit) de pane ante consecrationem non post. Et putas ne hanc regulam Damasceni bene posse conuenire menti sancti Ambrosii dicentis: q vbi verba Christi deprompta fuerint iam non panis dicitur sed corpus appellatur? vere omnino. Et nunquid item Hieronymo fabulas repellenti Judaicas/ de pane materiali? Igitur in suo sensu attendant patres/ immo in verbis. Vere enim Hieronymus non dixit corpus esse panem tuum. hoc nusquam dicit: quod tamen si tu non probes/ non proficis. Sed igitur non parua cautela legendi sunt libri scripture vel doctorum: et post lecturam assumendi pro testibus. Sed siue Hieronymus legatur/ Augustinus vel Ambrosius sumatur pre manibus/ hoc ipsum quod dicturus est eum sentire si sic sentiat per cetera loca lector percontetur. vt in lib. de corpore et sanguine domini cap. xii. Anselmus. Prudens (inquit) lector et qui ea beniuolentia ecclesiastica legit vt a secularibus secularia leguntur: inter quos plurimum laudatur ille qui quemlibet authorem docere poterit melius dixisse non ambigens q ipse potius errare diceretur si persuadere voluerit in aliquo illum errare: quam sic inquam librum ecclesiastici doctoris legit/ si quid in eo quasi dubium et scrupulosum inuenit non statim illud exercendo inuadit/ sed inspicit et discernit et retractat ex circunstantiis et ex scriptis eiusdem authoris/ et ad vltimum prius eligit confiteri se ignorare vel non intelligere quam illi erroris notam impingere. sicut illud beati Augustini intelligendum est/ quod et ipsum est corpus et non ipsum: ipsum quidem est materiali essentia: non ipsum visibili forma. Hec Anselmus. AVTHOR. Hoc modo hactenus vsi sumus et adhuc vtemur in posteris/ vt quantum valemus scrupulosum locum alicuius doctoris clariora dicta eius alibi non ad verbum sed ad mentem scribentis exponant vel verba alicuius prudentis tempore subsequentis cuius fama sciendi vigilat apud plures. Qualiter item obiecta witcleff/ que iam soluentur/ exposcunt.

[Margin: August. — Ambros. — Augu. — Damasce. — Anselmus]

Quomodo cantus & orationes ecclesie commemorant panem: ad. vi. argu. Witcleff. Cap. XLI.

[Margin: Witcleff.]

Tertio (inquit witcleff) patet ex testimonio quod acceptat vsus ecclesie. Nam in festiuitate corporis Christi sic cantat: Verbum caro panem verum verbo carnem efficit: fitque sanguis Christi merum. Secundum testimonium accipitur de secreto misse medie natalis domini vbi orat ecclesia q sicut ho-

mo genitus refulsit deus: sic hec terrena substantia no-
bis conferat quod diuinum est: nec foret ad propositũ/
nisi hec terrena substãtia post consecrationem hostie re
maneret. Tertium testimonium est secreta ferie quarte
quattuor temporum septembris: vbi ecclesia cõfitetur
ꝙ deus ex his terre fructibus .s. frumento ⁊ vino sacra-
menta sua constare voluit. Hec witcleff. de sermone dñi
in monte. cap. xxxix. Item capitulo primo de Eucha-
ristia. Sub authoritate (inqt) Gregorij species ⁊ simili-
tudo earũ rerum vocabula sunt que ante fuerunt .s. pa-
nis ⁊ vini. Unde in fine cuiusdaȝ misse oratur ⁊ dicitur.
Perficiant in nobis dñe quesumus tua sacramẽta qđ
continent/ vt que nũc sub specie panis ⁊ vini gerimus
rerum veritate capiamus. Hec witcleff. AVTHOR.
Hoc vltimũ assumpsit sibi magister eius Berengarius
pro argumento concludens tantũ corporis Christi spe
ciem vel figuram in sacramento/ quia dicit vt que nunc
specie gerimus: ⁊ ita quoq; witcleff cõcludit. Quotli-
bet (inquiens) sunt dicta sanctorũ atq; ecclesie que do-
cent ꝙ illa sacramẽta sensibilia non sunt corporis Chri
sti ⁊ sanguinis / sed eorum figura. Hec witcleff. AV-
THOR. Nolo ego tamen innouare responsum/ sed suf
ficit mihi qđ respondit ipsi tunc viuenti in libro suo de
Lãfrãcus. corpore ⁊ sanguine domini Lanfrancus sic dicens. Po
stulat sacerdos vt corpus Christi quod sub specie pa-
nis viniq; nunc geritur/ manifesta visione sicuti reuera
est quandoq; capiatur. Ueritas enim pro manifestatio
Guimũd⁹. ne in sacris sepe literis reperitur. Hec ille. Guimũdus.
Iam nunc illud quod ex ecclesiastice orationis autho-
ritate se confidere Berẽgarius iactitat videamus. Ec-
clesia (inquit) in missa quadam ita orat. Perficiant in
nobis quesumus domine tua sacramẽta quod continẽt:
vt quod nũc specie gerimus/ rerum veritate capiam⁹.
Hic igitur ostendit se non habere rerum veritatem/ sed
speciem. Heus bone intellector/ quarũ inquã rerũ spe
ciem non veritatem? Corporis inquies ⁊ sanguinis do
mini. Bene considera ergo diligenter quod dicitur: ac
mihi responde. Quid est quod nunc specie gerimus?
Corpus inquies/ dñi specie non substantiue manduca-
mus. Adde sequentia rerum veritate capiam⁹. Quid?
in futuro ergo seculo corpus ⁊ sanguinem dñi vere et
substantiue manducabimus? hoc quippe oratur vt id
quod nunc specie gerimus/ quicquid illud sit/ illud idẽ
in veritate capiamus. Quare si semper in hoc seculo
corpus Christi (vt tu deliras) specie .i. vmbratice come-
dimus: restat vt illud in altero seculo substantiue cõe-
damus. Quod si sentire absurdissimũ est/ ꝙ stulte inter
pretaris orationem predictam iam nec te ipsum latere
puto. A capite ergo orationis quid velit scriptura dice
re diligentissime videamus. Perficiant in nobis que-
sumus dñe tua sacramenta quod continent. Sequitur.
.i. ꝑficiant vt nos vere simus vnũ corpus Christi/ vna
ecclesia. Quod videlicet significant: aut quod nunc .i.
dum manducamus corpus filij tui specie gerimus .i. fi-
gura tanti sacramenti significamus/ hoc rerum verita
te capiam⁹ .i. reuera vnũ Christi corpus ⁊ vna ecclesia
simus. Iste credo intellect⁹ possibilis est: iste ⁊ scriptu-
re cõuenientissimus: hunc beatus Paulus apostolus
comprobat: huic totus ecclesie fides concordat. Hec il
le lib. ij. de corpore ⁊ sanguine dñi versus finem. AV-
THOR. Hanc tam sagacem tãq; defensam sentẽtiam
nunꝙ hacten⁹ sciuit reprehendere witcleffista in qua
sic illaqueatus est eorum preceptor incautus. Sic er-
go respondendum censeo isti witcleff tam in hoc ꝙ in
oratione priori secreta/ vbi oratur ꝙ sicut idem homo
refulsit deus: sic hec terrena substantia nobis conferat
quod diuinũ est. Pondera vires conditionis implere.

Est enim consequentia exemplaris vel apud rethores
comparatio. Et dic mihi qualiter homo genitus reful-
sit deus/ an scđm substantiam deitatis ⁊ naturã: an ty-
pice tantũ ⁊ scđm deitatis figurã? Si non scđm dei na
turã/ Arrian⁹ es. Si secũdũ figurã/ Manicheus es. Si
vtrũq; dixeris/ vterq; es: Arrianus negãdo in homine
genito diuinaȝ substantiam: Manicheus asserẽdo phã
tasticã carnem ⁊ figuram. Si neutrum dixeris/ sȝ asse-
rueris in homine genito dei infinitã substantiam ⁊ na-
turã/ tunc compara: si hec terrena substãtia nobis con-
ferat quod diuinum est .s. diuinã carnem ⁊ sanguinẽ nõ
secundum figuram/ sed sic: sicut homo genitus reful-
sit deus scđm propriam substantiã ⁊ naturam: hoc ora
fideli corde: ⁊ ore veraci hoc postula dñm cum ecclesia:
⁊ nec Berengarius eris nec witcleffista sed pro tanto
fidelis/ quia auferet tibi mendacem paneȝ quẽ arguis/
⁊ instaurabit tibi substantiam corporis quam pro vili
pane repellis. Hec enim terrena substantia panis tunc
singulariter/ tunc excellenter confert nobis substantiã
corporis Christi/ qñ desinit esse panis: ⁊ substantialiter
conuertitur in Christi corpus: quia ex isto pane fit cor-
pus. Nam panis sic confert maxime ad vitã hominis
⁊ vinum ad sanguinem per sui desitionem ⁊ conuersio-
nem in naturam humane carnis ⁊ sanguinis. At quid
cõferet putas si tantũ conuerteretur in respectus tropi
cos aut figuras? Nunquid sic viuerent witcleffiste? Ef
ficacius ergo confert nobis infinite hec terrena substã
tia diuinũ corpus cum in se esse desinit sua substantia/
et esse incipit aliena/ qñ manẽs quod est nihil confert
nisi quod esse incipit in figura. Sic in alia secreta vbi
dicis confiteri ecclesiam ꝙ ex his terre fructibus de-
us sacramenta sua constare voluit. Ita est: non tropi-
ARguit witcleff naturalẽ panem in ſacra Euchariſtia. iiij.trialogi. Authoritate(inquit) ſcripture cõceditur ſimpliciter ꝙ iſte panis ꝗ eſt hoc ſacramentum eſt veraciter corpus:⁊ nõ dubiũ etiã laico idiote/quin ſequit̃. Iſte panis eſt corpus Chriſti/ergo iſte panis eſt/⁊ per conſequẽs manet panis. AVTHOR. Argumẽtũ fuit magiſtri ei⁹ Berẽgarij. Qui dicit(inquit)ꝙ Chriſtus eſt ſummus lapis angularis/Chriſtum nõ aufert:ita qui dicit panis altaris eſt ſacramentum vel eſt verũ corpus Chriſti:panẽ in altari eſſe nõ negat. Et reſpõdet in libro ſuo cõtra eundẽ Lanfrãcus. Porro(inquiens)ſimilitudo quam de domino Jeſe Chriſto ⁊ lapide angulari poſuiſti/te impedit/nos expedit. Sicut enĩ qui dicit:Chriſtus eſt lapis angularis non reuera Chriſtũ lapidẽ eſſe cõſtituit/ſed propter aliquã ſimilitudinẽ quã ad ſe inuicem gerunt/ei tale nomen imponit:eodem modo cum diuina pagina corpus domini panem vocat/ſacrata ac myſtica locutione id agit/ſeu quia ex pane efficitur eiuſqꝫ nonnullas retinet qualitates/ſeu quia animã incõprehenſibiliter paſcendo ſatiat eiqꝫ eterne vite ſubſtantiã ſubminiſtrat. Vel ꝙ corpus eſt filij dei qui eſt panis angelorũ/⁊ in quem (ſicut ait princeps apoſtolorꝫ)deſiderant proſpicere angeli. Hec ille. AVTHOR. Ecce nõ differunt argumentis. Berengarius dicit:qui dicit panem eſſe altaris ſacramentum panẽ nõ aufert. witcleff dicit/ergo manet. Sed vtriuſqꝫ fallax ſophiſma Lãfrancus negat. ſic negat eccleſia. Porro Innocentius tertius de officio miſſe recitat hoc ſophiſma ſub fundamento doctorũ dicẽs. Tradit Auguſtinus ante cõſecrationẽ eſſe panẽ ⁊ vinũ quod natura formauit:poſt conſecrationẽ vero carnem ⁊ ſanguinẽ qđ benedictio conſecrauit. Et Ambroſius in hec verba. Qđ erat panis ante cõſecrationem/iam eſt corpus Chriſti poſt conſecrationẽ. Nam ⁊ ſi panis nec erit corp⁹ Chriſti nec aliud:panis itaqꝫ nihil erit/⁊ ita panis annihilat̃. Si vero dicatur ꝙ panis erit corpus Chriſti/ſtatim infertur aliquid fore corp⁹ Chriſti quod nec fuit natũ/nec paſſum/nec mortuũ/nec ſepultũ. Rurſus ſi hoc erit illud/⁊ non eſt corpus Jeſu:hoc incipiet eſſe corpus Jeſu. Sic igitur aliquãdo erit verum:hoc eſſe corpus Jeſu. Hec ille. AVTHOR. Jam concluſit ſophiſma witcleff. Nõ dubiũ (inquit)laico idiote quin ſequit̃:Iſte panis eſt corpus Chriſti/ergo panis eſt:⁊ ꝑ conſequẽs manet panis. Sed plane reſpondet Innocẽtius. Licet hoc erit illud/nunꝙ tamẽ verũ erit hoc eſſe illud/ſcꝫ aliud ꝙ hoc deſinit eẽ hoc:⁊ incipiet eſſe illud:ſicut ſanum erit egrum:nunꝙ tamẽ erit verũ/ſanũ eſſe egrum. Hec ille. AVTHOR. Accipit hic eſſe practice quod ſecundum logicos copulat conſtantiã ſubiecti cũ predicato. Poteſt idẽ ſumi practice pro fieri cum comparatione ad terminũ a quo. Unde ſcriptura: Terra es id eſt terra fis vel fiebas. Vel ad terminũ ad quẽ. ⁊ ſic recte dicit Ambroſius de pane. Jam eſt(inquit)corpus Chriſti poſt cõſecrationẽ. Et ſecundũ hoc eccleſia dicit in confeſſione Berengarij:panem ⁊ vinum que in altari ponuntur poſt conſecrationem verum corpus ⁊ ſanguinẽ Chriſti eſſe/id eſt in corpus Chriſti mutata eſſe. Qꝫ autem magnus Ambroſius intendebat hanc logicã patet ex verbis eius lib.iiij.de ſacramẽtis.vbi dicit. Tu forte dicis:meus panis eſt vſitatus: ſed panis iſte panis eſt ante verba ſacramentorũ:vbi acceſſit cõſecratio de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur aſtruamus quõ poteſt qui panis eſt corpus eſſe Chriſti. Cõſecratio igitur quibus verbis eſt/⁊ cuius ſermonibus? Domini Jeſu. Sequitur. Ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramẽtum. Quis ſermo Chriſti? Nẽpe is quo facta ſunt oĩa. Juſſit dominus ⁊ facta eſt terra. Juſſit dñs ⁊ factuꝫ eſt celum. Juſſit dominus ⁊ facta ſunt maria. Juſſit dominus ⁊ omnis creatura generata eſt. Vides ergo ꝙ operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ꝗ tanta vis eſt in ſermone domini Jeſu/vt inciperent eſſe que non erant:quãto magis operatorius eſt vt ſint que erãt ⁊ in aliud cõmutentur? Celum non erat/mare nõ erat/terra nõ erat:ſed audi dicẽtẽ. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt:ipe mãdauit ⁊ creata ſunt. Ergo tibi vt reſpõdeam:non erat corpus domini ante conſecrationem:ſed poſt conſecrationẽ dico tibi quia corpus eſt Chriſti. Hec Ambroſius. AVTHOR. Perpende qđ dixi/eſſe/ſumi pro fieri vel cõmutari:cuꝫ dicit̃/panis eſt corpus Chriſti. Idcirco cũ dixiſſet Ambroſius/Panis iſte panis eſt ⁊c. ſubiunxit. De pane fit caro Chriſti. Et queſito quomodo poteſt ꝗ panis eſt eẽ corpus Chriſti:reſpondit. Ergo ſermo Chriſti hoc cõficit ſacramentũ. quaſi diceret:ideo eſt/quia fit. non ideo ſic eſt qꝛ ſic manet:ſed potius quia ſic fiendo mutat̃ ne maneat. Ad hoc enim exempla collata deſeruiunt:quõ iuſſu domini factum eſt celum:⁊ poſt recolligẽdo ex eo quod non erat/terra ex eo quod nõ erat/mare ex eo qđ non erat/omnis creatura generata ex eo qđ non erat. Nunquid non eſſe celi:manſit celum/manſit terra/manſit mare/⁊ ſimul celũ eſt ⁊ nõ eſt? Certe nec panis ma-

witcleff.

Berẽga.

Lãfrãcus.

Innocẽti⁹

Idem.

Ambroſi⁹

Idem.

witcleff. net panis/postq̄ factus est corpus Christi: ne simul sit
corpus Christi ⁊ nō corpus. Sed operatorius est sermo
Christi non cōparatiuus/vt dicit witcleff. Unde figura
liter cōparando panē ad corpus:sic enī cōparauit Chri
stus ab intento agnum paschalem ad corpus suū/petrā
ad Christum/Joannē ad Heliam/septē boues ad septē
annos:nullū istorū induxit Ambrosius ad huius sacra
mentalis transmutationis exēplum. De nullo istorum
ꝓbauit aut dixit q̄ operatori⁹ sit sermo Christi:de nul-
lo istorum inuenies in scriptura/vel aliquo vnq̄ scripto
re catholico/q̄ factū sit tale / puta q̄ Joannes factus
est Helias:petra factus Christus:boues facti septē an-
ni:qualiter witcleff solet dicere vt licentius dicat pa-
nem factum corpus/intendēs figuram corporis: qd̄ est
hereticū/quia sine vlla mutatiōe panis vel corporis po
test panis sic fieri figura corporis Christi:sicut erāt pa
nes propositionis Judaice/nō sic sine mutatione desi-
tionis ⁊ inceptionis realis pōt panis esse nec fieri cor-
pus Christi. Et ad hoc currunt exēpla predicta:que oīa
sunt de creatione vel generatione:quorum termini sunt
substantie non figure/⁊ inducti per mutationem simpli
cem ad probandum a maiori trāsubstantiationem pos-
sibilem. Post hec attende qualiter probet inter conse-
crandum operatoriū Christi verbū. Quanto magis(in-
quit)operatorius est vt sint q̄ erāt ⁊ in aliud ꝯmutent̄?
Quero ego a witcleff:nōne hoc de respectu suo figura-
titio dici pōt? cū audiat Aristotelē suū dicere:ad aliqd
non est motus:neq̄ sicut facere/neq̄ sicut pati:hic autē
est mutatio que operatoriuȝ agentem denominat. Sed
premittit vt sint que erāt/ad annihilationem tollendā.
Et subiūgit/⁊ in aliud cōmutētur/ad vitādum mutato-
rum remanētiam ⁊ innuēdum eorum transitionē in alie
Hugo. nam substātiam. Unde securus interpres Ambrosij ve-
nerabilis Hugo sic exponit libro secūdo de sacramētis.
ca.ix.octaue partis. Per verba(inquit)sanctificatiōis
vera panis ⁊ vera vini substātia in verum corpus ⁊ sā-
guinē Christi cōuertit̄ sola specie panis ⁊ vini remanē-
te/⁊ substātia in substantiā transeūte. Conuersio autem
ipa nō secūdū vnionē/sed secūdū trāsitionē credēda est.
Qm̄ neq̄ q̄ essentia essentie in augmētū accedit/vt ꝑ id
qd̄ accedit id ad qd̄ accedit maius fiat:sed trāsitione/
vt id quod accedit cum illo ad quod accedit vnuȝ fiat.
Nec sic in pane corpus Christi cōsecrari dicimus/vt de
pane corpus Christi esse accipiat /nec quasi nouuȝ cor-
pus subito factum de mutata essentia:sed in ipm corp⁹
verum mutatā essentiā. Nec ipsam substātiam panis ⁊
vini in nihilū redactā/q: desijt esse qd̄ fuit:sed mutataȝ
potius q: cepit esse aliud qd̄ non fuit/⁊ ipsum qd̄ cepit
esse ex ea esse non cepit q: panis fuit : sed ipsa eius esse
accepit qñ desijt esse quod fuit. Hec Hugo. AVTHOR
Ecce plane dicit q̄ panis esse corpus Christi accepit qñ
desijt esse quod fuit. Quid fuit? panis. Cuius esse acce-
pit? corporis. Non māsit ergo / sed desijt esse panis secū
dum essentiā quando accepit esse corpus Christi secun
dum essentiam non figuram. Quomodo sciam saluabit
witcleffista qui negat panē conuerti secundū materia-
lem essentiā:cū quelibet panis forma secundum cū nul
lam materie addit essentiā:sed est ipsam esse formatā?
Sed obijcit ꝑ illud ꝑdictū Ambrosij / Ut sint que erāt
⁊ in aliud cōmutent̄. Sunt ergo panis ⁊ vinū que erāt?
Falleris:sed eu coniunctim accipe que coniunxit Am-
brosius:nec falleris:nō dixit/vt sint que erāt:⁊ ibi quie
uit:sed copulatā propositionē satis sapienter intexuit
dicēs/vt sint que erant ⁊ in aliud transmutentur:inten
dens q̄ de rebus existētibus sine annihilatione sui/ipe
in alienas essentias cōmutent̄ cū oīm desitione sui. Sic
accipe quod dico. Panis post cōsecrationē est corpus
Christi:qui panis non est post cōsecrationē neq̄ manet.
Sic enim sapiēter dicit ecclesia nō remanere panē post
consecrationem/intelligēs cū Lincoliensi materialem.
Predicatū nāq̄ expressum secūdū logicos appellat ꝓ
priā formā nō subiecti nisi idē sint. Inclusum autē pro
famosiori significato accipit̄. Quoniā igit̄ sic dicto pa
nis est post cōsecrationē vel remanet:dat intelligi panē
ipm in ꝑdicato de quo subiectū dixit:sensus esset:panis
est post consecrationē panis/vel panis remanet post cō
secrationē panis materialis:que falsa sunt. innuāt aūt
panem in subiecto ⁊ cōuersionē eius in predicato:⁊ ve-
ra sunt:quēadmodū si dixero/panis est corpus Christi
vel remanet secūdū essentiā corporis post cōsecrationē
⁊ deinceps . Arguere/ergo panis remanet:est fallacia
cōsequentis. Sic itē in exēplis scripture patet. Archi-
triclinus gustauit aquā vinū factā:ergo gustauit aquā
que remansit. Itē virga Aaron deuorauit virgas mago
rum:virga ergo Aaron remansit virga postq̄ versa est
in colubrū. vtrūq̄ consequēs falsum erit. Et quid mora
mur ⁊ nō ostēdim⁹ fallaciā witcleff ex Christi verbis?
Ceci(inquit)vident/ḡ ceci sunt:ergo manēt ceci? Clau-
di ambulant/ergo claudi sunt:ergo manent claudi? Le
prosi mundantur/ergo leprosi sunt:ergo manent lepro-
si? Et mortui resurgūt/ergo mortui sūt:ergo mortui ma
nent tales? Certe pessime/immo magis sequuntur eorū
opposita:ergo ceci nō manserūt ceci:nec claudi/claudi:
sed erecti. nec leprosi/leprosi:sed mundi. nec manserunt
mortui/mortui:sed iam viui. Ita manet panis nō iā pa-
nis:sed iam caro Christi. Sic enī qdā inexperti theolo-
gi audientes alterā meretricē Salomonis esse ecclesiā
titubabant ne esset sine macula ⁊ sine ruga: quasi man-
sisset meretrix quia sic est dicta. Sed beatus Hierony-
mus questionē istā absoluēs in epl'a ad Ruffinū de iudi Hierony.
cio Salomonis in sectione paruuli. Prudens (inquit)
auditor querit quō meretrix sit ecclesia:que non habet
maculā neq̄ rugā? Non dicimus ecclesiā permansisse
meretricē sed fuisse. Nam ⁊ Simonis leprosi domo/sal
uatoris scribitur inesse conuiuium:vtiq̄ nō quia lepro-
sus erat eo tēpore:sed quia leprosus ante fuerat. Mat-
theus quoq̄ in Catalogo apostolorū publicanus dicit̄:
nō q̄ ꝑmanserit publicanus post apostolicā dignitatē:
sed quia prius fuerit publicanus:vt vbi superabunda-
uit pctm̄/superabundaret ⁊ grā. Hec ille. AVTHOR.
Ita ergo secūdū logicā scripture cū expositione Hiero-
nymi bene dictū est ad tropologicum sensum/hec mere
trix Salomonis est ecclesia:nec tamē sequitur in cōse-
quentia witcleff:ergo hec manet meretrix postq̄ est ec
clesia. Nimis enim est idiota qui sic cōcludit. sed tantū
sequitur:ergo fuit meretrix:sicut Simon leprosus pa-
uit Christū/non tamē tunc leprosus permāsit. Et Mat
theus publicanus est apostolus:nec tamē est aut ꝑma-
net publicanus. Sic iste panis est corpus Christi : nec
tamen permanet talis panis.

Quid demonstratur pronomine demonstratiuo hoc, in propositione sacramētali. Caput.XLIX.

OPus item est sacramētalis pro
positionis verba cōstruere/maxi
me ea quibus witcleff heresim
suā construxit:⁊ sunt duo illa ꝓ
noīa hoc/⁊ meū. Satagit enim
inuestigare quid ly hoc signifi-
cet demōstrando. iiij. trialogi. ca
pi. iij. ⁊ de sermone dn̄i in monte.
cap. xl. Quicūq̄ proteruus qui witcleff.

nō blasphemè imponit Christo stultitiā sed perfecte cōfert partes orationis adinuicem non potest subterfugere quin istis subiectis propositionū sacramentalium demonstrātur panis ⁊ vinum. Quid rogo foret pertinēs panem accipere ⁊ benedicere ⁊ frāgere ⁊ apostolis precipere māducare ex hoc oīes/q: hoc est corpus meū/ nisi Christus intelligeret q̄ iste panis sit sacramentaliter corpus suū? Hec witcleff. AVTHOR. False cōcludis: sed melius cōcludūt catholici sic querētes. Quid foret pertinēs panē accipere ⁊ apostolis p̄cipere comedere ex hoc oēs/q: hoc est corpus Christi: nisi Christ⁹ intelligeret q̄ iste panis sit corporaliter ⁊ substantialiter corpus suū/nō autem sacramentaliter/id est figuraliter solum? Aptius enim daret eis ad comedendū substātiā q̄ figurā: ⁊ corpus verū q̄ signū eius remotum/vel tropum grāmaticū. Habebas hoc argumentū a magistro tuo Berengario sic ponderante grāmaticam huius p̄nominis hoc: fortificāteq̄ q̄ pronomē significet substātiā meram/sicut ⁊ tu hanc grāmaticam iugiter solennizas: non hic solum/sed de Ideis/⁊ in eo q̄ quidlibet est deus/⁊ alibi. Sed quare nō coniunxisti ipsi responsionē victorie quā porrexit in libro suo secūdo cōtra eundem

Guimūd⁹. de corpore ⁊ sanguine dñi Guimundus. Audisse me estimo q̄ Berengarius de pronomine hoc/ad hunc modū ratiocinaret. Hoc (inquit) pronomē est. Pronomina autem substantiā sine qualitatibus significant. Cum igit dicit/hoc corp⁹/de substātia corporis nō de q̄litatibus dicit. Hic exclamare cōpellor iuxta p̄phetā ⁊ ap̄lm. Ubi est literatus? vbi trutinator verborum? vbi legis verba ponderans? Nonne stultā fecit deus sapientiam huius mundi? Vere stultam dixerim hanc sapientiā: nā iidem ipsi grammatici qui huiusmodi proprietatē partiū orationis dixerunt: figuras etiā loquendi q̄bus a sua proprietate orationis partes decentissime plerūq̄ deficiūt tradiderunt ⁊ mirifice laudauerūt. Quis deniq̄ est qui quotidiano vsu loquens aut dictans reprehendatur si ita dicat: Non sum ego ille qui quondā fui: Tu nō es is vel ille qui solebas esse/cū substantia eadē sit: sed qualitates diuerse? Sed ⁊ dialectici qui per nimiū verba appendunt/quotidie res differre ⁊ easdē esse nō tm̄ secūdū substantiā sed etiā secundū qualitates ⁊ dicunt ⁊ legūt.

Idē/ Ille/ Is. Hoc. Q: si idem/⁊ ille/⁊ is/pronomina sunt: ⁊ nō semper substantiam/sed etiam qualitates apud doctissimos persepe significāt: cur ⁊ hoc/pronomē non possit idem pati? An quia Berengario nō habenti vnde suam aliter muniat heresim id non placet? Placuit tm̄ summe authoritatis quibusdā authoribus grāmatice artis non solū figurate qualitates in pronominibus posse accipi: sed

Qualis. Talis. etiā qualis ⁊ talis/que p̄prie qualitatis significatiua sunt/inter p̄nomina numerari. Sed viderit peritissim⁹ grammaticus ille Donat⁹ qui qualis ⁊ talis pronoīa esse voluit quid dixerit. Ego enī de authorib⁹ grāmatice artis iudicare nūc opus nō habeo: cū ipsa argumētatione aduersarii cōmodissime mihi vti possim dicens/ Ipa pronomē est: pronoīa aūt substantiā significāt sine qualitatibus. Cū igitur Augustinus dicit in ipsa carne ambulauit/⁊ ipsam nobis māducandā ad salutē dedit substantiā carnis Christi/nō figurā nos manducare dicit. Item hoc/pronomē est: cū igitur idem Augustinus dixerit in sermōe ad Neophitos. Hoc accipite in pane quod pependit in cruce: ⁊ hoc accipite in calice qd̄ effusum est de Christi latere/substātiā corporis ⁊ sanguinis Christi/nō figuram nos māducare ⁊ bibere declarauit. Hec ille. AVTHOR. Itē non preterant heretici quin

Meum. nouerint meū/esse pronomē secundū Donatū. Si ergo pronomina significēt substantiam sine qualitate/absq̄ dubio ipsa cōplexio adiectiui cū substantiuo docet nos Christi corpus esse ibi secundū merā eius carnis substātiā/nō figuratiuā qualitatem. Sed subdit Guimūdus.

Guimūd⁹. Hec igitur argumentatio tua o quisquis ea niteris/si quidē infirma est nobis adeo curanda nō est. Si autem firma/plus nobis q̄ tibi prodest. Hec ille. AVTHOR. Ita apparere poterit si argumēta eius cōiugātur ⁊ nostris. Ecce sic arguit. Pronomie secūdo cū dicit/hoc est corpus meū/idem demōstrat qd̄ priori p̄nomine demōstratur/vbi dicit/Manducate ex hoc oēs, sed ibi demōstratur panis: ergo in secūdo. Sed dicunt fideles q̄ primū illud pronomē nullus euāgelistarū assumit: sed nec Apostolus. Mattheus enī absolute pronunciat: Accipite ⁊ comedite/nō addēs ex hoc. Marcus/Dedit eis/ ⁊ ait/sumite. Lucas quoq̄/Dedit eis. Sed si p̄ducas cōtra nos textū canonis: verū est idē demōstrari primo pronomine qd̄ ⁊ tertio/cū adiungit ibi. ⁊ secundū Lucā ⁊ Ap̄lm/Hoc facite. Et quid rogo demōstratur illo pronomine tertio? Si dicas panis quē Christ⁹ sumpsit in manus: tūc esset sensus: hunc panē facite in meam commemorationem. Si sacramentū dicas/q: hoc penes te est generis epiceni: q: aliquādo de genere panis secundum naturā: aliquādo de genere corporis dicit: sed non secundū naturā per te/quia tunc catholice enunciares sed solū secundū mutam ⁊ surdā figurā: tunc erit sensus hanc figurā facite: ⁊ tunc non erit sacramentū noui sed veteris iudaici testamenti. Arguis itē de verbis sacramentalibus sanguinis: vbi queris. Nunq̄d vinū demōstratur in illo pronomine/Hic calix nouum testamentū

Hic calix. est. Et iterum dico q̄ idē demonstrat in verbo hic calix quod in priori pronomine/hūc preclarū calicem. ⁊ nunquid intelligit canon q̄ hoc idem preclarū vinū quod ego manibus teneo: etiam Christus manibus tenēs cōsecrauit: ⁊ sic esset bis cōsecratus? primo a Christo: ⁊ postremo a me. Ista sicut patet sūt ineptie Lollardine ad seducendū imperitos inuēte. Sed eleuetur intellectus fidelis in his pronominibus ad modū loquendi Christi simul vnico sermone exprimi figuratū secundū naturā nomine figure. Unde sic exponit Hieronym⁹ Christum bibisse vinum nouū Soreth de quo dixit. Non bibam amodo de genimine vitis huius. in cōmētario Amos in fine lib. iii. textu/Plantabunt vineas ⁊ bibent vinum/

Hierony. vbi dicit. Bibent autē vinū quod se in regno patris cū apostolis suis nouū bibiturum esse pollicit⁹ est. Hec est vinea Soreth/cui⁹ vinū quotidie in mysteriis bibim⁹. Hec ille. AVTHOR. Ecce vinū nouum sacramentale secundū tuam heresim non legitur Christus post resurrectionē bibisse: ⁊ tamē illud nouum bibit cum apostolis: ⁊ vinū de vinea quod nos quotidie in sacramētis bibimus. Et nunquid ipse tunc/⁊ nos nūc quotidie naturalem liquorē illius vinee naturalis potamus/que dicebatur olim Soreth? Certū est ergo illud vinū solū in figura potatū: sanguinē vero Christi qui tunc demonstrabatur iam potat in sua liquēte substātia: sicut exponit in epistola ad Edibiam questione secūdum verbū idem

Hierony. Hieronymus. Illius (inquiēs) bibimus sanguinē/⁊ sine ipso potare non possumus/⁊ quotidie in sacrificiis ei⁹ de genimine vitis vere ⁊ vinea Soreth: que īterpretat electa: rubentia musta calcamus ⁊ nouū ex his vinum bibimus in regno patris: nequaq̄ in vetustate litere: sz in nouitate spiritus cantantes canticū nouū quod nemo potest canere nisi in regno ecclesie: que regnum patris est. Hūc panē ⁊ Jacob patriarcha comedere cupiebat dicens. Si fuerit deus mecum/⁊ dederit mihi panē ad edendum/⁊ vestimentum ad induendū. Hec ille. AVTHOR. Quia witcleff semper hunc locum inclamat Hieronymi: quia dicit panē quē fregit dominus esse corpus eius: hic potest audire cū dicere demōstrando eūdē

panẽ/q̄ hunc panẽ Jacob patriarcha comedere cupie
bat. Sed nunqd eundẽ panẽ naturalẽ dicat ⁊ stultitiā
suam nõ dissimulet? Ergo panem figuratum optauit se-
cundum intentionem Hieronymi/panem figurãtem nõ
cogitans. Sicut rubentia musta calcamus quotidie in
mysteriis de vinea Soreth tam vere sine vino ei⁹ natu-
rali/q̃ vere nullum vinum naturale gustamus in my-
steriis. Nec Christus ipse post resurrectionem idem vi-
num in sacramento corporali sensu gustauit. Et hoc idẽ
Paschas. sequens Paschasius lib. de corpore ⁊ sanguine domini
ca.xxi. In regno (inquit) adoptionis de genimine vitis
noue bibit: ⁊ vinea Soreth que interpretat̃ electa. Ru-
bentia enim musta de manipulo crucis eliquant̃ dum
Hec. quotidie Christi sanguinem de altari sumim⁹. Hec ille.
AVTHOR. Sed querit witcleff quid demõstrat si nõ
panem hoc/pronomẽ: Mãducate ex hoc omnes. Si mi
hi non credis/Augustinus ipse respondet tibi in sermo
ne ad Neophitos: ⁊ celebriter recolit̃ in decretis in lib.
Paschasii/⁊ pene a cũctis scribẽtibus ĩ materia sacra-
Augusti. menti. Ubi Augustinus. Hoc (inquit) accipite in pane
quod pependit in cruce. Hoc accipite in calice qđ ma-
nauit de Christi latere. Hec ille. AVTHOR. Ecce absolu
te tibi dixit quid demõstratur illo pronomine/non figu
ra panis que nõ pepẽdit in cruce: sed substãtia carnis.
Non habitudo sãguinis/que nõ fluxit de latere: sed ve-
rus sanguis naturaliter/q̃uis panis ⁊ vinũ figuraliter.
Ideo enim dixit in pane. Uis altius aliquid q̃ est hec de
monstratio Augustini? Attende demõstrationẽ Christi
⁊ audacter dico Christum intelligere p ly hoc ibi quod
item intellexit in predicatione huius celeberrimi sacra
menti cũ diceret. Qui manducat hunc panẽ viuet ine-
ternum. Et tũc propter hoc verbum scãdalizati discipu
li abierunt retrorsum / sicut iam abeunt witcleffiste in-
terrogantes ⁊ dicẽtes. Si Christus sic illusit ecclesie te
nens panem naturalẽ ⁊ nõ illum propinãs/cũ tamẽ di-
ceret/mãducate ex hoc oẽs. Hoc idẽ cõtigit discipulis
Christi qui abierũt retrorsum/eo q̄ post miraculũ quinq̃
panum in deserto Christus nõ vltra protulit eis illum:
sed obtulit panẽ illo figuratum dicẽs. Panis quẽ ego
dabo caro mea est pro mundi vita. In quo loco homil.
Chrysost. xlvi. sup Joannem Chrysostomus. Ego (inquit) panem
tribui vobis/sed multum medium erat. Uidebatur enim
⁊ ex hoc esse min⁹ illo/q̄ ille quidẽ desup ferebat̃: hoc
vero inferius gerebat̃ miraculũ panis. Quia igit̃ que-
rebãt eum qui de celo ferretur cibum/propterea conti-
nue dicebat/ de celo descẽdi. Si quis vero scrutet̃: quid
vtiq̃ de mysteriis immisit sermonẽ? Dicemus qm̃ horũ
sermonum valde tempus erat. In manifesto enim corũ
que dicunt̃/semp auditorẽ erigit/ ⁊ attẽtiorẽ operatur.
Sequitur. Quare illorũ amentie scãdalum erat/ nõ in-
dissolubilitatis corũ, i. inintelligibilitatis que dicebat̃
a Christo. Tu aũt vide qualiter paulatim eos ducit ad
seipsum/panis ait quẽ ego dabo caro mea est: pro mun
di vita. Sed extranea quedã erat doctrina (ait aliquis)
⁊ nimirum Joannes hoc superius enigmatice insinua-
uit: Agnum eum vocans. Sed neq̃ sciuerãt de resurre-
ctione. Et quid dixit eis: soluite templũ hoc: ⁊ in tribus
diebus erigã illud. Multo magis de his que dicta sunt
Hec enim illis ĩmanifestiora erant. Nã quomodo pro-
phete quidã suscitati sunt: nouerãt: ⁊ si non ita manife-
ste dixerũt scripture. Qm̃ autẽ carnẽ qs mãducauerit/
quis vnq̃ dixit illorũ? Hec ille. AVTHOR. Loquit̃ do
ctor qua occasione Christus post miraculũ quinq̃ panũ
intulit corã discipulis ⁊ turbis sermonem de carne sua
secũdum substantiam comedenda in sacra Eucharistia.
Quia (inquit) incubãtes erant corporalibus cibis/nul
lum alium cogitantes: pretulerunt in conceptibus suis
Moysen Christo/quia ipse mãna fecit de celo descẽdẽ
re: Christus panem suum multiplicauit in terra. Idcir-
co Christus volens eos docere de cibo significato / eos
instruxit/cuius vterq̃ cibus ali⁹ fuit sola figura/ ⁊ hoc
sub demõstratione quasi panis prioris? Et petit si tunc
tempus erat inducẽdi verbũ de sacra Eucharistia/cum
ipsi credebant eũ loqui de re sensibili. Et dicit q̄ sic: qr
p res patẽtes solebat ad res priuatas auditorem indu-
cere. Nec culpa fuit ĩintelligibilitatis verbor̃ Christi/
sed stoliditatis eorũ/qui petere debuerũt. Et q̄ Christ⁹
solitus erat reducere auditores per figuras in figurata
sicut de resurrectione ⁊ aliis/cũ ipsi steterũt auscultan-
tes figuras tantũ. Quid ḡ arguit witcleff pro inconue
nienti/ q̄ Christus accipiẽs ⁊ verbotenus demõstrans
panem sensibilẽ figurantem diceret. Accipite/edite ex
hoc oẽs. nullum tamẽ sensibilem panẽ talẽ/sed celestem
⁊ carnis agni pabulum salutare per illũ figuratum sub
stantialiter ministraret edẽtibus/qñ in principio sacra
menti Christus fidem eius eodẽ modo in figura rei rem
docuit figuratam/⁊ nõ simpliciter propriis verbis suis.
Hec ad interrogata witcleff/quid demõstratur per pro
nomen primũ. Cum autẽ interrogat ⁊ instat/q̄ panis in
natura demonstret̃ in secundo pronomine subiecto ver-
borum sacramẽtalium: nolit irasci. Concedo ipsi libere.
Sed tunc eque pacifice respõdeat argumẽto ex vtroq̃
magistri sui scz ⁊ suo argumẽto compacto sic. Si omni
no conueniens est/q̄ idem demõstret̃ per duo illa remo
ta pronomina / ḡ multo magis per duo pronomina plus
propinqua/que in eadem propositione sacramẽtali pri-
mum ⁊ vltimũ loca tenent. Cũ autem pronomina signi
ficant merã substãtiam/ḡ substantia panis demõstrata
per hoc/est corpus scđm substãtiam possessiue significa
tum per meũ. Et tunc panis naturalis est corpus Chri-
sti naturale: panis quoq̃ substãtialiter est caro Christi
secundũ carnis naturã. Aut dicat quare demõstratiuum
pronomen habebit vim suã in demõstrando substantiam
panis naturaliter: ⁊ pronomen possessiuũ carebit signi
ficatione sue substãtie naturaliter sibi subiecte? Unde ⁊
in epistola ad Fredugardũ/que ponit̃ cõmuniter in cal
ce libri de corpore ⁊ sanguine dñi: Paschasius. Nemo
qui sane sapit/credit Jesum aliã carnem aut sanguinem Paschasius.
habuisse/q̃ que nata est de Maria virgine/⁊ passa est in
cruce. Ipa nãq̃ eadẽq̃ caro quocũq̃modo sentiẽda est
vt credo/cum ait. Hoc est corpus meũ/ qđ tradet̃ p vo-
bis/vel hic est sanguis meus. Et ne putares qr in sacra
mento loquebat̃/q̄ de alio diceret q̃ de proprio/in eodẽ
mysterio demõstratiue dixit: hoc est corpus meũ. Nã cũ
ait meũ ⁊ hoc est/nõ qualecũq̃ vult intelligi corp⁹/ sed
ipsũ qđ tradẽdũ erat vt mox ipse adiecit/⁊ nõ aliũ san-
guinẽ q̃ eũ qui effũdendus erat in proprio corpore in re
missionẽ peccatorum. Hec ille. AVTHOR. Sustineat
grãmaticam ⁊ logicã pure ⁊ proficiet fidei orthodoxe.
Tunc enim cõcedet cum catholicis q̄ purus panis se-
cundum substantiam est confectus corpus Christi se-
cundum substantiam. Et hic liquor vini secũdum substã
tiam est effectus sãguinis Christi secundum naturam.
Et sic oĩa argumẽta eius de euangelio/de ipso splẽdore
euãgelii liquefiunt. Sic oĩa dicta doctorũ que balbutiẽ
ter tibi furabaris de pane quem fregit dñs/aut quẽ ac
cepit dominus in manus/placet q̄ dicunt ipsum esse ⁊
factũ esse/multo meli⁹ te teste q̃ p figurã qr p naturã /
per substantiam/ per eandem singularem essentiam ve-
rum corpus Christi. Quod autem deridendo fingis ali
quem rudem grammaticum obiicere vobis tunc dici
debere/hic est sanguinem meum/ponendo pro esse con-
uertere vel transubstantiare in. Sapiẽs dicit. Querit
derisor sapiẽtiã/⁊ nõ inueniet/doctrina prudẽtũ facilis.

Forsan tales grāmaticos ⁊ logicos multos possident
witcleffistetales predicatores ⁊ doctores in populis
suis quos de textorū ⁊ textricū staminib⁹ de birretario
rū acub⁹ trāsuersatis ⁊ cingulariorꝫ stipātibus malleis
⁊ corijs fonte fecit proluit caballino vt idoctiores indo-
ctis/seipsis nescijs repēte sagaces poete prodirent. At
tamē dicat ei alter grāmaticus iuxta sensum suū verba
sacramentalia hec fore debere. Hoc panis est enī panis
meū ⁊ hic vinū est vinū meus noui testamēti.q̄ per pri-
ma pronomina panis ⁊ vinū intelligunt.⁊ si panis est
corpus/tunc panis vt dicit manet panis. Junge ista si-
bi:⁊ grammaticam talem inuenies.

Q̄ species sensibilis sacramēti modo quodam sed abusiue vocatur corpus Christi. Caput.L.

Cum videtis witcleff imputare
catholicis dicere sacramētū Eu
charistie esse accidēs siue nihil/
nolite credere:nolite ꝓpter hoc
exire metas catholice veritatis/
que omnino credit illud sacramē
tuꝫ esse naturaliter corpus Chri
sti ⁊ sanguinē:qđ tamē ipse ponit
panē putribilem. Sed furit cum
sic dicit de nobis vectus insania sua. Jmmo quātum fi-
deles venerant ⁊ agunt de corpore Christi ille satagit
agere de pane tristi. Attamē cū querit de illo sensibili si
gno modo suo cōcedimus esse sacramētum ⁊ corpus do
minicum ibi cōtentum/⁊ panis qui ibi prefuit / ⁊ cuius
adhuc restat signū / sicut cherubica figura cherubim di
cta/⁊ spice species Pharaoni visa in sōno dicta est spi-
ca/cū non esset. Unde Augustin⁹ de questionibus Dul-
Augusti. citij quest.v. Solēt(inquit)imagines earū rerum nomi-
nibus appellari: quarum imagines sunt/sicut omnia q̄
pingūtur atqꝫ finguntur ex aliqua materia metalli aut li
gni/aut cuiuscūqꝫ rei apte / aut opa huiusmodi q̄ etiam
videntur in somnis/⁊ oēs fere imagines earum rerum
quarū imagines sunt/appellari nominibus solent. Hec
ille. AVTHOR. Jtem idem epistola ad Bonifacium
Idem. que incipit. Queris a me. Si enim(inquit)sacramenta
quādam similitudinē rerum earū quarum sacramenta
sunt/non haberent/omnino sacramenta non essent. Ex
hac autē similitudine plerunqꝫ iam ipsarū rerum nomi
na accipiunt. Si ergo scđm quēdam modum sacramē-
tum corporis Christi/corpus Christi est/⁊ sacramentuꝫ
sanguinis Christi/sanguis Christi est:ita sacramentum
fidei fides est. Hec ille. AVTHOR. Ecce qđ iste totiēs
inclamat cōtra ecclesiā/ꝙ similitudo vel species sacra
mentalis quodammodo corpus est Christi : illa scilicet
forma accidētalis panis/quam hic Augustinus appel-
lat similitudinem abstractiue. Ecce accidens sine sub-
iecto quodāmodo corpus Christi est/q̄ est eius signuꝫ
⁊ extrinsecum sacramētum . Tu pro pane tuo naturali
litigas ⁊ calūniaris ecclesiaꝫ de accidēte sine subiecto.
Ecclesia cū omnibus sāctis corpus Christi preelegit se
cūdum substātiā:⁊ vt hoc habeat/panis tantū signū lo
co panis intelligit.i.panis figuram. Noli morari in am
biguis/noli in terminorum confusione confidere/ semel
proba ibi panem tuum materialem in expressis termis
aut nullatenus proficis/sed aerem verberas. Jterū iteꝫ
panis vocat/quod ex pane fiebat/ꝙuis iā desijt esse pa
nis.⁊ ista locutio est creberrima ī scripturis. Sicut pri
mus homo vocauit Euam os / quia de ossis sui fiebat
substantia:inquiens. Hoc nunc os ex ossibus meis. Jtē
virga dicta est serpens/cum ita non esset secundum reꝫ.

Dicit enī scriptura Exodi.vij. Deuorauitqꝫ virga Moy
si virgas magorum/ subintelligēs ꝙ serpens factus de
virga Moysi deuorauit serpentes de virgis magorum
prestigiose confectos. Et in euāgelio dicit scriptura. Cū
gustasset Architriclinus aquā vinum factum. Nō cre-
do ad tantum stultescere witcleff/vt dicat illam adhuc
remansisse aquā in natura ⁊ solum vinū in figura. Alia
sunt que nomina antiqua retinēt in scripturis reb⁹ mu
tatis:vt Mattheus in numero apostolorū situs/adhuc
publicanus vocatur : ⁊ Simon leprosus dicitur postq̄
Christus eum purgauit a lepra. Unde Hieronymus in
cōmentario super.xxvi.capi. Matthei. Jesus moratur Hierony.
(inquit)in Bethania in domo obedientie/que quōdam
fuit Simonis leprosi/non ꝙ leprosus illo tempore per
maneret : sed quia antea leprosus / postea a Saluatore
mundatus est nomine pristino permanēte/vt virtus cu-
rantis appareat. Nā in Catalogo apostolorū cū pristi-
no vitio ⁊ officio Mattheus publicanus appellatur/q̄
certe publicanus esse desierat. Hec Hieronymus. AV-
THOR. Jtē Paul⁹ vltimo ad Romanos vocat Era-
stum arcarium ciuitatis/qui iam hoc esse desierat/ ⁊ si-
gnat in annotationibus suis super illo loco Hierony-
mus. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis/⁊ Quar
tus frater. Hic arcarium exarcariū dicit. Sicut gentes
credentes ex gentibus sepe vocauit/ secundū consuetu
dinem legis/que Abigail vxorem Nabal adhuc appel
lat/cum iam illo mortuo in Dauid matrimoniū transis
set. Hec ille. AVTHOR. Sic in consuetudine habebāt
apostoli ⁊ primeui sancti vocare panem corpus Christi
consecratum ex pane/nō quia panis tūc erat ex frumē
to:sed corpus ex pane ꝯfectū. Et est adhuc istius appel Panis cur dicat
lationis multiplex ratio. Primo vt virt⁹ Christi sic in corpus
stituentis semper appareat vt supra secundū Hierony- Christi.
mū. Certe ꝙ institueret talē nudā figurā/non esset vir-
tus alta Christo deo condigna/quia quotlibet aptiores
hoies fabricarēt artifices. Scđo vt distincte cōciperet
a fidelibus cuiusmodi corp⁹ Christi tractabat in domi-
bus. An illius speciei ⁊ forme cū quali cōuersabat ī ter-
ris:an in forma sacramēti. Que locutio semꝑ fuisset in-
ter loquētes dubia/si vocassent solo nomine corpis sine
specificatione panis. Jtē tertio vt confectio illa corpis
de pane nō videret posteris difficilis ad credēdū:quali
ter adhuc est witcleffistis induratis. Et quarto q̄ po-
pularib⁹ ⁊ simplicib⁹ famosū est appellare rē noīe rei/
sub cuius forma cōparet. Et hāc locutionē eorū scriptu
ra non respuit/sed sectat/vt Abrahā dr̄ vidisse tres vi-
ros/⁊ Tobias vocauit Raphaelem virū / cū nō essent/
sed angeli in virorū specie apparētes. Et sacramentum
illud similitudinariū corpis Christi/qđ foris apparet /
vocat suo modo corpus Christi scđm Augustinū. Uide
tis ꝙ plane quāta penuria argumētorū premebat wit-
cleff qñ cogebat sic dicere. Apl's vocauit hoc sacramen
tū panē quē frāgim⁹/ꝙ remanet panis naturalis. O mi
ser homo cur opes dedignaris ecclesie:⁊ ad sectādā he
resim ī has angustias te coarctas? Ecclesia diues ī sen
sibus dicit tibi de scripturis esse ibi multiplicē panē q̄
nō sit panis tuus. Est ibi panis diuinitatis quē mandu-
cant angeli:est ⁊ panis viue carnis quem lacerauere
Judei. Quare non vterqꝫ panis quem frangunt deuo-
tionibus suis Christifideles? A prophetis enim venit
forma appellationis huiusmodi:vt ipm scꝫ corpus dn̄i
naturale diceret panis ꝑ metaphorā:sicut sanctus Hie
remias ait ex parte ꝑsequentiū Judeorū. Mittamus li
gnū in panē ei⁹.id est crucē in corpus ei⁹ scđm glossam
interlinearem/⁊ habet eam a Lactantio lib.iiij. diuina Lactāti⁹
rum institutionum.capite.xviij.sic dicente. Jtem Hiere
mias. Domine significa mihi ⁊ cognoscā tūc. Uide me-

ditationes eorum. Ego sicut agnus sine macula perdu
ctus sum ad victimā: in me cogitauerunt cogitationez
dicentes. Uenite mittamus lignū in panē eius/τ erada
mus de terra vitā eius: τ nomen eius non erit in memo
ria amplius. Lignum autem crucem significat/τ panē
corpus eius: quia ipē est cibus ac vita omnium qui cre
dunt in carnem quam portauit/τ in crucem qua pepen
dit. Hec ille. AVTHOR. At Christus/dñs pphetarū/
cōformās se prophetarū suorū eloquijs/postmodū ait.
Panis quē dabo caro mea est p mūdi vita. A qb⁹ imi
tator τ sequax eius Apls nimirū sequaci lingua eundē
panē idē Christi corpus pronūciat dicēs. Panis quem
frangimus nōne participatio corporis dñi est? Si panē
tuum naturalē dixit Apl'us qui a Christi verbo τ eius
propheta nō dissonat: ǵ panis naturalis erat in quē mi
serūt Judei lignū crucis/τ nō caro Christi secūdū sub=
stantiā. Est itē forma eius visibilis que nomē tenet eua
cuatē τ in melius translate substantie. Bene enim intu
F. Guilhelmus. lit tibi pater meus τ magister deuot⁹ Frater Guilhel=
m⁹ esse te de heresi Anthropomorphitarū q̇ deū credūt
humanis mēbris in deitate formari/qr dicūt scripture:
Manus tue fecerūt me: τ os dñi loquutū est: τ brachiū
eius dñabit. De quibus Augustin⁹ de heresibus cap. l.
Sic tu dicis: Panis naturalis est corpus Christi quia
sic loquunt verba scripture. Et est cōtra te beat⁹ Igna
tius Antiochenus primas τ discipulus scti Joānis: cu
Ignatius. ius verba sunt fidelib⁹ sacrosancta. Ipē nāq3 scripsisse
fertur sic in epl'a. Cōsiderate (īquit) qualiter Anthropo
morphite a cōmuniōe τ oratiōe sanctoꝝ recedūt ppter
nō cōfiteri Eucharistiā carnem esse saluatoris/qr posue
runt Eucharistiā esse panem pro eo q scriptura vocat
eam panē. Hec ille. AVTHOR. Sed dic iam mihi: exe
re manus: vbi dixit Apl'us/corpus Christi panē tuum?
Nā alibi q̄ ibi: Panis quē frangimus nōne participa
tio corporis dñi est? Hoc non est dicere corpus est panis
quē frāgim⁹: sed panis quē frangimus corpus dñi est: τ
calix bñdictiōis ɔmunicatio sanguinis Christi est: nō sā
guis Christi iterato ē vini calix cui bñdicim⁹. Nā alias
dixisset. Panis quē frāgim⁹ est pticipatio corpis dñi: τ
panis fract⁹. Nō qr nusq̄ habet Apl's/nusq̄ tu pbas
q corpus Christi est panis tu⁹. Dicim⁹ ergo cū Aplo/
Panis quē frangimus. i. panis de frumēto est partici=
patio corporis Christi: qr fit corpus Christi. Et hoc est
corp⁹ meū. Et calix vini ē cōmunicatio sanguinis Chri
sti/quia sic fiunt τ sic sunt. Certe corpus Christi non fit
huiusmodi panis: nec sanguis fit vinū de vua: ideo non
sic sunt. Lege tamē quadā loquēdi figurate sic dicunt
Lāfrācus. quia exinde facti sunt. Unde Lanfrancus vbi supra cō=
tra Berengariū. Solemus (inquit) aliquas res illarū
rerū ex q̇bus efficiūtur noibus appellare/q̄uis in aliā
naturā translate iam non possunt esse illud qd̓ sunt res
ille/ex q̇bus probant effecte. Sicut beatus Augustin⁹
in extremo psalmorū explanationis opere crystallū vo=
cat niuē multorū annorū duratā tēpore τ serie seculorū
cū nix sit liquida τ humida: Crystalli vero natura dura
τ sicca ɔsistat. At p hoc cū diuerse nature sint in vtrisq3
nō recte q̇s crystallū niuē vocauerit: nisi eo locutionis
modo quo res effecta materiali solet noīe appellari. Et
creator ex terra creato primo homini in Genesi dicit.
Terra es τ in terrā ibis. quasi diceret: quia fact⁹ es ex
terra quādoq3 fies terra τ reuerteris in terrā. Hec ille.
Augusti. AVTHOR. Huc itē modū loquēdi habet Augu. xij. li.
cōfessionū dicens. Uerū est q vnde fit aliquid pōt quo
dā genere loquutionis habere iam nomen eius rei que
inde fit. Inde potuit vocari celū τ terra quelibet infor=
mitas vñ factū est celū τ terra. Hec ille. AVTHOR.
Et lib. I. Retractationū, cap. ij. in libris academicis idē
Augustin⁹ inq̇t. Cū corpus e terra/spiritū possidemus Augusti.
e celo: ipsi terra τ celum sumus. Hec ille. AVTHOR.
Quid igit cūctabimur dicere panē esse hoc sacramētū
id est hoc sacre rei signū qd̓ paret exterius: cū ita nō sit:
nec hoc intelligit in natura esse qd̓ dicit? Hoc nō obsta=
bit quo minus dicemus ad witcleff q nec accidens si=
ne subiecto neq3 nihil nec alīqd peius pane equino/vel
stercore ratonis: nec dies parasceues vel passio primi
mobilis est sacramentū fideliū vel hostia cōsecrata: sed
corpus Christi τ sanguis eius naturalis nō typicus/s3
secundū substantiā corporis res τ sacramentū/qd̓ null⁹
witcleffista hactenus nouerit assignare. Hoc modo wit
cleffiste fundarent firmiter glossas suas: nō modo puero
rum cū vno flatu suo phātastico oēs scripturarū τ san=
ctoꝝ patrū auctoritates abijcerēt/in q̇bus fides funda
menta sua primeua locauit. Nos eni q̇ catholicā fidem
sequimur τ tenemus/ex authoritate scripture τ sctōru3
glossam nostrā producimus τ rationabilē τ authēticā
approbamus cū dicimus/corpus Christi pane3 dici in
scripturis canonicis vel antiquorū codicibus/nō quia
panis vilis iam est sed quia panis olim fuit: de quo ia3
factū est corpus: τ sub cui⁹ specie latet adhuc. Qz si cui
piā nō sufficit similē videre glossa3 nostrā dictis patrū
in modo loquendi nisi itē audiat aliquē sanctū patrem
dicentē plane q scripture τ sancti patres sic intelligen
di sunt de pane sacramēti/libēter occurrit nobis quar=
Damasce. to sententiarū. ca. v. Damascen⁹. Hoc (inquiēs) dico nō
destruēs corporis substātiā sed viuificatiuū τ diuinū ei⁹
manifestare volēs. Et si quidā antitypa/id est refigurā=
tiua corporis τ sanguinis dñi panē τ vinū vocauerint/
vt diuus dixit Basilius/non postq̄ sanctificata sunt di
xit/sed anteq̄ sanctificata esset ipsam oblationē ita vo=
cans. Hec ille. AVTHOR. Damascen⁹ ecce ante nos
exponit Basiliū cū dixit panē esse vel figurare corpus
dñi: non (inquit) hoc dicit de pane post cōsecrationē: sed
quia ante consecrationem fuit panis: ideo vocat panem
quia in principio dixit se nolle destruere corporis substā
tiam propter panis figuram.

Quid sit visibilis forma panis, & quid per hoc visibile sacramentum. Caput. LI.

Sed properat valde witcleff vt
nos dicamus quid sit illa forma
visibilis panis/τ subdiuidendo
vtrum substantia an accidēs. Qz
si responderim non hoc pertine=
re ad questionem quid est de quo
libet: quia neq3 de ente neq3 de
passionibus eius primis: non
de indiuiduo vel genere τ specie
in communi: ibi sistit questio non querela. Et nunquid
forma est transcēdens in quolibet decē generū? Uerūtn̄
ad propositū suum formam istam vel speciē visibilis pa
nis non reputo ego naturam simpliciter simplicem/sed
essentialiter integratam ex pluribus formis non qui=
dem secundum aggregationem sed essentiam: quemad
modū pulchritudo vel sanitas aut complexionalis for=
ma/quā Augustin⁹ tēperaturā vocat in lib. de quātita
te aīe. Unde sicut sanitas est cōuenientiū sibi humorum
proportio/τ omnes illi requiruntur vel in maiori par=
te ad formam integre sanitatis: Sic ad vnam formam
visibilis panis requiruntur res diuersorum generum: vt ē
color/sapor/figura/quātitas τ forma artis cum suis re
quisitis: τ sic exigit vniuersas q non dependet a singu
lis. Quia sicut non esset alia forma panis sed eadem q̄
uis esset sub varia quantitate: sic non esset alia forma
panis si substantia panis esset presens: τ tunc tamen

iuuaret per se ad integritatē eiusdem forme. Unde for
ma ista non terminaret directe questionem quid est se-
cundum quosdam: nec secūdū substātiā neq; accidens.
Q; si mirenť aliquid indiuiduari ex rebus tot diuerso-
rum generū: videant per se rationē indiuiduationis hu
mane que vltra res eiusdē generis indiuiduat cōparati
ue ad suppositū hominis res oīm generum vsq; ad inſi
mū respectū habitus predicamētalis. Videāt ibi q̄d sit
pulchritudo. Unde lib. ij. sui Hexameron. capi. iiij. Am-
brosius. Pulchritudo (inquit) vera est & in singulis mē
Ambrosius. bris esse q̄d decet & in toto / vt in singulis gratia & in oī-
bus forme cōuenientis plenitudo laudeť. Hec ille. AV-
THOR. Videat etiā essentiam harmonie de qua dicit
Aristoteles lib. de aīa: q; sit cōpositorū quedā proportio.
Aristotel. loquiť non de proportionis respectu sed fundamentali
ter de proportionaliter habituatis. Et secūdo Arithme
tice Boetius. Harmonia est plurimorū adunatio & dis-
Boetius. sentientiū cōsensio. Hec ille. AVTHOR. Et tamē pul-
chritudinē & harmoniā per se qualitates quis neget / &
in simplici cōsistentes essentia? sicut cōsistit scientia me
dicine q̄uis ex multis resultet principijs. Et Magnus
Magnus. ille naturalis ponit q; punctū est accidens nec tamen
qualitas vel quantitas: & sic cōsiderat bonus metaphy
sicus indiuiduū entis secundū q; tale. Sic forma visibi
lis panis ex multis resultat sine aggregatione vna sim
plex essentia: etiā ex rebus generū diuersorū. Uerūtamē
nō reputo formā istā post cōsecrationē sistere nisi in ac-
cidentibus: que tamē oīa nō sunt ibi sine subiecto / sicut
respectus triū modorū habēt ibi subiecta sua / vtputa si-
militudo vel dissimilitudo / q̄litates / visibilitates / equa
litas / subiecta sua. Item sophista diceret corpus Chri-
sti esse ibi presens subiectū multorū accidētiū: q: ad mi-
nus fundat ibi respectū realis presentie: & habet ibi cō-
plexionales humores / & qualitates resultantes ex his.
Quorū oīm corpus Christi est subiectum. Sed & modo
suo Auicēna dicit. iij. metaphy. in principio tractatus
secundi q; accidens subiectatur in accidente: sicut velo
citas in motu / rectitudo in linea / figura ī superficie. Sz
in sacramento Eucharistie tenent ista locū substātie pa
nis tunc vacantis. Et idcirco dicuntur destitui subiecto
suo: quia primo subiecto nature non insunt. Unde wit-
cleff nō preualet in fallēdo quēuis orthodoxum peritū
sicut iactat se decepisse quēdā episcopum & alios mul-
tos fratres in questionib9 suis de quidditate hostie cō
secrate. Iam querat / iam fallere satagat. Nōdū probat
hostiā cōsecratā esse accidēs sine subiecto vel nihil / im
mo nec panem suum: sed est vera Christi caro & sanguis
in natura sub forma panis & vini. Que quidez visibilis
forma secundū Parrhisiensem de sacramētis parte ter
tia / ad sensum Christi & ecclesie resultat ex multis qua-
litatib9 / que nō insunt ibi subiecto suo primo vt forme.
Hic tamen nō est pretereundū q; adhuc forma ista visi-
bilis panis nō est extrinsecū illud & visibile sacramētū
quousq; vi verborū Christi assistat ipsi vera Christi caro
in natura sua. Tūc est vera eius figura continens & desi
gnās: & per hoc est visibile sacramētū hostie cōsecrate:
& tunc ad quidditatē huius forme panis vt est visibile
sacramentū cōcurrūt oīa que cōpetunt corpori Christi
vero / esse ibi verā rem & inuisibile sacramētum / vt sunt
forma verborū & fides aliqua ministrantis. Sicut item
visibile sacramētū baptismi ē forma q̄dā simplicis tin-
ctionis cū forma verborū in liquido simplicis elemēti.
Non enī aqua pura est sacramētū baptismi. Certe nec
panis sensibilis est precipuū & integrū sacramentū cor-
poris Christi. Homilia. lxxx. super Ioan. Augu. Qua-
Alibi. lxx. re nō ait mūdi estis propter baptismū quo loti estis: sed
Augusti. ait / propter verbū quod locutus sum vobis: nisi quia in
aqua verbū mundat? Detrahe verbū & quid est aqua ni
si aqua? Accedit verbū ad elemētū & fit sacramentum
etiā tanq; visibile verbū. Sequiť. Unde ista tanta virt9
aque vt corpus tangat & cor abluat: nisi faciēte verbo?
non quia dicitur sed quia crediť. Nam & in ipso verbo
aliud est sonus trāsiens / aliud virtus manens. Et infra.
Mundatio igitur nequaq; fluxo & labili tribueretur ele
mento nisi adderetur in verbo. Hoc verbū dei tantū va-
let in ecclesia dei / vt per ipsam credentē / tingentem / be
nedicentē etiā tantillū mūdet infantē / q̄uis nōdū valē
tē credere corde ad iustitiā. Hec ille. AVTHOR. Ecce
quattuor ad formā vnius visibilis sacramēti baptisma Ambrosius
lis exacta. Tinctio / verbū dei / fides / & elementū. Et Am
brosius lib. de mysterijs addit cōsecrationis formā sub
signo crucis dicens. Aqua sine predicatione dominice
crucis ad nullius future vsum salutis est. Cum vero sa-
lutaris fuerit mysterio crucis cōsecrata / tunc ad vsum
spiritalis lauacri: & spiritalis populi temperatur. Hec
ille. AVTHOR. Horū igitur integra forma sensibilis
est illud sensibile sacramentum. Nec item oleum est vi-
sibile sacramentum chrismatis: sed tamen hoc diceret
qui dicunt panem esse hostiam cōsecratam. Nec item
hec forma visibilis erit statim alia / si contingat eā va-
riari ī aliqua sensibili sui pte: sicut nec Christi caro fuit
alia in patibulo propter subtractionem quarundā par
tium defluxarum q̄ fuit illa nata de virgine. Unde nec
integra forma visibilis sacramēti est alia propter addi
tionē coniunctiue partis quam Christus expresse non
habuit. Certe nec per subtractionem substantie panis
est forma panis alia in visibili sacramento q̄ fuit ante.
Sed hec visibilis forma panis est tunc primo sacramē
tum sensibile cum primo ceperit cōtinere corpus Chri-
sti verum secundum suam substantiam / & significare cor
pus Christi mysticum per signum. Unde Augustinus
de catechizandis rudib9: & est de consecratione distin. ij. Augusti.
Panis & calix non qualibet sed certa consecratione fit
nobis mysticus: non nascitur. Proinde quod ita non fit
q̄uis sit panis & calix / alimētum est refectionis non sa
cramentum religionis. AVTHOR. Est igitur hec visi-
bilis species forma panis sensibilis a natura. Sacra-
mentum vero sensibile ab illa quam continet & quam si
gnificat gratia. Et vocatur sacrametum panis / quia si-
gnum panis habet in re: vnde vlterius designet veri-
tatem substantie panis ibi contente que de celo descen-
dit / & vnitatem ecclesie. Sicut etiam Augustinus expo
nit & vocat sacramentum panis: panem quem fregit
dominus in castello Emmaus lib. iij. de cōcordia euāge Augusti.
listarum dicens. Aliquid discipulorum oculi passi sunt
non veritate fallente / sed ipsis veritatem percipere non
valentibus / & aliud q̄ res est opinantibus / vt omnes in
telligant se Christū nō agnoscere nisi fiant participes
corporis eius / id est ecclesie: cuius vnitatem commen-
dat Apostolus ī sacramēto panis dicēs. Unus panis /
vnum corpus multi sumus: vt cum eis benedictum pa-
nem porrigeret aperirentur oculi eorū. Sequitur. Sed
tamen a Christo facta est permissio vsq; ad sacramen-
tum panis / vt vnitate eius corporis participa remo-
ueretur inimicus vt Christus posset agnosci. Hec Au-
gustinus. AVTHOR. Quotiens audit witcleff panez
gaudens currit: & ecce (inquit) panem / intelligens pa-
nem quem ipse inscie naturalē appellat / id est terrestrē
quasi nō esset alius panis nisi vt ipse iocať amare in de
apostasia / molitus a Tibba & pinsatus a Cedda. Et tūc
tota ecclesia Christi celestis et terrestris esset vnus pa-
nis huiusmodi: quia dicit Apostolus. Unus panis mul
ti sumus. Sed sacramentum panis intelligitur illa for
ma visibilis panis / sub qua multi vnū corp9 designanť.

⁊ in qua vno corpore vescimur substātia carnis Christi.
¶ Jam dixi tibi qd est sacramētū visibilis forma in Eu
charistia.hoc est quod tot locis inclamasti. Jam cesset
heretica gula vociferare ⁊ postulare/quid est sacramen
tum/quid hostia cōsecrata.Omnes nesciūt quidditatem
Euchari-stia quid. Eucharistie.Diximus tibi:precelsum illud Eucharistie
sacramentū est naturalis caro Christi ⁊ sanguis substā
tialiter ī forma visibili panis ⁊ vini formaliter.Hec Eu
charistia/hec hostia cōsecrata.Infimū illud sacramen-
tum visibilis forme est forma panis ⁊ vini cōtinens in
se corpus Christi ⁊ sanguinē eius in suis subiectis/⁊ vl
terius designans vnionē mysticā ecclesie Christi Jesu.
Ubi iam est quid est qȯ totiēs sonuisti reputās tecum
si quis dixerit qd est/statim cōcederet panē tuū? Nōne
ita falleris sicut ⁊ contumax Petilianus hereticus sic
Augusti. Augustinū inclamās/qd est/⁊ si est/prout habet in lib.
iij.cōtra eundē.cap.xvij.Augustinus dicēs.Rem quip-
pe dixi que putari possit/⁊ esse nō possit/vt lateat dan-
tis conscientia/⁊ fortasse maculosa sit.Et sequitur se/⁊
clamat quid est/quid si?Quid est fortassis nisi incerta
⁊ inconstans hesitatio dubitantis?de qua ille tuus ait.
Terētius. Quid si nunc redeo ad illos qui aiunt.Quid si nūc ce-
lum ruat?Hec ille.

Ad quæstionem intricatoriam Witcleff: vtrum illud album & rotundū visum ibi oculo corporali sit verum corpus Christi.

Caput.LII.

INter oēs aūt labores suos quos
sustinuit ꝓ signo panis sensibilis
vnā cū discipulis questionē intri-
catā euiscerat/volēs in cōspectu
populi se ostentare catholicū/vel
Witcleff. de catholico viro facere hereticū
respōsalē.Nūqd(inquit)hoc albū
⁊ rotundū qȯ videt̄ in manibus sa
cerdotis oculo corporali sit veruꝫ
corpus Christi?Simile huic in sentētia cap.ij.iiij.tria-
logi de illo albo ⁊ rotundo cōsecrato a presbytero simi
li hostie non sacrate qȯ sacerdos post frangit ac come
dit ⁊c.De illo fiat primit⁹ sermo.Que q̄stio si ɔcedat̄/
implicabit ibi esse panē albū ⁊ rotūdū. Si neget̄/scāda
lū erit ppꝛ nō discernēti aliud q̄ꝙ ꝙ hoc qȯ sub illa spe-
cie ibi visa cōtinet̄ discrete sit verū corpus Christi.Hāc
inter mille panes non sacros/ non discernet ipsum ab
aliȷs:cū tñ ita videt ipsum inter panes: sicut cū videt
hesperum inter stellas.Cetera argumenta sua huiꝰ se=
witcleff. cte/his defectis/modicum habent ponderis. Si enim
(inq̄t)tam clare intuerent corpus Christi in sacramen
to:querat cuius coloris/cuius quātitatis/cuius figu=
re est corpꝰ Christi ibidē? ⁊ oportet eos dicere ꝙ in ho
stia vna sit albiꝰ:in alia fuscius:⁊ in alia maiꝰ/ in alia
minus/⁊ sic dn̄s noster foret in vna hostia plene rotun=
dus.Et sic postea de sanguine in comparatione ad ali=
os sensus/ꝙ in vna hostia putrefacta olet deus:in alia
que sit acida acet.Et sic in ciuitatibus deus est sapi=
dus cum in ruralibus acet. Hec witcleff. AVTHOR.
Hec ⁊ huiusmodi ludicra si philosophiā sciret certe pu
dore victus taceret.Nam quot vident oculis suis solē
istum ⁊ nesciunt cuiꝰ sit q̄titatis vel coloris? Et tu ip̄e
si stares ī eminēti loco vbi ꝑspiceres supiꝰ hemispheri
um summi celi:⁊ interrogarem te cuius esset quātita=
tis aut coloris:quid putas statim diceres iudicio sen=
sus excluso rationis decreto? Quid de stellis in Arcto
que perhibentur esse sole maiores? Quid de arctophy=
lace initio septētrionalis circuli et solstitiȷ estiualis?
Quid de Abaco patre Thoantis:q̄s stellas ⁊ si homi
nes carnalibus oculis videant.q꞉ tñ vt tales sunt per
accidens valde videntur/ ideo si colorem aut figuram
aut quātitatē vel appellationem inq̄reres minime re=
sponderent. Aut tu dic si in vno celi situ sol iste sit cro=
ceus/nō comatus/in euro fuluꝰ/flauus in austro ⁊ cri
nitus/⁊ in occidente ceruleus.Et nunq̄d est fax ignea
dum calet:⁊ oceani vndis submersa dum occidit? Sic
estimauere poete per iudicium sensus.Et nunq̄d de fi=
gura eius bene senserant Manichei dicentes eum triā
gularis forme/⁊ esse nauem onerariaꝫ boni dei ꝑ quod
dam foramen celi micantem? Ecce iudicio sensuum tot
et plures generantur errores de colore/figura/⁊ quali=

tatibus solis:quem tu ipse nō potes negare visibilem.
Quid igitur mirū:si de carne saluatoris in sacramēto
valde occultata propter meritum fidei/aspicientes non
clare dicant ad singula? Aptius ergo vident ⁊ certius
qui iudicio fidei q̄ qui iudicio visus credunt:sicut ex=
positione sup Joannem Homil.xxv.de intuentibus ba
ptizatum Christū syllogizat Chrysostomus dicēs. Asti
terunt proficientes quidem nihil/solum autem viden= Chrysost.
tes ea que fiūt. Pater enī ⁊ filius ⁊ spiritussanctꝰ oīa
operantur. Suadeamus igitur ab enūciatione dei. Vi=
su enim hec est fidelior. Nam visus quidem multis in
locis fallit:illa auteꝫ immachinabile est excidere. Hec
ille. AVTHOR. Bene dicit ꝙ visus fallit/q̄uis wit=
cleff dicat visum ⁊ tactuꝫ esse certissimos inter sensus:
sed cōparati ad fidē Christi sunt incerti ⁊ fallaciȷs ple=
ni. Nihilominus aliud est de re visa per speciem extra
neam non cōiunctam:aliud de re visa ꝑ speciem infor=
manteꝫ ipsam/ ⁊ rei vise cōiunctam. Nā primā species
illa non denominat nisi in genere/puta ꝙ est sic vel sic
sensibilis. Secundam vero species rem ipsam in parti
culari denominat. Deus noster ⁊ corpus eius in sacra=
mento videtur per speciem illā extraneam:non autem
albet per eam neq꞉ calet:non olet vel acet. Sed prius si
esses philosophus demonstrasses species illas sub qui
bus videtur Christus/esse Christo cōiunctas/ informā
tes ⁊ denominātes. Hec est doctrina Aristotelis de visi
bili qualitate extranea. Non est ergo Christus noster
illud album vel rubrum triangulum vel rotundū/quod
ibi oculi carnis vident/sicut alibi pluries insultasti.vel
dic tu qd̄ illud croceū sine comis/ad quātitatē peluis
quod oculis corporalibus video in rorido mane?est sol
ille corporeus qui sensibiliter calet in meridie? Insul= witcleff.
tat amplius. Si(inquit)in sacra hostia corpus Christi
sic videtur:quererem ego ab istis fictoribus:vtrū inibi
stat an sedet. Dico tibi witcleff ꝙ tu in hoc ipso fictio
nis notam non effugis. Quia alibi hoc argumētum ꝑ
Antichristi discipulos simulas tibi factum: quod hic
plane contra orthodoxos euibras.cap.xliiij. de sermo=
ne dn̄i in monte. Per hoc(inquis) respondetur ad que
stiones quibus querunt discipuli antichristi vtrum cor
pus Christi sedet an stat in hostia consecrata. Nā cor=
pus Christi non stat vel sedet ibidem/nec mouetur lo=
caliter ad motū istius hostie cōsecrate. Et cito post sub
iȷcit rationē/q꞉ ad relationem non est motus (inquit).
Hec witcleff. AVTHOR. Pessima causa ⁊ heresi ple
na:q꞉ sic corpus Christi non esset ibi nisi relatio immo
relatione quid deterius.s.extremꝰ respectus. Attamē
cōuicini eis sunt sessio ⁊ statio. Et nunquid ideo prohi=
bentur contrahere nuptias cum habitu respectiuo nisi
motus localis in ecclesia respectiuorū publice missam
celebret nuptialem? Rideo fateor risibile fundamentū.
Fides ecclesie melius dicit:Christum in sacramento.s.
nec sedere vel stare/nec coloratum vel quātū esse: quia
est ibi tātum in ratione sue nude corporalis essentie:nō
autem vt qualitatibꝰ vel quātitatibꝰ suis amicte. Suf
ficit autem simplici alicui sic respondere proteruo/ ꝙ
corpus Christi qd̄ est corporaliter in sacramento vere
sedet ad dexteraꝫ dei patris in celo:sicut dicitur in sym
bolo. Accusat iterū orthodoxos antiquos iste serpens witcleff.
de crurifragio saluatoris. Si (inquit) audimus domi=
num in fractura hostie:cū ipsa sit nisi fractio corporis
quod auditur/oportet concedere ꝙ Christꝰ frangitur
quod est horribilius q̄ opus militū/qui vt dicitur Joā
nis.xix.ad Jesum cum venissent non fregerūt eiꝰ cru=
ra:q꞉ exodi.xij.de agno paschali figurante Christū pre=
cipitur. Os non cōminuetis ex eo. Multo magis ergo
de corpore Christi viuo et glorificato christiani nō frā=

geret eius membra. Hec ille. AVTHOR. Bene nouit
hereticus fideles non ſic dicere nec ſentire: ſed euomit
ſcandala ſua contra ſacrum Chriſti corpus: ne credere-
tur ibi ſcđm ſuã eſſentiam verum corpus/ ſed nudũ ſi-
gnũ fictum. Eccleſia nãq; Chriſti ſemꝑ docet ⁊ docuit/
corpus domini noſtri non frangi ſcđm propriaʒ formã:
ſed in ſpecie ſacramenti: ſed nec viſum eſſe vel audituʒ
ibi in genere proprio/ ſed in ſacramẽto. Sicut poſſem⁹
dicere regem leſum: ſi quis pallium regium laceret: nõ
quidem ſcđm ſe ſed in amictu eius ſatis a ſuo corpore
ſeparato. Unde ⁊ Dauid ꝑcuſſit cor ſuum cum p̃ſcidiſ-
ſet orã chlamydis Saulis dicẽs. Propiti⁹ ſit mihi do
minus ne faciam hanc rem dño meo Chriſto dñi: vt mit
tam manum meam in eum/ qm̃ Chriſtus dñi eſt. Adiu-
dicauit em̃ ſe miſiſſe manũ in regem quia cõmiſit eam
in chlamydeʒ. Et dñs Jeſus interrogat Luce. viij. quis
cũ tetigit. quod ⁊ Petrus recitat Marci. v. cũ mulier
illa ſanguinaria veſtimenta eius tantum tetigiſſet a re
tro. Quod ⁊ q̃ſtio Chriſti teſtatur in Marco. Quis (in
quit) tetigit veſtimenta mea? Nec putet aliquis Chri-
ſtum de tactu tantũ per fidem ⁊ deſideriuʒ cordis: ⁊ nõ
de tactu corporis hãc edidiſſe queſtionẽ: q; diu ante ta
ctum iſtum mulier egra per fidem ⁊ deſiderium cordis
Chriſtum illo modo tangebat. Jdeo refert Marcus il-
lam per ſe dixiſſe: q; ſi vel veſtimentũ eius tetigero ſal-
ua ero. Hoc ergo cum primo diceret non dubiũ fide te-
tigit/ ſed nondum ſanitatem accepit: nec Chriſtum te-
ſtantem ſe tactum audiuit quouſq; corporis manũ cuʒ
bona fide veſtibus p̃meret ſaluatoris. Hoc em̃ facto ſta
tim Chriſtus ſe tactũ detegit/ ⁊ ſtatim virtutẽ a ſe exiſ
ſe ꝓnunciat. Argumentum eſt ꝙ ſacramenta fidei fide
tãtum vel amore nudo percepiſſe non ſufficit/ ad hauri
endum virtutem ⁊ gratiam de fontibus ſaluatoris: ſi
corporaliter carnalibus membris ⁊ ſenſibilibus ea ca-
Solutio argu. pere aſſit facultas. Redeam⁹ ad prima: ⁊ dicam⁹ Chri
ſtum ſenſibilibus manibus eque aut amplius in ſacra
mento tactuʒ/ ſicut tangi poſſet ꝑ fimbriã. Et ſicut Da
uid ſenſit ſe preſcidiſſe corpus regis in abſciſſione ore
chlamydis eius/ cum nullum membrum eius violaſſet
aut leſiſſet in ſe. Cur non manducãt fideles ad ſenſum
⁊ frangunt corpus domini in fimbria ſacramenti/ ſine
omni fractionis iniuria mẽbri Chriſti? Sic exponit rẽ
Aug. iſtã in de verbis domini/ vt de conſecratione diſtinctio-
ne ſecunda. Qui manducat me. Auguſtinus. Non (in-
quit) timeamus fratres manducare iſtum panẽ ne for-
te ſumamus illum ⁊ poſtea non inueniamus quod man
ducemus. Mãducetur Chriſtus: viuit manducatus q;
ſurrexit occiſus. Nec qñ manducamus: partes de illo
facimus. Et quidem in ſacramento ſic fit: ⁊ norunt fide
les queadmodum manducent carneʒ vel corpus Chri-
ſti/ vnuſquiſq; accipit partem ſuam. Per partes man
ducatur in ſacramento/ ⁊ manet integer totus in celo.
Per partes manducatur in ſacramento/ ⁊ manet inte
ger tot⁹ in corde tuo. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ pla
ne Chriſtus manducatur in ſacramento/ ⁊ per partes
quidẽ in ſacramẽto/ ſic diuidit/ ſic fit dicit Auguſtin⁹.
Sacramentuʒ illud nunq̃d corporeũ quid eſt? Secũdũ
illud ergo Chriſtus corporaliter mãducatur ⁊ per par
tes diuiditur: certe non ſua in natura: q; ſic manet inte
ger totus in celo/ totus in corde tuo/ ⁊ totus integer in
Yuo. ſacramento. Sic item in epiſtola ſue p̄dicta ad Haime
ricũ Yuo. Nos (inquit) immolatum Chriſtum ſic man-
ducamus ⁊ bibimus/ vt integrum eum manere ad de-
xteram patris credamus: ⁊ cum ſemel diſtinctione mẽ-
brorum ſuorum in manifeſtatione corporis ſui ſe obtu-
lit hoſtiam viuentem/ paſſibilem ⁊ mortalem: quotidie
tñ ſub velamento panis ⁊ vini: ab ſancta eccleſia immo-
latur: ⁊ non in partes ſciſſum neq; cruentum corpus
eius fidelium ore ꝑcipitur. ⁊ hoc eſt qđ dicitur. Nõ hoc
corpus qđ videtis mãducaturi eſtis. Neq; enim qđ de
altari ſumimus verum corpus eſſe Auguſtinus nega-
ret/ qui hoc in pleriſq; tractatuum ſuorum locis euidẽ-
ter affirmat. Hec ille. AVTHOR. Euidẽter ergo fides
antique docet eccleſie corpus Chriſti glorioſum ⁊ mul
tiplicatum in ſacramento ſenſibiliter eſſe comeſtum/ ⁊
fractum ⁊ in partes diuiſum/ qđ in propria ſua natura
nullam ſuſtinet moleſtiam paſſionis. Sic enim primo
Machabeorum: multe anime dicuntur eſſe perempte
quarum nulla ſcđm ſe ſenſit peremptionis iniuriam ſʒ
ſecundum carnem indutam. Nec vt heretica deſipien-
tia garrys/ ſacerdos frangit Chriſti collum in hoſtia ſi
ue crura vel caput: ſed totam hoſtiam ſine diſtinctione
partiuʒ corporis nominanda in ſacramento cõfringit.
Q; autem agnum paſchalem in exemplũ adducis/ con
tra te eſt. Nam cum figura corporis Chriſti frangi nõ
debuit/ cur tu figuram panis tui confringis? Sʒ cuius
oſſa fracta non fuerant carnes poterant ad comeden-
dum confringi. Non ergo contra figuram nos facim⁹/
ſi carnem Chriſti in ſacramento diuidimus/ qui tamen
⁊ carnes ⁊ crura ⁊ omnia ſacra membra in ſeipſis incõ
cuſſa ſeruamus. Jterũ arguit ꝙ moderniores doctores witcleff.
negant corpus Chriſti corporaliter in ſacramento vi-
deri/ quia vt inquiunt nihil videtur ab oculo niſi ſecun
dum formam trianguli: cui⁹ conus eſt in oculo ⁊ baſis
in ipſo viſibili: ſed corpus domini cum ſit multiplica-
tum ad omne punctum hoſtie/ non terminat talem ba
ſim. Jdeo ſcđm vera perſpectiuorum principia non ſic
videtur oculo corporali. AVTHOR. Mendax ſemper
in mendacio deprehendendus eſt. Nam etſi quidaʒ mo
derni doctores ſic negent intelligentes non videri ſecũ
dum ſe/ vt rationes eorum oſtendunt/ tamen doctor il-
le ſubtilis qui illud argumentum aſſumpſit manifeſte
poſſe ſic videri concedit. Unde ſic habet. Ad queſtionẽ
(inquit) dico ꝙ deus de potentia abſoluta poſſet in glo
rioſo oculo cauſare vel non glorioſo viſioneʒ iſtius cor-
poris/ licet iſtud corpus nuſꝙ eſſet niſi in euchariſtia.
Et probat primo. Quia viſio eſt forma abſoluta/ ergo
ſine contradictione poteſt fieri ſine reſpectu preſentia-
litatis ad obiectum vel quocũq; tali reſpectu. Secun-
do aſſumit ꝙ nullius viſio etiam ſic cauſata poſſet eſſe
corpis vt hic primo: quia hoc includeret corpus vt hic
vel etiam cauſam primo viſionis vel etiã propriũ ⁊ pri
mum terminum viſionis. Sʒ corpus vt hic neq; poteſt
cauſare primo/ neq; terminare: q; taʒ cauſatio ꝙ termi
natio talis requirit in obiecto primo cauſante vel ter-
minante diſpoſitionem debitam/ ⁊ hoc ſecundum locũ/
vtpote approximationẽ ⁊ debitã diſtantiã. Sed corp⁹
iſtud vt hic non poteſt debite approximari: nec diſtare
debite/ q; nõ eſt in loco vt hic. Hec duo argumẽta plus
videntur nobis conferre ꝙ petim⁹: ſcʒ ꝙ corpus Chri-
ſti poſſit ibi videri ſynceriter ſub ĩmediato viſibili pri-
mo etiã ab oculo nõ glorificato. Hec forte ſi witcleff in
tellexiſſet cum legit nõ tam leuiter mentiret. Ad illud Rñſio.
argumentum exercitũ placet ꝙ quicquid ſic videt ſub
tali videt triangulo/ imo ſcđm ꝑſpectiuos ſub triperti
ta videtur pyramide virtutis viſibilis: ⁊ lucis orientis
ſuper planum dati ſenſibilis: quarũ omnes coni ſunt in
oculo/ ⁊ baſes in re viſa. Sed ſi ſemper locabis baſem
pyramidis viſualis immediate ſuper re ipſa qualiter-
cũq; viſibili: nunꝙ vides hominem/ nunꝙ celum/ nũꝙ
ſolem/ q; axis viſualis ab oculi centro ꝓgrediens non
poteſt in eſſentiam hominis protendi vt habeat ibi pũ
ctum ſine qualitate vel quãtitate ſuperducta illi eſſen
tie: puncto ſuo finali cõterminum loco centri. Et item

cũ ipm hoiem p sensibile ppriũ videt/nõ tñ totũ aliqñ simul sz solũ partẽ ei⁹ ipo ituitu oculi simul videt.sicut in de verbis dñi sermõe.xxxvi.Augustin⁹ docet dicẽs. Quicquid enĩ aspicis nõ totũ aspicis. Cui⁹ hominis faciẽ vides dorsum non vides.eo tẽpore quo faciem vides.Et qñ dorsum vides eo tempore faciez non vides. Sequit.Tractas qd vides:vsas huc atq illuc: velut ipse circuis vt totuz videas.Uno ergo aspectu totũ videre nõ potes.Et qdiu versas vt videas/partes vides. Et contexendo quia vidisti alias partes videris totuz inspicere.Nõ autem hoc oculorum visus:sed memorialis viuacitas intelligitur.Hec ille.AVTHOR.Ecce si vnq vidisti hominem dic vbi locasti veram basim tue pyramidis sub qua totuz videris vno intuitu:cũ nunq virtus ipsa sub axe visuali sese multiplicans potuit venire nisi ad partem.Nec sic ad extremũ diaphani solis vel celi primi virtus ipsa perueniet/in quo reperiri poterit ratio visibilis primo causans aut terminãs visionem.Dicẽdum igitur/sicut reuera est/q basis illa trine pyramidis erit in plano primi p se visibilis:sub quo omni immediatione nature fit res ipsa visibilis gradu tertio vel secundo p accidens:sicut substantia videtur parietis sub base pyramidis locata in suo colore quãto.Sol autem vel celuz in basi pyramidis locata in extremo pspicui nri ignis vel aeris caliginosi vsus aspectum/qz ibi causatur qualitas illa extranea sub qua videtur corpus ipsum diaphanum.Ita corpus Christi in sacramento videtur sub basi pyramidis causate in colore de quantitate panis ad extra sensibili:non in propria sua essẽtia/qz nec hoc facit vlla substãtia in seipa.

August.

Qz necessariũ est illam partem tenere de visibilitate corporis Christi vt simus conformes canonibus prouidẽtibus hoc modo contra hereses. Cap.LVI.

Nec quisq leuiter patiatur: q cũ vtrũq dicatur rationibus separatis de corpore Christi: puta q sit penitus inuisibile in sacramẽto oculo corporis sicut dicunt quidã doctores τ canones:τ iterum q sit bene sensibile in eodẽ sicut quidam magni vt supra cõtulimus/ asserebant: quare viaz secundam legimus non obstante q sanctus Thomas/ Bonauentura/ et alij primam preferunt esse tenendam:qz cunctis inspectis cum vtraq sit modo suo vera/ scda plus continet abundantis cautele contra hereticos:τ conformior est sanctis canonib⁹ et sensui sanctorum patrum roborantium Christi fidez. Nam viam illã obstruere necesse est per quã hosti patet introitus. Sic dum Arriani heretici fremebãt cõtra diuinitatem Christi diligenter clauserunt ora sua patres ecclesie/ Hilarius/Augustinus/Hieronymus:et alij ne dicerent aliqua ex parte Christum esse creaturam: quia a peruersis putarentur intelligi Christum purã dicere creaturam. Iterum cum Eutichiani boatus suos misissent in orbem contra humanitatem assumptam/ Hieronymus libero ore proclamat Christum creaturam.Ita de fide venerabilis eucharistie ex quo surrexerunt quidã de synagoga satane signorum cultores τ figurarũ inanium nihil in se continentium quod signarent doctores idololatre:tutum videbatur sanctis psulibus τ peritis ecclesie declarare qd ex fide scripture τ apostolorũ per successiones episcoporum τ plebium hacten⁹ sapuerũt veram.s.substantiam corporis Christi τ sanguinis eius sub speciebus illis carnaliter proprijs corporalitatib⁹ contineri.At cũ contra Berengariani arguerent/ corpus ibi non esse sed sacramentum.i.signum solũ:qz palpari non poterit aut videri:iterum decreuit ecclesia q et sensualiter tractaretur ibi τ frangeretur: non tantuz sacramento sed secundum suam propriam essentiam in sacramento.Ex istis certe τ ceteri pfluxerunt: vt puta Berẽgarianorũ heresis qui hostie cũ leuaretur non assurgerent nec reuerentiam exhiberẽt.de quibus in clementinis de hereticis cap.Ad nostrum.Et alij citeriores Ualdẽses τ nostri witcleffiste moderni/qui cum leuatur hostia benedicta in celum tollunt aspectum/dicẽtes palam se ibi corpus adorare vbi est:non vbi nõ est/ nec videri potest a quoq.Contra omnes hos decreuit Nicolaus papa feliciter cum sacro concilio Constantiniano Rome cum confessionem Berengarianã sic formasset.Ego Berengari⁹ indign⁹ ecclesie sancti Mauricij Andegauensis Diaconus cognoscens verã catholicam τ apostolicam fidem/ anathematizo omnem heresim precipue eam de qua hactenus infamatus sum: que astruere conatur panem τ vinum que in altari ponuntur post consecrationem solũmodo sacramentum τ non verum corpus τ sanguinẽ domini nostri Iesu Christi esse:τ non posse sensualiter/ nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari vel frangi aut fideliũ dẽtibus atteri. Consentio aũt sancte Romane ecclesie τ apostolice sedi τ ore τ corde pfiteor de sacramẽtis dñice mẽse eãdẽ fidẽ me tenere quã dñs τ venerabilis papa Nicolaus τ hec sancta synodus authoritate euangelica τ apostolica tenendaz tradidit:mihiq firmauit scz panẽ τ vinum q in altari ponuntur/post cõsecrationem non solum sacramentum/sed etiam verum corpus τ sanguinem domini nostri Iesu Christi esse/τ sensualiter/non solum sacramento:sed in veritate manibus sacerdotum tractari ac frangi τ fidelium dentibus atteri.Hec ille.AVTHOR.Hic videri potest quãto põdere verborum curauit papa cum synodo affirmare veruz corpus Christi tractari sensualiter:atq frangi nõ in sacramento tantum.i.per fracturam signi tantum:qz hoc esset incidere laqueum Berengarij/sed ipsius proprie substantie corporis Christi in sacramento: et sic scdm eandem essentiam corporaliter ibi contentam fidelium dentibus esse contritam.Si autem instet sophista: secũdum hoc corpus Christi tangeretur τ frangeretur ibi secundum suam essentiam:Respondeo cũ decreto prefato q corpus Christi frangitur ibi in sua essentia sub sacramento/non autem in sua essentia nude τ pure secundum se.hoc est dicere scdm essentiam/ qz hoc vitauit Papa q nihil teneretur aut tractaretur ibi de corpore Christi nisi signaculum tãtum. Ideo concedi debet etiam substantiam corporis Christi ibi teneri τ frãgi:sz hoc per mediũ sacramenti/sicut essentia hominis videtur sub colore tanq sub sensibili primo/ ipsa vero substantia hominis per accidens secundo.Et item patens est quatã witcleff patiebatur authoritatis egẽtiam:qñ de predicto decreto assumpsit sibi colorez de pane suo cibario:quia dicit decretum panez τ vinum post consecrationem corpus τ sanguinem domini nostri Iesu Christi esse.Cum qz hoc non est dicere panem τ vinũ post consecrationem/panem τ vinum esse/immo nõ panem neq vinum/sed corpus τ sanguinem Iesu Christi: sicut dicens/hunc lapidem post horam aurum verum esse/aurum verum ibi daturus esset non lapidem.Cum etiam quia hoc idem corpus sensualiter:τ non sacramẽtaliter tãtum/tractatur ibi τ teritur.Panis autem illius solum tractatur ibi sensualiter in sacramento.Aliud ergo est panis eius/aliud corp⁹ Christi qd sensua-

Nicolaus papa.

liter sic tractatur. Hac ergo necessitate ppellēdi hereses coacti sunt patres in hac professione decernere sā ctam carnem Christi ⁊ sanguinē sensualiter.i. indistincte sub sensibus conuersantem. Unde eorū authoritate ⁊ necessitate christianius sentiendū est ⁊ confoumandū canonicis regulis/ꝙ propter paucas leues ratiōes topicas quicꝙ vel in verbo sentire diuersum: maxime cū assertio illa que corpus Christi visibile ⁊ tangibile reddit: hereses multas strauit: puta Berēgarianā/Catharianam/witcleffisticā/⁊ omnē signiferorum cohortem. Assertioni vero illi q̄ corpus Christi ibi ponit omnino inuisibile/quātum adhuc legi/nullus hactenus officit hereticus/quinimo omnes gaudent illud potius cōfirmare per locū a superiori negatiue/q: corpus illud nullaten⁹ est ibi:idcirco nec est visibiliter ibi. hoc enim clarissimis etiam viris in ecclesia post decretum pfatū videbatur esse sequēdum. Unde magnus Paschasius in tractatu finali libri sui de corpore ⁊ sanguine domini sic scripsit. Quidā loquacissimi magis ꝙ doctiorum hec credere refugiūt/quecūꝙ possunt ne credāt que veritas repromittit: opponunt et dicunt nullum corpus esse quod nō sit visibile ⁊ palpabile. Hoc autem inquiunt: quia eni mysteria sunt videri nequeunt nec palpari: ⁊ ideo corpus non sunt: ⁊ si corpus non sunt/in figura carnis ⁊ sanguinis hec dicūtur: ⁊ non in proprietate nature carnis Christi q̄ passa est ī cruce ⁊ nata de Maria virgine. Ecce ꝙ bene disputant contra fidem sine fide ne credant: q: fides non eorum est (teste apostolo) q̄ videntur: sed que nō videntur. Unde q: non vident mysteria sunt ⁊ sacramēta: ⁊ ideo in fide hoc sunt quod dicuntur: ⁊ veritas testatur. Sequitur. Alioquin prefata sancta synod⁹ Ephesina/cui cōtradicere nulli fas est/ plus ꝙ euangelio: nunꝙ auderet abnegare quod abnegant/nisi ex euangelio/et affirmare vere viuificatricē carnem Christi in hoc sacramento ⁊ ipsius verbi ppriam factā. Uita enim naturaliter (inquiūt) vt deus existens: q: proprie carnis vnitas. Unde nescio an aperti⁹ de his dici possit aut si manifestius/ vbi totū quod est Christus predicatur: non in figura sed in re ⁊ in pprietate atꝙ in natura/que vita naturaliter vt de⁹ existit. ⁊ ideo non virtus tantum: sꝫ proprietas nature iure creditur. At per hoc isti qui negant hoc visibile esse mysterium atꝙ palpabile/non ob aliquid aliud agunt/nisi ne credāt: et ne sit qd veritas ait: hoc est corpus meum: ⁊ hic est sanguis meus. Hec ille. AVTHOR. Luci de satis dixit Paschasius quantā occasionem negare sensationem sacramentorum: dedit erratibus. Et cōcludit ideo negatum visibile esse mysterium ne crederetur verum qd Christus ait. Hoc est corpus meum. Statim ꝙ probare incipit carnem illam in sacramēto in seipsa fore visibilē ꝗuis nō in seipsa.ibi. Ascēdāt ergo hi vbi Christus est in dextra patris/⁊ inuenīet visibile et palpabile ipsum eundēꝙ Christum quem requirunt. Nos autem q: per fidē ambulamus ⁊ non per speciem: credimus ⁊ cōmunicamus interdum qd latet ⁊ est verum in mysterio: q: omnino si non lateret fides ⁊ mysterium non esset. Unde fit visibile ⁊ palpabile in Christo qd accipimus/⁊ inuisibile in mysterio ⁊ in fide caro verbi in spiritu sancto propria facta/⁊ vna eademꝙ passa est et non alia. Hec ille. AVTHOR. Bene dicit Paschasi⁹ si omnino non lateret caro Christi in mysterio sed videretur sine enigmate sicut est in seipsa/tunc sacramentū non esset nec obiectum fidei sed species oculi. Sed est visibile ⁊ palpabile in Christo qd accipimus tam in celo ꝙ in sacramento: ⁊ tn̄ sic inuisibiliter in sacramento. Queadmodū antiquus ille pater Basilius ait/vt habet memorabilis illa Leodiēsis epistola ad Henricum Regem Frācorū de cōdemnatione Berengarij ⁊ Brunonis. O miraculum/o dei in nos beniuolentia. Qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamen tempore hominum manibus continetur/traditurꝙ lambere cupiētibus eum. Hec ille. AVTHOR. O verbū plenum fide. non sacramentum eius extrinsecum/non inane ⁊ nihil continens signum: sed ille qui sursū sedet ad dexteram patris/sacrificij tempore hominum manib⁹ continetur. Ergo manibus palpatur ⁊ a potiori oculis videtur: traditurꝙ lambere cupiētibus eum. Ita ergo quomodo manibus hominum corporaliter cōtinetur: taliter corporalibus faucibus corporaliter lambitur ⁊ gustatur/in ipso.s. sensibili sacramento/non sic sensibiliter sine signo. Istam clausulam gloriosi Basilij: sanct⁹ pater Chrysostomus notare non distulit ⁊ sibypsi assumere in libro suo dialogorum quem cum eodem Basilio amico suo composuit. libro tertio capite tertio. O miraculum. o dei in nos beniuolentia: qui sursum sedet ad dexteram patris: sacrificij tamē tempore hominū manibus continetur/traditurꝙ lambere cupientibus eum: ⁊ cum bona ratione complecti: fitꝙ hoc totū sub oculis humanis. Hec ille. AVTHOR. Hoc quod iam Chrysostomus ait ad propositum nostrū facit. Hoc (inquit) totum fit sub humanis oculis/oculi humani sunt oculi corporis: oculi mentis sunt oculi spūs/ velut itē angelici. Sub oculis ergo carnalib⁹ hoc totum fit.s. ꝙ tenetur manibus hominum qui sedet ad dexteram patris: ⁊ traditio eius ad lambendum ⁊ edendum: hoc totum videtur oculis humani corporis. Hāc item professionē antiquorum ⁊ canonum sequutus est Hugo lib. secundo de sacramentis parte.viij.cap.vij. Quod (inquiens) nunc visibiliter secundum sacramenti speciem et corporaliter secundum carnis ⁊ sanguinis Christi veritatem Christum in altari sumimus: sacramentum est ⁊ imago. Quod ipsum eundem inuisibiliter ⁊ spiritualiter secundum gratie infusionem ⁊ spiritussancti participationem in corde sumere debemus. Ergo diuinissima eucharistia que in altari ⁊ secundum panis ⁊ vini speciem ⁊ scdm Christi corporis ⁊ sanguinis veritatem visibiliter ⁊ corporaliter tractatur: sacramentum est et signum ⁊ imago inuisibilis ⁊ spiritualis participatiōis Jesu qui intus in corde p fidem ⁊ dilectionem percipitur. Hec ille. AVTHOR. Conseruent verba doctoris. nunc visibiliter secundū sacramenti speciem Christum sumimus: ⁊ corporaliter secundū corporis ⁊ sanguinis Christi veritatem: ergo visibiliter manducatur Christ⁹ ⁊ sic videtur scdm sacramenti speciem/non illa species tantū sed Christus in illa. Qui etiam corporaliter secūdum corporis ⁊ sanguinis Christi veritatē absumitur: non corporaliter corpalitate panis ⁊ vini scdm sophisma witcleff/ sed corporis ⁊ sanguinis Christi Jesu. Et sic concludit diuinissimam eucharistiam in altari tractatam visibiliter ⁊ corporaliter secundum corporis et sanguinis Christi veritatem/per panis ⁊ vini speciem/ esse sacramentum spiritualis participatiōis Jesu. Nō ergo solum spūaliter manducatur si supra sacramētum sumptionis spūalis alterius vt witcleff delirat: cū tūc sit spiritualis sumptionis alia sūptio spiritualis imago: ⁊ iretur in infinitū. Hunc patronum suum sequitur magister Petrus in sententijs. Unde cum de inuisibilitate vel insensibilitate corporis Christi in sacramēto facit mentionem: statim expositionem adiungit: sic esse scilicet insensibile ibi secundum formam propriā. Sic item vt supra scribitur: doctor ille vere subtilis cōcedit item oculo viatoris possibile intuitiue conspicere corpus Christi in sacramento per speciem propriā. Quid credis cōcederet de intuitu eius remoto p extraneam

Marginalia: Basilius. — Pascha. — Chrysost. — Aliter abnegat. — Hugo. — Pascha.

qualitatem? Qualiter Tobias vterqz Raphaelē vidiſ
ſe negari non poteſt ⁊ audiſſe loquentem: qui vtiqz fuit
inuiſibilis de natura: non ſecundum quendaz modum.
Et deus pater videbatur in rubo. Deus filius in carne:
Deus ſpirituſſanct⁹ in columba ⁊ nube. Iſta paſſim cō
ceduntur in ſcripturis ⁊ opuſculis patrum veterum ⁊
nouorum. Si cauſeris diſſimilitudinem tam remotam
carnis ⁊ panis/longe diſſimiliores ſunt deus ⁊ nubes:
verbum ⁊ caro. Si inſenſibilitatez carnalis eſſentie de-
ducta qualitate: quantecūqz ſingula ſubtrahantur: nū-
q̄ poteſt caro creſcere ad ſimplicitatem inuiſibilem an
gelici ſpiritus quin ſic quilibet ſpiritus eſt eo inſenſibi
lior infinite. Deus autem infinities ſimplicior ⁊ per cō
ſequens inſenſibilior q̄ vterqz. Hanc item poſitionē ne-
Jo. de Baconis. ceſſario ſequendam putat doctor Joānes de Baconis
oppido ſuper quartum ſententiarum/propter pondus
ſanctorū canonū/quibus exprimitur eſſe fides corpus
Chriſti ſenſualiter manibus tractari ⁊ frangi/ quanto
magis videri: tum quia minus glorificationi aut ſpiri
tualitati cuiuſqz repugnat corporaliter videri q̄ tan-
gi: tum q2 malignandi locum non ſubtrahemus hereti
cis qui arguere ſolent: qđ eſt inuiſibile eſt intangibile.
Et annectit predict⁹ frater Joannes periculum de ob-
F. Guilel. uiando ſanctis canonib⁹. Memorabilis itē doctor fra-
ter Guilelmus qui librum valide ſcintillantem edidit
contra ter damnatum trialogum huius witcleff/valde
neceſſarium ſentit eſſe ſic dicere pro remouendis here[ti]
bus: ſumens ad exemplum hominem plene armatum:
quem viſum eſſe dicimus ⁊ ſentimus/cum tamen de ſic
iudicando poſſet error contingere. Nec tamē putet qs
doctores illos toto orbe preclaros/ſanctum Thomam
Bonauenturam ⁊ alios: his predictis ſentire contra-
ria/quia dicant corpus Chriſti ibi inuiſibiliter contine
ri: nec iſtos illis/cum dicunt ipſum corpus inuiſibile et
manu carnis eſſe tractabile: cum ipſi hoc faciant in
diſtinctis codicibus: quod doctores priores ⁊ multi ca
nones in coniunctis ſibi ſine ſeparatione ſentētijs. ſ. in
ſua forma ibi inſenſibile eſſe/in aliena tamen forma ſen
ſibile. Et vix de antiquis queq̄ faciliter legerim dicen-
tem corpus illud ibi inuiſibile: niſi cito coniunxerit. in
aliena tamen forma viſibile. ſicut beatus Auguſtinus
in libro de videndo deum ad Paulinam: omnino neceſ
ſarium eſſe concludit propter fidem ſcripture: q deus
⁊ angelus poſſunt videri. ſequens verbum illud Am-
broſij libro primo ſuper Lucā cap. i. q deus videtur ea
ſpecie quā voluntas elegit nō natura formauit/ſua ſup
Notat tres cauſas witcleff. ple diuina ſcdm Auguſtinū. Aſſignat tñ witcleff tres
cauſas concedendi angelum eſſe viſibilem: non ſic cor-
pus Chriſti. cap. vij. de euchariſtia. Prima (inqt) q2 fi-
gura ⁊ motus ⁊ vox viua que apparent in corpore aſ-
ſumpto per angelum/ſignificant expreſſius preſentiaz
rationalis nature: q̄ ſignificat hoſtia vel ſuum accidēs
corpus Chriſti: ideo ſolo intellectu ⁊ fide illud concipi
tur. Secundā cauſam videtur beatus Gregorius nota
re: q angelus cum ſit rationale animal aſſumpſit cor-
pus in vnitatem perſone: ⁊ ſic videndo illud corpus: vi
det homo ſuppoſitum qđ eſt angelus. Et tertio/q2 na-
tura angeli eſt in corpore illo diffinitiue/ſ3 corp⁹ Chri-
ſti/licet ſit ibi vere ⁊ realiter/tñ eſt ibi non verius q̄ ſa
cramentaliter vt in ſigno. Hec witcleff. AVTHOR
Improbat eandem. Peſſimum philoſophū ⁊ ſtolidū logicum in hac fabu
latione ſe monſtrat: et non minus theologum improui
ſum. Primo q2 ſeq̄la cōtemnitur. Iſte res plus faciunt
vt videatur homo q̄ bufo/ergo bufo nō videtur. Itē co
lor eſt primum et potiſſimum ſignum promouens ad
videndum: ergo per modum tuum arguendi expreſſius
ſignificat preſentiam viſibilis corporis q̄ figura mot⁹

vel vox preſentiam angeli. Item polus arctic⁹ non vi
detur ex motu: q2 ſupponitur eſſe immobilis/nec ex fi-
gura ſua q2 nō ſic figuratur: nec ex voce quā nō habet:
et tamen ſenſibilius videtur angelo. Item quid vox ad
viſum? Unde in prologo Luce/Ambroſi⁹. Vox (inquit) Ambroſ.
non videtur ſed auditur: vox enim quid eſt niſi ſonus:
qui non oculis cernitur: ſed aure percipit? Hec ille. AV
THOR. Quo ad tertiaz item cauſam coniunctim pri
mo: deus videbatur in flamma ⁊ in nube: ⁊ tamen figu-
ra flamme vel nubis cum motu vel voce non expreſſe ſi
gnificauit ibi preſentiam rationalis nature/ quibuſdā
dicentibus tonitruū eſſe factum. Et ſpirituſſanctus vi
ſus eſt in columbe ſpecie. Nunquid erat ibi diffinitiue?
Et nunquid illa ſpecies ſignificauit expreſſe naturam
rationalem eſſe ibi preſentem? Unde cap. iam dicto vbi
Auguſtinus cum allegat dicit Ambroſius. Acquieſca
tur (inquit) neceſſe eſt ſi deum patrem nemo vidit vnq̄/
filium viſum eſſe in veteri teſtamento: ⁊ infra. Aut cer-
te refelli non poteſt/vel patrem vel filium vel certe ſpi
ritumſanctum/ ſi tamen eſt ſpirituſſanct⁹ viſus/eā ſpe
cie videri quam voluntas elegit non natura formauit.
Qn ſpm quoqz viſuz accepim⁹ in colūba. Hec ille. AV-
THOR. Jam ſuſtineat witcleff duas cauſas ſuas pri
mam ⁊ tertiam. Spirituſſanctus in linguis igneis:
⁊ in columba viſus eſt/ ſecundum fidem: et verbum in
carne: ⁊ nullus iſtorum fuit in iſtis ſpeciebus diffini-
tiue: ergo eſſe infra viſibilem ſpeciem/vel non diffiniti-
ue nihil agit ad viſibile eſſe vel preiudicat. Itē iſte ſpe
cies lingue ignee ⁊ columbe cum confuſo ſonitu/ nō tā
expreſſe ſignificant preſentiā rationalis nature vt ſpe-
cies panis/Chriſti carnem: q2 iſta ſibi conueniunt in ge
nere propinquo: illa diſtant per oppoſitas differētias
rationalis ⁊ irrationalis/ſenſitiui et inſenſitiui. Cauſa
autem eius ſecunda eſt falſaria ſancti Gregorij/ ⁊ here
ſis contra fidem: nuſq̄ eñ dicit Gregorius angelum aſ
ſumpſiſſe corpus in vnitatez ſuppoſiti: ſed tanq̄ inſtru
mentum ad explendum miniſterium ſibi cōmiſſum/ ſi-
cut bene mōſtrat idem Gregorius: libro. xxviij. moraliū
cap. iiij. dicens. Niſi angeli nobis in terra nunciantes Gregorius
ad tempus ex aere corpora ſumerent: exterioribus pro
fecto nr̄is obtutib⁹ nō appararēt/nec cibos cū Abra-
ham caperēt niſi ꝑpter nos ſolidū aliqd ex celeſti ele-
mento geſtarent. Hec ille. AVTHOR. His verbis ſa-
tis patet ſanctū Gregoriū nō fuiſſe conſentaneum illi
platonico Apuleio de icorporatiōe angelorū: qualē itē
quidam decepti putant fuiſſe Auguſtinū tertio ſup Ge
neſim ad lrām cap. ij. Reuera nec eſt ſed tātū oſtēdit
qđ etſi ſic diceretur: non oportere tamē ſequentes vio
lare ſcripturas. Vñ ⁊. xxi. de ciuitate cap. x. probat ab-
ſolute preuaricatores angelos ſine corporibus ſic vni-
tis corporalibus tamen flammis ſic adherere poſſe vt
accipiant ex ignibus penā non dantes ignibus vitam.
et hoc ab antiquo Dionyſio in celeſti hierarchia: ⁊ Jo
anne Damaſceno tota traxit eccleſia: a qua nō ad mo
mentum ſe ſeparauit ſanctus Gregorius. Unde ⁊ ideō
iam dicit: niſi angeli ad tempus ex aere corpora ſume-
rēt: nec eñ ſibi aſſumerent corpora ſi ipſis eſſent con-
naturalia/ſed a prima creatione contraherent/nec ad
tempus: q2 non ſua adminiſtratione expleta poſſent de
ponere/ſi forēt de ſui integritate ſuppoſiti. Quia quā-
tum ad ſpiritum hoc fuit Chriſto in priuilegium q ha
buit poteſtatem ponendi animā ſuam: et quātū ad na-
turam integram nunq̄ eam abſoluit. Verūtamē q Gre-
gorius in homil. epiphanie dicit angelos animalia ra- Angeli q tenus dicti aialia.
tionalia. Hoc dicere procul eſt ab vnione ſuppoſitali/
ſed dicit ſcdm apparere ꝑ tpe/nō ſcdm eſſe. ſicut etiam
in Homil. aſcenſionis dicit q angeli viuūt/ſentiunt/et

diſcernunt:quaſi diceret/in aſſumptis corporibus mini ſterijs ſuis aptis:hec opera vite apparenter exercent. Quaſi item ſentiant cū hoībus ⁊ diſcernant. Sed in re ipſa animalia non ſunt:qꝛ ſolum ad tēpus corpora iſta ſumunt:⁊ cum volunt aſſumpta deponunt.

Qꝫ corpus Chriſti comedit in altari corporaliter in natura carnis,& corporaliter comeditur in ſacramento. Cap.LVII.

Ne obijceret ſibi corpꝰ Chriſti eſſe hoſtiā cōſecratam corporaliter: qꝛ corpus Chriſti comedit in altari corporaliter ſcđ͛ primeuam fidem eccleſie: witcleff hanc fidē mutilare non deſtitit/dicens ipm̄ manducari ibidē ſpūaliter tātū. (wicleff.) cap.i.de euchariſtia. Nihil horribilius ꝙ̄ neceſſario manducare carnaliter carnē ⁊ bibere carnaliter ſanguinē hoīs taꝫ tenere predilecti. Sequit. Ideo Chriſtus dicit apoſtolis:ꝙ ſenſus carnalis ipſis nō proderit:ſꝫ ſpūs eſt: hoc eſt ſpūalis ſenſus/ qui viuificat. Hec ille. AVTHOR. Ubi primo capienda eſt noſtra vulpecula ꝙ iſtū terminum carnaliter vel carnalis inducit/qui tam eſt ambiguus ⁊ ſonat in deterius vt habetur in vſu. Potuit dixiſſe corporaliter corpus aſſumi vel comedi: quod magis ex directo ſpiritui correſpōdet. Sed mordaciter cupit aduerſari venerabili ſacramento/cum verbis olentibus. Hoc modo Fauſtꝰ Manicheus aduerſabat carni Chriſti colore authoritatis ſācti Pauli ad Corinthios. Iam non nouimus Chriſtū ſcđm carnem. (Aug.) Beatus Auguſtinus libro.xi.contra eum ſoluit verſutam eius (Caro quid) argutiam:dicens ibi carnem ſumi ꝓ corruptione ⁊ mortalitate non pro ipſa ſubſtantia/ſicut itē libro.ij.retractationuꝫ cap.iij. exponit illud eiuſdem apoſtoli Caro (Idem.) ⁊ ſanguis regnum dei nō poſſidebūt. Cum(inquit) hoc factum fuerit/iam non erit caro ⁊ ſanguis ſꝫ celeſte corpus:nō ſic accipiēdū eſt q̄ſi carnis nō ſit futura ſubſtātia/ſꝫ carnis ⁊ ſanguinis noīe ipſaꝫ corruptionē carnis ⁊ ſāguinis ītelligēdus ē aplꝰs nūcupaſſe: que vtiq̄ȝ in regno illo nō erit vbi caro īcorruptibilis erit. Hec ille. AVTHOR. Uterq̄ȝ ꝙ̄ hereticꝰ tētat ſub equiuoco carnis vocabulo ſeducere Chriſtianos. Manicheus īprobās carnē Chriſti in ſuppoſito: witcleff eādē ſubſtātiā in ſacramento. Et credit iſte fidē huiꝰ comeſtionis magis exoſam reddere/imo vt ipſe dicit horribilē/ſi reduplicationē forme carnis augere poſſit eiꝰ aduerbiū. Sꝫ logici orthodoxi fallaces eiꝰ formas abrūpunt. Quia ſic aduerbiū ſpecificare pōt carnis formā ſcđ͛ ſubſtātiā ⁊ alias paſſionē carnis:ſicut ⁊ nomē carnis:aut nomē hoīs reduplicare pōt vtrūq̄ȝ. Dicit em̄ qs humaniter facere qꝛ fortiter fecit:⁊ ſpecificat qualitatē:aut qꝛ naturā hoīs ſequēs fecit ⁊ ſpecificat formā humane eſſētie. Ita carnaliter ſicut caro/pōt dice. e ītrinſecū modū eſſentie vel paſſionē corruptele. Unde in epl̄a ad Ceſētiū Auguſti. (Auguſt.) Tāꝙ̄ diceret Paulus ſupple. Qđ dixi caro ⁊ ſanguis regnū dei non poſſidebūt/ideo dixi qꝛ corruptio icorruptionē nō poſſidebit. Hoc ergo loco noīe carnis ⁊ ſāguinis corruptionē mortalitatis ītelligi voluit. Deniq̄ȝ tāꝙ̄ ei diceret:quō caro erit:⁊ caro nō erit? Caro q̄ppe erit qm̄ dñs poſt reſurrectionē ait. Palpate ⁊ videte qꝛ ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habet ſicut me videtis habere. Caro aūt nō erit. Qm̄ caro ⁊ ſanguis regnū dei nō poſſidebūt. Hec ille. AVTHOR. Ita in hoc venerabili ſacramēto caro nulla ē nec q̄cꝙ̄ carnaliter māducat:ſi carnis corruptionē aut corruptiuā ſumptionē Chriſti carnis attēdas. Sꝫ nolo ꝓpt͛ hoc ꝙ ipſaꝫ Chriſti carnis ſubſtātiā ab hoſtia conſecrata ſecludas:ſicut nec a dextra patris ī gloria. Ūn̄ lib.de corpe ⁊ ſāguine dn̄i cap.ij.cōtra authorē tuū de officijs quē dementiris Ambroſiū/Anſelmus. (Anſelmꝰ) Hac(inquit)cōſideratione ī myſterijs Chriſti carnē ſapere nō debemꝰ ſcđm carnē. Nā ⁊ ſi Chriſtū ſcđm carnē nouimꝰ ſꝫ nūc iā nō nouimus. Rurſuſq̄ȝ carnis veritatē nō ſic debemꝰ q̄ſi ſpūaliter rimādo attenuare/vt naturā verbo dei vnitā nō tm̄ in verbum mutatā quaſi ratiocinando videamur deſtruere. Nā Ieſus Chriſtꝰ heri ⁊ hodie ipſe ⁊ ī ſecula. Qui naturā illā in q̄ carni cōmunicauit ⁊ ſanguini vt fratribꝰ per oīa aſſimularet miſericors pōtifex ſic glorificauit vt nō deſtrueret:ſic ꝓuexit vt nō exinaniret. Sic em̄ eſt cogitādū corpꝰ dn̄i ſicut eſt nr̄e.ſ. nature:ſꝫ alteriꝰ glorie. Eſt em̄ q̄dē nō ſpūs aut deꝰ. Et eſt tm̄ ſpūale quodā modo:⁊ diuinum. Hec ille. AVTHOR. Bene dicit ſacer Anſelmꝰ:corpus Chriſti ⁊ caro eiꝰ in myſterijs ſpiritualis eſt ⁊ diuina:ſꝫ nec ſpūs eſt neq̄ȝ deꝰ:neq̄ȝ ſic ſpiritualiter rimādo eā attenuare debemꝰ:vt carnis ſubſtātiā deſtruamꝰ. Precauebāt em̄ ſemꝑ ſancti patres hāc attenuationē hereticā. Ūn̄ apparet ꝙ nō ſit oīno noua ꝙ̄uis iā nouiter attētata.ſicut.i.iij.lib.ſentētiarū cap.v. Damaſcenꝰ. (Damaſce.) Spūs(inq̄t) viuificās eſt caro dn̄i: qꝛ ex viuificatiuo ſpū cōcepta eſt. Qđ em̄ gn̄atū eſt ex ſpū/ſpūs eſt. hoc aūt dico nō deſtruēs corꝑis ſubſtātiā vel naturā:ſꝫ viuificatiuū ⁊ diuinū eiꝰ manifeſtare volens. Hec ille. AVTHOR. Attēde Damaſcenū ꝙ non vult talē ſpm̄ cōcedere Chriſti corpori: vt corporis ſubſtātiā deſtruat in veſtibulo ſacramenti. O q̄ attenuati ſūt witcleff oculi tui ſuſpicientes ī excelſo myſterio carnis Chriſti/vt eā ducere conaris ī ſpm̄/nō q̄dē realē ſꝫ tropicū? Et q̄lē ipſi cōcedis eſſentiā/talē māducationē cōcedis/ſpūalē eā appellās:aſſumēs Auguſti.ī teſteꝫ/ qꝛ dicit(inq̄s vbi ſupra de euchariſtia) Qui nō manet ī Chriſto ⁊ ī quo nō manet Chriſtus ꝓculdubio nō māducat ſpūaliter eiꝰ carnē licet carnaliter ⁊ viſibiliter ꝑmat dētibꝰ ſacramēta corꝑis ⁊ ſāguinis Chriſti. Ubi (inq̄s)tria notabilia ſūt notāda. Primo ꝙ caro Chriſti ⁊ ſāguis ſolū ſpūaliter ſūt edēdi. Nā Deꝰ ordinauit ꝙ ſctūs ſuꝰ nō videret corruptionē ī aliq̄ mēbro ſuo. Hec witcl. AVTHOR. Miſer ⁊ torꝰ hereticꝰ q̄ neſcit ex fide ꝯcipe comeſtionē corꝑis corꝑalē ſine ꝯtaminatiōe corꝑis ſic comeſti. Iūgat ei magiſter eiꝰ Berēgariꝰ: vn̄ ſūpſit argumētū īfame/ ⁊ tādē ad vtrūq̄ȝ ponamus ſctm̄ virū Lāfrācū. Berēgariꝰ ſic arguit. (Berēgaꝰ.) Quis (inq̄t) aut ratione cōcipiat aut ꝑ miraculū fieri poſſe ꝯcedat/ panē frāgi in Chriſti corpore qđ poſt reſurrectionē tota viget icorruptibilitate ⁊ vſq̄ȝ ī tēpora reſtitutionis oīm celo manet īdeuocabile? Lāfrācꝰ. Qꝫ incorruptionē dn̄ici corporis ⁊ ꝙ celo vſq̄ȝ ī diē iudicij deuocari nō (Lāfrācus) poſſit/fidei nr̄e q̄ ipm̄ vere a fidelibꝰ ſuis māducari credimꝰ q̄ſi cauſam īpoſſibilitatis opponis: profecto fidē nr̄am aut nō ītelligis/aut intellectā male exponendo ad tuā ipſiꝰ ꝑniciē deprauare cōtēdis. Sic em̄ credimꝰ vere ſalubriterq̄ȝ māducari ī terris a digne ꝑcipientibꝰ dn̄ꝫ Ieſū Chriſtū/vt certiſſime teneamꝰ exiſtere eū ī celeſtibꝰ īcōtaminatū/icorruptū/illeſū. ⁊ bn̄ infra. docēs ex ſcriptura comeſtionē iſtā carnaliter fieri ore corporis. Si(inquit)ea que ad literam accipi/⁊ ea que ſpiritualiter oportet intelligi Chriſtiana cautela diſtingueres/proculdubio crederes quod vniuerſalis eccleſia credit:ꝑdicares quod aplica doctrina in tota mūdi latitudine predicandum inſtituit. Corporali ſiquidem ore corporaliter manducamus ⁊ bibimus:quotiens in altari dominico ipſum dominicum corpus per manum ſacerdotis accipimus. Spirituali vero ore cordis ſpūaliter comedit ⁊ haurit:qm̄ ſuauiter ⁊ vtiliter/ſicut bea-

tus Augusti. dicit/ i memoria recōdit φ vnigenit⁹ dei
filius p salute mūdi carnē accepit/in cruce pepēdit/re
surrexit/apparuit/ascendit/venturus est in die iudicij di
gnas singulis mercedes rependere p suis operib⁹. Se
quit. De corporali comestiōe discipulis a dño dicit. Ac
cipite/mādu cate/ꝛ bibite. Hoc est corpus meū qd̄ pro
vobis tradetur. Hic est calix sanguinis mei q̄ p vobis
fundet. Et aplus ad Corīthios. Qui māducat ꝛ bibit
indigne/iudiciū sibi manducat ꝛ bibit: nō dijudicās cor
pus dñi. Hec ille in libro de corpore ꝛ sanguine dñi. AV
THOR. Ad ista nunq̄ Berengari⁹ potuit vel mutire:
sed nec discipulus eius witcleff. Ideo nec recitare au
sus maluit ptransire. Ecce dicas. dñs sicut corporaliter
accepit in manus: ita corporalib⁹ manib⁹ accipere ius
sit discipulis ꝛ simili corporis ore comedere: ergo man
ducare corpus suū corporaliter imperauit: quando dixit.
Accipite ꝛ comedite. Hoc est corpus meū. Corpus di
xit: panē nō ibi dixit. ꝛ corpus suū: non figurā suā. Spi
ritualē vero comestionē pceperat vbi dixit. Hoc facite
in meā cōmemorationē. Qui enī passionem Christi syn
ceriter comedendo recogitant/ipsi spūaliter Christum
comedunt: dum itē corporaliter eū manducant/sicut su
pra Augustin⁹ exposuit. In lib. de corpore ꝛ sanguine
Pascha. dñi cap. ix. Paschasi⁹. Iteratur aūt hoc mysteriū ꝛ ob
cōmemorationē passiōis Christi sicut ipse ait. Hec quo
tienscūq; agitis in meā cōmemorationē facite. Quoti
enscūq; ergo hunc panē sumitis: ꝛ bibitis hunc calicē/
mortem dñi annunciabitis donec veniat. Nō vtiq; si
accipiendū donec mors Christi veniat q: iam vltra nō
dominabit: sed donec ipse dñs ad iudiciū veniat. Inter
dū aūtē semp mors est Christi p seculi vita posteris nū
ciāda vt discant qua charitate sctōs dilexit q̄ pro eis
mori dignat⁹ est: cui oēs vicē debem⁹ rependere chari
tatis. Hec ille. AVTHOR. Ista ab euangelio Christi
deduxim⁹ ipo tradēte nobis quō caro ꝛ sanguis Chri
sti i hac vita ꝛ corporaliter ꝛ spūaliter sūt edēdi. Iā ve
nit hora vt ad notulas veniamus qs ex Augustino no
tasti. Primo φ caro ꝛ sanguis solū spūaliter sunt eden
di: hoc dixisti in excessu miserrime hō mēdax. Quid di
Aug. xit Augu. recenseas. Hoc. s. est māducare illā escā/ ꝛ il
lū bibere potū/i Christo manere ꝛ illū manētē in se ha
bere. Ac p hoc q̄ nō manet in Christo ꝛ in quo nō ma
net Christ⁹ pculdubio nō māducat spiritualiter eius
carnē: licet carnaliter ꝛ visibiliter premat dentibus sa
cramenta corporis ꝛ sanguinis Christi. Hec sunt verba
Augustini. Nōdū dixit φ solū spūaliter caro ꝛ sanguis
sunt edendi. Qualiter edi debēt spūaliter dixit. Et quo
modo edunt carnaliter ꝛ nō spūaliter. Itē dixit qn̄. s.
māducantes nō manēt in Christo: aut Christus in eis.
Habes ergo hic cōtra teipm vtraq; māducationez nō
vnicā. Nā si spūaliter māducare carnē Christi est spūs
q̄ viuificat/vt supra notasti: quomodo nō est carnaliter
māducare eandē carnē: caro que nō pdest qcq̄? Caro
Augusti. certe ipa dñica sz passa iiuriā. Declaret se sacer Aug. i
loco per te notato: sup Ioanē tractatu. xxvij. vbi dicit.
Quid est nō pdest quicq̄ caro? nō pdest quicq̄/sz quo
modo intellexerūt. Carnē qppe sic intellexerūt quomō
in cadauere dilaniat/aut in macello vēdit: nō quomo
do spū vegetat. Proinde sic dictū est caro nō pdest qc
q̄ quomō dictū est sciētia inflat. Iam ergo debem⁹ odis
se sciētiā? Absit. Et qd est Sciētia inflat? sola sine cha
ritate. Ideo adiūxit. Charitas vero edificat. Adde er
go scientie charitatē ꝛ vtilis erit scientia: nō p se sz per
charitatē. Sic ꝛ nunc. Caro non prodest quicq;: sed so
la caro. Accedat spūs ad carnē: quomodo accedat cha
ritas ad sciētiā/ꝛ pdest plurimū. Nā si caro nihil p
desset/verbū caro nō fieret vt inhabitaret in nobis. Si
per carnem multū pfuit nobis Christus: quomodo ca
ro nihil pdest? Sz p carnē spūs aliquid pro salute nra
egit. Caro vas fuit. Quod habebat attende/ non quod
erat. Hec ille. AVTHOR. Nō lectorē pterea qd̄ hic
dicit Augustinus/carnem fuisse vas respectu spiritus.
Et inde iussit attendere quod habebat non quod erat.
Christum enī continebat: ergo caro Christus nō erat.
Sed ꝛ videat witcleff Berēgarij carnem dñi. Videat
ꝛ spiritū in quo debeat manducari: qui est vnitas cum
deo in cōpagine charitatis. Caro Christi sumpta sine
isto spū non prodest quicq̄: sicut nec scientia sine chari
tate. Sed nunqd ergo debemus odisse scientiam? Ab
sit (inquit Augustinus) Sed ꝛ adde scientie charitatē/
ꝛ erit vtilis. Sic accedat spūs ad carnē ꝛ prodest plu
rimum. Sed vbi nisi in manducando? Alia ergo est mā
ducatio carnis Christi p se q̄ nō prodest. Alia comestio
eius cū spiritu que prodest plurimum. Que est prima
manducatio peto? Nunquid spiritualis? spiritualis er
go prodest ꝛ erit secunda. Si carnalis/ergo potest car
naliter manducari: quod tibi aduersatur. Si nulla: nul
lus ergo est habitus sciētie ali⁹ φ charitatis: nec aliud
erit fidē habere φ charitatem: nec baptismus exterior
corpus lauat: sed solus baptismus interior/qui mentez
abluit. Nec erit aliqua ablutio sacramētalis corporea/
q: interior sola viuificat: ideo exterior nusq̄ pdest. Qd̄
si sic: q: secundum Augustinum ꝛ totā fidē simul carnē
abluit ꝛ cor purgat: ꝛ concurrit simul eiusdem sacramē
ti duplex ablutio: cur non eadē Christi carnis substan
tia ore carnis corporaliter manducatur/et spirituali
ter ore mentis sub sacramento visibilis panis? Semp
volo dicat mihi witcleff/cū aliud sit manducare carnē
Christi cū spū viuificante/aliud spiritū sine carne: ali
as non dixisset Augustinus/accedat spiritus ad carnē
sicut scientia ad charitatē: Nunqd comestionū suarum
formas/vt comestio corpalis ꝛ spiritualis/carnis ꝛ spi
ritus ibi cōcurrāt: sicut scientia ꝛ charitas: retinēt for
mas habitionū distinctarū φuis simul mentē subiectaz
concurrendo pficiant? Unde de cōcursu isto subdit ibi
dem Augustinus. Spūs (inquit) est q̄ viuificat: caro au
tē nō pdest qcq̄: sicut intellexerunt carnem/non sicut Augusti.
do ad manducandum meam carnem. Diximus enī fra
tres hoc dominum commendasse in manducatione car
nis sue ꝛ potatione sanguinis sui: vt in illo maneamus
et ipse in nobis. Hec ille. AVTHOR. Ubi plane Au
gustinus se monstrat aduersarium witcleff: quia wit
cleff carnem Christi abijcit a sumptione sacramentali
dicens soluz spiritum ibi prodesse: Augustinus ibi non
abijcit immo retinet. Sicut (inquit) ego do ad mandu
candum carnem meā. Quomodo hoc? sicut supra dixit
cum spiritu. witcleff nullam carnem dat ibi nisi spiri
tum vel respectum tropicum: quo contra Augustinus
dat carnem spiritui accedētem. Diximus (inquit) fra
tres hoc dñm cōmendasse in manducatione carnis sue
ꝛ potatione sanguinis sui/vt in illo maneamus. qd̄ es
set dicere spiritum in spiritu: ꝛ amationem in amatio
ne eiusdem de eodem: si nulla esset ibi carnis manduca
tio preter spirituum vnionem. ꝛ ibidem post Augusti
nus. Uerba vite eterne habes/vitam enim eternam ha Idem.
bes in ministratione corporis ꝛ sanguinis tui. Sequi
tur. Idem ipsaq; vita eterna tu es: ꝛ non das in carne
et sanguine tuo nisi quod tu es. Hec ille. AVTHOR.
Ergo in ministratione corporis et sanguinis Christi
in altari vita datur eterna Christus Iesus: et nihil
aliud datur in corpore et sanguine nisi quod ipse est.
Quomodo ergo cibarius panis datur ibidem qui
Christus non est? Et quomodo Christus ibi non su
mitur qui ibi datur/et est omne quod datur in vitam

eternam.Hec ergo satis aperiunt erroneos conceptus
witcleff contra carnē dn̄i ⁊ manducationem eius viuā
in sacramento:demū tendamus ad loca indifferentie.
Aug. Unde in sermone Interim dū a deo/idez ait Augu.In
terim(inquit)dū a deo in hoc mundo ꝑegrinamur cor=
pore ⁊ sanguine eius in hac vita pascimur.Sicut apo=
stolis suis hoc mysterium in cena vltima ante mortem
suam tradidit:⁊ nobis sequentibus frequentandū per
eos mandauit.Adhibēda est ergo fides dominicis ver
bis quibus dicit.Caro mea vere est cib⁹:⁊ sanguis me⁹
vere est potus.Omni igitur die execrata dubitatione si
cut credimus q: vnigenitus deus coeternus deo patri
filius vere in carne nostra natus:vere mortuus:vere re
surrexit:vere in celum ascendit:vere sedet ad dexteram
patris sui: ita indubitanter credamus q: corpus eius
⁊ sanguinem verū ⁊ integrum in altari post cōsecratio=
nem manducamus.Verū(inquit)corpus dominicum ⁊
integrum:qd̄ ⁊ totum in dexterā patris sedens glorifica=
tur ⁊ totum de sacerdotū manibus sumitur.Et si ꝑ par
tes quasi frangatur/ in vnaquaqꝫ tn̄ parte quis minu=
tissima totum ⁊ integrum habet.Et si eadē hora ⁊ eo=
dem momento mille sacerdotes hoc mysterium operā
tur/in singulorum tamē manibus corpus Christi totū
⁊ integrum consecratur/a singulis totū ⁊ integrum su=
mitur.Hec ille.AVTHOR.Ecce qm̄ plane ab ore Au
gustini ꝙ omni die eadem carne Christi pascimur quā
natus assumpsit ⁊ in gloriā secum ducens ascendit.Et
illud in altari (inquit) post consecrationem manduca=
aut si verum esset: ꝙ in alimētum humani corporis re-
digeretur vt alius. Ubi notādum ꝙ tātum dicit cibum
sacramenti a cibo distare communi / quantum vita ista
mortalis a vita celesti. Certū est autē ꝙ vita ista morta
lis nō est eterna: ergo nec cibus noster communis est sa
cra Eucharistia. Et propter hoc determinauit alias in
hoc volumine ꝙ nihil de substantia panis remanet / qꝛ
efficaciter cōmutatur / ⁊ hic dicit ꝙ hec sacramēta cor-
poris ac sanguinis Christi nihil in nobis nutriūt qđ ex
carne natū est aut sanguine / sed solū quod ex deo natuȝ
est. Quē passum Rabani etiam Anselmꝰ imitatus est
Anselmus. libro suo de corpore ⁊ sanguine dñi. ca. ix. vbi dicit. Pul
cherrime Christianus poeta dicit (scȝ Boetius) Qui
pereuntem hominȝ vetiti dulcedine pomi / Instauras
meliore cibo potuqꝫ sacrati Sanguinis infusum depel
lis ab angue venenū. Sumpta enī ore carnis nostre ca
ro Christi nequaꝗ estimāda est lege cōmuniū ciborum.
Hic enī cibus nō est vētris sed mētis: dissimilis omnino
ab illis cibis de q̄bus dicitur. Omne quod in os intrat
in vētrē vadit ⁊ per secessum emittitur. Hic est cibus q̄
nō vadit in corpus / quia nequaꝗ sicut alij cibi in natu-
rā vertit̄ corporis: sed corpus nostrum in suā vertit na-
turā: ⁊ future resurrectioni ⁊ perpetue incorruptioni il
lud preparans ⁊ coaptans ⁊ in nobis est ⁊ vbi erat / scȝ
in dextera dei patris. Hec ille. AVTHOR. Nō est leui
ter transeundū qđ Anselmus cōtra hereticorū morsus
exponēs sanctū Ambrosiū dicit. Hic est cibus qui non

vadit in corpus. Sic enim dicit Ambrosius libro de sa
cramētis / ⁊ Augustinus de verbis dñi / vt habetur in p̄-
uijs. Sed ne hoc in partē suam torqueret hereticus di-
cēs / ergo corpus dñi nō vadit ꝑ os hoīs in corpus eiꝰ:
exposuit Anselmus quomodo nō vadit in corpus ho-
minis / quia nequaꝗ sicut alij cibi in naturā vertit̄ cor-
poris / sed corpus nostrū potius in suam vertit naturaȝ.
Et quidā doctores dicūt hoc modo / scȝ assumēdo aīam
⁊ corpus sibi / ꝙ trāseūt secūdum se in substātiam aīe ⁊
corporis. Unde. iiij. lib. sentētiarū. ca. xiiij. Damascenꝰ.
Damasce. Corpus scȝ ⁊ sanguis Christi in stabilimētū ⁊ consisten
tiam anime ⁊ corporis transiens / nō cōsumptū / nō cor-
ruptū / nō ad secessum iens (absit enim hoc) sed in nostrā
substantiā ⁊ conseruationē / lesionis omnino reparatio /
sordis oīmis purgatio: si quidem aurū assumat sordiduȝ
ꝑ iudicatiuā correptoriāqꝫ ignitionē purgat vt nō in fu
turo cū mūdo cōdemnemur. Sequitur. Et hoc est quod
dicit. Quare qui participat corpore ⁊ sanguine domini
indigne / iudiciū sibi comedit ⁊ bibit. Per ip̄m purgati
vnimur corpori domini ⁊ spiritui eius / ⁊ efficimur cor-
pus Christi. Hec ille. AVTHOR. Sed queris forsan.
quid de hoc ergo sacramento corporis Christi factum
erit postꝗ comestū fuerit? Respondet tibi Hugo lib. ij.
de sacramētis. cap. xiij. octaue partis / dicēs. Sed fortas Hugo.
sis iterum dicit tibi cogitatio tua / quid fiat de corpore
Christi postꝗ sumptū fuerit ⁊ comestū? Tales sunt co-
gitationes hoīm vt vix quiescere velint in ijs maxime
que querenda nō sunt. Dicit ergo tibi cor tuū. Quid fa
ctum est de corpore Christi postꝗ illud sumpsi / ⁊ man-
ducaui? Audi ergo. Corporalē presentiā Christi queris:
in celo quere: ibi Christus est ad dexterā patris sedens.
Tecū ad tēpus esse voluit qñ ⁊ ꝗdiu necesse fuit. Exhi-
buit tibi ad tēpus corporalē presentiā suā / vt te ad spi-
ritualē excitaret. Sequit̄ infra. Quādo in manibus sa
cramētum eius tenes: corporaliter tecū est. Quādo ore
suscipis / corporaliter tecū est. Quādo māducas ⁊ quā-
do gustas / corporaliter tecū est. Deniqꝫ ī visu / in tactu /
in sapore corporalit̄ tecū est. Q̄diu sensus corporaliter
afficitur / presentia corporalis nō aufertur. Postꝗ autē
sensus corporalis in percipiendo deficit / deinceps cor-
poralis presentia querēda nō est: sed spiritualis retinē-
da. Dispēsatio cōpleta est / perfectū sacramentū / virtus
manet: Christus de ore ad cor trāsit. Melius est tibi vt
eat in mētem tuā ꝗ in ventrē tuū. Cibus iste aīe nō cor
poris est. Noli in ipso querere cōsuetudinem cibi corpo
ralis: venit ad te vt comedatur / non vt consumatur: ve
nit vt gustetur non vt incorporetur. Augustinus vocem
de celo audiuit / quia hoc a terrenis illi dici aut respon
deri nō potuit: Cibus sum grandiū / cresce ⁊ māducabis
me: non vt me mutes in te sicut cibū carnis tue / sed tu
mutaberis ī me. Hec ille. AVTHOR. Satis clare ma
nifestauit doctor cibū istum sacramēti quē in altari tra
ctamus / non esse cibum cōmunē corporeū: quia expresse
dicit ꝙ cibus anime est nō corporis. Nec querenda est
in eo ꝯsuetudo cibi corporalis. Pepercit v̄bis ob reue
rētiā sacramēti. Sed vt eius tollamꝰ iniurias digestio
nē intelligit etiam secūdū medicos triplicatā / nec vllā
de sancto cibo cōcedit que relinquat̄ post sensus. Sed
demum inquit: nō in vētrem vadit / sed in mētē. secūduȝ
verba predicta Ambrosij. Non est panis (inquit) qui in
vētreȝ vadit / sed qui substātiā aīe fulcit. Et expresse cō
cludit ꝙ nec venit vt cōsumet̄ vel incorporetur: secūdū
illud Augustini. Nec tu me mutabis in te. Quō ergo
digeritur in partē hoīs vel alimentum hoīs secūdū cor
pus / si nō mutetur in illud? Ut ne mētiaris Hugonem
dixisse hec oīa de illo idolo vel figura corporis Christi
in sacramento / vel vt tecū verbis vtar de esse spirituali

⁊ figurali corporis Christi/ ibi Hugo p̄misit corp⁹ Chri
sti habere in sacramēto corporalem sui presentiā in sa-
pore/in colore/in gustu/⁊ tactu/⁊ q̄diu sensus corpora-
lis corporaliter ex sacramēto afficitur/postea vero spi-
ritualiter retinet. Q̄ ꝙ iprobus exactor iste allegat Hu
gonē qui nec Hugonem auderet aspicere vel audire lo-
quentē. Sed ergo in hoc sibi cōueniunt Rabanus fide-
lis/Anselmus/⁊ Hugo/ꝙ sacramentū corporis Christi
nō in partē hominis digeritur/nec alimoniā corporalē.
Unde patet ꝙ Rabanus iste nō fuit ille soci⁹ witcleff/
vel si talis fuit/in hoc libro penituit turpis dicti. Con-
sultius ergo witcleff debuit subsequi penitētē ꝙ comi
taretur errantē. Predictorū vero sententia/scʒ Anselmi/
Hugonis/⁊ Rabani/Ambrosiū imitatur in cōparatiōe
Ambros⁹ manne libro suo de mysterijs. vbi dicit. Reuera mirabi-
le est/ꝙ manna deus pluit patribus ⁊ quotidiano celi
pascebant alimēto. Unde dictum est. Panē angelorū
māducauit homo. Sed tamē illū panem qui māduca-
uerūt oēs in deserto mortui sunt. Ista aūt esca quā acci
pis/iste panis viuus q̄ descendit de celo/vite eterne sub
stantiā subministrat/id est quicunq̄ hunc manducauerit
nō morietur in eternū:quia corpus Christi est. Conside-
ra nūc:vtrū prestantior sit panis angelorū an caro Chri
sti/que vtiq̄ corpus est vite. Manna illud de celo: hoc
supra celum:illud celi:hoc dn̄i celorū: illud corruptioni
obnoxiū:si in diē alterū seruaret:hoc alienū ab oī corru
ptione. Q̄ȯ quicunq̄ religiose gustauerit corruptionē
sentire nō poterit. Hec ille. AVTHOR. Attende cōpa
rationē. Prestantior(inquit)est caro Christi in sacramē
to manna pane angelico. Sed cum vtrūq̄ fuerit corpo
ris sacramentū/secūdum quid est hoc illo prestantius?
Nūquid secūdum sensibilē speciē? ⁊ cōstat secundū hoc
nostrū esse vilius sacramētum. an secundū inuisibilem
figuram carnis Christi? ⁊ cōstat idem corpus secundū
esse suum sacramentale figuratum esse per manna Ju-
daicum ⁊ panem nostrum. Quomodo ergo hoc manna
non supra celū? quomodo non domini celorū? quomodo
non ab omni corruptione alienum? Si cōsideretur secū
dum figuram suam nō naturam/secundū habitudinem
ad corpus Christi verum:sicut ⁊ sacramētum nostrū se
cūdum figuram est ab omni corruptione remotum:quo
modo sacramentū nostrum secūdum naturā suam/ non
est eque vt manna quādoq̄ putridū ⁊ multiplici corru
ptioni obnoxiū? Q̄ȯ si per figurā corporis dicēdum est
ab omni corruptione remotum:tam formaliter respecti
ue in se/ꝙ efficaciter in sumente:sicut dicit Ambrosius:
quicūq̄ religiose gustauerit corruptionē sentire non po
terit. Cur propter candē figurā ad idē corpus ab eodē
causatā authore/non idem priuilegiū erit manne indul
tum? Quid credis witcleff ꝙ paruus respect⁹ presen-
tie Christi corporalis sic prepōderat vt preposteret sui
ipsius Christi/⁊ totius trinitatis presentiā maiestatis?
Statuas aliā glossam. Fatuitas eni huius prudentes
non latet. Sed reuera inter naturas ⁊ substantias cō-
parat hic Ambrosius sacramētis/scʒ veteris ⁊ nouelli
nō tamē excludēdo sed includēdo figuras:quia manna
in sui natura nō obstāte figura potuit esse corruptum.
Caro Christi secūdum substātiā in sacramento est a cor
ruptione immunis:⁊ secūdū id sumpta qȯ figurat/hoc
est religiose sumētes efficit icorruptos. Patet ergo ꝙ
non potest intelligi dictū Ambrosij/si non secūdum sub
stantiam intelligat in Eucharistia corpus Christi. Hoc
sacramentum Christianorum est:quod famose ⁊ absolu
te dicimus sacramentum:quod vtiq̄ qȝ nos pascit mor
tales/de tanto bn̄ficio reportare nō potest corruptionis
Augusti. incōmodum. Quod sumi potest ex eo qȯ libro.ij. de ba
ptismo paruulorū.ca.xxxviij. dicit sic Augustinus. Nō
huiusmodi est sanctificatio. Nam ⁊ catechuminos secū
dum suum quēdam modū per signū Christi ⁊ orationē
manus impositionis puto sanctificari. Et qȯ accipiūt
q̄uis nō sit corpus Christi/est tamē sanctū ⁊ sanctius
ꝙ cibi quibus alimur/quia sacramētum est. Uerū ⁊ ip-
sos cibos quibus ad necessitatē sustentādē vite huius
alimur/sanctificari idem apostolus dixit per dei verbū
⁊ orationem qua oramus vtiq̄ nostra corpuscula refe-
cturi. Et sicut ista ciborum sanctificatio no efficit vt qȯ
in os intrauerit/nō in ventrē vadat ⁊ in secessum emit-
tatur per corruptionē qua oīa terrena soluuntur: vnde
⁊ ad aliam escam que nō corrumpitur nos dominus ex
hortatur:ita sanctificatio catechumini si nō fuerit bapti-
ȝatus nō ei valet ad intrandū regnū celorum. Hec ille.
AVTHOR. Hic Augustin⁹ expressit oēs cibos secun-
dum sanctificationum suarū gradus:quib⁹ eos sancti-
ficare solem⁹. Recolit corpus Christi/recolit ⁊ panis
benedicti quē ita sanctificamus vt sit etiam sacramen-
tum:⁊ exprimit oēs cibos quos iubente Ap̄lo sanctifi-
camus:⁊ hoc varie sicut accuratiori forma paschalem
agnū/butyrum ⁊ oua:quotidiana autem forma vsuales
escas:non tamen vt fiant sacramēta. Hec duo sanctifi-
cata vltima dicit in secessum emitti nō obstāte sanctifi-
catione sua/ ⁊ per corruptionē solui qua oīa terrena sol
uuntur. De corpore vero Christi hoc non videbat se pos
se dicere ꝓpter sanctificationē suam. Immo de illo sub
iunxit ꝙ ad aliam escam que non corrumpit nos domi
nus exhortat:cū dicat supple/accipite ⁊ comedite/hoc
est corpus meū. Et qui māducat hūc panē viuet in eter
num. Ergo omnino voluit ab omni corruptione excipe
re quam inter corruptibiles escas sanctas noluit nume
rare. Sic arguit ipse witcleff cap.xli. de sermōe dn̄i in witcleff.
monte:accidens nō posse esse sine subiecto in sacramen
to/quia non excepit illud Augustin⁹/cū generaliter lo-
queretur de illo in libro de quātitate anime/cuȝ nec ibi
de sacramēto fecerat mētionē:hic autē de corpore Chri
sti recolebat expresse. Cōcedimus ergo cum Augustino
⁊ fide ecclesie sacramētū hoc ab omni corruptione alie
num nō in celo tm̄ sed etiam in sacramēto. nō sic panis
witcleff quē probare proponit ibi esse propter nutritio
nes/ebriatiōes/digestiones/vt arguit expertas in sumē
tibus. Sed sicut ab antiquo ⁊ postmodū magistro tuo
Berēgario sancti patres dixerunt: hos effectus attri-
buimus accidentibus derelictis:que vt dictum est non
sunt simpliciter sed quodāmodo sacramētum. In lib. de
corpore ⁊ sanguine dn̄i secūdo/Guimundus. Rogerius Guimūd⁹.
(inquit)deniq̄ de sacramētis istis:si multi panes(inqui
unt)⁊ multa vina sacrētur/pōt quis longo tēpore viue
re:nihil aliud comedēs aut bibens. Unde igit habebit
secessum illo tempore/nisi ista in secessum vadant? Hec
sunt interim que de rationibus Berēgarij mihi occur-
runt. Guimūdus. Corpus quidem dn̄i nullo modo in se Corp⁹ dn̄i nō digerit
cessum mitti ⁊ nos credimus:sed ⁊ nō omnia que in os aliꝭq̄ cibi
intrant in secessum ire cōcedimus. Nō eni sententia illa nō digesti.
dominica nisi de cibis qui ad sustentandā huius morta
lis corporis vitā ingerunt cōpetenter intelligi potest.
Nemo est eni qui de eo qȯ saluator post resurrectionē
suam comedit/sicut nec de angelis qui apud Abraham
comederūt/ id vel audeat suspicari. Sicut igitur cibus
corruptibilis cū ab immortalib⁹ sumitur/hac secessus
lege cōgrue credit nō teneri:ita cibū incorruptibilē qȯ
est corpus dn̄i cū a mortalibus editur/secessus necessi-
tatem pati/nefas est arbitrari. Absit enim vt inhone-
stam corporis egestionē cibus ille sustineat/qui corpus
⁊ animam ad eternam honestatem parat. Hec ille. AV-
THOR. Optime arguit per locum a permutatis:ꝙ si
corruptibilis cibus cū ab immortalib⁹ sumit nō exigit

habere digestionē: aut nutrimento secedere/vel abire in secessum: ergo a pari incorruptibilis cibus cū a mortalibus sumit nō nutritioni cedet vel secessui. Sed forsan queris: si secessus est ꝛ nutritio corporalis/nunquid arguēdum est a posteriori cibus materialis esse gustatus? Dicitur ꝙ tria hec ordinate se habēt: vt nō medicorum sed scripture scē vtamur vocabulis: Māducatio/Nutritio/ꝛ Secessus: vel equiualēter sicut est stat⁹ suppositi loco nutritionis: quē Helias ꝛ Moyses habuisse credunt post corporalis sumptionem edulij: quādo ꝑ quadraginta dies vnus in deserto/alter in mōte legitur indefectibiliter nature statum continere cū dn̄o. In his ergo purū cum impuro cessit in substātiam rei alēdē: ꝛ demū calor naturalis non est extinctus/sed stetit quodāmodo a cōsumptionis sue facultate suspensus/sicut ignis in clibano Babylonis. Et sic patet ꝙ sicut in illis tribus predictis/prior actus nō necessario posteriorem exigit: ita nec postremus a priore aliquanta necessitate dependet. Nam possunt esse secessus sine nutritione/si saltē sudores ꝛ euaporationes superflui tales esse credunt: sicut post quinquaginta annos in corporibus sanctorum crines ac barbas euaporasse legitur.

Stat⁹ seu cōseruatio suppositi.

Qꝫ nullus cibus penitus est Eucharistię sacramentum secessui vel corruptioni obnoxius. Caput. LXII.

TSitur propter nutritionē aut statū nature/nō potest argui rei corporalis māducatio precessisse/sicut probat ibi consequenter Guimundus. Illud (inquiēs) equidē ego cōfiteor/quoniā ex virtute sacrosācti corporis si placet ita deo propter aliquā quā ipse nouerit causam: non dico ex multitudine panum: sed vel ex modica portiuncula potest quis longo tēpore melius ꝙ̄ ex omnib⁹ huius mūdi epulis sustentari. Nā si Helias ex virtute refectionis illius quā ex duobus subcinericijs panib⁹ ꝛ modico aque angelo ministrante perceperat/quadraginta diebus totidēꝙ noctibus vixit: quāto magis ex virtute celestis huius diuiniꝙ cōuiuij/in quo non iam subcinericios panes ꝛ aquā de manu angeli: sed ipsi⁹ verbi dei propriā carnē ꝛ sanguinē de manu eiusdem sumim⁹ Christi/pōt quispiam nullo alio cibo vtēs/siquādo ita dei volūtas est/optime sustētari? Deniꝙ ꝛ hoc de quibusdā sanctis patribus legimus: qui nullum aliud sumētes prorsus edulium/sola cōmunione dn̄ica diebus tm̄ dominicis saginati/multis annis vixerūt. Hoc igitur cōcedere possumus/posse videlicet aliquem ex virtute dominici corporis per diuinum miraculum longo tempore viuere/secessum autem posse ei fieri exinde omnino denegamus. Si quid sane interim secessus habet/aut ex reliquijs ꝑteritorum ciborum/aut ex defectu sui corporis id esse necesse est. Hec ille. AVTHOR. At ne hoc verbum simplex Guimūdi de quibusdā patribus putetur nō fuisse: aut si ita fuit vt recitat/tm̄ hoc opus diuinū iā cessauerit/nec nisi raro cōtigerit: in dei gloriam recitemus gesta que nostris adhuc tēporibus ꝛ experientijs contigerunt. In parte naꝙ Aquilonari Anglie dicta Norfolchia reuera opulētissima rerum spiritualiū ꝛ tēporaliū iam tarde/superstes erat deuota quedā in Christo puella dicta vulgariter Joāna Metles. i. sine cibo: quia nūꝙ̄ cibum gustasse vel potū per tēpus annorū. xv. experta est: sed solo sacramēto dn̄ici corporis diebus dominicis cum deuotissime mētis gaudio vescebat. At quod alti stuporis res est ne decipi posset de veritate sacramēti inter mille panes simillimos hostiā cōsecratā a qualibet nō sacrata distinxit. Et qd plures credebāt maioris esse miraculi/hoc fecit nō inspiratione tm̄ diuinitus sed quadā sagacitate sensus: quia omnem cibum corporeum fastidiēs nullum sustinuit apud corporalē odoratum suum vel gustū quin fugeret iam remotum. ¶ Adhuc item supermisit deus incredulis aliam virginē nobis superstitē dictam in vulgo suo Diliam/incolā ville cuiusdā Comitat⁹ Hollandie dicte Schidaz/ad littus maris Britannici/que quattuordecim annis iam nuꝑ elapsis sed continuis/nec cibum queꝙ̄ sustinuit vel in quātitate semipise sumere corporalē. Et qd mirū est cū licētiatis aspicere/qd horror erat/crate vētris abrupta exenteratā penitus se multis ostēdit ancilla Christi solum pulmonē ꝛ iecur ostēdēs/ꝛ hec minutis obesa vermiculis. Hec nimirum multo tēpore omi pane abstinēs solius lactis alimonia pascebat. Postmodū vero nec lac suscipere pertulit vltimis octo annis/sed tm̄ in dominicis/vt precedens virgo Christi corporis ferculo saginata/per totam hebdomadam potuit stare cōtenta. ¶ Jam itē rursus anno dn̄i. Mccccxiij. hoc miraculū Eucharistie declaratur/quia doctor quidā magnus in lege ciuili dictus Radulphus de viridi colle/Anglice Greenherst/peracto nūcio huius nostri illustris principis regis Anglie Henrici quinti/apud serenissimū tūc Romanorū ꝛ Hungarie regē Sigismūdum/ꝛ reuersus Cantuariā mortis future cepit gustare preambula. Et tandem cōcilio monachorū ꝛ fratrū aliorūꝙ turba fidelium circuncinctus/cepit dominici corporis sacramentum saltem ad corporalis oculi sui rogare presentiā/cū prius esset tacitus witclefista: ꝛ incredulus sacramēto verum nullus ausus erat dare cōsiliū vt se conuiuam faceret sacramēti/cum ab horis infirmitatꝭ sue primeuis continuo vomitu laboraret: ꝛ omnis cibi vel potus corporalis vel ad odoratū experiebatur impatiens. Sed magnus dn̄s volēs tanti sui sacramēti declarare potētiam: ꝛ ab omni sublunaris cibi participio alienum/dedit in cor viri quem predestinauit in filium/rogare ꝛ dicere. O domine redemptor omnium saluandorum/da mihi sentire ꝛ credere quod de hoc sacramento credendum est. Et si quidem retineam/corporeus cibus non est/quem vsquequaꝙ nausea plenus horreo ꝛ a procul euito: sed hoc ipsum solū in natura quod nuper credere distuli tui corporis diuinissimi ferculū salutare. Tandem oratione finita cum multis astātiū lachrymis/qui omnē cibum corporalē euomuit/spiritualē Christi cibū retinuit cum accepit. Ac post perceptū. viij. diebus continuis miraculū predicās sed omnē corporeum cibum renuens/superuixit. Et tandē salubus lamenti completo tempore ꝛ incredulitatē pristinam validis delēs gemitibus obdormiuit in Christo. Ecce quot experientijs personarū expressit modernis fidelib⁹ Christus legifer sacramenti/ꝙ nō sit in eo panis aliquis vsualis: cū nec fragmentum panis poterat quis illorū sine certa morte gustare. Et ex alio latere de speciebus panis absentis melius ꝙ̄ presentis nutritionē diutinā/vel qui illi equiualet/statum scꝫ mortalis vite cōtinuit. Sic em̄ expertis medicis notū est pluriū ciborum nocere substantias quarū accidētia cōferunt medicinā. Veluti bouina caro recens ꝛ cicere febricitātibus oberūt/quorum decoctio suis qualitatib⁹ affectata febres extinguit. Quid igitur? Nūqd accidētia illa possent in operatiōes suas actu secūdo/si essent sine subiecto/cum subiectum plus impedit ꝙ̄ adiuuat in agēdo? Ita ꝛ accidentia panis cur nō disgregant ꝛ sapiunt/sonant ꝛ nutriunt sine subiecto/cum has proprietates per se a seipsis habent?

Guimūd⁹.

Miracula de corpore dn̄ico sustētatis.

subiecta vero p accidẽs? q̃uis accidentia illa ab ipsis subiectis actualiter vel habitualiter in actu primo dependẽt:in actu aũt suo secũdo nequaq̃. Unde verũ existimo/q̃ q̃uis sol per radios suos ⁊ emissarias qualitates mũdũ istũ viuificat/nõ minus apte cuncta virescerẽt si qualitates ille sine subiecto existerẽt aut alicui angelo coexisterẽt/q̃ nũc faciũt. ¶ Sed dubiũ restat istis cõtentiosis quõ qualitates iste nutrirent sine subiecto/cũ obiectũ nutritiue est materia? Et respõdeẽ q̃ secreta quadã virtute vel influxa qualitatib⁹ aut rei eis coexistẽti presenter possent qualitates earũ actiue forsan cõgregare/vel humores in corpore/vel aerem proximum p anhelitũ/⁊ eũ affectatũ sua virtute aptũ reddere/vt per transmutationẽ calidi naturalis congruã prestaret materiã nutritiue. Sicut econtrario corruptus aer attractus generat morbos ⁊ lepram. Et cũ iuxta Aristotelem ex eisdẽ nutrimur ⁊ sumus/quomodo nõ ex eisdẽ nutriri possumus ex quib⁹ sumus longeui? Sicut Aristoteles ipse de odore pomi/si fides dabiẽ illi libro quez legunt philosophi. Aut aliter/sicut lignũ vite semel gustatum inmortales faceret comestores. Quam virtutem Augustinus docet lib.viij.sup Genesim ad literã.ca.ix. dicens. Illud adde:q̃q̃ corporalẽ cibũ/talem tamẽ illam arborem prestitisse quo corpus hoĩs sanitate stabili firmaretur: nõ sicut ex alio cibo/sed nõnulla inspiratione salubritatis occulta. Profecto enim licet vsitat⁹ panis aliquid tamen amplius habuit/cuius vna collyride hominẽ deus ab indigentia famis dierũ.xl.spatio vindicauit. An forte credere dubitamus/p alicuius arboris spatium/cuiusdam altioris significationis gratiã homini deũ prestitisse/ne corpus ei⁹ vel infirmitate/vel etate in deterius mutaretur/aut in occasum laberetur/qui ipsi cibo humano prestitit tam mirabilem statũ/vt in fictilibus vasculis farina ⁊ oleum deficientes reficerent/nec deficerẽt? Iam hic de genere contensiosorum quisq̃ existat ⁊ dicat deũ in terris nostris miracula talia facere debuisse:in paradiso aũt nõ debuisse:quasi vero vel non de puluere hominẽ vel de latere viri mulierẽ maius ibi miraculũ fecit q̃ q̃ hic mortuos suscitauit. Hec ille. AVTHOR. Optime probat Augustinus ad propositũ lignũ vite in medio paradisi prestitisse stabilem ⁊ firmã sanitatem cunctis de eo corporaliter vel semel sumẽtibus/nõ quidẽ ipsa nature sue substãtia/sed inspiratione(inquit)salubritatis occulta. Et probat ex comestione modici panis Helie/⁊ de indeficiente farina ⁊ oleo:in quibus omnibus virt⁹ influxa rebus que valde p accidens influit/ ⁊ non proprie substãtie p se dederant nõ deficiens incremẽtum. Et si hoc extra hominez in testa/quid obest ne hoc faciat qualitas intra stomachum/prestans ei simul ⁊ nutrimentum ⁊ salubritatem stabilem in natura? Nullus potest dicere q̃ materia illius olei in lecytho sibiipsi prestitit incremẽtũ. Magne deus quid tantopere requiritur ad nutrimẽtũ ⁊ augmẽtum hominis cibalis materia? Maxime cũ lõge meli⁹ agens est corpus Christi corporaliter in hostia presens/⁊ sua vicinitate qualitates hospitas gratiose pfundẽs q̃ lignũ vite aut lecythus olei sacramentũ ipsum figurãs. Nec intellexit seipsum witcleff/cum diceret sacramentis aliquẽ nutriri posse per tẽpus ⁊ tẽpora/q: nesciunt distinguere causam ab effectu. Nutritio eñ est p pter conseruationẽ suppositi. Et q: vidit forsan aliquos sospites post sacramẽti sumptionẽ per aliquãtuz tẽpus sine cibis cõmunibus:idcirco cõseruationẽ eius nutritionẽ appellat/cum tamẽ formaliter ita nõ sit/q̃uis sic causaliter dici possit. Sicut iam dixit Augustinus multum sagaciter corpus hominis p esum ligni vite semel posse sanitate stabili cõfirmari:nõ dixit cõtinue enutriri: Ita videtur cõseruatiuã vim suppositi que est totus fructus nutritionis/⁊ lõge melius donũ / posse sine materiali cibo corpus hominis prorogare per tẽpus multo pductius q̃ cibus corporeus nutritiua. Sicut cõseruati sũt sospites sine cibo Moyses ⁊ Helias:sicut Daniel ⁊ socij eius de esu leguminis pulchriores carnes effecerãt q̃ pueri enutriti pulmẽtis regalib⁹. Sicut etiã centenis annorum septẽ dormiẽtes sine cibo. Et si fas est admiscere fidei secretis experimẽta gẽtiliuz/dormiẽtes illos possum⁹ inducere quos dicit Aristoteles tot annis dormiuisse apud heroas ĩ insula Rhodos. quarto physicorũ.cap.de tẽpore. Et authores nature/testudinibus/⁊ muscis/⁊ hirundinibus/⁊ cuculis per seuã hyemem sine cibo recenter sumpto cõseruationẽ vite cõcedunt:⁊ nisi per continuum cibum sola virtute corporis Christi substantialiter presentis in hostia/incredulus witcleff hoĩes diu superesse negabit? Inmo ds coget tacere ne dicam deũ etiã nostris diebus influere quibusdam dilectis suis vim saturatiuam sine cibo/que possit humani corporis statũ in quadã equalitate elemẽtariũ qualitatum seruare ne egeat:sed tamẽ possit mãducare si libeat? queẽadmodum de corporibus beatorũ probat xiij.de ciuitate.ca.xxij. August. dicens. Corpora iustorũ que in resurrectione futura sunt/neq̃ vllo ligno indigebunt quo fiat vt nullo morbo vel senectute inueterata moriantẽ/neq̃ vllis alijs corporalibus alimẽtis quibus esuriẽdi ac sitiẽdi qualiscũq̃ molestia deuiteẽ:quin certo ⁊ omni modo inuiolabili munere immortalitatis induentẽ vt nõ nisi velint possibilitate nõ necessitate vescãtur/⁊ tractabiliter:qõ angeli quoq̃ visibiliter apparẽtes nõ quia indigebãt/sed quia volebant ⁊ poterant vt hominibus cõgruerẽt sui ministerij quadã humanitate fecerũt. Neq̃ eñ in phantasmate angelos edisse credẽdum est/quãdo eos homines hospitio susceperũt:q̃uis vtrum angeli essent ignorantib⁹ cum simili nobis indigentia vesci viderentur. Unde est q̃ angelus in libro ait Tobie. Uidebatis me manducare:sed visu vestro videbatis/id est necessitate corporis reficiendi/sicut vos facitis/me cibum sumere putabatis. Sed si forte de angelis aliud credibilius disputari potest/certe fides Christiana de ipso saluatore nõ dubitat/quin etiam post resurrectionẽ iam quidẽ in spirituali carne sed verũ cibũ ac potũ cũ discipulis sumpsit. Nõ eñ potestas sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus auferetur. Unde ⁊ spiritualia erunt nõ quia corpora esse desistent: sed q: spiritu viuificãte subsistẽt. Hec ille. AVTHOR. Non ergo necessario demonstrat queq̃ viatorẽ naturaliter viuere ex hostijs q̃ ex aliq̃ alio cibo sustentationẽ nõ accipit. Quia etsi hostias eque non sumeret:potest esse q̃ occulta virtute sibi influxa diuinitus victitaret. Postremo item diuina virtute illapsa sacre hostie posset seipsa in parua sicut ⁊ in maxima quãtitate sumpta nulla virtute terrestri hominẽ in lõgeua salute seruare. Sed instant Heribaldini. Unde ergo habẽt secessum? quasi necesse esset dicere vtrũ Paradisi incole solebãt egerere. Aut nũq̃d phlegma vel a preteritis cibis aut ab aere vel humoribus forinsecis genitum nõ potest sicut ad os ⁊ nares/ita ad partes alias secedere/cuz res petit? Saltem q̃cquid dixeris nolo ipsi sacramento dominici corporis deroges. Sed ad tãte rei fidelẽ reuerẽtiam satisfaciẽtẽ hereticis turpibus nota Guimũdum vbi supra sic dicẽtẽ. Hoc(inquit Berengarius)iam manifeste probatũ est. Ita eñ nonnulli pro eo nobis respõderũt: neq̃ ex reliquijs preteritorũ ciborũ/quippe propter diuturnitatẽ lõgi temporis iã cõsumptis/neq̃ ex defectu proprie carnis/quippe cõfucta corporis pinguedine remanente eucharistia pastos habuisse secessum.

Accidẽtia quõ sola nutriant.

Augusti.

Ar.speciẽ.

Lignũ paradisi.

Augusti.

Guimũd⁹.

O heretica malitia hoccine experimēto ausa es probare? Hoc te probasse ausa es dicere? Hoc manifeste ausa es ppalare? Qua immanissima audacia nec presentis dei tremendā maiestatē in experiendo pertimuisti/nec Christiani populi pro tāto scelere digne seuiturā indignationē in referēdo formidasti? Hic ego tamen quero quando vel a quo istud probatū est? Si enī antiquis tēporibus id probatū esse dicat/cum nullus hoc auctorū probabiliū referat/nullo modo credendū est. At si propinquis tēporibus probatū est/quis probauit? Catholice partis equidē nullus. Quis enī hunc sacratū panē Christi corpus vere esse crederet/ et de experiendo tam nefandissimo scelere cogitaret? Qꝫ si ipse vel sue partis quispiā panes multos aut pergrande vnū tale qd probaturus sacrauit: nos demissa infideliū et maxime tātū nefas probare volentiū quicquid eis cōtigerit non magnopere iam curamus. Nō enī nisi apud eos qui verba Christi per diuinā virtutē tante rei operatoriā esse credunt panem et vinū in carnē et sanguinem domini transire necessario credimus. Apud eos aūt qui fidem huius rei tenēt: hanc mutationē per verba Christi necessario fieri et credimus et confirmamus. At si forte aliquando quēlibet simplicem presbyterū catholicū ignorantē ad quid hoc fieret vt plures sibi panes aut vnū maximum sacraret ob id ipsum experimentū decepit: aut sue partis quispiā forte cū catholicis missam celebrans itidē fecit: Corpus quidē Christi quod sacratū est credimus: sed aut nūq̄ in secessum isse aut eodē corpore domini inuisibiliter assumpto/dignum fallendis refellendisq̄ hereticis qui secessum faceret panem ab angelis siue a malignis spiritibus repositū respōdem⁹. Nam in vitis patrū quas Berēgarius recipere nō vult/ad instructionem tamē aliorū hoc pferā. Legitur ꝙ aspiciente quodam sanctissimo patre cuius ad id cernendū deus oculos aperuerat/quibusdā indignis cōmunicaturis corpus dñi inuisibiliter angelus subtrahens carbonē porrigebat: contra hanc de secessu questionē posteros fortasse premuniēs/nō ꝙ id semp indignis faciat. Et subdit exēplū Augustin⁹ de ciuitate dei de Iphigenia. Et tandem quocirca? quoniā vel in missa nō credentiū virtute verbi dñici corpus dñi non sit: vel certe corpore domini diuina vtute vel angelico ministerio inuisibiliter ablato/potest hereticis secessui cōgruus panis aut ab angelis aut a demonib⁹ subijci. Iam de tali experimēto Berēgarius et sequaces eius cōtra ecclesiam dei desinant oblatrare/cū salua vsquequaq̄ in sacrosanctis mysterijs dominici corporis veritate magis ipsi altius in sua stultitia curiositate cōuincantur errare. Hec ille.

Miraculū in vitis patrum.

Augusti.

AVTHOR. Ideo totū dictū Guimundi resumpsi: quia omne verbū eius pene vnā eorū difficultatem absoluit. Maxime quia in his vltimis: istam expositionem Guimundi perecelebrem nō sustinet witcleff: sed sicut Assur sine causa calumniatus est eum/ et inde sine causa/quia sine sensu et nulla subnixa rationis vel auctoritatis ingenio tractatu de simonia. cap. xiiij. alloquēs orthodoxos. Vel dicāt (inquit) vt videt Guimūd⁹ dicere/ꝙ nō est fractio/vel pudenda motio Eucharistie/sed sensus illusio per spiritū in medio. Et quādo videtur sacramentum cōburi vel digeri insensibili celeritate defert in celum per angelos/ et aliud corpus vt hostia nō ɔsecrata per angelos bonos vel malos insensibiliter ministrat. Nec potius possunt fundare suam sententiā vel reprobare iā fictā q̄ infinitas alias simulatas. Hec witcleff.

witcleff.

AVTHOR. Ecce dixi vobis: iste omnino cōtendit sanctum sacramentū dñici corporis obnoxiū esse cōbustioni fortuite et digestioni humane: et idcirco totū qd cōtra magistrū eius Berēgariū Guimūdus protulit ipse non tolerat. Sed adhuc homo miser attende Guimundū dicere illusiones tales fieri per angelos bonos siue malos non semper/sed quando vos turpes et fedi heretici tentatis deū in sumptione vestra sacrilega vt probetis more pecudū panē egyptiū per digestionē humanā. Veh mihi/quia hec dicēs de corpore dñi mei vir pollutus labijs factus sum. Sed quia in medio populi labia polluta habētis ego habito: si ipsi licēter dicerēt/nos autē suffusi verecūdia taceremus: verborum iniuria ɔcresceret saluatori. Infelix iste et turpis hereticus dicit Guimundum istā sentētiā de subtractione dñici corporis sacramenti a tentamētis hereticis nō posse fundare. Quid dicit catholicus nisi qd plane verū est? mentiris heretice. Nam ibi plane fundat/vbi Christus dominus ipsum idem et nō aliud et secūdū substantiā et naturā viuite carnis idem corpus suū subtraxit inuisibiliter homicidis Iudeis/ante tēpus suū lapidare eū volentibus. quādo item abscondit se et exiuit de tēplo. et vbi eorū culpa pmittit eis patrem hereticorū diabolū pro pane filiorum lapidem: pro pisce Ione serpētem: et pro ouo galline cōgregantis pullos porrigere scorpionē. Ipse autem integer permanens et inuiolatus: quid (inquit) me tentatis hypocrite? Sed vel quādoq̄ pmittitur filijs ire dei vt de accidētibus cortice sacramēti nutritionem assumant vsq̄ ad ebrietatem/sicut de Corinthijs Paulus scripsit: qd species ille sine substātia satis possunt: sicut quotidie inebriatos cernimus ab odore ceruisie atq̄ vini: et a longinquo respectu cibi alicuius fastidium ingerentis tam repletos vt nec reliqua parte diei quaslibet escas gustēt: et in his accidēs supplet vicē substātie.

Qꝫ witcleff detestanda plura concedit de sacramento Eucharistiæ: quæ item ipse dolose & mendose imponit catholicis.

Caput. LXIII.

Fideles Christi seruos se possūt pbare catholici/si qd bene credunt cōstanter affirmēt. Tunc maxime quādo surgent pseudo christi et pseudoprophete tractantes abominationē desolationis/et signa dantes vt in errorem ducātur/si fieri possit/etiā electi. Quātas abominatiōes q̄ horridas expuit witcleff ad desolandū sanctissimū sacramentū corporis/et ad cōtemptum eius inducendos si posset electos. Ecce inter centum blasphemias eius. ca. vij. quarti trialogi. Fideles (inquit) coguntur cōcedere ꝙ quelibet talis hostia quam nos credimus esse panē et corpus Christi/sit peius simpliciter q̄ panis equinus vel corpus aliqd quātūlibet venenosum/cū certum sit ꝙ omne tale accidēs corporeū siue quantitas vel qualitas vel aggregatum ex multis accidētibus sit infinito impfectius q̄ corp⁹ aliqd assignandum. Hec witcleff. AVTHOR. Hec ad inuidiam corporis sancti dicit: sic vbilibet sanctū Christi corpus blasphemat. Sic cum donatistis sacramenta christiana exsufflat. Sed parcat mihi Christus pro cui⁹ fide decerto: inter oēs mēdaces hereticos nōdū legi tā immaniter mētientē. Imputat Christifidelibus ꝙ ipsi adorent pro eximio sacramento signa panis foris patētia sensui: eo ꝙ ipse panem suū cōficit sacramētum: sic nescit a lutoso pane secedere. Nō nescit tamē se falsum asserere: omni enim luce certius agnouit ꝙ solū preuenerandum Christi corpus adoramus ibidem/preuenerabile sacramentū: ipsum inquam de spiritu sancto con

witcleff.

ceptum ⁊ natum de virgine. Ipsum item (quod inodiū witcleffistarū dico) idē ⁊ nusꝙ̄ aliud: idem essentialiter in essentia carnis nō aliena sed propria: ipsum substan-
tialiter idem nō substantia vel corporalitate panis vt fatuissime witcleff sophisticat: sed substātia proprij corporis sacrosancti/velati tamē qualitatibus panis pristini: quas improperat nobis hic witcleff esse sacramē
tum nostrū infinitū peius pane equino vel corpore venenoso/alias turpiter dicit vel ratonis stercore. Quid mirum? cū Seneca dicat in nullo differre vel laudari a turpibꝰ vel laudari ob turpia. Et igitur de turpi pectore eius ab altis contumelijs alte laudes vix differunt. Sed vir turpis cum nefandis hospitibus volēs angeli testamēti naturam fedare pulcherrimā acrisia sua percussus irruit in figuram. Ibi igitur circumpalpitet/ibi blasphemet/sollicite frendeat contra signa ⁊ accidētia sine subiecto. Probet ea pessima/⁊ demū improbet/dū nos cū sponso Christo intus in cubili intimi sacramēti intra velū tēpli/immo longe intra sanctū sanctorū ad ipsum altare propitiatorij adorantes intremus ibi scabellum pedum domini/humanitatē scȝ saluatoris ī sua natura ⁊ pura substātia videamus/colamus ⁊ oremus: ⁊ ore corporis corporaliter comedamꝰ. Unde anima nostra insatiabiliter ferueat ignibꝰ charitatis/prout hor-
Chrysost. tatur ⁊ instruit in expositione sua sup Joannem morali xlvi. Chrysostomꝰ dicēs. Horribilia vere mysteria ecclesie/horribile vere altare. Ascendebat de paradiso fons flumina emittens spiritualia. Secus hūc fontem plantate nō salices infructuose/sed arbores ad ipsum celum ascendentes/fructū habentes maturū ⁊ imarcescibilē. Siquis estū patitur/ad hunc veniat fontē ⁊ refrigeret estum: etenī ariditates soluit: ⁊ incendētia oīa mitigat: nō que ex sole inferuntur solum/sed que a telis ignitis diaboli. Etenī principiū desuper habet ⁊ radicē illinc/ vnde ⁊ irrigant̄ multa huius incilia fontis/que emittit paracletus ⁊ mediator fit/non sarculū habens ⁊ viā faciens: sed dispositionē q̄ in nobis est aperiens. Sequit̄. Quēadmodū enī auro liquefacto si manum q̄s immiserit siue linguā/aureā eam confestim faciet: ita vtiqȝ ⁊ hic animā operantur ea mysteria que ante nos iacent. Nam feruet quidē igne vehemētius hoc flumē/sed nō ardet: sed īfundit solū quodcūqȝ susceperit. Hic sanguis desuper prefigurabatur semp in altaribus in iustorum occisionibus. Hic honor orbis terrarū/hoc comparauit ecclesiā Christus/hoc ornauit eam vniuersam. Hec ille. AVTHOR. Hoc sacramentum nostrum est fideles in Christo fratres charissimi/in hoc gaudeamꝰ: hec altaria tua dn̄e virtutum rex meus ⁊ deus meus. In hoc sacramēto altaris Christi fons viuus emanat ortum habens ⁊ radicem in celis/emittens riuulos placido murmure omniū gratiarū ⁊ donorū spiritus sancti vbertate humanarū mentiū perfundētes irrigua / totū diuinum faciens quicquid in eo lauerit homo sicut aurū liquidū efficit aureū. Audiat witcleff cum luteo pane suo ⁊ vino tropicato/⁊ accidentia nostra deludat sine subiecto/ adoret figuras/venerabilibꝰ tropis genua flectat: nec ea rectificet donec tot ⁊ tāta sibi ꝯferāt insignia gratiarum. Non enī has vires habent enigmata cū substātia corporis Christi cōmunes. Et idcirco dn̄s ab hoc sacramento oēs tales figuras exclusit/cū diceret: Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus / sicut ex
Idem. circunstantijs litere probat vbi iā supra in sequenti homilia idem Chrysostomus dicens. Continuo conuertit se ad cū sermonē qui est de mysterijs scȝ corporis ⁊ sanguinis Christi sacramentis/ostendens rei necessitatem ⁊ quoniā omnino fieri oportet. Quid autē est hoc/verꝰ est cibus ⁊ verus est potus? Hoc vult dicere: quoniā verus est cibus is qui animā saluat: aut facere eos credere de eis que dicta sunt/vt non estiment enigma esse ⁊ parabolam quod dictum est: sed sciant quoniā omnino oportet māducare corpus domini. Demū ait. Qui manducat meā carnem in me manet. Hec ille. AVTHOR. Ecce vt faceret fideles credere non esse enigma corporis sui vel sanguinis qd̄ dixit/idcirco Christus dixit carnem suā verū cibū ⁊ sanguinē verū potū. Et ne existimarent eū parabolice loqui de māducatione corporis sui/ ideo illa dixit ⁊ adiunxit: Qui manducat meā carnē/innuēs omnino. i. corporaliter oportere eos comedere carnem suam. Hoc sacramentum carnis probet witcleff si possit esse peius veneno: hoc nos dicimus melius summo celo. Nam qd̄ dicit de sermone dn̄i in mōte. ca. xlij.
Illud sacramentum cum sit corpus Christi in forma pa witcleff.
nis est melius ꝙ̄ aliqua substantia sublunaris. Et sic secte intoxicantes principes terre per hostiam venenatā facerent ipsam melius ꝙ̄ prius fuerat consecrata. Hec witcleff. AVTHOR. Primū contra seipsum insurgit ꝙ̄uis ibi fingat sibi verba fidelium: quia si corpus Christi figurale vt ipse tenet in forma panis est melius omni substantia sublunari/multo magis corpus Christi naturale sub forma panis/ qd̄ fideles dicūt/est melius omni substantia sublunari/quia melius simpliciter est quodlibet in sua natura ꝙ̄ in nuda sui figura. ⁊ sic infinite simpliciter meliꝰ est corpus Christi quod vniuoce fideles credunt ꝙ̄ corpus figurale ⁊ equiuocū qd̄ witcleffiste sibi fingunt. Quod secūdo dicit/cōuitiū eius est/⁊ a fidelibus omnino negatum. Nec enī porrigunt hostiam venenatā vnꝙ̄: quia nec potest vnꝙ̄ esse de se venenū sicut pōt esse panis witcleff/vel musca mystica Lollardorūȝ. Non enim propinant catholici hostiam cōsecratā nisi corpus Christi in natura/qd̄ venenū vllum nō continet ꝙ̄uis omni heretico sit venenū ex indispositione suppositi: sicut loquitur libro suo de penitētia Augustinus di-
cens. Buccella dominica fuit Jude venenū: quam cum August.
accepit/inimicus in eum intrauit: non quia malum/sed quia male bonuȝ malus accepit. Hec ille. AVTHOR. Hoc autē conuitio toxici vtunt̄ heretici ad infamiā fidei/sicut in querela Augustini supponitur lib. ij. ad inquisitiones Januarij. vbi dicit Augustinꝰ. Quia ex his re Idem.
bus ad mysteria verbi dei similitudinū signa sumuntur dicāt/si placet/vel auspicia nos captare/vel venena cōficere/vel theatricas affectare luxurias. Sequit̄. Sed ad rem sacre significandā similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus/sicut de cetera creatura/ de ventis/de mari/de terra ⁊c̄. Ad celebrationē vero sacramētorū iam christiana libertate paucissime: sicut de aqua/de frumēto/de vino/de oleo. Hec ille. AVTHOR. Et ipse Petilianus infamare Augustinū sacratissimū presulem ausus fuit de panibus venenatis femine cuidam porrectis maleficiatis vt dixit amatorio carmine. prout lib. iij. cōtra Petilianū idē recitās Augustinus.
Titulos (inquit) epistolarū mearū a se vel a suis/sicut Idem.
eis placuit/inscriptos legat/⁊ tanꝙ̄ me in eis cōprehēdisse se gestiat confitentem: eulogias panis simpliciter ⁊ hilariter datas ridiculoso nomine venenose turpitudinis ac furoris infamet: ⁊ de nostro corde taȝ male sentiat vt amatoria maleficia data mulieri/marito nō solū conscio. Hec ibi. AVTHOR. Si in historijs ergo inuenerit toxicū sub hoc cōmento doli porrectum principibus/quid hoc ad hostiā cōsecratā? que nulla est ibi panis putribilis/cum oēm talē hostiam aboleuit Christꝰ per mortem suā sacris altaribꝰ/vt probat Apl̄s plane ad Hebreos. x. Sed corpus tn̄ aptasti mihi (inquit) corpus mundum ⁊ impollutū/nullius inquinamēti vel toxici susceptiuū. Immo velit nolit fatebit̄ Eucharistiā

Christifideliū suo sacramento omnimode meliorē hac ratione:quia Eucharistia nostra quā Christus cōstituit est corpus Christi naturaliter / ⁊ panis ⁊ vinū figuraliter. Sacramētū qđ witcleff instituit est panis coctus naturaliter/⁊ corpus habitudinalit̄.sed vtrobiq₃ corpꝰ Christi secundū naturā est melius pane naturali:⁊ species panis ⁊ vini qualitas ⁊ accidens absolutū est simpliciter nuda habitudine melius:ergo sacramētū ab eo fictum est sacramento a Christo facto deterius infinite. ¶ Postq̄ ergo sic imputata falsa resoluimꝰ q̄d credis astutie ⁊ false machinationis in sensu cōprehendimus heretico si detestabiles obscenitates probemus eū concedere/qualia mēdose de nobis ipē cōfinxit? Parcā argumentis ⁊ flexuris dialecticis/textu verbi eius vtar.

witcleff.

Ipse plane dicit libello suo de apostasia.capi.xviij. Sicut cōceditur catholice ꝙ corpus Christi ⁊ sic deus sit materialis essentia:⁊ sic materia prima que est substantia abiectissima in natura:cū iuxta Apostolū ad Philip.ij. Christꝰ seipsum exinaniuit formā serui accipiēs: sic concedendū est ꝙ corpus Christi sit panis secūdū sacramentalē habitudinē:⁊ sic corpus Christi est imperfectiꝰ q̄ testudo.Hec witcleff.AVTHOR. Videte q̄d dicit ꝙ corpus Christi est abiectissima substātia/immo ⁊ deus/quia materia prima:⁊ corpus Christi est peius testudine:⁊ quis coegit eū ista fateri nisi detestabilis heresis propria? Et nūquid digni sunt Lollardi tali sacramento qđ sit peius testudine? Nunquid digne tradidit eos deus in reprobū sensum vt faciant ea que non conueniāt ⁊ aptetur eis illud Osee. Si Galaad idolum: ergo frustra erāt in Galgal bobus immolātes.vbi lib.iij.

Hierony.

in cōmentario Hieronymꝰ. Quia vero(inquit) Galaad interpretatur trāslatio testimonij ⁊ Galgal volutabrū: hoc dicere possumꝰ ꝙ principes hereticorū testimonia veritatis trāsferant in mendaciū:⁊ quicquid colūt idolum sit:⁊ sacrificia eorū habeant similitudinē vel aceruorum de lapidibus congregatorū/vel testudinū. Quo modo enim ⁊ aceruí hinc atq₃ illinc de lapidibꝰ ⁊ sabulo cōgregant̄/ita ⁊ heretici de sapiētia seculari ⁊ argutijs hominū/de fraude atq₃ mēdacio simulacra componunt.Et cum hoc fecerint tardis gressibus in vno mouentur loco/⁊ totū orbē occupare nō possunt. Testudo tardo gressu ⁊ onerata immo oppressa pondere suo non tam ambulat q̄ mouet̄/hereticorū grauissima peccata significās:qui suis in ceno ⁊ volutabris luti erroribus immolant adorantes opera manuū suarū:⁊ instar boū cuncta pro terrenis frugibus laborantes.Hec ille.AVTHOR.Ecce quo produxit istū witcleff sacramentum suū peius testudine:hic testudinē suā repperit.Subeat ergo reliqua que sequuntur/⁊ sciat se secundū hanc sententiā testimoniū veritatis in mendacium transtulisse/quādo dicit scripturā quintuplicis euangelij pro sacramento suo tropico laborasse.Sciat pro witcleffistis dictū/Quicq̄d colūt idolū est:quia figura corporis Christi ⁊ nō ipsum corpus tropicū peiꝰ testudine:⁊ sanguis tropicus veneno deterior.Iste sunt cōparationes horride Lollardoꝝ/quas cōtumeliose obiectant fidelibus:⁊ in rei veritate ipsi cōcedūt.Historiā refero quā ego presens vidi oculis carnis mee in cathedrali ecclesia sancti Pauli Londonie/vbi venerandus Cātuariēsis antistes felicis recordationis/Thomas Arundelt̄ filiꝰ ⁊ frater Comitū/pro loco iudicij assistētibus sibi Nouicensis ecclesie tūc presule Alexandro ⁊ alijs episcopali sede verba quedā ⁊ interrogationes proponebat de side Eucharistie ad quendā sartorē de partibus wigornie deprehēsum in heresi,cū flecti ad fidem omnino nō posset nec aliud q̄ benedictū panē sacratissimā hostiaȝ volebat appellare vel credere:tandē iussus facere reuerentiā hostie/respōdit blasphemꝰ. Vere(inquit) dignior est aranea reuereri. At statim de alto culmine tecti descendens ingens ⁊ horrida visu aranea/ad os blasphemi directo filo peruenit.Et dū loqueretur/vt intraret per polluta labia sollicite procurauit ⁊ multorū manibus vix potuit ꝓhiberi.

Nota miraculum.

Astitit illustris princeps Thomas Exoniensis dux tūc Cancellarius regni ⁊ vidit ꝓdigiū. At predictus archiepiscopus statim surgēs cū alijs exponit omni populo ibi collecto quid vltrix manus d[illegible] fecerat in blasphemū. Nec mora/qui preciosissime carni agni preelegit araneā/peccatricē carnem suam flammis deuorandā amisit:vt esset fauilla peior aranea. Ecce doctrinā fedā ⁊ amaram errantiū qui sacramentum optimū sic in figurā attenuāt ⁊ idolum faciūt peius testudine/⁊ aranee posthabendū. Attēdamus item in predictis verbis Hieronymi quomodo witcleffiste heretici de sapientia seculari ⁊ argutijs hominum/ de fraude atq₃ mendacio simulacra componunt. Nam quo ad argutias quantū hactenus legi de catholicis scriptoribꝰ nullū repperi pro se terminū illū in vsum [illegible] sumpsisse. Sed witcleff omni frequētia in termino illo festiue velut in scypho Pharaonis augurari solet.Et ecōtrario doctores scti i termino illo obtrectāt hereticis vt alias dixi de Origene in canticis:⁊ hic similiter. Et itē infra super hoc textu/Verūtamē diues factus sum/Hieronymus.

Hieronym.

Opprimitur(inquit)pauper ecclesiasticus verbositate ⁊ argutijs hereticorū:qui postq̄ alios deceperint solent dicere diuites facti sumus.Hec ille. AVTHOR. Itaq₃ plerūq₃ doctores argutias hereticorū exponunt/ catholicorum nusq̄. Quantum item ad hoc quod dicit supra Hieronymus/ꝙ heretici de fraude ⁊ mendacio simulacra componūt:item de se witcleff hoc dictum intelligat:quia qđ ipse nō potest effugere ⁊ idcirco spōte concedit/hoc omni fraude ⁊ mēdacio tanq̄ incōueniēs obijcit orthodoxis. Arguit ipsi forsan aliqs:ex positiōe sua cōsequēs esse si corpus Christi est panis putribilis cum ille sit imperfectior omni viuo/ergo corpus est peius testudine. Annuit cōclusioni tanq̄ ineuitabiliter cōsequēti.Et ne videatur solus execrandā asserere dictionem hanc/tam conuitiose q̄ mēdose improperat orthodoxis. Sic item arguit alias contra fideles:eosdem sacramentū suū dicere alias acidū/alias sapidum/iam cādidum/iam fuscum/iam humidum/iam aridum:ita vt deus noster sit semper deus recens. Quo ad species sacramentales forsan tales esse cōcedimus:sed venerabile sacramētū corporis Christi tale esse/q̄s credidit hactenus Christianus? Ipse autem hanc conclusionē non potest effugere/ideo cōcedit prefato cap.xviij. Corpus

witcleff.

(inquit)Christi est imperfectius q̄ testudo/⁊ ita secūdū disparē predicationem recipit denominationes contrarias/sicut persona verbi secūdū dispares eius naturas. Corpus eiū Christi est singulū multorū:vt in vna essentia est tanta ⁊ talis hostia/⁊ in alia est hostia alia variata.Hec witcleff.AVTHOR. O ergo quāta astutia heretica ⁊ dolus malus? Si hoc sit turpe dictu:horridū ⁊ incōueniēs:cur tu sponte cōcedis hoc ipsum? Cur nobis improperas? cur ꝯuitiaris sacramētū nostrū peius stercore ⁊ veneno/qđ horremus? Et tu testudine vel aranea predicas esse peius. Alius hereticus Petilianus formā tibi prestitit huius fraudulēte calūnie/q̄ pariformi arte callida sic circūuenire disposuit Augustinus lib.iij.contra Petilianū.cap.xl.vbi dicit Augustinus.

Augusti.

Petilianus his tā vehementibꝰ coarctatus angustijs tacuit superiora ex q̄bus ista pēdebāt/⁊ hec absurda q̄ illius cōsequunt̄ errorē:ita cōmemorauit in r̄nsione sua quasi hoc ego ex mea sentētia dixerim. Que ideo dicta sunt vt attenderet quātū mali sequeret̄ eius sentētiā/⁊

eam mutare cogeretur. Hanc ergo fraudē audiētibus vel legētibus faciēs/⁊ omnino desperās legi posse que scripsimus/cepit in me grauiter ⁊ petulanter inuehi/ tanq̄ ego sensissem optandum esse omnibus qui baptizanē/vt baptizatores ꝑfidos habeant vt ignorent eos. Et infra. Qd̄ cum mihi Petilianus tribuēs tanq̄ hoc ego senserim satis in me grauiter ac vehemēter inuehitur: ipse vtiq̄ demonstrat ea ipsa grauissima inuectione sua/quātum nefas sit ista sentire: ac ꝑ hoc quicquid propter hāc sententiam in me dixisse videri voluit/ in se ipsum dixisse inuenitē: quia talia sentire cōuincitur. Ibi enim quantum in excidium veritatis superatus sit/vbi alium exitum non inuenit nisi vt me sensisse fingeret quod ipe sentit? Queadmodum si illi quos Apostolus arguit/quia dicebant non esse resurrectionē mortuorū/ eundem Apostolum accusare vellēt quoniā dixit/ neq̄ Christus resurrexit. Hec ille. AVTHOR. Mirāda machina falsitatis: ⁊ tamē que premit authorem: ꝙ sicut dicit Augustinus ipse demonstrat grauissima inuectione sua quantum nefas sit ista sentire/que tamē ipse sentit: ⁊ in hoc fatetur/⁊ alijs imputat quod singuli diffitentur/nec vnq̄ suffecit probare quod sequitur: imo qd̄ magis est/ipse ꝑ se soluet substātiam proprij argumēti. Omne (inquit) accidēs corporeū est imperfectius q̄ aliquod corpus assignandum. Cur non itē omne accidens est deterius omni substantia? Secūda parte sermonum

Accidens nō omne deteri⁹ omni substantia

sermone.ij. ipse dicit gratiam esse formaliter bonā qualitatē anime secundum quā anima redditur grata deo. Et nūquid ergo huiusmodi qualitas est melior multis substantijs? Et quid dicis de gaudio subiectiuo in beatis? maxime cum secūdum te tale accidēs includit subiectū quod est tale per accidēs. Et nunquid anima grata deo aut beatitudo subiectiua Christi/cū sit Christus est melior infinite lucifero? Ipse enim hoc arguit a proposito: ꝙ scʒ multa accidētia sunt multis substātijs meliora. xij. cap. de apostasia in. x. loco ad concludēdū accidēs non posse esse sine subiecto. Itē (inquit) qualitates vt virtutes ⁊ gratie sunt multis substātijs meliores/qd̄ nō posset esse nisi includāt formaliter virtuosam substātiam ⁊ dicāt eius modum. ergo. Assumptū videtē/eo ꝙ ille qualitates sunt eligibiliores datis substātijs/vt patet de diuitijs: immo videtur ꝙ nemo excideret a charitate pro toto mūdo saluādo: ꝙ de natura eligibilitatis virtus illa sit homini optatior/⁊ sic melior toto mūdo. Hec witcleff. AVTHOR. Nunqd iam sequitur penes eū: ergo vnius hoīs charitas que est bona qualitas aīe est melior toto mūdo? Et sic melior innumeris aīabus ⁊ bonis spiritibus ex q̄bus integraliter sistit mundus. Parcat ergo per hec accidentibus sacramentalibus/ que ob reuerētiam corporis gloriosi quod in natura sua ibi velant ⁊ continent: nos honoratiora esse credimus multis Lollardicis muscis vermibus ⁊ venenis.

De conuersione panis secūdum suam substantiam, & quibusnam opinio impanantium foret grata. Caput.LXIIII.

Witcleff.

Idem huius conuersionis simplicis panis ī corpus Christi ꝑ trāsubstātiationē altissimi witcleff negat ⁊ dissimulat/rem tollēs ⁊ terminum fallaciter ab ecclesie sensu ꝑuertēs/cōsequens Berengarianā ꝑfidiā triptitā. Nā primi cōuersionē istā ꝑ viā idētificationis suppositorū efficiunt. Secūdi ꝑ viā impanationis. Tertij ꝑ viam appellatiōis figuralis ⁊ tropice: cū quibus currit witcleff. Primi tamē ⁊ secundi maiorē fauorem in quorundam mētibus obtinēt: quia ponunt Christi corpus presens secūdum suam essentiam. Et qr ponunt panē adesse propter sustētificationē accidētiū/ multis grati sunt douētibus ⁊ quasi suspirantibus ꝙ sic ecclesia decreuisset/quia fuisset vt supputabant via leuis. Et quidam imputāt doctori subtili verbum istud sicut vtiq̄ witcleff notat cap. ij. de apostasia. Tertio cōcludit (inquit) fideles debere credere Christum fecisse eque bene vel melius tam in natura q̄ moribus ad profectum ecclesie seruando naturalē substātiam sacramēti/nisi ecclesia in ipso determinasset oppositum: sed: procul a fidelibus hec venena. Hec witcleff AVTHOR. Immo procul venena substantie panis tui heretici: pro qua tam procul abiecisti preuenerandam substantiam corporis dei viui. Sed quantum ad doctorē subtilē/illi qui hec illi imputāt atroci peccant iniuria. Sunt enim verba opponētis ⁊ nō doctoris ea que sic recitant. Nā doctor ille sup̄ quartū distinctio. xi. quest. iij. plane dicit ecclesiam decreuisse intellectum quē iam habemus de sacramēto in Lateranēsi cōcilio sub Innocētio tertio. ⁊ quicquid ibi dicitur esse credēdum/esse de substātia fidei. Et tandē subdit doctor subtilis: Et si queras quare voluit eligere intellectum illum difficilē huius articuli cum verba scripture possent saluari secundū intellectū facilē? De hoc dicēdum ꝙ eo spiritu exposite sunt scripture quo condite: ⁊ ita supponēdum est ꝙ ecclesia catholica eo mō exponit sicut tradidit nobis fides/spiritu scʒ veritatis edocta: ⁊ ideo hunc intellectū elegit/qr verus est. Non eīm in potestate ecclesie fuit facere istud verum vel nō verum/sed dei instituētis. Sed intellectū a deo traditum ecclesia explicauit directa in hoc vt credit spiritu veritatis. Hec ille. AVTHOR. Mēdaciter ergo peccant qui hoc imponūt doctori ꝙ ista via foret sanctior ⁊ certior si illam elegisset ecclesia. Et credi potest similiter deliquisse Joānē Parys in verbo qn̄ scripsit ī tractatu suo determinato hāc viā īpanatiōis adtūn placuisse doctori Guidoni nostri ordinis fratrū Carmelitarū/tūc qdē lectori sacri palatij: vt si foret papa ipsam decerneret eligēdā. Uerūtn̄ qr hec iā via mouet quosdā nostri tp̄is hoīes ita vt quasi optēt corde licitā eis fore tenēdā/⁊ decretū ecclesie ꝓ parte illa fore desiderāt: idcirco conabor ostēdere q̄ frustra nituntē cōtra ictū fulminis. Tū qr cūctis inspectis via nostra moderna est facilior/⁊ scripturis sctīs vicinior/⁊ doctorꝝ antiquorꝝ scriptis cōgruētior. Et qr est vnica ⁊ sola veritas/ est ad tollēdū īpossibilis/⁊ ad remanēdū necessaria absolute. Pro cui⁹ ītellectu supponēdū est illud Petri ī secūda Canonica. Hoc primū ītelligētes (inqt) ꝙ oīs ꝓphetia scripture ꝓpria īterp̄tatione nō fit. Nō eīm voluntate humana allata est aliqn̄ ꝓphetia/sed spū sctō inspirati locuti sunt dei hoīes. ij. Petri. ij. Nō ḡ ad expositionē humanā trahēda ē fides scripture: sʒ ad v̄itatē fidei ⁊ scripture oīs hūani īgenij captiuād⁹ est sensus. Ubi ⁊ ī expositiōe sup̄ hāc canonicā habet Beda. Hoc primū ītelligere debēt qr nulli ꝓphetarū sctōꝝ ꝓpria sua interp̄tatione ꝓphis dogmata vite p̄dicāt/sed que a dn̄o didicerāt/hec suis auditorib⁹ agēda cōmēdabant. Queq̄ in secreto celestia arcana ꝑceperāt hec simpliciter vel loquēdo vel scribēdo dei plebi tradebāt. Et nō sicut gētiū diuini q̄q̄ ipi de corde suo finxerāt hec turbis deceptorū quasi diuini oraculi cōsulta ꝓferebāt. Sicut ergo prophete non sua ꝓpria sed dei verba scribebant/ ita lector eorum nō sua propria interpretatione potest vti ne a sensu veritatis exorbitet: sʒ hoc oīmodis debet attēdere/quomodo sua verba voluerit intelligi ipe qui

Doctor subtilis.

Idem.

Guido carmelita.

Cōtra impanantes.

Beda.

scripsit. Hec ille. AVTHOR. Eant iam qui tantopere curant ecclesiã hoc mõ vel illo decernere: eant ꝛ noscãt ex sancto Petro/q: nõ voluntate ecclesie patrũ allata est scriptura vel fides in mũdũ: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt dei hoĩes/ꝛ ad eiꝰ sensum q̃ sic scripsit cogenda est ecclesia dũ exponit. Ideo bene dicit doctor subtilis q̈ non est in potestate ecclesie facere istud esse verũ vel nõ verum: quia veritas verbi est eius cuius est verbum/sc3 dñi. Et sic dicit hic Beda q̈ sicut prophete non sua propria sed dei verba scribebant/ita doctor eorum nõ sua interpretatione vti potest: sed omnimode debet attendere quomodo sua verba volebat intelligi ip̃e qui scripsit. Pueriliter vero sentiunt qui credũt ex humana tantum imperiosa voluntate pendere sententia3 decretalem: quasi sic vel sic possent si vellent fidei rudimenta cõstruere: ꝛ quasi patres ecclesie in cõcilijs suis agentes de fide dicerent prophetias domini ad fauorẽ petentium: sicut Zedechias filius Chanaam cum suis complicibus. iij. Regum. xxij. ita vt cum audiant a nũcio regis quod dixit Michee. Ecce sermones prophetarum ore vno bona regi predicunt. Sit ergo sermo tuus similis eorum ꝛ loquere bona. nec possit aut debeat ecclesia respõdere cum Michea propheta domini. Uiuit dominus quia quodcunq̈ dixerit mihi dominus/hoc loquar. sed cum assentatoribus Zedechie socijs sola proferre que interroganti complaceant. Nempe ego existimo matrem ecclesiam siue Romani cleri vel concilij generalis multo cõstãtiorem diuino Balaã/meliori certiorcq̈ sensu dicere semper posse. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argẽti ꝛ auri/non potero immutare verbum dñi dei mei vt plus vel minus loquar. Nume. xxi. Id est/quid si dixerint philosophi? Ista via est vicinior sensui pro accidentibus sustinendis/aut ista est leuior nostris conceptibus: constitue nobis illã. Frustra sibi petunt qđ optant/sensibus sc3 suis fidem arctare/ꝛ ad libitũ peruertere veritatẽ. Quid ad hec Ecclesia sancta respondet? Non potero immutare verbũ domini dei mei vt plus vel minꝰ loquar: q̈uis dederis mihi domum auro plenam. Ecce facilius esset nostris conceptibus dicere Christũ purũ hominẽ ꝛ non deum cum Arrio/q̈ supra omnem sensum dei filiũ eternaliter sine mutatione vel ordine tẽporis propagatũ a patre in idẽtitate numerali essentie. Et tamen viã primam abiecit sacrum Nicenũ conciliũ: ꝛ elegit secundã. Leuius esset dicere cum Manicheo Christũ nõ fuisse verũ hominem ne immortalis deus mori credatur in cruce. Et tamẽ reiecta est/damnata est/ꝛ via difficilior preelecta. Quare autem ista electa est/illa deiecta: sola ratio est: q: hec est sentẽtia veritatis/illa non sic. Istã ergo sequebatur magnum conciliũ/ꝛ insequebat illã. Sed quomodo ista videbatur tunc veritas/ꝛ illa nõ? Quia hoc semper in cõsuetudine docere solebat animata fides ecclesie a tẽpore apostolorũ per successionẽ pontificũ ꝛ plebiũ vsq̈ ad tempora illa/Quis non esset expresse definita pro fide: qualiter Augustinus docet in rebus dubijs fidem esse scrutãdam libro de vtilitate credendi. ita q̈ in magnis concilijs cum dubium fidei ventilaretur perpendebant patres quid sentiretur de hac re ante eos per cõmune3 fidẽ versum vsq̈ ad apostolos: ꝛ hoc statim decreuerũt esse tenendũ. Unde lib. iiij. de vnico baptismo cõtra Donatistas. capi. x. Augustinus. Sed illa consuetudo quã etiam tunc homines sursum versus respicientes non videbãt a posterioribus institutam recte ab apostolis tradita creditur. Sequitur. Nec quisq̈ dicat/quod accepimus de apostolis hoc sequimur/quãto robustius nunc dicimus/quod ecclesie consuetudo semper tenuit: quod hec disputatio dissuadere non potuit/ꝛ quod plenariũ concilium cõfirmauit/hoc sequimur? Huc accedit quia bene perspectis ex vtroq̈ latere disputationis rationibus ꝛ scripturarum testimonijs potest etiam dici/quod veritas declarauit hoc sequimur. Hec ille. AVTHOR Nõ ergo facile existimem magistrum illum Joannem Parys bene sibi prouisum esse quid diceret quãdo credebat se posse reperire alium modũ impanationis impune contra modum conuersionis substantialis quam definiuit ecclesia. Quia (inquit) qui sic adheret vni modo defendẽdi veritatem vt omnem alium modum abijciat/veritati facit preiudicium. Nam homines diuersimode dispositi non assentirẽt veritati per vnum modũ. At ego dico/sed quisquis alio modo q̈ veritatis in veritatem querit assurgere/ille facit preiudiciu3 veritati. Qui enim vult assentire deum patrem filium generare perennem per modum generationis nostre ꝛ decisionis ex carne/articulo diuine geniture preiudicat/ꝛ non proficit sibi quod credit. Ita qui credit carnem Christi substantialiter existere sacramento/veritatẽ credit: sed qui crediderit illam impanatam ꝛ ꝑ impanationis modu3 ibi existere: quia falso modo verum credit/nihil credit: ꝛ sancte communionis articulo efficit detrimẽtum. Idcirco enim non solum verum credendum: sed vere credẽdum est verum: quod quia cum vno conuertitur/solum est vnum. Et si modus tuus falsus est quid vis pro illo contẽdere? Ecce/tantum vnum vni opponitur. Si ergo iste modus ꝛ hec via quam ecclesia tenet est vera/sola est vera: ꝛ omnis alia falsa. Et idcirco Psalmista in ꝑsona viri fidelis solam vnam viam plurium iustificationum expostulat sibi legẽm. Legem (inquit) pone mihi dñe viã iustificationum tuarum. Et in expositione octonarij super eodem versu Hilarius. Hanc (inquit) iustificationum vie legem propheta desiderat. Lex enim iustificationum quibus religiosi cordis disciplinis continetur: ꝛ infra nos fines constitutionis sue quibus se vteremur arctauit: ne excedẽtes eos ad opiniones heretice intelligentie euagaremur. Hec ille. AVTHOR. Ecce lex domini iustificationum viam vnã ponit infra fines suos nos arctans ne excedẽtes eos ad opiniones heretice intelligẽtie euagemur. Hanc vnã viã tibi proponit ecclesia quando definit/hanc authoritate sua firmat et tenẽdam tanq̈ antiquam fidem/sicut iam supra docuit Augustinus. Que q̈uis hec iam primo sit declarata ꝓ fide/semꝑ tamẽ antea fuit fides patrum. Et ideo iam illam ecclesia preelegit ex multis: q: illã ecclesia semper ex consuetudine tenuit: ꝛ quia frequẽs disputatio illa3 dissuadere non potuit: ꝛ quod plenarium concilium cõfirmauit. Et tandem ex his audacter concludimus: quia bene perspectis ex vtroq̈ latere disputationis rationibus ꝛ scripturis/quod veritas declarauit hoc elegimus. Et quid satagit formare sibi pedem libere diuaricantẽ a vero: quia Augustinus dicit primo super Genesim in fine q̈ de verbis sacre scripture / cum diuerse proferuntur sententie non est aliquid vnum temere affirmandum/cum preiudicio alterius expositionis fortassis melioris: vbi pro modulo suo eligit quisq̈ quod capere possit? Sancta est hec Augustini sententia. Sed noli abuti libertate concessa / ne videaris authoritatem accommodare Nestorio / qui eodẽ modo tecum dicere potuit. Quid ego pro modulo meo nõ eligam qđ capere possim/carnem scilicet filij hominis et alicuius sancti viri citra Christum in sacramẽto altaris? Cur etiam Berengario ꝛ sequacibus eius non cõceditur dicta libertas/vt modulo suo quem capere ipse possit concedat tropicum tantum corpus ꝛ figuram vmbratilem in sacramento altaris? Sed idcirco quod Augustinus ibi consequenter adiungit pro expositio

Augusti.

Joannes Parys.

Uerum ꝛ vnum conuerti.

Hilarius.

Augusti. nibus consequendis notandum. Cum diuinos (inquit) libros legimus / in tāta multitudine verorꝫ intellectuū que de paucis verbis eruuntur/⁊ sanitate catholice fidei muniuntur/id potissimum deligamus quod certum apparuit/cum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet/id certe quod circunstantia scripture nō impedit ⁊ cum sana fide concordat. Si autem ⁊ scripture circūstātia pertractari ac discuti nō potest/saltem id solum qđ fides sana prescribit. Aliud est enim quod potissimum scriptor senserit nō dignoscere/aliud a regula pietatis errare. Si vtrunqꝫ vitetur/ perfecte se habet fructus legentis. Si vero vtrunqꝫ vitari non potest/etiā si voluntas scriptoris incerta sit/sane fidei cōgruam non inutile est tenuisse sententiam. Hec ille. AVTHOR. Hec est plena norma doctoris de tractatibus scripturarū tenēdis ⁊ cauēdis. Placet enim ecclesie dei ꝙ in verbis diuine scripture diuerse sententie proferant: sed inter oēs preeligatur illa quā certū est cum sensisse quem legimꝰ aut quam circunstantia scripture nō impedit/aut que a sana fide non discordat. Et quomodo certius hoc notū esse possit ꝙ decreto concordi totius ecclesie? Idcirco etiam sanctus Augustinus quem tu pro libertate mala

Idem. producis/etiā libertatem illam dimittit philosophis ⁊ hereticis.xviij.de ciuitate dei.cap.xl.vbi dicit. Videns autem diabolus templa demonum deseri ⁊ in nomen liberantis mediatoris concurrere genus humanuꝫ/hereticos mouit qui sub vocabulo Christiano doctrine resisterent Christiane/quasi possent indifferenter sine vlla correptione haberi in ciuitate dei/sicut ciuitas eius indifferenter habuit philosophos inter se diuersa ⁊ aduersa sentientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidū aliquid prauūqꝫ sapiunt/si correpti vt sanū certumqꝫ sapiant/resistunt contumaciter: suaqꝫ pestifera ⁊ mortifera dogmata emendare nolunt/ sed defensare persistunt: heretici sunt/⁊ foras exeuntes habentur in exercitibus etiā inimicis. Hec ille. AVTHOR. Ecce diuersa ⁊ aduersa inter se sentiētes in pūcto quasi cētrali fidei Christiane tollendi sunt/nec tolerādi. Quia ergo ponēs impanationē insolitā tulisti cōuersionē sacram panis simpliciter in corpus propriū saluatoris: quam certum est Christum sensisse q̄ tradidit tam ex scripture circunstātia ꝙ ex sana sanctorum patrū fide concordi: merito repudianda est via que a veritate exorbitat atqꝫ vita.

Contra impanantes corpus Christi fiunt rationes. Caput.LXV.

Eminata est hec impanātium dictio. Primo eni post Berēgariū puto inter scriptores cā placuisse Valerāno Medburgēsi episcopo: quem tam festuce witcleff inuocat in authorem/vocans eum quādoqꝫ Ambrosium/quandoqꝫ Isidorū: aut certe vt dicit magni Ambrosij discipulū/authoreꝫ de diuinis officijs: quem vt sepe dixi venerabilis Anselmꝰ increpat hominē sui tēporis/ ⁊ in alijs peritum scriptorem ⁊ vtilē. Hic inquam in hunc errorē incidit post Berengarianas reliquias: dicēs in cap. de materia sacrificij altaris. ⁊ recitat eū witcleff lib. de apostosia. ca. vij.

Valerānꝰ. Materia vel substantia sacrificij quod erat tunc ⁊ nūc est in manibus pōtificis nostri/non simpla est/sicut nec pōtifex solius diuine vel humane solꝰ substātie est. Est enī tā in pontifice ꝙ in sacrificio diuina substantia: est ⁊ terrena. Terrena in vtroqꝫ est illud qđ corporaliter vel localiter videri potest: diuina in vtroqꝫ verbū inuisibile quod in principio erat deus apud deum. Nam cum diceret idē magnus pōtifex panem ⁊ vinū tenens/hoc est corpus meuꝫ/ hic est sanguis/vox erat verbi incarnati/ vox eterni principij/verbum antiqui cōsilij/verbum qđ humanam acceperat naturaꝫ. Idem in carne manens/ panis ⁊ vini accipiebat substātiam: vita media panem cum sua carne/vinum cum suo iungebat sanguine. Hec ille. AVTHOR. Alius post istum Parrhisiēsis surrexit ponens etiam impanationem corporis Christi/vt sibi videtur / modo distincto/ per assumptionem panis a verbo mediante corpore parte/sicut albedo ab Ethiope mediante dente / ⁊ separat se ab opinione Valeranni vijs pluribꝰ. Primo (inqt) qr opinio eiꝰ similis est opinioni heretici/que ponit in Christo plura supposita/ et hominē assumi. Ista autē similis est opinioni catholice que ponit vnum suppositum in pluribus naturis: ⁊ nō hominē: sed humanitatē assumi. Et prima (inquit) scilicet Valeranni ponit corpus Christi impanatum. i. pane coopertū siue indutū/quasi denoīatiue quadā extrinseca habitudine. Ista vero poneret corpus Christi īpanatū. i. panē factū. Et pma ponit panē nō vnitatū post cōsecrationē sicut ante: sed ista poneret aliū panē/licet eandē paneitatem. Itē prima positio ponit duo corpora in altari distincta/scꝫ corpꝰ Christi/⁊ corpus panis/ quod ipsi vocabāt corpus sacrificij/vt patet in epistola Anselmi/ Fratri charissimo illuminatos oculos ⁊c. Sꝫ ista licet ponat duas corporeitates/tamen vnicum corpus habens duas corporeitates. Hec trāsumpsi a libro eius: in quo dicit se ex toto aduersariū Valeranni. Sed quantum isti inter se rixentur modica cura nobis. Suscepimus autem ostendere quantum vterqꝫ panita aduersatur ecclesie: ⁊ quantam difficultatem ingerunt studentibus nostris saluare scripturas: ductum orationis/ ⁊ dicta antiquorum patrum in comparatione doctrine moderne catholice. Primo igitur opponamus vtrisqꝫ verbum illud eterni principij / verbum verbi incarnati cum panem ī manus acciperet/Hoc est (inquit) corpus meum. Deducamus argumentum per medium quod iste impanator assumpsit. Apocalypsis/inquit/vltimo in fine scripture. Quicūqꝫ apposuerit ad hec/ apponet deus super illum plagas que sunt scripte in libro hoc. ⁊ Deuteronomij quarto. Nō addetis ad verbum quod vobis loquor/neqꝫ auferetis ex eo. Et in gestis Nicene synodi/⁊ Ephesine prime/⁊ Toletane sub anathemate prohibetur ne aliquis aliam fidem componat/addendo/docendo modo quolibet preter que in Nicena synodo sunt a patribus ordinata bene. sed quicunqꝫ impanator addit verbo Christi/non tantum verbum vel formam claram dicendi/cum dicit hoc esse corpus Christi ⁊ panem: sed panis substantiam: cum Christus dixerit tantum hoc esse corpus suum: ergo quilibet impanator propter additionem panis obliquam incurrit maledictionem predictam trifariam. Istud item assumimus contra witcleff/ ⁊ omnes concedentes corpus Christi esse cibariū panē grossum. Omnes enim addunt ad verba Christi qđ ipē nō dixit. Et quāto leuius foret dicere hoc scilicet panem virtute verbi Christi esse fiendo corpus suum verum. Sic item Apostolus ait. Panis quē frangimus/ nonne participatio corporis domini est? non ausus addere ꝙ sit item panis. Et calix quem sumimus communicatio sanguinis Christi est/nō addēs ⁊ vini. Hic est calix sanguinis mei noui ⁊ eterni testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Non dicit ꝙ est calix sanguinis ⁊ vini / vel sanguinis inuinati alicuius noue vindemie. Qui enim adderet ad hominem in natura / cum diceret Christus est homo/leonem in natura/ipse adderet ad errorem. Quis Christus dixerit se leonem. Qui autem adderet

Parrhisiensis.

leonẽ in figura non erraret. Cur ergo nõ errat qui addit corpori Christi panem in natura quod Christus nullibi dixit q̃uis sic dixerit semetipm̃ in figura? Verũtñ quia Christus incepit asserere panẽ esse corpus suũ/oẽs panite ⁊ witcleffiste deuijs vbis arguũt remanere panẽ. Sed vbi verbũ est effectiuũ potius sequeref oppositũ. Alias dicerẽt: q2 Christ⁹ ait/ceci vidẽt/idcirco ceci remanerẽt ceci/cũ viderẽt. Et claudi ambulãt: ergo claudi ambulãt manẽtes claudi. ⁊ leprosi cum mundantur sunt leprosi. Ita dico tibi/operatori⁹ est ille sermo Christi secundũ Ambrosiũ: ⁊ ideo q̃ est purus panis cũ dicif hoc/ille idẽ est purũ corpus cum dicitur corpus meum. Nec enim addetur corpus pani in principio/nec panis corpori in termino dictionis. Unde curre si potes per scripturas: q̃uis panem ⁊ vinum audieris in principio solum corpus ⁊ sanguinez es auditurus in fine. Hoc est (inquit) corpus. Hic est sanguis. Obserua regulam scripture vt nihil addas vel auferas: ⁊ iam habes ĩ verbis Christi sensum ecclesie: panis est corpus sine pane: vi-
Obiectio. num est sanguis sine vino. Sed obijcis. At vos additis verbis Christi permanentiam accidentis sine subiecto: ⁊ substantiã panis non remanere: ⁊ trãsubstantiationis
Responsio. articulum/⁊ huiusmodi plura. Dicitur q̃ explicare cõditiones ⁊ proprietates rei nõ est ad rem addere: sed exprimere que ad rem ipsam ordinate sequũtur. Unde posito homine non addit plus qui dicit cõiunctionẽ corporis ad spiritum/vel dicens eum bestijs eminere ⁊ angelis proximum in latitudinali situ nature. Sed simul qui dicit hominem dicit hec omnia. Ita qui dicit panẽ esse corpus in forma Christi/simul dicit illuz panem nõ esse panem/sed corpus Christi secũdum substantiã suã: ⁊ ipsum in corpus Christi sic cõuersum ⁊ trãsubstantiatũ/⁊ sensibiles species panis manere sine migratione propter sacramentũ: ⁊ ideo per se subsistere. Oia enim ista sequunf posito ibi pure corpore Christi secũdũ substãtiã in cõsequẽtia naturali. Nã patres Niceni cõcilij nihil addiderũt ad substantiã fidei de Christo/cõdẽtes nouũ symbolũ ⁊ exprimentes consubstantialitatis articulum. Nec patres Ephesini concilij addiderũt quicq̃ fidei sacramenti expresse ponentes ipsam solam viuificatricem carnem verbo vnitam. Ita nec ecclesia Lateranensis concilij sub Innocentio aliquid addidit ad fidem Eucharistie ponentem panis transubstantiationẽ ⁊ subsistentiã accidentis: sed expressit antiquã. ¶ Quã-
Panitarũ positio difficilis. tum autem prudentes viri perpendunt/non solum contra mentẽ Christi ⁊ scripture dictio huius impanationis edificat: verum difficultates auget ⁊ intricationes inexplicabiles contra seipsam. Ecce impanator iste dicit posse poni q̃ verbũ assumat panitatẽ/ spoliãdo panẽ suppositatione propria mediante corpore parte ad vnicũ esse suppositi corporis. Hic nõ est difficultas illa tãgẽda si sic posset dici de mõ/q2 si verbũ posset sic facere/posset sic dici. Et q̃ verbũ possit hoc facere nõ dubitamus ad presens: sed q̃ possit ita iã dici ex hoc q̃ȯ iã fecit deus/⁊ ostendit nobis per euangeliũ filij sui factũ esse/videf certũ q̃ nõ. Primo/q2 exorbitat ab omnib⁹ factis Christi: intantũ vt nusq̃ reperianf exempla per scripturas. Primo eñi discute vbi deus vnq̃ spoliauit aliquod suppositũ suppositatione sua vt vniat ipsum sibi vel alteri in ratione suppositi. Humanitas eñi propria nõ erat suppositata vnq̃ nisi suppositatione hypostatica verbi. Item verbũ nõ assumpsit alias aliquã naturam in suppositũ alienũ a se. Assumpsit enim corpus ⁊ animã sed in vnitatem suppositi sui/quod tamen est mirabile/soli Christo propriũ ⁊ vnicũ/nulli vnq̃ cõmunicatũ ante/nec cõmunicandũ in posterum: ergo multo magis nõ cõmunicabit assumptionẽ talem inferiori natu-

ture in vnitatem suppositi non diuini. Patet forma argumenti: q2 cũ potentia creandi per eminentiam potestatis deo conueniat/altioris esset miraculi in creatura si deo concedente posset creare. Maioris item stuporis esset lapidẽ habere fulgorẽ solis/q̃ ipsum solẽ fulgere. Si ergo magni miraculi res est dei verbũ posse assumere naturam disparem in vnitate suppositi increati: maioris esset miraculi si hoc faceret in natura subiecta/q̃ assumeret naturam insensitiuam in vnitatem suppositi sensitiui/quorum erit neutrũ deus. Et q̃ hec assumptio semel facta in Christo non erat fienda de cetero/nec ante ipsum facta: in de duabus naturis ⁊ vna p̃sona Christi sic inquit Boetius. Quid vero noui per aduentũ sal- Boetius.
uatoris effectũ est? nam catholicis ⁊ fidei veritas ⁊ charitas miraculi constat. Q2 enim magnum est q̃q3 nouũ quod semel nec vllo alio seculo possit euenire/vt eius q̃ solus est de⁹ natura cũ humana que ab eo erat diuersissima cõueniret: atq3 ita ex distantibus naturis vna fieret copulatione p̃sona? Hec ille. AVTHOR. Quis ergo assumptionem talẽ de facto cõcederet/⁊ ad eã iã totam induceret ecclesiã? cũ Boetio videf nõ posse euenire preter illud suppositũ cuius est entitas infinita habens in eminẽti perfectione totũ perfectionis ambitũ rei assumpte: ⁊ igitur terminat respectũ oĩs dependẽtie tam ratione cause q̃ suppositi secũdũ rationẽ oĩs potẽtie obedientialis ad ens simpliciter infinitũ. Totũ hoc deest in corpore parte/ad cui⁹ vnitatẽ suppositalẽ suã est assumenda paucitas: ergo corpus pars nullo modo potest sic terminare depẽdentiã nature panis ad ipsum in ratione suppositi. Itẽ corpus pars nõ est de se suppositũ: sed depẽdet a suppositatione verbi mediãte humanitate totali. Quomodo ergo posset terminare depẽdẽtiã nature alte alterius in ratione suppositi? Patet argumentũ/quia ideo ponitur verbum assumpsisse naturam humanam/quia est de se persona infinita. Item dependentia nature quantulecunq3 eque sufficienter terminatur ad suppositum proprium/sicut natura creature sublimis ad suppositum suum optimum: sicut eque subsistit natura vermis in suo supposito/sicut natura angeli in Michaele. Et inde est q̃ nõ solum natura vermis non est in potentia obedientiali suppositari ab angelo: immo ipsi repugnat. Et inde visum est doctoribus q̃ angeli susceperunt corpora tantum ad officium non ad suppositum: ergo a fortiori corpus altera pars non suppositat paneitatem. Item quod dicit de communicatione idiomatum/ q̃ non vult dicere sed negare q̃ deus vel homo sit panis/sed quia panitas est assumpta mediante corpore Christi parte/ideo in concreto predicabif de corpore Christi parte/⁊ non de verbo vel hoĩe. Si autẽ assumeref a verbo immediate vel mediãte humanitate totali/tũc diceref Christus panis. Primo sequif q̃ȯ ille cõtra Valerãnũ p̃ enormitate cõclusit/sc3 q̃ in Christo sunt plura supposita/sc3 cõmune ex deo ⁊ hoĩe q̃ȯ est Christus: ⁊ suppositũ in cui⁹ vnitatẽ panis assumif: ⁊ patet illa esse duo/q2 sufficiũt fundare contradictoria: q2 primũ est Christus: secundũ nõ est Christus: sed trahif tñ vt tu dicis ad eẽ suppositi corporis p̃tis: sicut albedo in dente Ethiopis. Si vero dicas nõ trahitur ad esse suppositi corporis partis/s3 ad esse suppositi vbi p̃ corp⁹ partẽ/sicut albedo ad eẽ Ethiopis p̃ dẽtẽ: hoc non põt intelligi/quomodo suppositatur in aliquo ⁊ nõ est ipsum p̃ se nec cum alio/vnde corpus pars trahitur ad suppositationem verbi per humanitatẽ totalẽ ⁊ sic aĩa. Et tamẽ Christus sicut nõ est caro nec aĩa/sic nec est humanitas que immediate assumif/sed est caro ⁊ aĩa.i. hõ. Cõformiter ergo Christus etsi nõ sit panis p̃ se/quia tamẽ panis assumif in vnitatem suppositi sui/

erit panis cũ alio/sc3 corpore parte ⁊ aĩa:vt sic dicēdo/
Christus est corpus panis ⁊ aĩa:⁊ itē Christus est sup-
positũ ex his ꝯstitutũ.Exēplũ suũ nō est ipsi bñ aptatũ
q: albedo in dēte Ethiopis habet suppositationē ꝓpriȷ
gñis:nec trahit ad esse suppositi Ethiopis/plus q̄ ca-
pitiũ eius.Patet etiã q supradicta eius assertio fallit
cũ dicit:si panitas assumeret a verbo immediate vel me
diãte humanitate totali/tũc esset Christus:q: humani-
tas ipsa assumit a verbo immediate/⁊ tamē nō est Chri
stus.Itē os assumitur a verbo mediãte humanitate to-
tali:sic enĩ Christus ꝓbauit se hoĩem dicēs:Palpate ⁊
videte q: spũs carnem ⁊ ossa nō habet sicut me videtis
habere.⁊ tamē nec os est Christ⁹ nec humanitas:ergo
immediatio illa non est causa predicationis talis in re
cto:nec itē totalitas mediãtis.Itē nō potest vitare ma
gna incōueniētia que sequunt ꝑ aliqđ simile in scriptu
ra vel natura:scilicet q corpus Christi fit a pistore ⁊ re
uersat/q: panis cōmunicat secũ ista idiomata ꝑ passio-
nes cōsequētes naturã eque sicut nomen nature.At q:
Christus habuit corpus crucifixũ/idcirco dicit crucifi-
xus.quō ergo corpus Christi nō erit pistum si sit panis
pistus? Cōfirmat.q: q̄uis Christ⁹ nō sit caput suũ nec
crinis:tamē dicit denominatiue crinitus a capite crini
to:ergo q̄uis nō dicet panis in predicatione ꝑ se/tamē
dicetur impanatus denominatiue a corpore impanato.
Itē adminus dicet Christus sub determinatione hodie
pistus reuersatus ⁊ coctus in clibano secundũ corpus
partē sicut Ethiops albus secũdũ dentē/secũdũ exem-
plũ tuũ vnicũ.Item ista positio auget blasphemas irri
siones gentiliũ:q: vere dicēt q colimus panē tã q̄ deũ/
⁊ q sorices comedũt corpus Christi nostri ⁊ hmōi:⁊ di-
gerit in humano corpore ⁊ egerit.Item cōtra illud Au
gustino intimatũ.Nec tu me mutabis in te sicut cibum
carnis tue.qđ itē Hugo exponit de venerabili sacramē
to.Propositio vel supponebat impossibile q Christus
manducatur carnaliter secundum suppositum/vel asse
ruit falsum/quia manducatum cum sit panis in te mu
tatur sicut cibus carnis tue.

Q₂ via impanantium est pluribus difficultatibus intricata;& via ecclesiæ est magis plana. Caput.LXVI.

Ost istas ergo rationes omnino
studiũ videt ineptum adinuenire
hanc angustã ⁊ tot septã difficul
tatibus viã impanationis corpo
ris partis sine Christo cũ expolia
tiōe preuia corporis panis a sup-
posito proprio:tã angustã inquio
vt nusq̄ in scriptura canonica vł
natura possit repperiri res simi-
lis:⁊ viã cōuersionis ⁊ trãsubstãtiationis nature in na
turã conari postponere/que tot habet in scripturis ex-
empla originis:in scripturis quoq3 sctōꝝ patrũ a tēpo-
rib⁹ apłoꝝ vsq3 huc assertiones planissimas:⁊ itē in na Hericus.
tura ꝯformitates valde cōfines/sicut dicit doctor Heri
cus.At cibus ꝑ alteratiōes varias successiue actu mē-
bri mutat in verã carnē hoĩs::ita repēte operãte autho
re nature panis in carnē vertit saluatoris/⁊ vinũ in san
guinē.Et habuit ex Damasceno.iiij.sniarũ.ca.v.vbi di- Damascē.
cit.Quēadmodũ naturalr ꝑ comestionē panis/⁊ vinũ
⁊ aqua ꝑ potũ in corpus ⁊ sanguinē comedētis ⁊ bibē
tis trãsmutat:⁊ nō fit aliud corpus preter prius corp⁹
ei⁹:ita ⁊ propositiōis panis ⁊ vinũ ⁊ aqua ꝑ innouatio
nē ⁊ supaduētũ spũs sancti supnaturaliter trãsit in cor
pus dñi ⁊ sanguinē/⁊ nō duo sunt/s3 vnũ ⁊ idē.Hec ille.

AVTHOR.Quid planius dici posset ꝓ cōuersiōe sim
plicis essentie panis/ita vt supernaturaliter trãseat in
corpus Christi sine successione propter alteratiōnē pre
uiã ꝑ qualitates aut subiecto deferēte/sicut panis na-
turaliter transit ꝑ mutationē subiecti manētis in fine?
Et iam nō duo sunt(inquit)sed vnũ:nō duo corpora vel
supposita vt dicit primus/nec due nature vt secundus:
nec duo entia panis ⁊ respectus vt dicit terti⁹:sed sunt
vnũ ⁊ idē corpus sc3 Christi qđ prefuit:sicut panis ali-
mēti fit idem corpus preexistētis suppositi.Añ Chryso
stomus sup Joannē Morali.xlvi.dicit sic.Qui quidē a Chrysost.
cibarijs fit nobis sanguis:nō cōfestim hoc fit/sed aliud
quid.hic autē/sc3 sanguis Christi in sacramento/nō ita
sed cōfestim aĩam irrigat/⁊ magnã quidē virtutē inspi
rat.Hec ille.AVTHOR.Aliud itē cōuersionis huius
trãsubstãtialis exemplũ fundamus in natura mediãte
miraculosa trãsubstantiatione aque in vinũ optimũ:q:
hoc tm̃ fecit Christus subito potentia infinita:qđ per
trãsmutationes varias ⁊ exhalatiōes aque ꝑ radices
⁊ brachia vitis fecisset natura/testãte lib.vi.sup Gene-
sim.cap.xix.Augustino.Quis(inquit)nescit aquã con Augusti.
cretã terre cũ ad radices vitis venerit duci in saginam
ligni illius:atq3 in eo sumere qualitatē que in vuã pro-
cedat paulatim erũpentē/atq3 in ea grãdescentē vinu3
fiat/maturũq3 dulcescat/qđ adhuc feruescat expressum
⁊ quadã vetustate firmatũ ad vsum bibēdi vtilius locũ
diusq3 ꝑueniat? Nō ideo lignũ dñs quesiuit/aut terrã/
aut has tēporũ moras/cũ aquã miro cōpēdio cōuertit
in vinũ:⁊ tale vinũ qđ ebrius etiã cōuiua laudaret.Nũ
quid adiutorio tēporis eguit cōditor tēporis? Hec ille.
AVTHOR.Et sup Joannē homilia.viij.idem Augu-
stinus.Ipse enĩ fecit in vno die illo in nuptijs in sex il- Idem.
lis hydrijs quas ĩpleri aqua p̄cepit/q̄ omni anno hoc
facit in vitib⁹.sicut enĩ qđ miserũt ministri in hydrias
in vinũ cōuersum est in opere dñi:sic ⁊ qđ nubes fundũt
in vinũ ꝯuertit eiusdē opere dñi.Hec ille.AVTHOR.
Ipsi naturales philosophi ⁊ cosmographie periti non
sunt huic increduli discipline.Norũt enĩ scriptũ in.iiij.
Meteoro.capi.xix.qđ est de gñatione lapidũ/q panis
ꝓpe Toracē in lapidē ꝯuersus est/remansit tñ ei color
suus.Cur ḡ nō diuino opere cōuerti posset panis in cor-
pus ita vt remaneat color panis? In septētrionalibus
quoq3 Britãnie finib⁹ arbores quedã aues pariũt be- Aues ī ar
ne grandes:⁊ ad rostra pendēt sicut solēt poma ꝑ fron- borib⁹ nas
des.Non lōge ergo abest extra horizontē nature glorio ce.
sa cōuersio.Sed vade quere mihi vbi sit talis impana-
tio.Scio ex scripturis os secundum totã substantiã cō
uersum in feminã/sicut panē secundũ se totũ cōuersum
in corpus.Ecce ossationē nō inuenio:cōuersionē reperio.
Virgã trãsubstãtiatã ĩ colubrũ/feminã trãsubstãtiatã
in statuã/aquã trãsubstãtiatã in vinũ.Istas substãtia-
rũ cōuersiones scripture canonice largiunt ad oculum:
nusq̄ virgationē serpentis/feminationē lapidis/aqua-
tionem meri/colligim⁹.Quomodo ergo posset esse via
facilis que nusq̄ facta videtur:imo nec fieri posse vsq̄
legitur:⁊ illa difficilis que totiēs exemplatur? Non di
co tamen ego esse viam impossibilem:quia nō habet ex
emplum/quia hoc esset currere cum Witcleff cōtra dei
potentiam/sicut alias ex Augustino in prima parte de
duxi.Sed miror q iam proponit illã quasi ꝑ ecclesiam
statim determinandam pro vero:cuius nunq̄ precessit
exemplum a seculo:⁊ multi subtiles ponunt impossibi-
le.Unde ⁊ sic arguit Atticus in persona Hieronymi cō
tra Pelagium in dialogo contra Pelagianos parte
prima Hierony.Itaq3 aut da exemplũ qui absq3 pecca- Atticus.
to fuerint in perpetuum/aut si dare nō potes/cōfitere
imbecillitatem tuam/⁊ noli ponere in celo os tuum/vt

per esse ⁊ esse posse stultorũ illudas auribus. Quis enĩ tibi cõcedet posse hominẽ facere qđ nullus vnq̃ hoĩm potuerit? Hec ille. AVTHOR. Hoc igit̃ iter posse tuũ distat ⁊ posse pure logicũ/ q posse tuũ conaris copulare semꝑ ad actũ: quasi nõ solũ possit sic fieri ⁊ tũc cõcedi: sed q sine nouo facto statim possit cõcedi pro vero. ⁊ huius tũc oportet te sicut arguit Hieronymus exempla ꝓferre. ¶ Quantũ ad hoc q reputat hãc viã vtilẽ ad excludendũ difficultatẽ accidẽtis sine subiecto: non bene/ vt mihi videt̃/ excludit illã: cũ includat difficultatem longe maiorẽ/ absolutionẽ scʒ nature a proprio suo supposito. Declarat̃ nãq sic. Longe maior ⁊ immediatior est vnio nature ad suppositũ proprij generis/ si saltem dicenda est vnio ⁊ non vnitas/ q̃ est intimitas accidentis ad subiectum suum: quia natura ⁊ indiuiduum sunt eiusdem generis per se/ ⁊ predicatio est essentialis ⁊ vniuoca nature ad suppositum: sola accidentalis ⁊ denominatiua accidẽtis ad subiectum. Maioris ergo potentie est absoluere naturã a supposito suo/ q̃ accidens a subiecto: ⁊ sic maioris difficultatis. Item declaratur assumptum. accepto indiuiduo accidẽtis/ puta coloris/ intimior est natura coloris huic colori de quo predicat̃ essentialiter ⁊ per se/ q̃ est parieti de quo predicatur cõtingenter ⁊ satis per accidens. Idcirco enim separationẽ istam secundã asserunt doctores frequenter actu factã: sicut Basilius ⁊ Damascen⁹ de luce creata primo

Lux sine subiecto.

die quã ponunt qualitatem sine subiecto: ⁊ sic mansisse spatio tridui vsq ad diem quartum/ ⁊ tũc creatum esse ei⁹ subiectũ/ scʒ solẽ. Primã separationẽ/ scʒ lucis specifice a suo indiuiduo/ nunq̃ legi vel factã actu vel possibilem fieri. Sed tam intima est natura cõmunis substantie suo supposito q̃ natura cuiuslibet accidẽtis suo indiuiduo: ergo difficultas maior est separare naturam substãtie a supposito proprio q̃ accidẽs a subiecto. Itẽ in categorijs Aristotel'. Destructis primis/ impossibile est aliqđ aliorũ remanere. Si tamẽ posset natura per potentiam infinitam absolui a suppositatione propria: difficultas est nũquid posset suspensionẽ istam cõtinuare per tempus. Probatio est q sic: quia potentia infinita que habet actũ/ habet ei⁹ durationẽ in potẽtia/ quo dato esset color/ ⁊ nullus color particularis: ergo a fortiori/ nullius subiecti color: qr prius vnaqueq forma est determinate in se q̃ determinet sibi aliud. Angustã itẽ semitã ⁊ satis arctã patit̃ ista via inter doctores. Ipse tamẽ dicit visum esse quibusdã q fuerat olim Grecorũ

Est ĩpressũ cap. xiiij. ꝑon. v.

opinio/ sicut Damasceni dicẽtis .iiij. li. sentẽtia. ca. xiiij. q quemadmodũ in baptismate/ quia est cõsuetudo hominibus aqua lauari ⁊ oleo vngi/ coniugauit aquam ⁊ gratiam spiritus/ ⁊ fecit lauacrum regenerationis: ita quia consuetudo est hominibus panẽ comedere ⁊ aquã ⁊ vinum bibere/ coniugauit eis suã deitatem: ⁊ fecit ea corpus ⁊ sanguinẽ suum. ⁊ pauloante. Interrogas (inquit) qualiter panis corpus Christi fit/ ⁊ vinũ sanguis. Et respondet: panis ⁊ vinum assumitur. Ex quo concludit doctor panificus. Ecce (inquit) dicit fieri per assumptionem. Cancellarius Oxoniensis querit: nunquid sicut Christus assumpsit Petrum/ Jacobum/ ⁊ Joannẽ. Reuera presumit in termino/ nec potest per totuʒ illud capitulũ assumptio panis inueniri quã ipse pretendit: maxime cum assumptionem exponit figuraliter esse di-

Damasce.

ctã in eodẽ ca. post/ Damascenus. Ipsam oblationem ita vocantes metalipsis. i. assumptio dicitur. per ipsam enĩ filij deitatẽ assumim⁹. ⁊ infra. Omni igit̃ virtute custodiamus ne assumamus metalipsim/ id est assumptionem hereticorum: neq tradam⁹. Hec ille. AVTHOR. Ecce panis assumptionẽ cõcedit hic doctor extendẽdo modũ loquendi. i. ad transitionẽ eius in corpus Christi secũdũ substãtiã/ secũdũ quã possumus nos assumere filij deitatẽ q̃ procul est ab vnione ei⁹ in supposito. Idcirco oẽm virtutis inducit custodiã ne assumamus metalipses. i. assumptiones hereticas: specificãs ibi figuras corporis ⁊ sanguinis dñi quas ponit witcleff/ supponẽs exẽplariter panẽ assumi ad dignitatẽ corporis: sicut Richardus assumpt⁹ est in epm̃. Fugiam⁹ itẽ alias assumptiones panis ad vnitatẽ suppositi: quas assumptiões horret semꝑ ecclesia/ monẽte eã Hieremia in lib. Threnorũ de his ꝓphetis. Viderũt (inquit) tibi assumptiões falsas ⁊ eiectiões. Qꝫ itẽ doctor iste grec⁹ posuit assumptionẽ istã ꝑ conuersionẽ trãsubstãtialẽ/ nõ ꝑ vnionem aut figurã/ vt litera eius pãdit. Damascenus. Quia (inquit) cõsuetudo est hoĩbus panẽ comedere ⁊ aquã ⁊ vinũ bibere/ cõiugauit eis suã deitatẽ ⁊ fecit ea corpus ⁊ sanguinẽ suũ/ vt ꝑ assueta ⁊ secundũ naturã in ijs que super naturã sunt fiamus/ corpus enĩ vere est vnitũ deitati qđ ex sancta virgine corpus. Nõ quoniã ip̃m corpus qđ assumptũ est ex celo descẽdit/ sed quoniã ip̃e panis ⁊ ip̃m vinũ transit in corpus ⁊ sanguinẽ Christi. Si autẽ modũ inquiris qualiter fit: sufficit tibi audire/ qm̃ per spiritũ sanctũ/ quemadmodũ ex sancta dei genitrice ꝑ spiritũ sanctũ sibijpsi ⁊ in seipso dñs carnẽ substituit/ ⁊ plus nihil cognoscimus: sed qm̃ verbũ dei verũ ⁊ actiuũ est ⁊ omnipotẽs: modus autẽ inscrutabilis. Hec ille. AVTHOR. Hic plane docet doctor assumptioneʒ panis ⁊ vini fieri ad corpus Christi/ nõ ꝑ descensum corporis Christi de celo/ sicut illudit witcleff: sʒ qr panis ⁊ vinũ trãsit in corp⁹ ⁊ sanguinẽ Christi. Nõ dicit vnit̃ Corpori Christi/ imo bene dicit ip̃m vniri deitati ⁊ specificat. Corpus (inquit) qđ ex virgine sumpsit. Ita igit̃ adhuc habẽt panite querere aliũ patronũ ꝓ vnione sui panis ad corpus/ qr hic nõ habent vnionẽ nisi corporis ad deitatẽ. Habet ⁊ witcleff excusare se penes Damascenũ pro figuris: qr cũ Damascenus inuestigat istũ modũ quo dei verbũ panẽ efficit corpus suũ/ dicit. Sicut ꝑ spiritũ sanctũ ex sancta dei genitrice carnẽ sibi ⁊ in seip̃o substituit. Si ḡ hoc vno mõ hic/ ⁊ ibi: si carnis tm̃ figurã substituit sibi ex pane/ carnis tm̃ figurã ⁊ non substãtiã sustituit sibi ex virgine: qđ ẽ heresis Manichea. Si aũt ꝑ hũc modũ substituit sibi verbũ ex virgine carnẽ secũdũ essentiã: hãc eandẽ substituet sibi ex pane. Et ratio/ qr verbũ dei actiuũ est ⁊ oĩpotẽs. Modo tropici respect⁹ witcleff actionẽ verbi nõ terminãt/ secũdũ eũ. est ḡ essentia corporis in sua natura q̃ terminat actũ ibi in cõuersione sua. Qꝫ itẽ eũ recitat de carbone idẽ est. Vnde ibidẽ dicit Damascenus. Carbonẽ vidit Esaias. Carbo aũt lingnũ simplex non est/ sed ignitũ igni. Ita ⁊ panis cõmunionis nõ panis simplex est: sed vnitus diuinitati. Corpus aũt vnitũ diuinitati: nõ vna ac eadẽ illi natura est: sed vna qdẽ corporis: vnite aũt ei diuinitatis altera. Quare amborũ simul nõ vna natura est/ sed due. Hec ille. AVTHOR. Frustra hic letantur isti tres panite computato witcleff/ super vocabulo panis: putantes esse panem cibarium. Sed quomodo ille vnitur deitati? ⁊ quomodo tunc non computat Damascenus tres naturas: panis scilicet corporis ⁊ diuinitatis/ sed tantum duas separatim eas nominãs hinc corpus hinc deitatem? Vna (inquit) corporis/ vnite deitatis altera. Et subdit. Quare vtrorunq non vna natura/ sed due. Vbi est ḡ tertia panis quam nõ numerauit ibideʒ? Sed ideo non simpliciter panis dixit/ sed panis cõmunionis/ intelligens corpus Christi: ideo statim dicto q nõ panis simplex est/ sine medio volat ad corpus. Corpus (inquiens) vnitum deitati non vna natura est. ⁊ cetera. Et post vocat eam communionem simpliciter. Qꝫ autem dicit item de mente Dionysij tertio capite ec-

Idem.

Idem.

clesiastice hierarchie vocantis illud sacramentū assum
ptionis: respondet breuiter Cancellarius Ercla. non
sic inueniri. Sed si talis litera esset / intelligeretur as=
sumptionis ad deiformitatem: quemadmodum Diony
sius loqui solet: ⁊ iam supra dixit Damascenus. Unde
alia litera quam Lincolinensis exponit / vocat sacra=
mētū ascensionis: quia ꝑ illud sacramentū ascendit ali
quis digne ad diuinā similitudinem. Qꝫ aūt assumit in
partē suā / cōfessionē Berengarij dicentis panē ⁊ vinū
corpus ⁊ sanguinē dñi esse / ⁊ ꝙ frangitur ⁊ teritur dēte
sacerdotū: ⁊ hoc nō posse fieri sine corpore cōiuncto: ar=
guit Cancellarius querēs si intelligat hoc posito cor=
pus Christi lacerari in partes / ita ꝙ vna separetur ab
alia: sicut ⁊ partes per ante fierent si esset ibi panis. Et
tūc incidit ī illud quod vitare ꝓposuit: ꝙ corpus Chri
sti in se teritur. Si aūt per fractionē intelligat ꝙ corp⁹
incipiat esse totū simul in diuersis locis sacramēti: tūc
frustra ponitur ad hoc panis: quia sic posset sine pane
per solas species qualitatis ⁊ quātitatis: immo subie=
ctum non frangitur nisi fractione quantitatis.

Qꝫ panis transubstantiaᵗ in corpus Christi secundum suam essentiam vtrobiqꝫ, cōtra tā īpanantes q̄ tropicātes. Ca. LXVII.

Quod aūt allegat Ambrosium / te
nuiter hoc facit meticulosus as=
sertor: sciens forsan quomodo in
cōmunicatoria sua sententia Au
gustinus ⁊ Ambrosius decreue=
runt dicere ꝙ nō sit panis qui in
ventrem vadit. Insuꝑ ne pluriū
authoritatuꝫ mole premiatur: ad
dictum Ambrosij sibi oppositum
⁊ Eusebij Emiseni. Iste (inquit) authoritates non sunt
contra nos / quia licet ponatur sic esse / nō tamen dicunt
quin aliter posset esse ⁊ a deo fieri. Unde alium modum
non dicūt impossibilē. Reuera nec orthodoxi cōtra mo
dū aliū se opponūt: nec ecclesia aliū modū cōtra dei po
tentiā determinauit īpossibilē. Quo fugis bone homo?
quis te tā procul iussit abire? Non bene moliris cōtra
conuersionē simplicē panis / quā solā verā esse decernit
ecclesia / qꝛ possibilis est alia. Aut quare nō instas pro
inlapidatione corporis Christi / aut inasinatione eius: si
cut pro impanatione: nisi intelligas impanationē verā
de inesse? Certe inlapidationē eius cōcedimus ita verā
de possibili modo diuino. Sed qđ subiungit audiamus.
Witcleff. Ex abūdāti aūt dici pōt / ꝙ dicta sanctorū nō tenēt nisi
quatenus se fundēt in scriptura canonica. Iā audimus
qđ dicat. Hec est vtiqꝫ responsio witcleff cōsimiliter. Si
aūt staret iste modus dicendi / inutilis esset ꝓbatio quā
Augustinus ꝯtra aberrātes assumpsit / vocās in testes
cōtra Iulianū / ꝯtra Donatistas / cōcors testimoniū pa
trū a tēporib⁹ apłoꝝ ꝑ successiones epōꝝ vsqꝫ ad dies
suos. Et hoc dixit eē fidē catholicā: ⁊ si nō ipm expresse
canonica cōtineret. Aliter qs cōuincere poterat Arriū
de fide cōsubstantialitatis: qđ verbū ipse negauit / qꝛ in
scripturis nō fuit? Ipsi patres dixerūt rē ei⁹ scripturis
inesse: ipse negauit. Sed cōcordi fide presentium ⁊ pre=
teritorū patrū cōuictus fuit: quā vsquequaqꝫ vitare nō
potuit. Unde lib. ij. suꝑ prouerbia. textu / Uade cōtra vi
Beda. rū stultū ⁊ nescit / Beda. Ideo derisor sapiētiā quā que
rit nō inuenit: qꝛ ⁊ si aperte cōtra illius stultitiā dispu=
tādo incedas / nescit intelligere que dicis: vt Arrius / q̄
verbū cōsubstātialitatis in patre ⁊ filio / nusq̄ scriptura
rū inueniri posse cōtēdebat: cū ei manifeste scriptū obij
ceret, Ego ⁊ pater vnū sumus: ⁊ deus erat verbū / ⁊ cete

ra talia. Hec ille. AVTHOR. Hanc reputo fidē anima
tam / hic per fideles in via / ⁊ per sanctos in patria / mul
toqꝫ veriorē scripturā canonicā ꝙ̄ cōtentā in schedula.
Attamē videamus sanctos patres qualiter se fundent
in scriptura: ⁊ ꝓducamus eos cōtra witcleff ⁊ oēs pa=
nificos vno passu. Producamus inquā eos si forte po=
nāt qđ iam tenet ecclesia / ꝯuersionē scꝫ nature panis ⁊
transubstantiationē eius in corpus Christi pure nō tro
pice. Quo cōtra witcleff dicit in de apostasia. ca. xiiij.
ꝙ de⁹ ⁊ sacerdos suus efficiūt hoc sacramētū: ⁊ faciūt witcleff.
ipm esse corpus Christi nō idētice sed tropice: sed nō fa
ciūt ipm corpus. Et sic factio terminaᵗ ad hoc esse cor=
pus Christi qđ est respectiuū / ⁊ valde salubre fidelib⁹.
Hec ille. AVTHOR. Sic nō male dixi totiēs arguen=
do ꝙ totū opus operatū in ꝯsecratione dei nostri est so
lus respectus tropicus iuxta witcleff. ⁊ hāc cōsecratio
nē in tropū vocat ipse transubstātiationē mō suo. sicut
declarat se in tractatu de cōfessiōe. cap. i. vocās hāc tra
substātiationē īꝑceptibilē ⁊ inutilē. Et ꝯcludit tādē ꝙ
oīs ꝯuersio sua dicit aliquā factionē: sic ꝙ natura con=
uersi sit accidētaliᵗ de nouo / qđ vł cuiusmodi pri⁹ nō fue
rat. Hec witcleff. AVTHOR. Uidetis ꝙ̄ inuolūtarius
sit fateri cōuersionē simplicē essentie vel nature cum ec
clesia ⁊ fide. Audiam⁹ sanctū patrē Ambrosiū: quē wit
cleff cap. xxxix. de sermone dñi in mōte sicut ⁊ ceteri pa
nite vocāt in testē. Uideamusqꝫ qđ ipse sensit de cōuer=
sione hmōi si sit essentialis an accidētalis ⁊ tropica / vt
isti ꝯfingūt. Is sctūs pater libro suo de mysterijs. Quā Ambros⁹
tis (inquit) vtimur exemplis vt ꝓbem⁹ hoc nō esse qđ
natura formauit / sed qđ bñdictio cōsecrauit / maiorēqꝫ
vim esse bñdictionis ꝙ̄ nature / qꝛ bñdictione etiā ipsa
natura mutaᵗ. AVTHOR. Primo oīm noteᵗ qđ ī tot
exēplis sctūs iste pater ad ꝓbādum assumit: nec putet
quisq̄ iam loqui sanctum Ambrosium: sed totā priscaꝫ
illam ecclesiam vna voce fidem suam exprimere per in
strumentum Ambrosij. Hoc enim iam loquitur quod tē
pore suo generaliter credebatur. Assumit: dicit proban
dum hoc non esse sacramentum corporis ⁊ sanguinis
quod natura formauit: sed quod benedictio cōsecrauit.
In hoc vno v[illegible]o saucium vulnus witcleff accepit: ⁊
omnes panite cum eo qui dicunt sacramentum natura
liter esse panem. Et hunc ergo natura formauit quem
non in panem nature benedictio consecrauit. Et quali=
ter probat? quia maior est virtus benedictionis ꝙ̄ natu
re. Dicit quidem Ethnicus ille. vij. Physico. virtutem
esse actum perfecti in dispositione ad maximum: ⁊ ideir
co non alteratiue dici: ergo virtus ipsa benedictionis si
fit maior vi nature: sed natura formatrix formauit cor=
poris essentiā: ergo vis benedictiōis formabit ibi essen=
tiam corporis / non alterabit panem tm̄ vt accidentali=
ter fiat corpus. Procedat Ambrosius in exemplis.
Uirgam tenebat Moyses / proiecit eam / facta est ser= Idem.
pens. Rursus apprehendit caudam serpentis: ⁊ in vir=
ge naturam reuertitur. Uides igitur prophetica gra=
tia bis mutatam esse naturam serpentis ⁊ virge? AV=
THOR. Hec mutatio non fuit accidentaliter vir=
gam fieri serpentem secundum quendam tropum / nec
econtrario serpens refectus est tropica virga / sed essen
tialis virga secundum naturam: essentialis quoqꝫ secū
dum naturam suam viuam ⁊ reptilem. Ergo si reduce=
mus exēpla ad ꝓpositū / nec panis fiet tropice sed natu
raliter secūdū essentiā corpus viuū: ⁊ idipm corpus qđ
spiritus sanctus repēte formauit in vtero virginis: ꝙ̄ ꝑ
fecte formasset ipsum natura propagatione consueta
cum ordine temporis. Sicut item per manum Moysi
perfectum edidit fetum serpētis. Unde. vi. super Gene
sim ad literā. cap. xix. Augustin⁹. Nōne (inquit) certis Augusti.

dierum numeris suo cuiq; generi accōmodatis omnis natura serpentium coalescit/formatur/nascitur/roboratur? Nunquid expectati sunt hi dies vt in draconē virga cōuerteretur de manu Moysi ꝛ Aaron? Nec ista cū fiunt/cōtra naturam fiūt: nisi vobis quibus aliter nature cursus innotuit: non autem dei/cui hoc est natura qd fecerit. Hec ille. AVTHOR. Ergo ille perfectus draco factus est subito ꝑ ꝓpheticā gratiā que formaret aliter per naturā/si cursum propagandi serpentes expectaret ordine temporis ꝛ dierum. Ergo bene comparauit Ambrosius cōuersionem panis in corpus Christi/vt sit non quod natura formauit: sed quod benedictio cōsecrauit. Quod natura formauit in virga fuit virga tm̄: quod benedictio consecrauit/fuit serpēs tm̄ nō virga que olim. Ergo quod natura formauit in pane fuit panis: sed panis tm̄: ꝛ quod benedictio cōsecrauit erat corpus viuū/ ꝛ non panis grossus secūdum essentiam. Item Ambrosius. Currebant Egypti flumina puro aquarū meatu: subito de fontiū venis sanguis cepit erumpere: nō erat potus in fluuijs. Rursus ad prophete preces cruor cessauit/flumini aquarum natura remeauit. AVTHOR. Hic autem conuersio rei secundum suam essentiam ducitur in exemplū. Fluuialis enim aqua conuertebatur in sanguinem/non accidentaliter vt tu dicis in tropum sed in substantiam sanguinis. Sic item vinum secundū substantiā conuertitur in Christi sanguinem secundum suam substantiam: nec ibi simul aqua ꝛ sanguis: nec hic in sacramento simul vinum ꝛ sanguis vel naturalis vel tropicus. Bene prouisa sibi exempla per ordinem conuersionis/scilicet virge in serpentem pro cōuersione panis in carnem in cruce exaltatam. Et exemplū sequitur conuersionis aque in sanguinem pro conuersione vini quondā aque traducte per venas vitis in sanguinē saluatoris. Deinceps sequunt̄ exempla mutationis naturalium proprietatum. Ambrosius. Circūclusus erat vndiq; populus hebreorum/hinc egyptijs vallatus/inde mari clausus: virgā leuauit Moyses/separauit se aqua ꝛ in murorū speciē cōgelauit: atq; inter vndas via pedestris apparuit. Jordanis retrorsum conuersus cōtra naturam in sui fontis reuertit exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluuialis cursus esse mutatam? AVTHOR. Attende quid concludit/ non mutationem aliquam tropicam vel accidentis per accidens/sed aque secundum suam naturam labilis in essentiam firmitatis: ꝛ aque secūdū naturā procliue tā effecte retrograde. Iste sunt vtriusq; aque proprietates perfecte. Ita paries accidentiū in venerabili sacramento efficitur ꝑ se cōstans q̄ subiecto solebat semp illabi: ꝛ impetus declinationis eius suspēdit̄/donec sacra Christi caro sine madidatiōe accidētis circūflui ab ore Christiani trāsuehat̄ ad littora paradisi. Nec est stupor maior accidēs ꝑ se subsistere/q̄ aquā a sua labilitate suspēdere. Proprietas vtriusq; est labilitas aque/inhesio accidētis. Sequit̄ Ambrosius. Sciebat populus patruꝫ: tetigit Moyses/ꝛ aqua de petra fluxit. Nūqd non preter naturā operata est gratia: vt aquam vomeret petra quā nō habebat ex natura? Marath fluuius amarissimus erat: vt sitiēs populus bibere nō posset. Misit Moyses lignū in aquā: ꝛ amaritudinē suā aquarū natura deposuit quā infusa subito gratia temperauit. AVTHOR. Nature ecce petra ꝑ gratiā cōuersa est: vt ait Psalmista/in fontes aquarū: nō in respectus tropicos vel fontes figurales. Sed nec petrationē fontiū vel assumptionē rupis in vnitatē suppositi aque hic obtinet impanator. Amaritudo quoq; in dulcedinē est cōuersa: qualitas in qualitatē/natura in naturam: ꝛ huic pereunti de subiecto/illa succedit. Ambrosius. Sub Heliseo propheta vni ex filijs prophetarū excussum est ferrū de securi/ ꝛ statim mersum est. Rogauit Heliseū q̄ amiserat ferrū. Misit etiā Heliseus lignū in aquā/ꝛ ferrū natauit. Atq; ꝛ hoc preter naturā factū cognoscimus. Grauior enī est ferri species q̄ aquarū liquor. Aduertimus ergo maiorē esse gratiā q̄ naturā/ꝛ adhuc tamē prophetice benedictionis numeramus gratiā. AVTHOR. Et hic itē absolutas qualitates/grauitatē .s. leuitate cōpēsat. nec est eñ hec figuralis cōuersio: nec assumptio/sed naturarū cōmutatio/gratia triūphante. Aduertimus ergo (inquit) maiorē esse gratiā q̄ naturā. Et tandē inducēs cōuersionē sacramētalē gratia cuius oēs predictas cōparationes assumpsit/inquit. Q; si tantum valuit humana bñdictio vt naturā cōuerteret: q̄d dicimus de ipsa consecratione diuina: vbi verba ipsa dñi saluatoris operantur? Nam sacramētū istud quod accipis/Christi sermone cōficitur. Hec Ambrosius. AVTHOR. Hic iam videat wicleff si bñ librauit sermones Ambrosij: volēs ex eius authoritate ꝓbare panē sic esse corpus Christi vt tñ nō cōuertat̄ in illū secūdū essentiā: sed secūdū tropū/ ꝛ finaliter remanere panem. Ecce ad istas cōuersiones Ambrosius nos misit: quarū nulla ē ꝯuersio/nulla assumptio in vnitatē figure vel tropū/sed plena cōuersio secūdum essentiā priore essentia nō manente. Unde dicit: q; si tantū valuit humana bñdictio/vt naturā cōuerteret. Et supra dixit: q; benedictione etiā natura ipsa mutat̄: non per accidēs: sed in aliā naturā per substantiā sicut exempla cōcludunt. Et semp annectit q; potior est gratia q̄ natura. Ad quid? vt si naturalis serpēs sit melior q̄ respectus: melior sanguis naturalis/melior firmitas secūdū essentiā/melior aqua/melior leuitas/melior dulcedo/quelibet res melior secundū essentiā q̄ secundum figurā: sic etiam corpus Christi melius in natura q̄ in figura precisa. Sed potior est gratia diuine conuersionis/q̄ virtus nature operantis: ergo diuina cōsecratio cōuertit istas essentias ī precisas essentias corporis ꝛ sanguinis nō in respectus: sicut nec priores naturas cōuertit vt peiores essent per operationē diuinā q̄ fuerant ꝑ naturam. Magister vester Berengarius dire sed digne increpatus erat propter hanc ipsam cōuersionem Ambrosij ꝑ Lanfrancū/lib. de corpore ꝛ sanguine domini. Berēgarius enī ait. Per cōsecrationē altaris fiūt panis ꝛ vinum sacramentum religionis/non vt desinant esse que erant: sed vt sint que erant ꝛ in aliud cōmutentur: quod dicit beatus Ambrosius in libro de sacramētis. Hec Berēgarius. AVTHOR. Uidete q̄ sibi cōueniūt wicleff ꝛ iste magister eius: q̄q̄ cupiat videri diuersus ab eo. ca. v. de Eucharistia dicēs q; ponat Berēgarius corpus Christi tm̄ p̄sens in signo. Ipse dicit realiter ibi presens: sed realitatem ipsam nūq̄ sciet exprimere q̄d sit vltra signū vel virtutē accidentalē. Et q; dicit corpus Christi realiter esse presens: quia per signū: adhuc nihil addidit in re vltra signum. Et reuera magister eius hoc item addidit: ꝛ dicit panem ꝛ vinum post consecrationem solummodo/corpus ꝛ sanguinem domini esse/sed sophistice semper vt in signo. Unde conuersionem essentialem vterq; negat/ꝛ ad partem suam vterq; traxit Ambrosium. Sed respondet vtriq; Lanfrancus. O mentem amentem: o hominem impudēter mentientem: o puniendam temeritatem? Ambrosiū testem accire presumis q; panis ꝛ vinum altaris per consecrationem non desinunt esse quod erant/sed commutantur in aliud quod non erant? Et quidem si de sacramentis seu de ceteris de quibus Ambrosius scripsit omnes reuoluas libros quos ecclesia in vsu nūc habet: tale aliquid ab Ambrosio dictū/taliterq; expositū nusq̄ reperire valebis. Quod si dixisset/preclarissime fa-

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

Ambrosius

Lanfrancus

nie sue plurimū detraxisset/sibiipsi contrarius extitis-
set/rem incredibilem credendā esse constituisset. Quis
enim cōpos sui credat rem aliquā conuerti in aliā/nec
tamē in ea parte desinere esse quod erat? Sed veritas
ipsa/que deus est/ꝓcul semper auertat vt testis verita
tis contra veritatem testis existat. Accipe potius quid
in libro de mysteriis dicat. volens enim discrepantiam
ostendere inter manna Judeorū ⁊ sacrificiuz Christia-
norū/ꝑ hoc videlicet ꝙ illud vmbra ⁊ figura erat: hoc
vero lux ⁊ veritas: illud e celo: hoc corpus domini ce-
lorū: ne tantam elementorum in tantarū rerum conuer
sionē mens credere humana refugeret/subiūxit dicens
Quātis igitur vtimur exemplis vt probemus nō hoc
esse qđ natura formauit/sed qđ benedictio consecrauit:
maioremq̄ vim esse benedictionis ꝙ̄ nature/ q2 bñdi-
ctione etiam natura ipsa mutat̄. Panē vinumq̄ a na-
tura formari: nullus est qui ambigat: null9 qui nesciat:
de quorū vera in verū corpus dñi conuersione non opor
tere dubitari/manifestis ostendit exemplis/ cōgruis ꝑ
similia asserit argumētis: narrans in primis Moysi vir
gam in serpentem versam: deinde serpentem in virgaz:
posthec aquas in sanguinem mutatas: dehinc sangui-
nem remeasse in aquas: pluraq̄ in hūc modum. Ad vl-
timū premisso illo magno ac singulari miraculo de par
tu virginis/inquit. Et hoc qđ cōficimus corpus ex vir-
gine est. Et ne naturam potentie diuine ꝓponeres/ qua
si non possit deus cuiuslibet rei mutare naturā/ occur-
rit dicens. Quid hic queris nature ordinem in Christi
corpore/cum preter naturam sit ipse dñs Jesus partus
ex virgine? Hec ille. AVTHOR. Erubescat witcleff
nec attollat vultum in conspectu magni Lanfranci: q̄
eius vsq̄ ad perenne silentium euicit magistrū. Quid
iam dicit cum respectibus suis: ⁊ tropis in Christi cor-
pore: nec tantum putat operari dñm quantū concedit
elinguem operari naturam: sed natura faciet vinuz se-
cundum substātiam/Christus sanguinē respectiuum?
Sed dicit: sanguis tamē Christi secundum figuram ex
cedit vini naturam. Quid mihi de magnificatione tro
pi tui? Sed si creasset deus serpentem solum tropicuz
ex virga ꝓiecta: nonne multo imperfectiorem fecisset
illū ꝙ̄ natura formans verum serpentem in substantia?
Ergo si per dei potentiam caro solum tropica in sacra-
mento conficitur: substātiali carne agni ab oue ꝓducti
longe erit inferior. Et Ambrosius semper dicit ꝙ poti-
or est gratia ꝙ̄ natura. Potētia cognoscitur ꝑ actum/
⁊ actus ꝑ effectū: melior ergo necesse erit effect9 opan-
tis gratie ꝙ̄ nature. Obiicit tamē witcleff quia Isido-
rus in sermone ponit exemplum de conuersione infide-
lis in fidelem/que videtur esse cōuersio per accidens:
Isidorus. nō per totam essentiam. et incipit sermo Magnitudo
celestium. vbi. Teipsum (inquit) iam regenerat9 inter-
roga: dudum alienus a vita/ peregrin9 a misericordia/
a salutis via intrinsecus mortu9 exulabas: subito initia
tus Christi legibus/⁊ salutaribus mysteriis innouat9/
Fidei. in corpus ecclesie non viuendo/sed credendo: ⁊ de filio
perditionis adoptiuus dei fieri occulta puritate me-
ruisti. Sequit̄. Sicut ergo sine corporali sensu ꝑterita
vilitate deposita subito nouam indutus es dignitatez:
et sicut hoc ꝙ in te de9 lesa curauit/infecta diluit/ma-
culata detersit/non oculis sed sensibus tuis sunt credi
ta: ita ⁊ cum reuerendum altare salutari cibo potuq̄ re
ficiendus ascendis/sacrum dei corpus ⁊ sanguinem fi-
de respice/honore mirare. Hec ille. AVTHOR. Male
sibi conscius arripit istud telum doctoris vesan9 wit-
cleff: qđ si bene torqueatur vulnerat iacientem. ꝙ̄ꝙ nō
per omnia exempla rebus cōueniant. Sic eñ probat
sanct9 pater Dionysius/sacer vere philosophus/ꝙ fi-
gura dissimilis euidentius veritatem demōstrat quāto
ꝑ similitudinem ⁊ non veritatē esse se ꝓbat. tertio cap.
angelice hierarchie. Sup quo Hugo. Illa eñ signa eui Hugo.
dentiorem demonstrationem habent q̄ ⁊ per similitudi
nem qua appropinquant veritati ipsam veritatem ma-
nifestant: ⁊ per dissimilitudinē qua elongant a verita-
te/se non esse veritatem: sed signa tantū ⁊ imaginē veri
tatis demōstrant. Hec ille. AVTHOR. Verūtamē ad
tantum ꝓficit exēplū vt fidez cōuersionis roboret quā
iste infirmare conatur. Nam formam vnam abiiciendā
specificat ⁊ aliam assumendam: formam abiiciendā vo-
cat pristinam vilitatem/lesionem ⁊ maculam: formam
assumendam/dignitatem nouam appellat: ⁊ translatio
nem ab vna in aliam dicit filiationem dei ⁊ incorpora-
tionem ecclesie a filio perditionis. Compara iā transla
tionem panis in corpus Christi: ⁊ cogeris per exemplū
dicere: ꝙ sicut in conuersione de filio ꝑditionis in filiū
adoptiuum/de preterita vilitate in nouam dignitatez/
de lesione ad curationem/de infectione ad ablutionem/
de macula ad detersionem: prius aufertur filiatio per-
ditionis/pristina vilitas/lesio/infectio/atq̄ macula: ne
maneant simul cum filiatione dei/noua dignitate/cura
tione/ablutione/⁊ detersione: ita in reuerēdo altari/ pa
nis ita conuertitur in substantiam corporis Christi/vt
nihil eius remaneat: sicut nec quicq̄ de filiatione perdi
tionis remanet cum filiatione dei. Unde in fine sermo-
nis reuersus ad comparationem eiusdem exempli Isi-
dorus. Sicut (inquit) quicūq̄ ad fidem veniēs ante ver Isidorus.
ba baptismi adhuc in vinculo veteris est debiti: his ve
ro cōmemoratis mox exuitur omni fece peccati: ita qñ
benedicende verbis celestibus creature sacris altarib9
imponunt̄/anteq̄ inuocatione summi nominis cōsecrē
tur/substantia illic est panis ⁊ vini: post verba autem
Christi/corpus est ⁊ sanguis Christi. Quid autē miruz
est si ea que verbo potuit creare/verbo possit creata cō
uertere? Hec ille. AVTHOR. Per hoc ꝙ recitat vin-
culum veteris debiti exuendum per sacra verba/⁊ sub-
stantiam panis ⁊ vini item per sacra verba/ sic corpus
Christi futuram: patet eum velle conuersionem substā-
tie panis cum omni exuitione sui in substātiam corpo-
ris Christi/sicut fit exuitio plenaria a vinculo veteris
debiti. Ita etiam libro quarto de sacramentis Ambro-
sius. Tu ipse (inquit) eras: sed eras vetus creatura: post Ambros9.
ꝙ̄ consecratus es/noua creatura esse cepisti. Vis scire
qñ noua creatura? Omnis (inquit aplus) est Christo
noua creatura. Hec ille. AVTHOR. Sicut ergo vet9
creatura post consecrationem non remanet sed noua tā
tum: ita nec panis vetus sed tantum nouus manet in
hostia. Noli arguere mihi de conuersione accidētali in
vna consecratione sicut in alia. Nec cōcludas mihi re-
manentiam prioris essentie in vna vt in alia. Non eñ
exempla doctorum sunt paria vtrobiq̄. Sed plane cō-
parant hanc conuersionem accidentalē ad cōuersionē
illam scđm substantiam: sicut hic Isidorus. Ante inuo
cationem summi noīs (inquit) substantia illic est panis
⁊ vini: post verba autē Christi/corpus est ⁊ sāguis Chri
sti. Quid autem substantiam panis diceret: nisi vellet
illam scđm seipsaz substantiā in corpus Christi trāsfer-
ri? Et item ꝙ verba illa consecrationis sunt effectiua/
sicut fuit verbum quo creata sunt omnia? Ad hoc item
de conuersione substantiali currit quod in eodē sermo-
ne frequenter assumit idem Isidorus. Quanta itaq̄ et Isidorus.
ꝙ̄ celebranda beneficia vis diuine benedictionis opere
tur attende. Et vt tibi nouum ⁊ impossibile non debeat
videri/ꝙ in Christi substantiam terrena ⁊ mortalia cō-
mutantur: teipsum interroga. Hec ille. AVTHOR. Vi
de ꝙ mortalia ista. i. corruptibilia panis ⁊ vinū commu-

tantur in substantiam Christi/nõ in dignitatem aliquã figuralẽ. Et iam supra ꝙ substãtia panis ⁊ vini erit corpus Christi. Ergo cõuersio ista erit mutua scdm substãtias vtriusqꝫ extremi/non accidentia respectiua. Unde pro desitione panis scdm substantiam propriam subiungit idem. Isidorus. Si forte panis esum esurientibus apponeremus/non ex toto perueniret ad singulos: qꝛ particulatim ⁊ minutatim portionem suam vnusquisqꝫ presumeret: de hoc vero pane cum assumitur: nihil minꝰ habẽt singuli q̃ vniuersi. Totum vnus/totum duo/totum plures sine diminutione percipiunt: qꝛ benedictio huiꝰ sacramenti scit distribui/nescit distributione cõsumi. Hec Isidorus scdm ipsum. AVTHOR. Mihi tamen videtur plus sequenda decretorum authoritas: q̃ in de consecratione dicit cũ Eusebiũ Emisenũ. Et ita Paschasius in libro de corpore domini. Hic ergo esum consumptibilis panis remouet a sacramento: et solum panem a deo multiplicatum sic ad centum vt ad vnum ibi cõcedit qui nescit distributione consumi.

Qꝫ in conuersione ista percelebri non est adnihilatio vel destructio materię pręiacentis. Cap. LXVIII.

Conuersio ista solẽnis sicut peccata diiudicat/que nihil faciunt homines: ita fugit ꝓcul adnihilationes ⁊ destructiones hereticas q̃s witcleff mẽdaci ligua nescio quotiens imputat orthodoxis. Primo de sermone dñi in monte cap. xl. vbi latius arguens. Iuxta (inquit) istam heresim panis ⁊ vinuꝫ adnihilarentur: qꝺ foret seuerissimũ miraculum sacerdotibus regulariter ascribendum. Witcleff. Que ergo foret causa quare Christꝰ destrueret istas substantias vsqꝫ ad nihilum virtute sue benedictionis? nulla videtur ratio nisi vt blaspheme dicatur ipsum esse deum malum manicheorũ. Nec possunt isti heretici istam adnihilationeꝫ subterfugere: qꝛ vt habent seminare sua mendacia consequenter deus potest adnihilare vtrãqꝫ istam materialem substantiam seruando accidens/pascẽs sensum illusum irrationabiliter sicut prius. Hec witcleff. AVTHOR. Totus iste ꝓcessus proteruiã exprimit malignantis/non sententiam arguentis. Nã alias in tractatu suo de vniuersalibus. cap. xiij. cõfitetur plane cõtrarium/ ꝙ orthodoxi negant panem ⁊ vinũ adnihilari in consecratione corporis domini. Sꝫ tamẽ malignatur in causa eo (inquit) ꝙ conuertuntur in accidentia. Adhuc rectifices quod distortum est ⁊ dicas qꝛ conuertuntur in substantias meliores. s. in corpus ⁊ sanguineꝫ saluatoris: ⁊ nunq̃d tunc fiunt nihil? Aut si penes te tãtillulũ valent/immo nihil valẽt corpꝰ ⁊ sanguis Christi/vt cum ipsa fiant panis ⁊ vinũ/penitus nihil fiant? Sed hoc a te petit ecclesia: qua ratione adnihilationẽ intrudis huic conuersioni celeberrime? Forte qꝛ dicis ibi. Quia cum nulla pars alterius istarum substãtiarũ seruatur in corpore vel in sanguine domini: relinquitur ꝙ fit vtriusqꝫ istꝰ substãtie adnihilatio. AVTHOR. Falleris si vtraqꝫ substãtia fit aliquid in corpore domini: ⁊ aliquid non dico eque bonuꝫ sed multo melius q̃ fuit in se. Aut nunquid forma substantialis corporis viui ⁊ sẽsibilis vxoris Loth fuit adnihilata qñ in formã statue vertebatur? Aut forma serpentis quando vertebatur in formam virge? Et tñ vtraqꝫ forma relicta est forma conuersa deterior. Ubi ergo cõuersio est in excellẽtius aliquid/vt si homo conuerteretur in angelũ/ quis sanus capite dicere posset istũ adnihilari: ⁊ non potius creari vel perfici? Hac eñi de causa lib. iiij. de sacramentis dixit Ambrosius. Ambros. Si tanta vis est in sermone domini Iesu/vt inciperent esse que nõ erant: quãto magis opatorius est vt sint que erant: ⁊ in aliud commutẽtur? Hec ille. AVTHOR. Propter hoc dicit ne conuersio ista putetur esse de nihilo vel in nihilum: sed ab aliquo in aliq̃d. s. a pane p̃existente in corpus item quod p̃fuit. Nec panis inde fit nihil: sicut nec corpꝰ Christi ex ista conuersione fit aliquid: sed panis ipse fit aliquid quod ante non erat/sine omni detrimento sui esse simpliciter ⁊ melioratione/inestimãda omnis sue totalis ⁊ partialis essentie. Sic eñi tutum fecit Ambrosiuꝫ a maxillis Berengarij libro. iij. de corpore ⁊ sanguine domini Guimundus. Guimũdꝰ. Hoc (inquiens) diligenter nota: quia nõ dixit vt sint qꝺ erant: sed ea que erant (inq̃t) sint: sꝫ aliud sint q̃ erãt. Quod videtur sentire cũ subiungit. Et in aliud commutentur. tanq̃ suã comparationeꝫ explicaret sic. Si sermo domini Iesu operatus est vt inciperent esse que non erant. i. ex nihilo: quãto magis opatorius est vt sint que erant. i. vt sint ista. i. corpus ⁊ sanguis ex eis que erant non ex nihilo? Aliter eñi comparatio ista recte intelligi nõ potest. Que igitur erãt. i. panis ⁊ vinũ/ sunt: sed non sunt quod erant: sed in aliud commutata. Et hoc est quod ait. Ut sint que erant/ ⁊ ita sint vt non in se sint sed in aliud cõmutẽtur. Hec ille. AVTHOR. Et ratificat eandem comparationem in sermone sepe dicto qui incipit Magnitudo celestium/Anselmus dicens. Anselmus aut Eusebius. Benedicende verbis celestibꝰ creature sacris altaribus imponuntur. anteq̃ inuocatione summi nominis cõsecrẽtur: substãtia illic est panis ⁊ vini: post verba aũt Christi/corpꝰ ẽ ⁊ sãguis Christi. Quid aũt mirum est si ea que verbo potuit creare/verbo possit creata ꝯuertere? Immo iã minoris videtur esse miraculi: si id qꝺ ex nihilo agnoscitur condidisse iã conditũ in melius valeat cõmutare. Hec ille. AVTHOR. Utrobiqꝫ doctor iste declarat Ambrosiuꝫ. Quia qꝺ Ambrosiꝰ dixit/Ut sint q̃ erant/iste dicit iam creata conuerti. Et qꝺ Ambrosius arguit a potiori posse dominũ conuertere aliquid in aliq̃d: qꝛ potuit ex nihilo condere aliquid: iste confirmat dicens secũdũ minoris esse miraculi: addens item minus esse ꝙ iã conditum in melius valeat inmutare. Qꝫ si hoc concluderet ꝓ cõuersione alicuiꝰ modi accidentis/sine causa sumpsit initium arguendi conuersionem a substantia panis. Anteq̃ cõsecrentur (inquiens) substantia illic est panis ⁊ vini: post verba corpus Christi est. Quasi dicat/non amplius substãtia panis: sed multo melius corpus Christi. Etiã si multo meliꝰ/ ergo magis bonũ: ⁊ per consequens magis ens ⁊ magis aliq̃d. qualiter ergo nihil? Et quãtũ ad robur argumẽti sui cũ dicit: qꝛ cum nulla pars alterius illarũ substantiarum seruatur in corpore vel in sanguine dñi/ relinquitur ꝙ sit vtriusqꝫ substantie adnihilatio: Sicut norunt logici si ratio ista concludat/dato opposito consequentis dabitur antecedẽtis ꝓpositionis oppositũ ꝙ scꝫ nullatenꝰ erit adnihilatio: si altera illarũ partiũ seruaretur in corpore. Qꝺ patet: qm̃ non sequitur posito casu gratia argumenti/ꝙ deus illum panem ⁊ vinũ vere adnihilet: ⁊ post horam recreet ⁊ tandem cõseruet ea qualitercũqꝫ aduersario nostro videri posset esse possibile in corpore ⁊ sanguine saluatoris: ecce iam vtraqꝫ pars substãtialis vtriusqꝫ substãtie seruatur ĩ corpore ⁊ sanguine dñi: ⁊ tamen vtraqꝫ scdm vtrãqꝫ partem fuit adnihilata simpliciter. Idcirco circũspectius addidisset qꝺ prudentes addunt scholastici: reꝫ adnihilatam esse dicentes si sic penitus intereat/ vt mere nihil existat/nihilqꝫ relinquat sue proprie essentie in vltimo

adnihilatiõis articulo: sicut natura specifica hominis sufficienter adnihilatur ꝑ adnihilationem sue differentie vltime:si tamen non transferatur in alienam substãtiam:sed sic fiat nihil/ vt fuit nihil priusq̃ condebat in specie. Qualiter videtur velle beatus Augustinus. libro cõtra Felicianũ i p̃ma parte. vbi dicit. Dixi inquã
Aug. de filio cuȝ a creature definitione discernereȝ/qm̃ is nõ ex eo qð non est in id quod est. Quod tale est ac si dicerem:non ex nihilo factum:est ꝛ ꝓpterea nunq̃ in id qð non est ex eo qð est.i. nunq̃ in nihilũ/ex ipso qð est nature sue proprietate soluendus est. Creatura vero ex eo qð nõ est in id quod est. Quo ostenditur:q: ex nihilo ꝓlata est. Et propterea q̃tum ad se attinet ex eo qð est in eo quod nõ est.i.in nihilum nisi perpetua gratia fecerit nature sue qualitate vertenda est. Ergo nusq̃ nõ erit filius qui substãtialiter docetur esse perpetu⁹/ ꝛ hoc vt pote ꝓprie a conditione oĩm creaturarum que ꝑ ipsuȝ facte sunt/nõ iniuria noscitur separandus. Hec ille. AVTHOR. Ecce dei filius hac vna proprietate a creaturis omnibus separatur:q: cetere creature sicut processerũt ex nihilo/ita in oĩno nihil/nisi gratia tenerentur/ exciderent. Quã itẽ dictioneȝ Augustini sumit pre ma
Guimũd⁹ nibus/libro.i.de corpore ꝛ sanguine domini Guimũd⁹
Mutationes quattuor. dicẽs. Quattuor nouimus rerum mutationes substantiuas siue efficientias:quas nobis scriptura diuina cõmẽdat. Unã qua de oĩno nihilo in id qð sunt facta sũt omnia. Alterã huic contrariam: quã tãetsi experimento non ita scimus/ratione tamen colligimus/ qua videlicet de eo qð sunt quãtum in ipsis est redire ad nihilum possunt. Sequitur. Ita deniq̃ beatus Augustinus contra Felicianũ. Creatura(inquit)ex nihilo creata est: et propterea q̃tum ad se pertinet ex eo quod est/in id qð nõ est.i.in nihilũ/ nisi ꝑpetua gratia fecerit/nature sue qualitate vertenda est. Quis de accidentibus singulis que superuenientibus alijs cedunt/ non appareat vere posse aliud dici q̃ q̃ omnino nihil fiunt. Nam si aliquid essent in subiecto esset. Et de reliquis infra. Tertiam autem mutationẽ solẽniter cernimus:qua videlicet substantie in eas q̃ nõ erant substãtias vel naturali vsu vel per miracula transeũt/sicut nucleus in arborẽ/ semen in herbam:esca ꝛ potus in carnem ꝛ sanguineȝ/ vel sicut virga in serpentem:serpens in virgam ꝛ cetera huiusmodi. Quarta vero mutatio est qua id qð est transit in id qð nihilominus est/ sicut panem ꝛ vinum virtute diuina in corpus Christi propriũ singulari quadã potentia credimus cõmutari. Hec ille. AVTHOR. Ita ergo iuxta istum scriptorem catholicum sententia Augustini hoc docet fideles credere:q̃ omnis creatura sit in oĩno nihil vertibilis:quia in suum exordiũ sunt omnia prona reuerti. Et quid si wicleffista proteruiat nõ ex hoc sequi q̃ deus posset huiusmodi creaturaȝ ad nihilum vertere/quando omnes illius secte credunt q̃ deus de omnipotẽtia sua nõ potuit impedire puliceȝ q̃ pauloante me pupugit? Carnaliter sapientes sunt isti tam grossi ꝛ animales philosophi. Guimundo videtur q̃ deus nõ solũ hoc potest:sed itẽ q̃ in accidẽtib⁹ multis hoc efficit. Et philosophia recta hoc ex p̃missis cõcludet: eo q̃ motiuum et mobile relatiue dicuntur.iij. physicorũ. Qualitercũq̃ ergo creatura est scd̃ȝ essentiã mobilis:taliter primus motor sufficit eam mouere. ergo si sit de se adnihilabilis ꝛ tendens ad non esse:virt⁹ primi motoris potest supplere tendentiam. Itẽ si recte consideretur ordo entium/totum predicamentũ passionis p̃supponit genus actionis. Alias esset signare passiuum quod a nullo agente posset sic pati. Unde et.ix. metaphysice. Potẽtia passiua est principium trãsmutandi ab alio vt aliud est.ergo cuicũq̃ potentie passiue qualitercũq̃ est passibilis correspondet actiuum determinatũ. Cõfirmatio huius/ex hoc q̃ ideo in regno anime comperto q̃ esset ĩtellect⁹ ibi passibilis quod esset omnia fieri:deuenerunt oẽs philosophi in intellectum agentem qð est oĩa facere supple actu intellecta. Ex q̃bus omnibus liquet si danda sit talis potentia aptitudinalis que sit de sue qualitate nature in pure nihil vertibilis/ deus potest eam in id quo declinat aptitudo illa diuertere. Unde aut̃ assit ei aptitudo illa qua de se creatura vergit in nihil:iam supra docuit Augustin⁹ q̃ eam traxit a conditione sue originis: q:.s. ex nihilo condita est:ideo quãtũ de se est finaliter tẽdit in nihilũ. scd̃m illud ecclesiastes. Oritur sol ꝛ occidit: ꝛ ad locum suum reuertitur:et ad locum vnde exeũt flumina reuertuntur. Quid est qð fuit:ipsum quod futuruȝ est. Nec est ista nouella assumptio quam Augustinus adduxit. Quicqd ex nihilo est in nihil mutari potest.immo quasi esset naturalis animi conceptio cunctis pene nouellis ꝛ senibus in professione huius veritatis:hoc primo venit in mentem. Unde finali cap.sui apologetici vet⁹
Tertullia. pater Tertullianus. Considera teipsum homo/ꝛ fidem rei inuenies:recogita quid fueris anteq̃ esses/vtiq̃ nihil. Meminisses eñ siquid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusq̃ esses/idem nihil factus cuȝ esse desieris/cur nõ possis rursus esse de nihilo eiusdẽ ipsi⁹ authoris voluntate/qui te voluit esse de nihilo? Quid nõ tibi eueniet? Qui nõ eras factus es:ꝛ cum iteruȝ nõ eris: fies. Redde si potes rationeȝ qua factus es:ꝛ tunc require qua fies. Et tamẽ vtiq̃ facilius fies q̃ fuisti aliquando q: eque non difficile factus es quod nunq̃ fuisti aliquãdo. Sequitur. Ubicũq̃ resolutus fueris/quecũq̃ te materia destruxerit/hauserit/aboleuerit/in nihiluȝ ꝓdegerit/reddet te. Eius est nihilum ipsum/cuius ꝛ totum. Hec ille. AVTHOR. Non ista detego in robur adnihilationis possibilis/ideo vt adnihilationem aliquam in preclarissima illa corporis Christi consecratione cõcedam:immo nego illam ibi de facto cum omni fide ecclesie:sed vt conatum sugbi wicleff in tantorũ patruȝ authoritate confringam qui tam procaciter negat eaȝ possibilẽ creatori/sicut in primo libro/suo loco deduxi. Et idcirco subsannat fideles:ꝛ cachinnãdo deridet eos quia colunt deum adnihilationis. Ecce sctũs Augustinus coluit deum adnihilare potẽtẽ. Et antiquus pater Tertullianus in hac illi fide consentiens dixit eius esse nihilum ipsum cui⁹ ꝛ totum.ergo deus est nihili/qui colitur deus totius/hoc sensu:q: cui⁹ erat potentie de nihilo totũ facere/eiusdem est in nihil totum redigere. Uerumtamen quis eum non deridet scripturarum peritus:cum sic arguit contra conuersionem trãsubstantiationis egregie eo loco quo iam supra? Nõ est (inquiens)fundabile in grammatica vel scriptura q̃ iste substantie cõuertuntur in corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi: nisi eius partes alique remanerent vt patet de vxore conuersa in statuam/ꝛ de hominibus conuersis in viros iustos:qð in ista materia multuȝ appreciatur Isidorus. Sequit̃. Q: de⁹ nõ est author adnihilationis ꝫ cõstructiõis. Hec wicleff. AVTHOR. Multa dixit hic propter que dignus esset verbere ferule. Primo q̃ remittat conuersionem istam trãscẽdentẽ homines nisi fide purgatos fundandam in grammatica. Secundo q̃ tam ceruicose presumit in diuina secreta:vt indubitanter affirmet partem materialem remãsisse nõ versam in ꝯuersione vxoris. Qualiter hoc ei innotuit? Ex quo authore hoc sentit? An non satis facile fuit authori deo si voluit/totam feminam in totam statuam commutare? maxime secũdum materialem partem.que,si sine conuersione vel additione remaneret in

statua: quomodo materia decuplo minor quia rarior in
carne femine posset tanta moles fieri ⁊ tam dēsa in sta
tua si fuerit quātitatis equalis? Si ad ampliandū ad-
dita est materia alia/vnde hoc? Aut que res est corru-
pta vt sub nouella forma statue eius materia locaret?
Et tunc non sola vxor conuersa est in statuam/sed eque
res illa que secundum suaȝ materiam est iam in statuā
resoluta. Si autem non mouearis de statua/ mouearis
saltem de osse conuerso in feminaȝ. Edic qualiter iuxta
philosophie tue pricipia gracile os hominis possit ser
uata primordiali sua materia ⁊ nulla addita tot ossa si
milis forsan densitatis molis ⁊ substantie/ ⁊ totam cō-
pagem carnis ⁊ membrorum/quātūcūq; rarefactum ef
ficere. Nam si rarefactiōes tuas adduxeris/nihil profi
cis/cum tot ossa mulieris secundū suas densitates non
possent ex vno tantillo osse prodire. Tertio item culpā
dus est witcleff: q: tam inculte terminos conuersionis
assignat dicens de hominibus cōuersis in viros iustos
scdm Isidorum. de iniustis dixisset si philosophus fuis-
set/aut de seruis/aut filijs ire cōuersis in iustos liberos
aut heredes gratie: sicut plane deduxi iam supra san-
ctum habere doctorem. Credendo (inquit) transisti: ⁊ de
filio perditiōis adoptiu⁹ dei fieri occulta puritate me-
ruisti. Nūquid aliqua pars filiationis pditionis rema
net iam in filio adoptiuo: eo q̄ forma eius est termin⁹
conuersionis illius? Certum est q̄ non. Nec tunc esset
vera conuersio secundū fidem: si aliquid remaneret fe-
Isidorus Eusebius &c. cis antique. Idcirco dicit consequenter idem Isidor⁹
vel magis Eusebius. Cum ipse atq; idē esses/multo al
ter fidei pcessibus extitisti: in exteriore nihil additum
est: ⁊ totū ī interiore mutatū est. Hec ille. AVTHOR.
Ecce totum in interiore mutatū est: q: totū conuersum
est: ⁊ secundū hoc alter iam est: non secūduȝ hoc qȝ idē
ipse est: ergo ex ea parte qua conuertitur alterū est. nec
esset totum mutatum in terminis: nisi esset totum con-
uersum/ ⁊ nihil remaneret antiquum. Cur ergo si pa-
nis totus fit corpus Christi: remanet ei aliquid non
cōuersum? Hanc sententiam pulchre cōfirmat/ sequēs
Fulbert⁹. passum predictuȝ Eusebij venerabilis pater Fulbert⁹
ad Adeodatuȝ dicens. Dubitari etem̄ nefas est ad cu-
ius nutum cuncta repente ex nihilo substiterunt/si pa-
ri potentia in spiritualibus sacramētis terrena mate-
ria nature ⁊ generis sui meritum transcendens in Chri
sti substantiam cōmutetur: cum ipse dicat: Hoc est cor-
pus meum. ⁊ paulopost. hic est sanguis meus. Sed hāc
dei possibilitatē existimatio humana non capit/nisi te-
ipsum quicūq; es discutias: qualiter de massa perditio-
nis factus es in populum acquisitionis: ⁊ de vasis ire
pdisti vas misericordie: vt qui pauloante fueras alien⁹
a vita/peregrinus a venia/subito initiatus Christi le-
gibus/ ⁊ salutaribus mysterijs innouatus/in corpus ec
clesie: non nature preuilegio sed fidei precio transiuisti.
Nullo molis corporee additamēto/ teipsō maior fact⁹
es: sed inuisibilis quantitatis augmento. In exteriori-
bus idem ipse: in interioribus longe alter es. Sicq; de
seruo filius effectus/preterita vilitate deposita/nouam
subito induisti dignitateȝ. Hec ille. AVTHOR. Hic do
ctor quasi compilator effect⁹ prioris Eusebij/vel Isido
ri secūdū te/satis ostendit quid intelligit pater noster:
et de seruo dicit filium effectum/et de massa perditiōis
populum acquisitionis: ⁊ de vase ire vas misericordie.
Et hoc totum dicit in interioribus factum esse/ vbi to-
tum mutatum est: nihil autem in exterioribus vbi idem
ipse est. Ergo vides q̄uis similitudo nō sit par omnino/
tamen conuersio penes id sumitur qȝ omnino nō rema
net. Et sic videtur sibi probasse assumptum: q̄ terrena
materia transcendens nature ⁊ generis sui meritum in

Christi substantiam cōmutatur: cum dicat/hoc est cor-
pus meum. Non destruitur ergo: nō adnihilat/si trāscē
dat totam naturam suam ⁊ genus. Nec tamen manet
secundum suam substantiam/nec vertitur in figuram:
sed in Christi (inquit) substantiam commutatur. Et sic
probāt esse/verba Christi dicētis hoc est corpus meū.
Nusq̄ enī in destructiōe rei vere dici poterit q̄ hoc est
nec tn̄ remanet hoc in se vel aliquo sui si sit mere corp⁹
meum. Et liquere potest hoc idem/supposito casu Au-
gustini/q̄ anima cōuertatur in corpus libro de immor
talitate anime versus finem. vbi Augustinus. Videri **August.**
(inquit) cuipiam potest/neq; iniuria/id effectum esse ra
tiocinatione hac/vt animus ad nihilum peruenire nō
possit: conuerti autem in corpus forsitā possit. Si eniȝ **Animā in corp⁹ conuerti posse**
qȝ erat ante animus/corpus fuerit effectum/non vtiq;
omnino non erit. Hec ille. AVTHOR. Q: Augustinus
videtur extenuando dei potentiam in hoc libro nega-
re adnihilationem esse possibilem: vt animam p diuinā
potentiam trāsubstantiandam in corpus: non est sum-
mopere attendendum: quoniam hunc librum fecit nō-
dum Christianus: necdum sacris literis eruditus: ideo
multa in eo contra fidem scripture decernit nesciens
angelos animis potiores: aut alia queq;/vt ipse de se
dicit in libro retractationum. Sumamus autem ca-
sum eius tanq̄ possibilem/ q̄. s. animus conuertatur in
corpus/qui tamen non potest in nihil conuerti: ista ne-
cessario est conuersio secundum essentiam ⁊ non tropū.
Iam queritur si aliquid eius remaneat non conuersuȝ.
Si sic/ergo est diuisibile in partes: si non/quare nō de-
struitur ⁊ adnihilatur witcleff edicat. Augustinus ve-
ro hoc recta ratiōe remouet. Si enī quod erat ante ani-
mus/corpus fuerit effectum: nō vtiq; omnino non erit
(inquit) Et cur hoc? Quia etsi deterius aliquid erit/nō
tamen omnino non erit: sed aliquid valde bonuȝ/quia
corpus erit. multo magis si corp⁹ ex toto sui fieret ani
mus: iam non destruitur eo q̄ nihil sui qȝ fuit perma-
net/quia multo melius aliquid fiet. Cur ergo destruit
panis vel materialis eius essentia/qn̄ vel corpus suum
ipsum efficit vel eius materiam gloriosam? Aut nunqd
deus hoc efficiēdo ipsum perficit non destruit? Sȝ ideo
psalmista ad deū de witcleffistis conqueritur. Que p-
fecisti (inquiens) destruxerunt. i. destructa dixerūt. Re-
uera autem ipsi Christi corpus ⁊ sanguinem destruxe-
runt: apostolo cōtra monente. Noli (inquit) ppter escā
destruere corpus dei. Roman. xiiij. Propter escam enī
panis vilis cibarij destruit witcleff opus ingentis mi
raculi/ expellens ⁊ semouēs corpus Christi. Nunc eat
witcleff toruo ore/ ⁊ labijs arcuatis/clamans voce hor
rida in cunctis pene angulis opusculorū suorum/q̄ be
nedictiones nostre sint horride: ⁊ maledictiones acce-
ptande: q: benedictiones nostre/vt dicis nos concede-
re/vergunt vsq; ad cōmunem cōsumptionem panis et
vini/que taliter benedicimus. ⁊ inde verificatum de no
bis illud Malachie. Maledicā bn̄dictionibus vestris.
⁊ illud. Maledicēt illi ⁊ tu benedicees. dicat nos destrue
re substantias: dicat adnihilare/dicat sacramentum no
strū accidēs peius stercore ratonis: dicat peius vene-
no. Blasphemet ecclesiam fingere ⁊ multiplicare sibi
miracula trāsubstātiationis/multiplicationis/ conser
uationis accidentium: et huiusmodi: vltra q̄ Christus
potuit. nolo ipsi claudere os flāmeum. Qui in sordib⁹
est sordescat adhuc/donec veniat spōsus cū ventilabro
in manu sua. Tunc enī cōscientiarum inspector fidelis
plane notū faciet quomodo calūniose hec omnia fingit
sibi hereticus: ⁊ q: catholicus nullū horum dicit/q̄uis
asserat panem ⁊ vinum virtute verborum celestium in
corpus ⁊ sanguinem Christi essentia trāsmutata con-

uerti:nūquid hoc est ea omnia destrui vel consumi? Dicimus sacramentum esse verum corpus Christi secundum substantiam:secundū exteriorē vero figuram accidēs sensibile:quod apparet. Dicimus venerabile sacramentum nostrum omni corpore melius:qꝛ corpus Christi: ⁊ inde melius pane eius:⁊ item corpore eius tropice respectiuo. Quid dico? sustineamus inuicem tot milleni fideles vnū in omnes mentientē hereticum ea fide qua beatus Augustinus suū potuit falsariuꝫ sustinere.

Augusti. Qualiter queritur de Cresconio grāmatico Donatista libro.iiij.cōtra eū cap.xiiij.dicens. Cum ad id qđ in epistola mea posui/siue a fideli siue a perfido dispensatore sacramentum baptismi quisqꝫ percipiat/spes ei omnis in christo sit: Exclamas et dicis. O p̄clarū sacerdotis imperiuꝫ? O laudabilia boni patris precepta iustitie/ Nihil (inquit) inter fidelem ꝑfidumqꝫ discernas:idem tibi pius ac impius videatur:nihil prodest bonis moribus viuere:qꝛ quicquid iusto licet/potest etiam iniustꝰ implere. Quid profecto dici iniquiꝰ potest? Purificet alium maculosus/abluat sordidus/emūdet immūdus/ det infidelis fidem/criminosus faciat innocentem. Hec certe verba tua sunt quibus sententiam meā reprehendis:cum hec ego omnino non senserim/neqꝫ scripserim: quia inter fidelem perfidumqꝫ plurimum distat/non ad sacramentuꝫ/si hoc vterqꝫ habet/sed ad meritum:quia hoc alter ad salutem habet/alter ad penam. Hec ille. AVTHOR. Ecce q̄ imputauit ex vna dictione sequelas hereticas inquietꝰ ⁊ verbosus hereticꝰ fidelissimo Augustino. Quid ergo turbamur si similia iactet ī nos fidei emulus:reportator mendax: veritatis predo/euāgelij ꝓditor/sacrarum falsarius scripturarum/ peruersor sane fidei/⁊ corruptor famosus?

Qꝫ materia prima panis non destruitur sed per transubstantiationem Christi perficitur & transit in melius.

Cap.LXIX.

Dolet autē anxie noster witcleff contra conuersionem predictaꝫ catholice cōmunionis ꝓ destructione materie prime que prius

Witcleff. subfuit forme panis. In tractatu de confessione.cap.primo. Inutile est qꝛ per effectionem suā/ vt false inquiunt/ panis destruitur:immo materia prima que est fundamentum nature secundum se totam desinit esse: ac si deus in mundi principio materiam crearet superfluam:vel aliter pro sacerdotibus Antichristi discipulis materiam primam creauit in mūdi principio/ vt ex

Idem. ea blasphemie ⁊ irrationabiliter cōsecrēt corpus Christi/⁊ postmodū sine causa miraculose ipsam adnihilēt. Hec witcleff. Itē de apostasia cap.ix. At fingitur quādocūqꝫ Magog celebrat/tollit/destruit ⁊ corrūpit partem essentialem prime materie quā deꝰ creauerat. Hec witcleff. AVTHOR. Quod iste imponit ecclesie falsum est. Quod aūt deducit est possibile. Nam pro pri-

Aug. mo statiꝫ adest libro de moribꝰ Manicheorū cito post principium Augustinus. Mutantur quedam in meliora:⁊ ꝓpterea tendunt ad esse. Nec dicantur ita mutatione peruerti:sed reuerti atqꝫ conuerti. Hec ille. AVTHOR. Nescis ergo fidelem logicam ecclesie/ aut filij eius Augustini/qñ dicis panem aut eius materialē essentiam destrui:qꝛ conuertitur aut reuertitur in meliorem essentiam corporis Christi aut eius materie gloriose. Quātū autē ad id quod deducis est deo satis possibile. Sed ne contendamus pro termino:notādū primo q̄ non ita vtiꝫ witcleff termino materialis essentie sicut Augustinus ⁊ orthodoxi:ipse enī intelligit materiam illam simpliciter primā:vel aliquā citra/secundū q̄ componit cum substātiali forma. Augustinus auteꝫ dicit materialem essentiam/substantiam habētem materiam componentem se:sicut corpus Christi vocat materialem essentiam eandem secundum essentiā in sacramento que ⁊ in celo.secūduꝫ recitatū Paschasij ⁊ Anselmi:in de corpore ⁊ sanguine dñi:et Yuonis in episto-

la ad Haymericū Aquitinenseꝫ. Ubi dicit Augustinꝰ. Aug. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis:neqꝫ bibituri illum sanguinem quē effusuri sunt qui me crucifigēt. Et post pauca. Ipsum quidē ⁊ non ipsum. Ipm quidem materiali essentia:nō ipsum visibili forma. Hec ille. AVTHOR. Ubi corpus Christi materialem essentiam omnino identice vocat:verūtamen illam primam materiam cum primaria etiam forma componēte substantiam panis dicit ⁊ tenet ecclesia catholica conuerti in substantiam corporis Christi translatione totiꝰ in totum sine sui destructione quacūqꝫ/qđ iste calumniose ꝓclamat/⁊ cum melioratione essentie. Hāc antiquaꝫ fidē sanctorū patrum ⁊ diu ante Innocētium tertium quem witcleff insectatur ꝓ viribus/doctam ⁊ apostolis creditam nullus qui ipsorū libros attēte legit ignorat. Ecce in sermone sepe dicto Emiseni Eusebij qui in-

cipit Magnitudo celestiū.ī fine dicit Eusebiꝰ. Nec dubitet quisq̄ primarias creaturas nutu potētie/ p̄sētia Eusebius. maiestatis in dominici corporis transire posse naturā: cum ipsum hominem videat artificio celestis misericordie Christi corpus effectum. Hec ille. AVTHOR. Iā supra ipsas visibiles creaturas panis ⁊ vini secūdū se totas docuit conuersas esse in substantiam corporis et sanguinis Christi Iesu. At ne dubitatio remaneret de partibus qualiter possent esse vertibiles sine quarum conuersione nec conuerteretur totum:iam hoc soluit in fine/q̄ etiam ipse primarie creature nutu potentie verbi non dubium (inquit) in dñici corporis possent transire naturam. Non dicit in figuram. Et totuꝫ dixit cōuerti in substantiam. Natura aūt ex.v. metaphysice potest dici de materia/ ⁊ forma/⁊ composito ex his. At si ponas offendiculum in exemplo doctoris de homine facto corpus Christi:iam illud exposuimus supra. Et iterum audi Ambrosium hoc ipsum testantem:⁊ non pretereat te eius exemplum libro.iiij. de sacramento.

vbi. Accipe (inquit) quēadmoduꝫ sermo Christi creaturam omnem mutare consueuerat:⁊ mutat qñ vult insti- Ambrosꝰ tuta nature. Quomodo reqres/accipe. Et primo oīum de generatione eius sumamus exemplum. Consuetudo est vt non generetur homo nisi ex viro ⁊ muliere ⁊ consuetudine coniugali:sed qꝛ voluit dñs qui hoc elegit sacramentuꝫ/de spiritu sancto ⁊ de virgine natꝰ est Christus:hoc est mediator dei ⁊ hoīm homo Christꝰ Iesus. Uides ergo quia contra instituta nature ⁊ ordinem homo est natus ex virgine. Hec ille. AVTHOR. Hic habes primo sub termino generali qꝛ sermo Christi creaturaꝫ omnē mutare cēsueuerat. ⁊ bene post Ambrosiꝰ.

Idem. Audi dicētem:accipite ⁊ edite ex eo omnes:hoc est enī corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini ⁊ aq̄ plenus:vbi verba Christi operata fuerint/ ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Hec ille. AVTHOR. Ecce Christi sermo potens est vniuersa cōuertere:ergo tam materiā q̄ formam ⁊ compositum. Si enim qñ vult mutat instituta nature/ cur non fundamētum nature? Et hic habes q̄ sermo Christi est efficaciter cōuersiuꝰ in ore presbyteri. Ubi (inqt)

Christi verba operata fuerint/ibi sanguis efficitur:non figuratur:nec tropicus sanguis:sed qui plebē redemit. Et quid? certe calix vini plenus q̄ fuit ante v̄ba Christi. Ergo calix vini puri ꝑ verba Christi efficitur Christi sanguis purus non typicus. Quomodo hoc contra ius nature? sicut Christus homo verus non typicus nat⁹ ex virgine. Videtis q̄ feliciter q̄q̄ faciliter cūcta fidē sequantur ecclesie. Nō oportet hic geminare aduerbia: non extendere tropos:nō sepelire conceptus. Verū nō faciliter transeundū est verbū illud Ambrosij q̄ in hac consecratione potens est sermo Christi vniuersa cōuertere:sicut ⁊ creaturam omnem mutare consueuerat: et mutat/qñ vult/istituta nature. hoc em̄ Ambrosij respōdet planissime ad argumētū fortissimū witcleff contra cōuersionis possibilitatē huius sue materialis essentie. cap.ix.de apostasia. Magnificat(inqt) Christo potestas gog ⁊ magog: q̄ impossibile est suum presbyterū celebrare nisi corrumpendo mundū antiquū quem de⁹ creauit:nec mirum/quia immutat leges nature in sui contrarium. Nam iste mundus secundum fideles philosophos dependet vt a partibus essentialibus a tota essentia sue materie ⁊ toto genere spirituum ꝑpetuoꝝ:s3 vt fingit/quandocūq̄ magog celebrat/tollit/destruit/⁊ corrūpit partē essentialē prime materie quā deus creauerat. ergo cōclusio. Hec witcleff. AVTHOR. Hec est schola witcleffistica somniata iter atomos Leucippi/ ⁊ aggregationes chimerinas Anaxagore. Nos autem dicimus mundum istum plus dependere subiectiue ex pulchra dispositione vniuersi per species ꝑpetuas/ a primo supposito immortali ⁊ incorruptibili/vsq̄ ad infimum suppositū/vel formam substantialem quātūcunq̄ statim corruptibilem cum connexionibus ⁊ legibus quas eis voluntas conditoris instituit/q̄ a tota illa informi massa/ quam tu tanta laude coronas materialis essentie. Quia plus habet vnūquodq̄ tale entitatis ⁊ bonitatis / scdm̄ q̄ plus approximat diuine creatrici

August. essentie. secūdum illud. xij. confessionum Augustini. Verum est enim dñe/fecisse te celum ⁊ terram/⁊ verum est esse principium sapientiā tuam/in qua fecisti omnia. verū ē q̄ mūd⁹ iste visibilis habet magnas partes suas/ celum ⁊ terrā breui cōplexione factarum omniū cōditarumq̄ naturarum. Hec ille. AVTHOR. Tu dicis fideles philosophos/sed nō exprimis. Nos audiamus vnū de quo non dubitemus esse fidelem philosophū Augu-

August. stinum. xij. confessionum. cap. viij. vbi dicit. Tu enim domine fecisti mundum de materia informi. q̄ fecisti de nulla re pene nullam rem/vnde faceres magna q̄ miramur filij hoim̄? Sequitur. Terra inquā ipsa quam feceras/informis materies erat/quia inuisibilis erat ⁊ icōposita:⁊ tenebre sup abyssum. De qua terra inuisibili ⁊ incōposita/ de qua informitate/ de quo pene nihilo faceres hec oīa quibus iste mutabilis mūdus constat/ ⁊ non cōstat/in quo ipsa mutabilitas apparet/ quia rerū mutationibus fiunt tempora/dum variantur ⁊ vertuntur specie/ quarū materies predicta est terra iuisibilis. Hec ille. AVTHOR. Ecce iuxta philosophū Augustinum totus iste mūdus mutabilis depēdet ab his oīb⁹ quibus cōstat/⁊ non constat/que sunt per conditionem futura: q̄ omnia deus fecit ex illo pene nihilo primordiali.s.materia / quā Augustinus semꝑ vocat pene ni-

Aug. hil. vt infra. cap. xv. Hoc pene nihil inquātū non omnino nihil erat/ab illo vtiq̄ erat a quo est quicquid est. Hec ille. AVTHOR. Hanc ergo materialem essentiā postponit Augustinus omni forme ⁊ rei formate q̄uis

Idem. corruptibili. vnde infra. cap. xxij. Informē quidem istā materiam non negamus ab eo factam deo a quo sunt omnia bona valde. Quia sicut dicimus amplius bonū esse quod creatum atq̄ formatum est: ita fatemur minus bonum esse qd̄ factū est creabile atq̄ formabile/ sed tamē bonum. Et in de vera religione cap. xxxvi. Illud qd̄ in comparatione pfectorum informe dicitur/ si habet aliquid forme q̄uis exiguum/q̄uis inchoatum/ nondum est nihil. Nam ⁊ quod nondū formatū est/ tamen aliquo modo vt formari possit inchoatū est/dei formabile est beneficio. Bonum est enim esse formatum: nonnullum ergo bonum est ⁊ capacitas forme. Hec ille. AVTHOR. Non em̄ vacat ad omne verbum eius impingere. Sed hec dico tū propter sequentia:tū ad elidendum indispositionem mundi quā iste per se inuenit vt eam rem que pene nihil est preponat eis reb⁹ ⁊ formis que per hoc amplioris boni sunt/q̄ formate sunt: et eas formas q̄ corruptibiles sunt vocat essentias mūdi accidentales: vt cum nolit esse in hac parte theologus cum Augustino ⁊ ecclesia: saltem cum Aristotele sit philosophus: qui. v. metaphysice dicit materiā non esse naturā nisi q̄ recipit naturā que est forma: que est substantialis natura et finis in toto generationis processu. S3 vocet si vult indifferenter naturam/ materiā illam primordialem/sic ⁊ formā/sic ⁊ ex his cōpositū: sic item quod ab his pullulat vel emanat/ sicut ramus ab arbore aut fructus a fronde. Quolibet istorum modorum si vult exponat Ambrosium dicentem vt supra in principio omnium exemplorum. Quātis igitur Ambros⁹

vtimur exemplis vt probemus non hoc esse qd̄ natura formauit/sed qd̄ benedictio consecrauit? AVTHOR. Negatio que precedit nomē nature/si vim faciat/tollit naturam. Naturā materie, forme natura formauit. Nō ergo est in sacramento natura primordialis materie:naturaq̄ forme similiter:natura quoq̄ suppositi panis aut aliter pullulātis substātie/quelibet talis dicit: hoc est quod natura formauit in pane. Iā vero ad substantiam argumenti eius probantis materiam non posse cōuerti: q̄ non potest corrumpi: ⁊ q̄ nō potest corrūpi q̄a hoc esset immutare leges nature in sui contrariū: ⁊ iuxta philosophum primo de celo: mundus ponitur constare ex omni materia sua possibili: Planū est quomodo nuge iste delētur vno illo verbo Ambrosij q̄ de⁹ qñ vult ⁊ vt vult mutat instituta nature: nec debent tales cōtra deum prescribere/q̄ non possit contra facere q̄ sic fecit: nisi sint de secta witceleff qui animose sustinet hūc errorem q̄ deus nec aliud nec aliter potest facere q̄ vt fecit. Quos redarguit Augustin⁹ equanimiter. xxi. de ciuitate dei cap. x. dicētes non posse naturā humanam ardere perpetuo: q̄ aliter est natura corporum instituta. Cōtra quos subdit infra idem Augusti. Non(inquiens) de notitia naturarum caliginē sibi fa- August.

ciant infideles: quasi non possit in aliqua re diuinitus fieri aliud q̄ in eius natura ꝑ humanam suam experiētiam cognouerunt: q̄uis ⁊ ipsa que in rerū natura oīb⁹ nota sunt/non minus mira sint essentq̄ stupenda considerantibus cunctis si solerent homines mirari mira nisi rara. Sequitur post. Habent etiam aliud qd̄ nūc possit ostendi eis: que puto debere sufficere: quomodo moneantur cum aliquid aduerterint in aliqua institutione nature/eamq̄ sibi notissimam fecerint: non se in deo debere prescribere quasi etiā non possit in longe aliud q̄ eis cognita est vertere atq̄ mutare. Terra Sodomorū Sodomorū terra.

nō fuit ita vt nūc est: s3 iacebat simili ceteris facie: eademq̄ vel etiam vberiori fecunditate pollebat. Nam dei paradiso in diuinis eloquijs cōparata est. Hec postea q̄ de celo tacta est/ sicut illorū quoq̄ testatur historia/⁊ nunc ab eis qui veniunt ad loca illa conspicitur prodigiosa fuligine horrori esse: ⁊ poma eius interiorē fauillam mendacis superficie maturitatis includunt.

Ecce non erat talis ⁊ talis est. Ecce a cõditore natura-
rum natura eius in hanc fedissimam diuersitatem mi-
rabili mutatione conuersa est: ⁊ qd̓ post tam longũ acci
dit tempus/tam lõgo tempore perseuerat. Sicut ergo
nõ fuit impossibile deo quas voluit instituere/ sic ei nõ
est impossibile in quod voluerit/quas instituit mutare
naturas. Hec ille. AVTHOR. Ergo si non est impossi-
bile deo mutare materiam in asinum: sicut has potuit
creare naturas: multo magis non erit ipsi difficile ma
teriã in cocuã sibi materiã transmutare. viciniores eñ
sunt et nature cõsymbole. Itẽ si difficultas erit cõuer-
tere naturas propter suas essentias: ergo vbi est essen-
tia intensiue maior/minus cito cõuertitur. Iã/ vt dicit
Augustinus/in tota latitudine materialis essentie: nul
la est minor primaria materia illa que est pene nihil: er
go illa citissime conuertetur in aliam substantiã. Pri-
ma aqua cõuersa est in vinum: ⁊ virga in serpentem trã
substantialiter/ eadeꝫ tñ essentia permanente pura ma
teriali substantia remota: sed formis perfectioribus cũ
suis suppositis destructis/vt dicis cap. xiiij. de aposta-
sia. sꝫ forma est actus ⁊ perfectio totius materie: ergo a
potiori tota illa materialis essentia relicta/ potest sic
transubstantiari. Fiat ergo continua talis transubstan
tiatio vsqꝫ ad nudam materiam primam: ⁊ cum omnes
materie priores fuerunt essentialiores ipsa ⁊ plus ha-
bentes de esse ⁊ remotiores a nihilo/secundum Augu-
stinum hic supra: ergo ipsa põt sic transubstantiari trã
substantiatione predicta virge ⁊ vini. Quid ergo rema
nebit ipsi tunc essentie/hoc q̃ro? Aqua eñ transubstan
tiata in vinũ/perdidit esse formale ⁊ suppositale aque:
sed vt tu dicis remansit ipsi essentia indestructa/ puta
materia. Transubstãtiata aũt primordiali essentia ma
terie prime/ quid remanebit tunc? Nec potes ipsã pri-
uilegiare plus ceteris. dicẽte hic supra generaliter Au
gustino: ꝙ sicut nõ fuit impossibile deo quas voluit insti
tuere/sic ei nõ est impossibile ĩ quod voluerit/quas vo-
luerit/mutare naturas. Itẽ qd̓ dicis ibideꝫ: ꝙ essentia
originalis aque transubstantiate in vinum/mansit: ad-
uersatur Hymno pcelebri vbi canitur. Vinũqꝫ iussa fun
dere mutauit vnda originem. Nõ ergo sola vltima for-
ma quã tu dicis accidentalẽ nature/ in illa conuersio-
ne mutatur: sed tota essentia eius ab origine. O q̃ re-
pugnantem sententiam witcleff cõtexuit. xiiij. de apo-
stasia/ꝙ conuersio dicit rei remanentiam: et alibi idem
de mutatione/cum ratio non percipit ꝙ res que cõuer
titur secundũ hoc maneat non mutata. Unde Aristote
les ideo. v. metaphysice dicit materiam intrãsmutabi-
lem ⁊ immutatã/qꝛ manet. cap. de natura. Ecce philo-
sophum quem nec fides retinet nec natura. Iste ratio-
nes ⁊ plures eiusmodi cogunt fateri fidelem/materiaꝫ
primam posse conuerti secundum omnem suam essenti
am/ ⁊ in sacramento altaris nec sine substantiali cõuer
sione manere. Unde ⁊ libro tertio super cãtica cap. vij.
Bernard⁹ tractans hunc textum Iste formosus in stola sua/ Ber
nardus. Ne memineris (inquit) priorum: noua ego fa-
cio. Quid magis nouũ q̃ ꝙ ĩ mysterio dominici corpo
ris mutatur materies ⁊ species seruat̃? Pristina ma-
net forma: sed noua gratia/qꝛ noua substantia. noua q-
dẽ non in se sꝫ in huiusmodi specie. Nouũ plane ꝙ car
nis dñice substantia in aliena specie sumpta/sanctifica
tionem virtutis anime confert/ ⁊ spiritualem mundat
substantiam in mysterio altaris immaculata caro. No
uum quidem ⁊ supra reliquorum vsum sacramentorum
ꝙ non modo sanctificationis noua gratia datur: sꝫ sub
stantia naturalis mutatur. Nam per sacramenti bene-
dictionem accipit oblatus panis hanc ineffabilem mu
tationem: ⁊ ex mystica consecratione ⁊ verbi viuentis
copulatione/hec viuifica gratia in carnem Christi re-
dundat. Caro enim non prodest q̃cq̃: sed spũs qui viui
ficat/sacrosancte carni conferens in solẽni sacramento
spiritualem efficaciam ad viuificandos tanti partici-
pes mysterij. Formosus ergo ĩ stola hoc est ĩ carne sua/
sed multo formosior in assumpto spiritu/ qui vtiqꝫ car-
ne prestantior/qꝛ verbo vicinior. Hec ille. AVTHOR.
Attẽde mi witcleff quid singillatim ait Bernardus:
qui q̃uis de nouo millenario fuerit post Christũ/crede
tñ ꝙ de fide scripture ⁊ antiquorum patrũ fuit plus te
certus: ⁊ non plus te inuidus. Quibus suppositis verũ
est qd̓ dixit: ꝙ in sacramento dominici corporis mutat̃
materies non remanet/sed species seruat̃ exterior. Uis
scire quid intendit signare ibi? accidens sine subiecto.
Quia pristina manet forma scꝫ accidentalis: sed noua
fit substãtia corporis Christi. s. Si dicas per glossã tuã
ordinariam/illa substantia manet principaliter: non sic
alia: nec pristina forma panis hac lege manet principa
liter. Quomodo ergo pristina panis forma manet ⁊ pa
nis nõ manet: cũ ex his principalior extat panis? Sed
ideo subsequitur Bernardus dicens ꝙ substantia na-
turalis mutatur/quã vtiqꝫ exprimens noiatim/per sa-
cramenti benedictionem (inquit) a[illegible] oblat⁹ panis
hanc ineffabilem mutationẽ. Mir[illegible] ergo quo dolore in
sensatus witcleff exuritur decisionem causans materie
que minimũ q̃d habet bonitatis aut entitatis in substã
tijs: ⁊ formas nobiles substãtiales q̃ longe in perfectio
ne excedunt: puta/sensitiuam serpentis: vegetatiuam ⁊
sensitiuam vxoris formã: itaqꝫ elementarem aque/ de-
structas fatetur ⁊ tacet/hominemqꝫ secũdũ totaꝫ pene
speciem q̃ paulominus distat ab angelis in perfectiõe
specifica quã copiose destructã cernit in diluuio: ⁊ inde
non luget/si exilẽ eius materiam viderit conseruari. O
q̃ diues foret iste collector rerum si in littore maris ru
bri datum esset cum egyptijs propinquorum suorum in
uenire cadauera non nudas materias sine sensu.

Qualiter witcleff sophisticat de conuersione & transubstantiatione. Sed quę est trãsubstantialis conuersio secundum fidẽ ecclesię. Cap.LXX.

TRansubstantiationis ⁊ conuersio
nis nomina peruertit witcleff in
sensum suũ hereticum/contra suã
institutionem primeuã a patrib⁹.
Et modo Arrianorum/qui (vt scri
bit Cassiodorus in historia triper
tita) confundentes vocabula dei
filij vnigeniti primogeniti ⁊ simi-
lia semper heresim suam texerũt
ĩ termino statuto per fideles: in nulloqꝫ potuerũt ab or
thodoxis discerni quousqꝫ ventũ esset ad consubstãtia-
litatis vocabulum. Quod cũ tollere cũctis viribus ni-
terent̃: sed incassum se cernerent laborare/ qꝛ plus sem
per inualuit apud sanctos patres ⁊ fidelissimos chri-
stianos virtus fidei quã cernebant in termino/tandem
⁊ ipsi acquieuerunt heretici ponentes ⁊ scribentes vo-
cabulum consubstantialitatis/exponẽtes ipsum ad cõ
formitatem similitudinis cuiusq̃ non ad identitatem
substantie sicut intellexit ecclia. libro. vij. historie triper
tite cap. ix. sic dicens. Profitemur sequentes magnuꝫ Cassiodo.
orthodoxumqꝫ concilium/consubstantialem esse patri
filium. Et sic non intelligimus consubstantialem sicuti
dudum quidã exposuerunt non vere scribentes: ⁊ alij il
los vocantes patres/virtutem sermonis respuunt: ⁊ se
quunt̃ eos qui p cõsubstãtialitatẽ similitudinẽ signifi-

catam esse scripserunt: eo ꝙ nulli reliquarum creatura-
rum per eum factarum similis sit filius/sed tantūmo-
do patri. Sȝ qui hec exponunt/creaturarum precipuā
dei filiuȝ impie dogmatizant. Nos itaqȝ sapimus sicut
etiam concilia nuper Rome ⁊ in Galliis celebrata vnā
esse eandemqȝ substantiā patris ⁊ filij ⁊ spūssancti in
tribus personis/qđ in tribus pfectis subsistentijs. Hec
ille. AVTHOR. Ita modo witcleff terminum tran-
substātiationis conatur reuertere/sicut illi terminū cō
substantialitatis. Dicitqȝ esse conuersionē substātie in
similitudinem vel conformitatem aut appellationē sub
stantie/sicut Arriani dicebāt consubstantialitateȝ simi
litudinis paritatem. Et sic oēs dictiones patrum quas
ad exprimendum fidem eucharistie ecclesia Christi in-
uenit accōmodas: ipse sibi assumit: sed cōfundit assum-
ptas conceptu suo equiuoco/concedēs corpus Christi
conuersionē panis imo ⁊ accidens sine subiecto: ⁊ abla
tionem panis modo suo/⁊ omnia pene nobiscum con-
cedens/⁊ quasi transfigurans se in filium lucis secūduȝ
terminos: sȝ remanet tā acer hereticus secundum sub-
stantiam intellectus. Proijcit eīm coloquintidas ama
ras in ollā pulmenti catholici/que tunc latere non pos
sunt cū docti ecclesie filij prophetarū gustantes deco-
ctionē infectā: Mors in olla proclament. Libro de eu-
witcleff. charistia cap. iiij. Sanctus (inquit) Ambrosius non in-
tendit dicere ꝙ panis iste fiat idētice corpus christi/ sȝ
ꝙ fiat eius figura efficax modō pdicto. Et sic cōuersio
illa nō destruit naturā panis/nec mutat naturā corpo-
ris inducendo in materiā aliā quidditatē: sed facit pre
sentiam Christi corporis/⁊ tollit principalitatē panis.
Sequitur. Et de ista mirabili ⁊ miraculosa cōuersione
debet psbyter cōtētari. Hec witcleff. AVTHOR. Iā
supra pducebat Ambrosi⁹ cū suis exēplis/dicēs sem-
per ꝙ benedictione etiam ipsa natura mutatur: natura
serpentis in virgā: aque in sanguinem. ⁊ concludit idē
de pane in corpus dicens. Q si tantum valuit humana
benedictio vt naturā conuerteret/quid dicemus de ipa
consecratione diuina vbi verba ipsa domini saluatoris
operantur? Et adhuc non pudet hereticū plane menti-
ri in Ambrosium ꝙ nolit per conuersionem illam mu-
tari naturam /inducendo in materiam aliam quiddita
tem. Si natura serpentis mutabatur in virgaȝ: ⁊ aque
in sanguinē: ⁊ vt tu dicis seruata materia/ nūquid alia
quidditas est inducta in materiā sic mutatam? Q frō
tosus est iste mendax in sanctuȝ? Sed de istis satis pla
ne supra processimus. Sed ꝙ panis fiat figura muta
corporis Christi/hec est magna conuersio sua/hec tran
substantiatio alti miraculi. Sed nescit tamen probare
istam conuersionem esse tantā opere domini sicut fuit
serpētis in virgā opere Moysi: q2 scđa est realis in rea
lem substantiam secundum essentiam. Prima est tātū
tropica figuraliter figuralis secundum respectum. Cō-
uersio etiam hominis peccatoris terminatur ad iusti-
tiam positiuā ⁊ gratiam dei gratificantem/ que multo
melior est in natura ⁊ vberioris efficacie ad salutem/ꝙ
tropus aut respectus figuralis: q̄ nec sufficit gratifica-
re quēcūqȝ: q2 caro illa respectiua non prodest quicꝙ se
cundum witcleff. Quomodo ergo saluabit Ambrosiū
volentem semper ꝙ bñdictio eucharistie per verba sal
uatoris multo efficacius cōuertit naturam ꝙ benedi-
ctio hominis? Veniamus ad conuersionem eius. Nam
eodem lib. cap. ij. vocat transubstantiationem conuer-
witcleff. sionem vnius substantie in aliam. Sicut (inquit) semē
transubstantiat in corpus viuum: ⁊ homo in terram: et
si iungamus alia dicta quacūqȝ cōuersione substantia
conuertatur in substantiam: dicet secūdum eum tran-
substantiatio satis plena: siue p accidens conuertatur

vt homo frigidus in calidum: siue respectiue vt nudus
in vestitum: siue figuraliter vt es in statuam Herculis.
Sic proponit deformare speciē verborum ecclesie: cum
in rei veritate multe precedentiū satis equiuoce ⁊ stul-
te vocantur transubstantiationes: sapienter vero gene-
rationes vocabantur ⁊ alteratiōes a philosophis. Ab
ipso aut dicerent transaccidētationes/ ⁊ trāsfiguratio
nes non transubstantiationes aliqua ratione. Itē hoc
modo abutendo vocabulo deus fuit vere conuersus cō
uersione reali/immo transubstātiatus in creatorem qñ
incepit creare ex tempore. vel si obstes pro alietate sub
stantie deus fuit transubstantiatus in rubum: Deus fi
lius in virum apud Abrahā: Deus spūssanctus in co-
lumbā. Item refellenda est hec abusio terminorum: q2
sic posset sustineri heresis Apollinaristarū dicētiū deū
verbum conuerti in carnem: quando caro factum est.
Augustin. Unde libro de heresibus Augustinus. De ipsa (inquit)
carne sic a recta fide dissensisse perhibentur/vt dicerēt
carnem illam ⁊ verbum vnius eiusdemqȝ substantie: cō
tentiosissime asseuerantes verbum carnem factum/hoc
est verbi aliquid in carnem fuisse conuersum atqȝ mu-
tatum. Hec ille. ⁊ est heresis. lv. AVTHOR. Et inde
cauens hanc heresim /exponendo hunc textum Ioan-
Chrysosto. nis. i. Verbum caro factum est. Chrysostomus. Factuȝ
est (inquit) Non enim versionem dixit illius inuertibi-
lis nature: sed habitationem. Hec ille. AVTHOR. Et
inde definitionem fidei esse apud synodum Syrmien-
sem definitione. x. vt recitat in historia tripertita libro
Cassiodo. v. Cassiodorus. Si quis (inquit) audiens verbum caro
factum est/verbum in carnem mutatum putauerit/aut
conuersione facta carnem suscepisse/anathema sit. Hec
ibi. AVTHOR. Hoc tamen concederet witcleff: quia
si verbum caro factum est/verbi substantia facta est ali
cuiusmodi/vt nō erat substātia carnis saltem secundū
vnionis respectū: ⁊ sic est cōuersum. Dicis tamē ꝙ he-
reticus intellexit verbi conuersionem secundum suam
substantiam: ⁊ cū destructione sue substātie: qđ est oīno
hereticum. Tanto magis contra te: ꝙ nec fidelis q̄ꝙ
nec hereticus sciuit intelligere conuersionem fieri nisi
cum desitione termini a quo intrinsece sic conuersi. Et
ad hunc intellectuȝ exponit illam heresim libro suo de
Hilarius. synodis magnus Hilarius. Cōseruatur (inquiens) digni-
tas diuinitatis/vt in eo ꝙ verbum caro factum est/ dū
verbum caro fit non amiserit p carnem qđ erat verbū:
neqȝ translatum in carnem sic vt verbuȝ esse desineret/
sed verbum caro factum est/vt caro potius hoc incipe-
ret esse quod verbū. Hec ille. AVTHOR. Sic patet ve
Lāfrācus. ritas dicti superioris Lanfranci. Quis compos sui cre
dat rem aliquā conuerti in aliam/nec tamen in ea par
te desinere esse qđ erat? Quia nullus sapiens intelligit
conuersionem aliqualem nisi cum amissione vel desitio
ne rei preuie. Vñ conuersiōes quas iste dicit tropicas/
nulla scriptura canonica/nulla doctorum peritia ante
witcleff vllatenus conuersiones appellat. Item si pa-
nis vere conuertitur in corpus Christi/q2 iam est signū
corporis Christi de nouo: ergo ⁊ corpus Christi est con
uersum in panem/quia de nouo significat in pane illo.
Patet consequentia: q2 nec homo potest conuertere se
ad deum per iustitiam/nisi deus prius conuertatur ad
eum per gratiam. Hieremie. xij. Cū euellero eos conuer
tar ⁊ miserebor eorum. Et ibi. Deus tu conuersus viui-
ficabis nos. Multo magis panis non potest sic figura-
liter conuerti in corpus/ nisi corpus conuertatur in pa
nem. Sed omissis his transubstantiationibus ⁊ cōuer-
sionibus respectiuis ⁊ nugacibus: attendamus trāsub
stantiationē eucharistie esse conuersionem totalem pa-
nis in totaȝ substantiam corporis Christi pure ⁊ pcise.

Que ideo conuersio exigit panē amittere essentiam ꝓ
priam secūdū quidlibet sui/vt influat alienā. Ad cuius
intellectū notandū est quid de rerū conuersione multi-
plici sancti patres sanxerunt. Recitant enim quidam cu
riose insistentes circa ꝑmanentias aliquales in rebus
quas conuersas esse negare non poterant: sicut lib. iij.
August. super Genesim ad literam cap. v. scribit Augustin⁹. De
conuersione (inquiens) elementorū etiā inter ipsos qui
hec otiosa cura subtilissime ꝑscrutantur/nō parua que
stio est. Alij enim dicunt omnia in omnia posse mutari at
q; conuerti. Alij vero esse aliquid omnino propriū sin-
gulis ꝓhibent elementis/qđ in alteri⁹ elementi quali
tatem nullo modo vertatur. Hec ille. AVTHOR. Hec
est prima distinctio: cuius secundā partem rapuit wit-
Witcleff. cleff dicens hoc de materiali essētia/ꝙ sit inuertibilis
in quodcūq;. in de sermone dñi in mōte cap. xliij. Pre-
dicatio (inquit) materialis intelligit quando idem sup
positum asseritur de eodem supposito/licet forme pro
tempore dispari varientur. Et isto modo videtur euan-
gelium loqui Joannis secūdo. Postq̄ gustauit archi-
triclinus aquam factum vinum. Naz recte philosophi
veteres asseruerunt materiam esse totam essentiā ma-
terialis suppositi. Hec witcleff. AVTHOR. Nō recte
sed curue asserunt illi philosophi. Nam Aristoteles in
vij. metaphysice ꝛ. ij. de anima sumit essentiam ꝛ qđ qđ
est a forma essentiali: ꝛ hanc dicit endelechiam ꝛ perfe
ctionem totius. Et fidelis philosophus Augustin⁹ vo
cat materiam illud pene non ens/vt supra de lib. xij. cō
fessionū adduxi. Et ideo ipi placet sicut ꝛ toti plebi pa
trum ecclesie/prima pars distinctionis. Unde de vera
August. innocentia propositione. cccxxviij. Augustinus. Omne
(inquit) corpus in omne corpus mutari posse credibile
est. Quodlibet autem corpus in animam rationalem
posse conuerti/credere/absurdum est. Quā sic est De⁹
omnipotens/vt nunq̄ sue rationis instituta cōuellat.
Hec ille. AVTHOR. Si corpus dicatur omne mate-
riale/tribus dimensionibus mensuratum/sicut videtur
witcleff velle: iam materialis eius essentia vt dimēsio-
nata dimensionibus interminatis secundum commen
tatorem de prescriptis corporibus/erit vnum. Attamē
quia moles corporee in indiuisibiles spirit⁹ nulla sunt
potestate vertibiles/secundum hoc datum/forsan ma-
teria in qua corpora cuncta communicant/non sic cuz
spiritibus est in causa. Et hoc sequitur Boetius pro-
bans contra Eutychen deitatem nō esse conuertibilez
in humanam naturam: de duabus naturis ꝛ vna perso
Boetius. na Christi dicens. Omne corpus qđ in generatione et
corruptione subsistit/communem videtur habere mate
riam ꝛ non omnem ab omni vel in omni: vel facere ali-
quid potest vel pati. Corpora vero incorporea nulla ra
tione poterūt permutari/qm̄ nulla cōi materia subie-
cta participant/que susceptis qualitatibus in alteru-
tram permutetur. Omnis enim natura incorporee sub
stantie nullo materie nititur fundamento: nullum vero
est corpus cui non sit materia subiecta. Hec ille. AV-
THOR. Ex his ergo habetur ꝙ et qua ratione pa-
nis secundum totā suam substantiam est vertibilis in
Christi carnem: habent enim cōmunem materiā in qua
cōmunicare valebunt. Attamen duo possent obstare: ꝙ
certa successione graduum ꝛ non repente transubstan-
tiatio talis fiat: et spiritualis natura corporis Christi
tā celestis effecti/que cōuersiones huiusmodi non ad-
mittat. Sed his videtur satisfacere in tractatu de sym
Aug. bolo q̄ incipit. Quā scriptū est. August. dicēs. In qualē
naturā q̄squis hanc carnem conuerti posse non credit/
gradibus ducendus est ad fidem. Si enim queras vtruz
terra in aquam possit conuerti: propter vicinitatem nō
ei videtur incredibile. Rursus si queras vtrū aqua pos
sit in aerem: neq; hoc esse absurdum respondet. Vicina
enim sunt sibi. Et de aere si queratur vtruz in ethereum
corpus. i. in celeste possit mutari: iam ipa vicinitas per
suadet. Quod ergo per hos gradus fieri posse conce-
dit vt terra in corpus ethereum conuertatur/ cur non
accedente dei voluntate qua et corpus humanum su-
ꝑ aquas potuit ambulare celerrime: id fieri posse quē-
admodum dictum est in ictu oculi sine vllis talibus
gradibus credit: sicut plerumq; fumus in flāmam mi
ra celeritate conuertitur? Caro enim nostra vtiq; ex
terra est. Philosophi autē quoruz argumentis sepius
resurrectioni carnis resistitur/quibus asserunt nullum
esse posse terrenum corpus in celo: omne corpus in oē
corpus conuerti ꝛ mutari posse concedūt. Sequit. Hec
est fides que paucis verbis tenenda in symbolo nouel-
lis Christianis datur: q̄ pauca verba fidelib⁹ nota sunt
vt credendo subiugentur deo/subiugati recte viuant.
Hec ille. AVTHOR. In primo passu hui⁹ speciosi ꝓ-
cessus primā difficultatē tuā Aug. absoluit: ꝙ. s. corp⁹
ꝓcul remotū a celesti corpore potest per dei voluntatē
sine gradib⁹ medijs in celeste corpus cuz oī celeritate
ꝯuerti. In secūdo itē passu secūdā difficultatē absumit
volēs corpus terrenū ꝛ luteū in corpus spirituale ꝛ ce
leste oī sole fulgidi⁹ posse itē cōuerti: dicitq; etiā philo
sophos cōcedere oē corpus in oē corpus mutari pos-
se ꝛ cōuerti. Nō excipit hic corp⁹ solis vel astri: nō cor
pus quātūcūq; gloriosū/quātūlibet eminens in spirit⁹
beatitudine ꝛ vicinitate supcelestis principij. Sz laten
ter excepit Augu. in subsidiū fidei cōfessionē illā a phi
losophis nō extortā: sed sua sponte cōcessam/ꝙ oē cor-
pus in oē corpus mutari pōt atq; conuerti. Nō cōuer-
sionē tuā innuēs typicā ꝛ tropicā secūdū accidēs ali-
quod aut macilentū respectum: qꝛ sic modicū iuuisset
fidē resurrectionis/qua conat astruere cinerē repente
iussu dei in ꝑfectū hominē posse cōuerti. Liquet igitur
etiā tomū hereticū nō posse diffugere qui conuersionez
istā astruat secūdū substantiā fieri in diuersaz substātiā.
Et hāc cōuersionē dicit August. eē de fide symboli/con
fundens in hoc verbo imperitiā witcleff dicentis ꝙ in
nullo articulo triplicis fidei est iste cōuersiōis articul⁹
declarat⁹, de eucharistia cap. v. Ipsūmet voco ī testē/ꝙ
cinis cōuersus in carnē gloriosā ī celo nō remanebit ci
nis ꝑexistēs simul ꝛ caro. Hac ḡ conuersiōe symbolica
panis terrestris trāsubstātiat ī carnē ꝓpriā saluatoris
ita vt nō remaneat vltra panis: sed caro precisa. Hoc tm̄
refert: quia cinis transubstantiatur in carnem non exi-
stentem nisi per cōuersionē huiusmodi. Sicut etiā vir-
ga in serpentez/ꝛ aqua in sanguinē: ꝛ costa in statuam.
Panis autez altaris conuertitur secundum essentiam
in carnem que prefuit/ꝛ per illam conuersionem nulla
ratione mutatam.

Qꝫ videtur aliquantū propinquū trāsub-stātiationis exemplum a cibo quem post resurrectionē Christus accepit.

Cap. LXXI.

IDcirco congruentius a cibo per
saluatorē absumpto post resurre-
ctionē sumeretur exēplū. de quo
Luce vltimo. Obtulerūt ei partē
piscis assi ꝛ fauū mellis. Et cum
māducasset coram eis sumens re
liquias dedit eis. et Petrus ait.
Nobis qui manducauimus ꝛ bi-
bimus cū illo postq̄ resurrexit a

Lib⁹ quez post resurrectionem Christus sumpsit.

mortuis. De hoc cibo quo sit translat⁹ vel qualiter sit absorptus dubiū est quibusdam: cum in carnem Christi per viam nutritionis/que generationis ꝛ corruptionis mutatiões preexigit/ꝙ corpori Christi ꝛ glorioso repugnant non cesserit. Nec est adnihilatus: cum tūc Christus non vere comedisset ꝛ sic non vere ꝓbasset illo modo resurrectionis articulum. Cū tamen dicat Gregori⁹ in Homilia ascensionis. Ut videlicet ꝑ effectū comestionis veritas patesceret carnis. Unde ideo in Homilia fe. iij. pasche Beda. Simpliciter (inquit) ꝛ pie sentiendum est resuscitatū a morte/ ꝛ immortale iam factum corpus dominicū/nullam quidem necessitatem ꝛ tñ facultatē habuisse vescendi. Ideoq₃ vbi opportunitas ꝓbande substantie naturalis exigebat/cibis esse refectū: qui nimirū cibi nullū sagine adiumētū vt mortaliū corporibus solent illi prebuerint: sed quomō in igne missa aqua mox comesti speciali ei⁹ sunt virtute absumpti. Hec ille. AVTHOR. Hoc vltimū ponderemus quō in igne missa aqua ꝛc. Certum est autē ꝙ ignis in aquam missus quātūcūq₃ cito absumit/aqua non redigit ignē in nihil nec in aliam substantiam conuertit cū ꝙ ꝓpriam: ergo cibos quos post resurrectionem suam in corpus suum Christus traiecit/non in nihil/ nec in aliam aliquā substantiā cōmutauit ꝙ propriam. Et sic arguitur de illo dicto: aliter bibit aquā terra sitiēs/ aliter radius solis calens. Nō em̄ radius calens trāsfert aquā bibitam in nihil/nec in aliam rem conuertit ꝙ in naturam sui subiecti. Idcirco lib. iij. de mirabilib⁹ sacre scripture cap. xvi. Augustin⁹. de cibo dñi post resurrectionem. Hūc autē carnalē cibū qualiter post resurrectionem dñs suscepit docti requirunt: dū resurrectura corpora spiritualia esse cuncti fideles sciūt: vt resurget corpus spirituale. Quapropter resurrectura corpa etsi nō indigent vt vere sano sensu creditur/possibilitatem tamen edendi cibos ꝛ si necesse foret habere/hoc dñl exēplo minime denegat: vt angeli iuxta ilicē Mābre. Sz hi nō vt ruminatos cibos stomacho ꝛ intestinis confērunt: sed statim vt velut videntur degustare in spiritualem naturam non ex parte sed ex toto transformātur. Hec ille. AVTHOR. In hoc ergo conueniunt Augustinus ꝛ Beda ꝙ Christus in corpore glorioso/ꝛ angeli in assumptis corporibus quantumcūq₃ edant equiuoce/tamen qō videnē comedere transformant in naturam suam spiritualem. Et Augustinus notanter adiecit non ex parte: sed ex toto. Quia si aliqua pars maneret non conuersa in carnem assumptam/illa faceret maius: et sic augeret nisi assumeretur in locum carnis deperdite: quorum neutrum potest contingere corpori glorioso. Et hoc est verum taz de parte essentiali: vt est materia prima/ꝙ de parte qualibet integrali. Hoc ergo cogit Augustinum hic ponere transformationem totius cibi ī carnē assumptā/nulla. s. parte remanēte cibi ꝙ prefuit. Et hec dicit transubstantiatio/trāslatio scilicet totius substantie in substantiam existentem. Et bene sunt iste due transubstantiationes sibi conformes/ quia cibus ille carnalis post resurrectionem a Christo comestus transfertur in carnem Christi spiritualem iā affectam dotibus glorie/ sine omni mutatione eius: sic item panis ꝛ vinum in altari. Et quia caro illa preexistit vtrinq₃/ idcirco transubstantiatio cibi et panis mutationem nullam causat in carne. Secus autē erat in conuersione aque in vinuz/ꝛ vxoris Loth in statuā/ ꝛ aque in sanguinem: quia termini ad quos susceperūt esse per conuersiones easdem. Item sibi conueniunt secūdum Aug. q₂ nulla pars rei transubstātiate remanet inconuersa: q₂ non ex parte (inquit) sed ex toto trāsformantur. In hoc autem differunt: q₂ cibi assumpti tran

Beda.

Augusti.

substantiantur per oris intus susceptionem: ideo nihil sensibile relinquitur apud sensum: panis autem ꝛ vinū in altari transubstantiantur per oris pronunciationez: ideo necesse erat relinquere ibi accidentia cōgrua sumptioni future. Unde in proemiali epistola de corpore ꝛ sanguine domini Anselm⁹. Cuz (inquit) ad benedictiones mysticas operante inuisibiliter verbo dei/ corpus in corpus/substantia mutata sit in substātiam/ sicut in mensa nuptiali aqua in vinum mutata/solum affuit vinum in qō aqua mutata erat: sic in mensa altaris soluz adest corpus domini in quod vere mutata est vera panis substantia: nisi ꝙ de aqua nihil remansit in mutatione illa: de pane vero mutato ad peragendū sacri instituta mysterij sola remanet species visibilis. Uñ beatus Ambrosius. Ne (indt) horror cruoris fieret ideo in similitudine accipimus sacramentum. Hec ille. AVTHOR. Ad argumentum autē quo arguit/nullaz dabilem esse transubstātiationem huiusmodi generalem: quia cū transubstātiatio huiusmodi sit accidens oportet habere subiectum quod subijcitur transubstantiationi passiue. Illud non est accidens: quia manet non transubstantiatū: nec est panis vel vinum/ q₂ cum illa transubstantiatio est subita/patet ꝙ pro instanti transubstātiationis panis vel vinum non est pro aliqua sui parte. Et illud deductum est mouisse philosophos ad ponendum materiam primam generationi subiectam. Hec witcleff. capite secundo de eucharistia. AVTHOR. Ad hanc instantiam respondeat/ quod Aristoteles arguit. quod generatur non est. quod mouetur est. ergo quod generatur non mouetur. Respondeat item fides dicens ꝙ deus in creando non habet materiam necessariam. Et quod creatur/creatur itez in instanti. Ergo in illo instanti quod creatur producitur omnino de nihilo: ergo in instanti creationis nihil oīno subiectat mutationem creationis. Et ꝙuis in generatione naturali necessariuz est subijci materiam/non sic tamen in opere quocūq₃ diuino. Sz error erat Platonis/ꝛ postea Ciceronis ꝙ materiam deus non fecerit: sed presto habuerit eam vt vtatur. sicut recitat in Lib. secundo diuinarum institutionum cap. ix. Lactantius dicēs. Ut faber (inquit) cum quid edificaturus est/ non ipse facit materiam: sed vtitur ea que sit parata: fictor ꝙ item cera. Sequitur. Immo vero non oportuit. Erit enim De⁹ minoris potestatis si ex parato faciat qō est hominis. Faber sine materia nihil edificabit: quia lignuz primum facere non potest. Non posse autem imbecillitatis humane est. Deus enim facit ipsam materiam quia potest: posse enim dei est. Nam si non potest/ deus nō est. Homo facit ex eo quod est/quia per mortalitatem imbecillis est: per imbecillitatez definite ꝛ modice potestatis. Deus autem facit ex eo quod non est/ quia per eternitatem fortis est: per fortitudinem potestatis immense/que fine ac modo careat sicut vita factoris. Quid ergo mirum si facturus mundum Deus prius materiam de quā faceret preparauit ex eo quod non erat? quia nefas est deum aliunde aliquid mutuari: quia ex ipso ꝛ in ipso sunt oīa. Hec ille. AVTHOR. Si ergo deus nihil mutuatur a nobis/ quia ꝛ psalmista dixit: Dixi domino deus meus es tu/quia bonorum meorum non eges: patet ꝙ sicut in creando non requirit deus materiam vñ creet/ et tñ aliquid passiue creatur ꝛ subiectat creationis respectuz: sic nec in transubstātiādo reqrit de⁹ materiā vñ trāsubstātiet/sz quā trāsubstantiet: ꝛ illa est panis ac vini substātia. Sicut item rū ī creationis exordio nihil subiectat creatiōis actiue respectuz: q₂ ex nihilo deus creat/ consummato tamen officio quod creatur creationi subijcitur/ ita ꝙ trāsub

Anselm⁹.

Argumē. witcleff.

Aristo.

Lactanti⁹

stantiatur tanq̃ terminus a quo subiectat transubstantiationis actum: in termino vero ad quē nihil illi subijcitur. Sic veritate posita suppositi a quibusdā q̄ deꝰ conuertat totum hominem in spiritu3/ quereretur illiꝰ transubstantiationis respectiue subiectū. Quod dictū recitat in epistola ad Cōsentium de corpore dn̄i Augustinus dicens. Nonnulli arbitrantur tunc fieri corpus spirituale/cum iam ꝛ ipsu3 corpus mutatur in spiritū/ ꝛ qđ hō erat ex corpore ꝛ spiritu vtrūq3 ac totū spiritꝰ erit. quasi dixerit apl̄us: seminatur corpus/surget spiritus. Hec ille. AVTHOR. Hanc assertionē quis Augustinus ibi probet esse falsam non tamen impossibilē/ et tunc de subiecto illius mutationis esset questio. responderet autem sustinēs q̄ actio diuina īmutādo subiectum non exigit deferens: sed illa actione mutatum. Arguit item innuens q̄ materia in transubstantiatione adderetur materie: ꝛ faceret maius aut densius vel penitus adnihilaret. in tractatu de confessione cap. i. Nō inquā vident causa3 quare deus hoc fundamentū nature destrueret/sicut nec vident q̄ corpus Christi in materia sua est materialius/aut densius/aut maius q̄ prius fuerit: nec videt in quid ista materia cōuertatur: nisi secundum phantasiā suam erroneam in nihilū conuertatur. Hec witcleff. AVTHOR. Nos certa fide videmus: q̄ non conuertatur nature fundamentum in nihilū sed in materiam carnis Christi eandem precise q̄ ꝛ Christi. Inde est q̄ caro Christi nō est dēsior neq3 maior: quia materia panis nō additur nec remanet vsquequaq3: nec destruitur: sed substantialiter conuertit. Nā si adderetur materia materie/iam aut faceret totū maius/aut densius/nec tantū: sed cum hec materia addita sit corruptionis ꝛ naturalis transmutationis subiectū/nusq3 depuratū p gloriam/totam massam corporis Christi corruptibilē redderet/ vt in principio sui hexameron ꝓbat Ambrosius. Quomodo (inquiēs) corpus materiale mundi inuisibili illi atq3 inaccessibili nature diuine cōiungendū putant/cum presertim secundū suā sententiam non possint negare quin cuius partes corruptioni ꝛ mutabilitati subiacent/huiꝰ necesse est vniuersitatem hisdem passionibus quibus ꝓprie portiōes sunt obnoxie/subiacere. Hec ille. AVTHOR. Cum igitur in dn̄ico corpore portio illa que hanc materiam cōtinet/de natura illiꝰ materie sit obnoxia corruptele/patet per accessum eius totu3 corpus corruptibile esse factum. Ideo in epistola ad Consentium dixit Augustinus. Sed quodlibet quisq3 addat/ corruptionem addere caueat/ ne sue fidei sanitate3 castitateq3 corrumpat. Hec ille. AVTHOR. Idcirco secundum Lactantium predicto cap. ix. dicit Hermes. Mortale immortali/tēporale perpetuo/corruptibile incorruptibili ꝓpinquare non potest. i. ꝓpius accedere. Hec ille. AVTHOR. Ideo item Aristoteles cum cōmentatore suo. xi. metaphysice cōmento. x. dicunt materiam istam rerum inferiorū subiectam transmutationibus generationis ꝛ corruptionis non esse in corporibus celicis: q: est in potētia ad simpliciter aliud. Materia vero corporum perpetuorū est tantum in potentia ad vbi. Sic igitur materia corporis Christi est cum forma sua coniuncta perpetuo/est tamen in potentia ad aliud vbi p realē ꝛ essentialem suam presentiam. Omnes igit̄ sequelas predictas oportet ipm̄ de necessitate ꝯcedere/de cibis quos Christus in corpus suū gloriosum peracta resurrectione traiecit. Quia aut adnihilabantur vsq3 ad materialem essentiam inclusiue/aut si corruptis substantialibꝰ formis continuit materiam peregrinam sue materie/ vt faceret corpus suum maius aut densius/ꝛ nihilominus corruptibile: aut tertio cōcedet transubstantiationem eccl'ie. Aut necesse est vt dicat non vere comedisse Christum/sed ficte: contra fidem directe. Unde lib. xiij. cap. xxiiij. de ciuitate August. Si forte (inq̄t) de angelis aliud credibilius disputari pōt/certe fides christiana de ipso saluatore non dubitat q̄ etiam post resurrectionem iam quidem in spirituali carne: sed tamen vera/cibū ac potū cum discipulis sumpsit. Non enim potestas sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibꝰ auferetur. Hec ille. AVTHOR. Quia item ipse witcleff dicit/vt supra habetur/q̄ in conuersione virge in serpente3/vxoris in statuam/aque in vinū/seruabantur materiales essentie eedē numero: quō rarū corpus carneum ꝛ concauū seruauit eandem precise materiam suam in solida statua/que propter densitatem suam ꝛ terrestreitatem continet species tātum de materia eadem quātitate supposita statue que fuerat femine? Quomodo itē vinum quod est liquor rarior aqua ꝛ pene aereꝰ non impleisset iam multo plures hydrias q̄. vi. immo fere. xl. si verum sit quod signat philosophus ex pugillo aque fieri. x. aeris. ergo materia aque in. vi. hydrijs iam remanens sub forma vini foret in decuplo rarior q̄ sub aque forma prefuerat/vel saltem in aliquanta ꝓportione notabili. Item cur non diceretur illa conuersio generatio/cum sit inductio noue forme in eandem materiā/ maxime q: motus specificatur a termino: nec depēdet essentialiter ab alterationibus medijs nisi per accidēs presente efficiente non in potentia diminuto. Post hec autē oīa si conuersiones ille omnes fuerunt substātiales per transitum rei in rem substantialiter: tantum dignitatis concede conuersioni celeberrimi sacramenti: nec sit figuralis vl' tropica: s3 substātialis ꝛ ī essētia.

Marginalia: Aug. — witcleff. — Ambros. — August. — Aug. — witcleff.

Quomodo corpus Christi secundum suam essentiam multiplicatur ad loca distincta non continua.

Cap. LXXII.

Post tot magna miracula se inuicem vicissim exigentia. s. conuersionis transubstantiationis p essentiam/pmansionis accidentiu3 cibationis ad duplam substantiā necessario multiplicatiōis miraculum comitat̄. Et item witcleff sicut p̄dictas ita istā sophisticat: vt saltē cum numeroso grege doctorū ecclesie cōuenire videat̄ in termino/cap. viij. eucharistie in principio. Oportet (inquit) fidelem concedere q̄ tam anima Christi q̄ totum corpus eius sit simul tēpore per diuersa loca in multis ecclesijs atq3 altaribus/ꝛ illud vocamꝰ multiplicationē corporis: sicut dicitē totū corpus esse ad omne punctū hostie cōsecrate. Hec witcleff. AVTHOR. Sicut tropice corpus et nō ꝓprie/ita nec ꝓprie s3 tropice est ad oē p̄ctū hostie iuxta eū. Quo contra ecclesiā ponit secūdū substātia3. Unde in fine eiusdem capituli. Corpus Christi est in sacramento panis/aut virtus ꝛ nō corpus Christi quod in celo extēdit̄: sic q̄ corpus Christi nō est nō corpus: s3 est non corpus Christi ibi/ꝛ est illud ibi quod extendit̄ sed non ibi extenditur. Et de apostasia cap. xv. Sicut dixi superius corpus Christi multiplicat̄ per situm hostie non substantialiter sed sacramētaliter. Et cap. xlvi. de sermone dn̄i in monte: sicut idē corpus Christi in numero est q̄libet plena hostia in qualibet ecclesia/ sic est q̄libet particula illius hostie in q̄ panitas ꝯseruat̄: nec ex hoc sequitur multiplicatio corporis Christi/ quia

Marginalia: witcleff. — witcleff.

non est inconueniens:sed consonum ꝙ multa corpora
et singulũ eorum sit figuraliter ⁊ sacramentaliter idem
corpus:cum figure possunt multiplicari:licet figuratũ
non multiplicaretur in natura sua. Hec witcleff. AV-
THOR. Finaliter ergo necessitatur negare qꝺ ꝯcedit
ecclesia:multiplicationẽ.s.corporis Christi ad diuersa
loca:quã tñ in primo recitato alicui simplici cõcedere
videretur. Hanc tñ peruicaciam ei⁹ causat audacia ex-
tendendi figurã aut nudum tropũ ad verbũ essentie. Et
sub hoc fuco ponit respectũ figuralem in qualibet par-
te panis/qꝛ quelibet mica eius figurat corpus Christi/
non quidem substantialiter aut essentialiter: sed sacra
mentaliter qꝺ est figuratim. Ecclesia q̃ intelligit ibi sa
cramentum proprie nullum aliud nisi corpus Christi se
cundũ substantiam ⁊ essentiam quã habet in celo vt est
sub specie panis/vocat multiplicationẽ istam sacramẽ
talem substantialẽ ⁊ essentialẽ corporis.s. Christi ⁊ san
guinis eius directe:aĩe vero ⁊ quãtitatis ⁊ omnis qua
litatis eius intrinsece per modum cõcomitantie/ita vt
sit totum secũdum essentiam vbicũq; fiũt nec minorat
Dionysi⁹. multiplicatione nec augetur. Et colligitur ab illo qꝺ
tertio cap. de diuinis nominib⁹ habet Dionysi⁹. Mul-
tiplicari dicitur illud qꝺ vnum est de eius traductione
multis existentibus/manente nihilominus illo et vno
multiplicatione. Sequitur. Sꝫ ⁊ vnũ est ⁊ omni parti ⁊
toti ⁊ vni ⁊ multitudini vno dans:vnũ est itidem super-
substantialiter:neq; pars est multitudinis neq; partiũ
totum:⁊ sic neq; vnum est neq; vnũ habet. Hec ille. AV
THOR. Vult ergo Dionysius dicere aliud ꝓprie mul
tiplicari quod est vnũ traductum in multis ipso semꝑ
in omnib⁹ manente ⁊ eodẽ ⁊ vno. Et in parte ⁊ in toto/
⁊ in vno ⁊ multitudine vnum dat ⁊ vnũ est supersubstã
tialiter. Sicut anima in plurib⁹ partibus corporis ne-
q; pars erit multitudinis/neq; erit totum ex multis/ne
q; vnum ex pluribus. Sic ergo corpus Christi in mille
altaribus est vnũ secũdũ essentiam:non vnũ totũ ex mil
le tanq̃ ex partibus:sed vnũ supsubstantialiter in tot
hostijs:vnum simpliciter sine plurificatione: et idcirco
vnum multiplicatione. Q: si scripturam exposcas/
ipsum dei verbum accipe sedentem presenter in corpo-
re ⁊ se tradentem mãducandum in corpore/ Hoc est (in
quiens) corpus meum. Corpus ergo loquit ⁊ idẽ tradi
tur comedendũ:si idem hic idẽ ibi:non tropice respecti
ue/sꝫ substantiale corpus Christi ꝓpriũq; corpus meũ/
ergo in diuersis sitibus corpus vnũ. sicut libro de corpo
Anselm⁹. re ⁊ sanguine dñi cap. xi. Anselm⁹. Semel(inquit)obla
tus est Christus:hoc aũt sacrificiũ exẽplum illius ⁊ est
idipsum semꝑ idipsuꝫ. Proinde hoc est sacrificiũ: alio-
quin qm̃ in multis locis offert multi Christi sunt. Ne-
quaq̃:sed vnus vbiq; Christus/⁊ hic plenus existens ⁊
illic plenus. Sicut eñ qꝺ vbiq; offertur vnũ corpus est
⁊ non multa corpora/ ita ⁊ vnum sacrificium. Hec ille.
AVTHOR. Ecce ꝙ corpus Christi multiplicatur/ qꝛ
quod vbiq; offertur vnum corpus est/ ⁊ non multa cor-
pora. Si figurale corpus esset quod offertur/iam mul-
ta essent corpora:qꝛ multe figure ⁊ non vnum tantũ iu-
xta te. Si aũt vnum corpus est quod offertur ⁊ nõ mul-
ta/necessario illud est corpus Christi figuratum ⁊ non
respectus figurat⁹: qꝛ figure multiplicantur figuratis
non multiplicatis per te iam supra. Hoc non habebat
Anselmus a se sed a sancto Ambrosio. Et beat⁹ Augu
August. stinus in sermone de verbis dñi. Per partes(inquit)
manducatur ⁊ manet integer tot⁹ in celo:ꝑ partes mã
ducat in sacramẽto ⁊ manet integer tot⁹ in corde tuo:
totus eñ erat apud patrem quando venit in virgineꝫ:
⁊ impleuit illã nec recessit ab illo/veniebat in carne vt
homines eum manducarent: ⁊ manebat integer apud
patrem vt angelos pasceret. Hec ille. AVTHOR. Cõ
parat duos aduentus Christi. a patre in vterum vt sus
ciperet hominẽ. A patre in hostiam secundum carnem
vt pasceret hominem. Et sicut non reliquit patrem per
primum aduentum verbi quo minus esset totus apud
patrem/⁊ tñ totus secundum eandẽ substãtiam in vte-
ro:ita ergo non reliquit patris dexterã per secundum
aduentum quo minus esset ipsi totus presens secundũ
essentiam carnis:⁊ totus secundũ eandẽ presens in ho
stia benedicta. Sed recalcitrationes witcleff videa-
mus quas sine ꝓbationib⁹ euomit/cap. x. de apostasia.
Patet(inquit) quãtũ difficultat eccl'ia scꝺm scholam
diaboli de multiplicatione corporis Christi:cum funda witcleff.
mentum illius schole sit fictũ mendacium ab vtilibus
occupationibus retractiuum. Nec valẽt euidentie qui
bus arguitur hoc subiacere potestati diuine. sicut enim
deus nõ potest facere eandẽ rem in numero esse simul ꝑ
diuersa instantia/sic nec potest facere eandem essentiaꝫ Aristo.
materialem esse simul per diuersa loca. Hec witcleff.
AVTHOR. Iã audistis plane q'uid sentit:prius tamẽ
repellemus exẽplum tanq̃ inutile ad concludendũ as-
sumptũ. Nam diuersa loca sunt simul in natura sicut ⁊
diuersa corpora:diuersa autem instantia esse simul re-
pugnat legibus successiuorum/etiam cõtradictorie/ni-
si forsan ponat deũ facere duos mundos sibi coexistere.
ergo vna impossibilitas est in exemplo qualis nec vlla
est in cõclusiõe similitudinis. Ratio eñ quare vna res
non posset esse in diuersis instantibus simul sufficiẽter
datur/qꝛ duo instantia non possunt esse simul:quod non
inuenitur in rebus dictis sed nec in locis. Aut da mihi
simul duo instantia in natura sicut dabimus duo loca
⁊ dabimus tibi idem corpus simul in duobus instanti-
bus sicut in duobus locis:immo qꝺ amplius est/omne
corpus sub celo sine miraculo ex parte sui erit simul in
duobus instantib⁹. Adhuc ergo petitur principiũ quo-
modo probat primũ/secundum vero satis probat fides
patrum ecclesie:a quibus habebat Hugo qꝺ scripsit
secunda parte de sacramentis. lib. viij. cap. xi. dicens.
Quomodo(inquis)corpus vnum eodem tempore in di Hugo.
uersis locis eẽ potest? hic est:ibi est:⁊ totũ vtrobiq; est:
⁊ in multis locis similiter. Noli mirari:qui locũ fecit/
corpus fecit ⁊ locum in corpore ⁊ corpus in loco:et qui
fecit vt corpus vnum in loco vno esset/fecit sicut voluit
⁊ si voluisset aliter facere potuisset. Nam ⁊ qñ vult ali
ter facit:⁊ est sicut vult semper. Quia autẽ sic ipse fecit
vt corpus vnũ in loco vno esset/tu quid factum est vidi
sti ⁊ nescis aliud nisi quod factum ẽ ⁊ quod vidisti. Id
circo miraris quando aliud vides vel audis q̃ vide-
re ⁊ audire consueuisti:ipse autẽ non miratur quando
aliud facit q̃ qꝺ facere consueuit:qꝛ quando illud fecit
sciuit tunc ⁊ ꝙ aliter facere potuisset si voluisset. Idcir
co cum quid mirari ceperis/⁊ dixerit forte tibi cogita-
tio tua quomodo hoc esse possit:cogita facientem/⁊ de
sinet esse mirabile quicquid illud fuerit. Hec ille. AV-
THOR. Utinã ita cogitasset witcleff omnipotenteꝫ
deũ:⁊ tunc rudis cogitatio eius immersa consuetudini
rerum carnalium non dictasset ꝙ multiplicatio corpo
ris Christi substantialiter facta ad omne punctum
hostie sicut catholica credit ecclesia haberet pro fun-
damẽto fictũ mẽdaciũ. Mirabilis de⁹/ ꝙ vnus miser
audet dicere mẽtitã esse totã eccl'iam. Quid stupẽt ho
mines ꝙ ipse idem mẽdaces efficit oẽs fratres? Omni
mẽdacio mai⁹ ẽ istud qꝺ ꝑ totũ orbẽ ⁊ a Christo ⁊ apo-
stolis ei⁹ hacten⁹ vniuersa mentitur eccl'ia. Sꝫ ergo o
oĩm mendaciũ mendax maxime cogita faciẽtẽ sicut cõ
sulit Hugo/⁊ desines velle mentiri. Supra omnem na-
turam est architectus iste/qui fabricam suam ita mu-

tiplicat. Eius ergo potentia complacens est multiplicationis placite fundamētū: sicut concorditer Hugoni *Grego.* in Homilia paschali: dicēs Gregorius. Calix (inquit) quē sacerdos catholicus sacrificat non est alius nisi ipse quē dñs apostolis tradidit. qz sicut diuinitas verbi dei vita est/ que totū implet mundū: ita licet multis locis & innumerabilibus diebus illud corpus ꝑcōsecretur/ nō sunt tamē multa corpora Christi neqꝫ multi calices sꝫ vnū corpus Christi & vnus sanguis cum illo quod sumpsit in vtero virginis & qđ dedit apostolis. Diuinitas enim verbi replet illud qđ vbiqꝫ est: & coniūgitur ac facit/ vt sicut ipsa vna est/ ita & corpori Christi & vnū eius corpus sit in veritate. Unde aīaduertendū ꝙ siue plus siue minus quis inde percipiat/ oēs equaliter corpus Christi integerrime sumunt/ & generaliter omnes & specialiter vnusqꝫqꝫ. Hec ille. AVTHOR. Ecce deitas replēs mundū vnita corpori/ facit illud vbicūqꝫ sumitur vnū & idem corpus suū qđ sumpsit ex virgine/ sicut ipsa est vna. Jā ipsa est per essentiā vna & per substantiam vnitur corpori nō ꝑ figurā & tropice/ ergo & corpus eius fit essentialiter & proprie sine tropo idē in sumentibus vbi*Replica Witcleff.* cūqꝫ. Replicat itē Witcleff qz Augustinus dicit in epistola ad Volusianū. Corpora sunt quorū nullum potest esse vbiqꝫ totū/ qm̄ vt per innumerabiles partes aliam alibi habeat necesse est: & quātūcūqꝫ sit corpus seu quātūcūqꝫ corpusculum loci occupet spatiū/ eundemqꝫ locum sic impleat vt in nulla eius parte sit totum. Et sequitur infra. Illud ergo quod iste sanctus dixit non posse esse/ fingimus esse in hostia veritatis. Hec Witcleff. AVTHOR. Si totus Christus vbiqꝫ presens est secundū substantiam in hostia veritatis sicut prius sctī iam di*Visio,* xerant: non ita fingimus sed probamus. Ad illud Augustini quod affers/ secūdū regulā corporis mole magni & quātitatis terminis alligati hoc dicit: nō aūt secundū essentiam corporis de natura substātie. cū dicat episto*Augusti.* la ad Dardanū ipse idē Augustinus. Cū ergo sit corporis aliqua substantia/ quantitas eius est in magnitudine molis eius. Sanitas vero eius non quantitas sed qualitas eius est. Non ergo potuit obtinere quātitas corporis qđ potuit qualitas. Nam ita distātibus partibus que simul esse non possunt qm̄ sua queqꝫ spatia locorū tenent maiores maiora & minores minora/ non potuit esse in singulis quibusqꝫ partibus tota vel tanta/ sꝫ amplior est quātitas ī amplioribus partibus/ breuior in breuioribus: & in nulla parte tāta quāta ꝑ totū. Quantitas vero corporis q̄ sanitas dicitur/ cū sanū corpus sit totum/ tanta est in maioribus quanta in minoribus partibus. Nō enim q̄ minus magne sunt: ideo minus sane sunt: aut q̄ ampliores ideo saniores. Absit ergo vt quod pōt in corpore qualitas creati corporis/ nō possit ī seipsa substātia creatoris. Hec ille. AVTHOR. Jā planū est ꝙ Augustinus loquitur de corpore secūdū cōditionē quātitatis molis/ q̄ facit vt corpus non sit in disparibus locis totum/ sed maius in maiori loco/ cui coextēditur/ in minori minus. Sed quid si cōsiderasset substātiā corporis secundum se/ nō aūt in magnitudine molis sꝫ essentie/ sicut sanitatē cōsiderauit corporis quāti sꝫ sine cōmensuratione quātitatis eiusdē: ideo posuit eam multiplicari per corpus quodammodo/ qz tantam esse in parte quanta foret in toto/ non tn̄ totā in parte: nunquid ipa substantia sic abstracta etiam tanta foret in parte que est vna conditio multiplicat onis intēte/ imo & tota in parte/ que est altera conditio? Quia non est de mente Augustini qm̄ aliud sit substantia corporea/ aliud magnitudo molis eius. Unde incepit iam dicere. Cum sit corporis aliqua substātia/ quātitas eius est i magnitudine molis eius. Nō dicit sicut Witcleff/ ꝙ quātitas eius est ipm̄ esse quātū/ sicut omne accidens. Item tantum aut plus distat essentialiter substantia corporea secundum genus suū a genere quātitatis/ quātū aliqua qualitas. Si ergo qualitas/ vt huiusmodi/ etiā que non potest inesse corpori sine quātitate/ pōt tota & tanta multiplicari ꝑ partes/ ab equo potest corpus hoc fieri secūdum suam essentiam & esse tota in partibus & tanta sine diminutione essentie in singulis.

Qꝫ corpus Christi coexistenter potest ad esse alteri corpori ī eodē situ totū, & hoc cōtra viam penetrationis Witcleff & atomos. Cap.LXXIII.

ARgumentū ad hoc est ꝙ natura corporis Christi secūdū se totam cōpatiebatur secum corpus substantie aliene/ & coextitit ei secundū omnē mēsurā intrinsecā vtriusqꝫ. Quia Christus nō amisit staturā suam aut cōnaturalē distantiā partiū in ordine ad totū/ quādo exiuit sepulcrū ꝑ mediū lapidis mole magni: aut ianue: ergo a fortiori potuit coexistere totus secūdū corpus cuilibet parti corporis ꝓprij. Et tunc itē sicut totus in illis/ ita totus in locis dispa ribus. Quia prima repugnantia non est ab extrinseco. Quapropter si nō repugnat corpori secūdū se posita potētia infinita/ non repugnabit ipsi propter aliud/ quod contradictionem non includit. Hic instat Witcleff pre*Witcleff;* dicto cap. x. de apostasia. Non enī (inquit) potest deus facere diuersas substantias materiales simul tempore per eundem locū adequatū/ cum corpora secundū dotē subtilitatis seipsa penetrant & nō sunt proprie coextēsa. Hec ille. AVTHOR. Nec dico coextendi sed coexistere: nec hic disputare ꝓponimus de multiplicatione corporum dimensiua. Sed iste vitans fidem fateri catholicā/ incidit errorem gentiliū reproborū/ Democriti. s. & Leucippi/ cū foraminibus vacui in quolibet corpore solido vel poroso: vnde defenset penetrationem quā philosophi oēs famosi scatentē ꝓbant erroribus. Uideamus Augustinū oīm scriptorū ecclesiasticorum riuali quadā subtilitate cōplutū/ visuri qd illi penetrationes iste democritine cōplaceant pyramidaliū atomorū in epla sua ad Dioscorū q̄ icipit. Tu me innumerabiliū. vbi ipa tiose rē istā ꝓsequitur dicens. Democritus hoc distare in *August;* naturalibus q̄stionibus ab Epicuro dicitur/ ꝙ iste sentit inesse cōcursioni atomorum vim quandā aīalē spirabilē & spiritalē/ qua vi eū credo & imagines ipas diuinitate ꝑditas dicere non oēs oīm rerū sꝫ deorum: & principia mētis esse in vniuersis quibus diuinitatē tribuit/ & aīantes imagines q̄ vel nobis ꝓdesse soleāt vel nocere. Epicurus vero neqꝫ aliqd in principijs rerū ponit preter atomos. i. corpuscula q̄dā tā minuta vt iā diuidi nequeāt/ neqꝫ sentiri/ aut visu/ aut tactu possint. Quorum corpusculorū concursu fortuito & mūdos īnumerabiles et aīantia & ipsas animas fieri dicit & deos quos humana forma non in aliquo mundo sed extra mundos atqꝫ inter mundos constituit. Et non vult omnino aliquid preter corpora cogitare. Que tamen vt cogitent imagines vt dicit ab ipsis rebus quas atomis formari putat defluere atqꝫ in animum introire subtiliores ꝙ sunt ille imagines q̄ ad oculos veniūt. Nā & vidēdi hāc causam esse dicit/ ingētes quasdā imagines/ ita vt vniuersum mūdum complectantur extrinsecus. Hec ille. AVTHOR. Bene intelligibilē facit hic Augu. mētē Democriti de atomis/ ꝙ scilicet vi sua spirabili animent

imagines defluxas a rebus/ q̃ vtiq̃ corporee sunt ⁊ pe
netrare potentes etiam animũ hominis vt illum moue
ant ꝑ cõtactũ. Consequenter subiecit Augustinus ra-
Aug. tiones quibus pateat falsitas sic ponentis/ dicẽs. In
telligis iam/vt arbitror/quas isti opinentur imagines.
Sed miror non admonuisse Democritum vel hoc ipso
falsa esse que dicit:q: venientes tam magne imagines
in tam breuem animũ nostrum/si corporeus(vt ipsi vo-
lũt)tam paruo corpore includitur/tote illũ tangere nõ
possunt. A magno enim corpore cum paruum corpus
attingitur/a toto simul attingi nullo modo potest. Et
post arguens hoc idem de visu. Tã(inquit)breues ocu
los tam grandia imaginum tota corpora attingere nul
lo mõ possunt. Hec August. AVTHOR. Si cũ quibus
dam sequacibus tui Democriti penetrationem passi-
uam intelligas/tunc ex istis imaginibus defluxis ꝑ in-
trosusceptionem Augustinus tibi cõclusit. Si vero pe
netrationẽ actiuã ipsoꝝ corporũ ꝑ seipsa cũ alijs itẽ di
scipulis magistrum tuũ exponas: restat vt vacuitates
imbibitas corporibꝰ penetratis admittas/ vt ipse Ari
stoteles ⁊ cõmentator eius eũ exposuit:⁊ per hoc nulla
corpora esse continua ꝓpter foramina illa vacui alter-
nata cum atomis. Unde et subdit ibi Augustinus di-
Augusti. cens. Certe eñ ipsi dicunt omnia que sunt nature nihil
aliud esse q̃ corpora ⁊ inane/queq̃ his accidãt:qd cre-
do motũ ⁊ pulsum dicere/⁊ cõsequẽtes formas. Hec il-
le. AVTHOR. Ecce oẽs nature sunt corpora.s. corpus
cula illa atomorũ ⁊ inane .i. vacuitas intersepta/ per
cuius partes ingredi possunt atomalia corpora cor-
poris penetrantis per pulsum ⁊ motũ:⁊ hoc ponebant
siue de animo/siue de deo:qui vtiq̃ corpora erant secũ-
Aug. dũ predictos. Unde ibidem paulo supra Augu. Quo-
modo(inquit) nõ vereatur iste deus ne intereat cum si-
ne vlla intermissione pulsetur agiteturq̃ atomorum in
cursione sempiterna? Pulsari eñ dicit illud corpus
qd irruentibus atomis feriatur:⁊ agitari quod pene-
tretur. Hec ille. AVTHOR. Dic mihi quo istorum mo
dorum introduxit Christus corpus suũ per clausas ia-
nuas:aut eduxit per sepulcri tectum marmoreum? Nũ
quid solam sue carnis imaginẽ penetrare fecit res so-
lidas ad causandum in humanis visibus illusiuum in-
tuitum rei non presentis in sua substãtia:ita vt non er-
rarẽt discipuli ĩ iudicio putãtes se spiritũ videre? Aut
atomi carnis Christi sine intermissione pulsantes et
agitantes lapidem tumuli patefacerent foramina va-
cuitatis imbibite/ ꝑ que paruũ iter esset atomis car-
nis Christi? Miror ꝙ istis deliramentis ⁊ philosopho-
rum nugis potius elegit consentire noster philosophꝰ
suꝑ corporũ penetratione lõginqua/ q̃ coexistẽtiã cor-
porũ ponere cũ tota ꝓsca ecclesia ⁊ moderna. Maiꝰ ve
ro mirũ ꝙ ꝯtra omnẽ cetũ theologorũ fideliũ ponit cor
pora gloriosa ĩ celo/ ĩmo corpꝰ Christi scdm se penetrã
tia ⁊ cũ voluerint penetrata/sz sine laceratione inquit.
witcleff. iiij. trialogi cap. xli. Corpora(inqt)sic subtiliata possũt
se ex ordinatione dñi penetrare: ⁊ cuz penetratio ⁊ la-
ceratio sint distincta/patet exhinc nõ sequi ꝙ corpora
beata se lacerabũt adinuicẽ vel corrũpẽt. Et cũ nõ sint
dimẽsiones ĩmobiles sed ꝓprietates ĩnate illis corpo-
ribus:patet non seq̃ ꝙ dimẽsiones penetrabunt vel ꝙ
erunt corpora coextensa. corpora eñ glorificata cum se
cũdũ ĩdiuisibilia penetrabũt sese penetrantia habent
suas dimensiones ⁊ loca propria sed ꝯmixta. Hec wit
cleff. AVTHOR. Nihil isti penetrationi cũ dote subti
litatis/que non naturaliter sed solo supercelesti perfi-
citur deitatis illapsu. Penetrationem autem istam si-
ue false siue ficte naturalem rem ponit/ ⁊ authoribus
naturalium derelinquit/dicẽs ibi. Sz diffusum tracta-
tum istius relinquo philosophis. Et dicat witcleff cuz
suo Democrito qualiter penetrationẽ suam sine lacera
tione defendit quando omnẽ dimẽsionẽ extensiuam cor
pori tollit/ita vt corpus penetrans aliam dimensionez
aut staturã distinctam nõ habet a statura corporis pe-
netrati. Dicat item quomodo totam cõpaginẽ corpo-
ris gloriosi non lacerat aut dissoluit quando totã eius
cõtinuitatez sic reddit auulsam vt minima pars.i. ato-
mus separetur ab atomo per ingressum atomi pene-
trantis. Quia necessario quelibet pars ingrediens tã
git aliquã partem corporis in quod ingreditur/ dicẽte
Auicẽna. ij. naturaliũ/ꝙ intellectꝰ ingressionis hic est
ꝙ cum quãlibet vnam duarũ rerum in se intrantium as
sumpseris/aliquid de altera habebit esse cum alia in si
tu:q: non separatur vna illarum in situ ab alia. Et hac
ratione Democritus superatus dixit nullum corpus
vere continuum. vt patet in. iiij. Physicorũ. Usquequo
ergo falso improperabit witcleff contra catholicos sa
cerdotes ꝙ frangant collum Christi ⁊ membra eius in
sacramẽto qd horrebant Judei ipsi facere pendenti in
patibulo? quãdo ipse non solũ partes ĩtegrales: sz vsq̃
ad partes indiuisibiles Christum dilacerat in suo cor-
pore glorioso/in virginis vtero/in tumulo/ in ostio/ im
mo in celo dum ascenderet/⁊ adhuc dum in celo sedeat
ad dexteram dei patris. Minimus sctũs in celo potest
corpus suũ ꝑ eũ traijcere si velit. Et facta penetratio-
ne duorũ potest adhuc tertiũ penetrare corpus illud cõ
fusum/⁊ sic omnia corpora beatorũ in celo possunt ad
vnam massam redigi corporis inuoluti. Et cur non ita
poterit eiusdem corporis digitus oculũ eius penetrare
si velit/⁊ omne membrũ corporis in vnũ redigi mẽbruz
ꝓpter dotem subtilitatis qd erit in quolibet? Nec erit
tunc in corpore glorificato pacata illa cõpago mẽbro-
rũ:quã in. xxij. de ciuitate cap. xx. sic predicat Augusti Aug.
nus. Tam nolet esse vnusquisq̃ qd nõ accepit q̃uis sit
pacatissimo concordie vinculo ei qui accepit obstrictꝰ
q̃ nec in corpore vult oculus esse qui est digitus/ cum
membrũ vtrũq̃ contineat totius carnis pacata compa
go. Hec ille. AVTHOR. Preter hec dicat witcleff
quomodo potest corpꝰ diuinũ aut aliud quodcũq̃ bea-
tũ esse immortale si sic recipiat intra se ingredientes
atomos corporis penetrantis subintrantes vacuita-
tes in corpore penetrato/ aut perpetuas ruinas ibi Ar. rimas
supplentes per auulsionem atomorum : vt atomi in-
trent. quia due tales atomi non possunt esse simul. Si
rideat hoc motiuũ: saltẽ Augustinũ derideat ⁊ Tulliũ
qui magni ponderis ipsum estimabãt cõtra Democri
tũ magistrum suum. Predicta epistola ad Dioscorum
Augustinus. Cum (inquit) ita discedant quedam cor- Aug.
puscula de diuino corpore vt alia succedant/ et dissolui
illam naturam eadem successione non sinant: omnia
ergo(inquit) eterna essent q: nulli deesset ista innume-
rabilitas atomorum que perpetuas ruinas subinde
suppleat. Deinde quomodo non vereatur iste deus ne
intereat cum sine vlla intermissione pulsetur/ agitetur
q̃ atomorũ incursione sempiterna? Seq̃tur. Demũ cũ
ex ip̃o imagines satis semꝑ effluãt/quõ põt de ĩmortali-
tate cõfidere? Hec ille. AVTHOR. Põt eẽ/nõ nego ꝙ
nr̃ witcleff nõ plene cũ Democrito delirauit ĩ atomis/
⁊ ideo argumẽta de directo nõ eũ ꝓfodiũt:sz si bñ ducã
tur freno rõnis acute/ videat q̃liter eũ penetrẽt ex trãs
uerso. Et hoc itẽ satis ẽ ⁊ plus q̃ satis/ꝙ nolit secũdũ
fidẽ cõcedere ꝙ Christꝰ intrauit ianuis oĩno clausis:sz
ꝑ subtiles poros aptos penetrasse aut vacuitates ibi-
bitas. Ita magister eiꝰ Berẽ. ĩ hac fide desipuit/dicẽs
Christũ ianuis oĩno clausis nõ ĩtrasse. Lib. iij. de corpe
⁊ sanguine domini/Guimundus. Quid mirũ si patrum Guimũdꝰ.

historias Berengarius ⁊ sui despiciunt: qui euangelio etiam contradicunt/dicentes nullatenus debere credi/ quod ibi legitur: intrasse ad discipulos dn̄m Jesum ianuis clausis? Hec ille. AVTHOR. Modū istū dicendi vult witcleff hac via probare penetrationis occulte. Quia ex qua parte per priuata foramina corp⁹ ianuā penetrat: ex ea parte eam non clausaȝ inuenit sed apertā. Sicut subtilis ventus qui ꝑ rimam ingreditur. Sȝ ergo solide partes ianue corpori ꝑbebant obstaculum/ cui sole porose dabant ingressum. Nec foret verum qȯ vniuersa fides ecclesie in Augustino recenset super Jo
August. annem Homil. cxx. dicēte. Moli corporis/ vbi diuinitas erat/ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit/quo nascente virginitas matris iuiolata ꝑmansit. Hec ille. AVTHOR. Et de porta ista beate virginis in secunda parte cōtra Pelagia
Hierony. nos in dialogo/Hieronymus. Oēs (inquit) heretici errauerunt/non intelligentes mysterium natiuitatis ei⁹: magisqȝ ad specialē natiuitatem saluatoris/ꝙ ad oīm hominum referri potest/hoc qȯ dicitur. Qui apuit vul
Virginitas Marie. uā sctīs vocabitur dn̄o. Solus em̄ Christ⁹ clausas portas vulue virginalis aperuit: que tn̄ clause iugiter permanserunt. Hec est porta orientalis clausa/per quā pōtifex solus ingreditur ⁊ egreditur: ⁊ nihilominus semper clausa est. Hec ille. AVTHOR. Digna ergo sententia ꝑcussus est/q̄ dixit/item per quandam minimā apturā prodisse Christum ex vtero virginis. de quo refert frater Petrus de aureolis. Multo magis plagis multis vapulabit witcleff ponēs per tot minima ꝑforasse Christū vterū sue matris/cum dicat Hieronymo teste fides/ꝙ solus Christus clausas portas vulue virginalis aperuit: que tn̄ clause iugiter permanserunt. Si ostia clausa non obstiterunt ex ea parte qua clausa erant et solida/non foraminibus vacui peruia dat intelligi. Alias quid hoc debuit annotare ꝙ ex ea parte qua fuerūt aperta/clausa ostia dederunt introitum? Nō fuisset hoc magnū glorificato corpori Christi/sicut nec vento vel culici. Sed oībus istis proteruijs philosophorū errantium predicat ⁊ obijcit sctā fides predictuȝ miraculū: et testatur super penetrationem impossibilem illarum duarū substantiarū materialium corporis ⁊ ianue/ coexistentiam secūdū eundē sitū ⁊ tempus. Libro em̄ de
Anselm⁹. corpore ⁊ sanguine dn̄i/Anselm⁹. Quod (inquit) de humanitate eius per resurrectioneȝ glorificata secularis philosophie ratiocinationibus videt̃ insusceptibile/vt clausis ianuis ad discipulos intraret: ⁊ mortalis exercuit dn̄ de thalamo vteri virginalis ad currendā viam dispēsatiōis humane clausis ianuis nature ꝓcessit. Q si corpus illud intrare ⁊ exire per clausa potuisse virt⁹ authoris ⁊ pietas fidei fecit esse credibile: alia etiā q̄ ꝑter naturā corporū sunt/posse corpus illud/vel potuisse/nō video qd facere possit incredibile. Sequitur cap. iiij. Nā sp̄us noster in quo ad imaginē dei cōditi sum⁹: cum secūdū imaginē eius q̄ creauit in regno machine cui p̄est: sic quodāmodo se habeat quō creator in regno creature sue: vt sicut ille vbiqȝ locorū est/⁊ totus est: sic iste in toto corpore suo sit/ ⁊ vbiqȝ totus sit: licet ratio humana nō cōprehēdat modū/ quo id fiat: cur tā difficile videt̃ naturā carnis illi sūme nature sic vnitam vt ei⁹ facta sint oīa/ q̄ illi⁹ sunt: maxime post resurrectionis glorificationē ex diuina potētia posse/vt i diuersis locis sit nō diuerso tēpore? Licet em̄ dignioris ⁊ subtilioris nature spm̄ rationalē cōstet esse ꝙ quodlibet corpus: illud tn̄ corpus qȯ sup oēs celos in eo q̄ sup oīa est meruit exaltari: digni⁹ ⁊ ad omnia q̄ voluerit subtilius ⁊ efficacius puto esse ꝙ sint aliqua/ non solum inferiores spiritus/ sed ⁊ omnes illi qui celorum noīe meruerunt appellari. Hec ille. AVTHOR. His respōdeat rudis witcleff: qui tantū eleuat materialem suā substantiam/vt dn̄m maiestatis approbet impotentē. Rursū illud/cui deus dedit oīa q̄ in celo ⁊ in terra: nōne cū spiritu incorporato poterit iussu maiestatis totum ⁊ simul eodēqȝ momēto locis interesse distinctis? Sed sic (inquis) poterit vbiqȝ simul esse: qȯ diuine infinitati est
proprīū. Respondet tibi Anselmus. Nec tamē naturā Anselm⁹.
corporis dn̄i vbiqȝ esse dico/q: nec op⁹ est nisi vbi vult ⁊ vbi fidei certo sacramēto hoc operat̃ ad quod assumpta est ⁊ glorificata/mysterium. s. saluationis humane. Sequitur. Sic ergo constat in diuersis locis vno hore momento esse posse corpus Christi: sed lege creatricis nature non create. Cū autem nature create natura sit creatricis nature legibus in oībus obedire: si aliquando pacta sua resoluenda illi ꝑmittit q̄ ea instituit ⁊ ordinat: nō videri debet errare vel deuiare ab ordine suo/ maxime in illa natura q̄ in vnitate persone coniuncta est illi verbo per qȯ facta est oīs natura. Hec ille. AVTHOR. Hec oīa sequunt̃ fidē trāsubstantiationis panis in carnē Christi/secūdū essentiā. Hac fide dixit Ambrosius totum Christū in celo: totum in altari. Hac fide Gregorius supra dixit/oēs generaliter ideȝ corpus/ ⁊ quēlibet specialiter hoc idē comedere. Si ad figurā traxeris/ipse dixit in veritate/ ergo proprie. Maxime cū figuras respectiuas māducare nō possimus. Certe subiectiuas figuras ad modū Gregorij idētificare non possumus. Hac item fide in sermone dn̄ice quinte post epiphaniam: ⁊ ponitur de consecratione distinctione. ij.
Singuli. dicit Hieronymus: Singuli accipiunt Christum dn̄m/⁊ in singulis portionibus totus est: nec per Hierony.
singulos minuit̃: sȝ integrū se ꝑbet in singulis. Hec ille.

Qualiter witcleff īproperat ecclesię ꝑ vocabulis transubstantiationis & accidētis sine subiecto, dicens ꝙ olim non erat de fide. Cap.LXXIIII.

Calumniatur iteȝ terminos quos ad expositionē fidei sacramēti ecclesia adinuenit/q: nō sint in vsu scripture canonice/volēs per verborū caristiā suppumere veritatē. Unde sermone. L.ij. partis. Nō (inquit) videt̃ esse episcopis magna prudentia catholicare isagogas Porphyrij/ꝑdicamēta Aristotel et qntū Metaphysice quo ad multa dicta de subiecto ⁊ accidēte: ⁊ dānare scripturā sacrā. Specialiter cū nec iste terminus accidēs quātū recolo: nec iste terminus subiectū ad sensum eorū est termin⁹ legis dei in q̄ ē oīs veritas/vt sepe asserit Aug. Hec witcleff. AVTHOR. Primo catholicādas subridet isagogas Porphyrij/⁊ libros Aristotelis ꝑ ep̄os: q: iuxta rectā philosophiā ipsorū ⁊ oīm accidēs dicit essentiā p̄ter subiectum suuȝ maxime absolutū. Quo posito nescit ipse euadere qn deus posset ipsuȝ facere ꝑ se subsistere. Scd̄o nescit vocabula accidētis vel subiecti in sctīs repire scripturis. Ideo vt philosophus decut⁹ ⁊ ignar⁹ theologus de accidēte ⁊ suo subiecto secūdū vtrūqȝ remanet ifundat⁹. Sic itē causat̃ terminū trāsubstātiationis terminū magistralē: ⁊ abijcit terminū panis materialis/ea de causa: noīa etiā pape ⁊ cardinaliū: q: nō repiunt̃ in scriptura sacra. Hec ē ꝑma fuga hereticorū/ qn̄ sūt capiēdi vt falsarij veritatis currūt ad pugnas verborū. Cōparem⁹ si libeat verba witcleff cū Arrianis eloquijs si sibi cōueniant. witcleff dicit de sermōe dn̄i i mōte cap. xlij. loqns

de accidente sine subiecto. Aplus si sciuisset istā fuisse
heresim/ ipsam grecis fidelibus non tacuisset. ⁊ infra.
Quomodo ergo posset catholicꝰ excusare spm̄ sanctū
⁊ alios euāgelistas ex tacentia huiusmodi veritatis?
Hec witcleff. AVTHOR. Sic dixit Arrius de termi-
no homousion.i.cōsubstātialitatis: quādo corā iudice
Probo/ contra Athanasiū ꝓ pfidia disceptaret: vt pla
ne legiẗ ī lib.i.eiusdē Athanasij altercationū in actis.
Arrius. Arriꝰ. Unū de duobꝰ in hac causa sequi necesse est. Si
vera est homousij assertio/ falsa est apostolorū p̄dicatio:
que sine hoc noīe longo tēpore floruit. Si vero aposto-
lica fides huius noīs expers/ vera est sicuti est: hec sine
dubio falsa erit q̄ antique fidei nominis nouitatē ad-
iecit. Reuolue cuncta noui ⁊ veteris testamenti volu-
mina/ vtrū homousion alicubi sacris inditum paginis
Probus. poteris inuenire. Hec ille. Sequiẗ. Probus. Et que ra
tio cause flagitabat vt res antiqua nouū acciperet no-
mē? Nunquid eñ priusq̄ huiꝰ noīs vocabulum sortire
tur: sine nominis proprietate manebat? hoc nullā mi-
Athanasi. hi rationis consequentiā habere videẗ. Athanasiꝰ. Ec-
clesiastice semper moris est discipline: si quando hereti
corū noua doctrina exurgit/ contra insolentes questio
nū nouitates/ rebus immutabiliter permanētibus/ no-
minū vocabulū īmutare/ ⁊ significātiū rerum naturas
exprimere: que tñ existentium virtutibus causarū con-
gruant: ⁊ que magis eadē antiquitus demonstrent fuis-
se/ non ortus insinuent nouitatē. Et vt qđ dico planius
fiat: vtor exemplo. In ipso christiane religionis initio
oēs qui credebant dño Iesu Christo/ non christiani sꝫ
discipuli tātūmodo vocabantur. Et qr multi dogmatū
nouorum authores extiterant/ doctrine obuiātes Apo
stolice/ omnes sectatores suos discipulos nominabāt.
Nec erat vlla ratiōis discretio īter veros falsosq̄ disci
pulos: siue q̄ Christi/ siue q̄ Dosit. siue Theodoti/ siue
Iude cuiusdā/ siue etiā Ioānis sectatores: qui se Chri
sto credere fatebantur/ voluerunt vt vno discipulorum
noīe censereẗ. Tunc apli cōuenerunt Antiochiā/ oēs
q̄ discipulos nouo nomine.i.christianos appellabant.
Sequiẗ. Hāc ergo ab aplis traditā nouis vtendo noī-
bus formā ecclia retinēs cōtra hereticos diuersos ꝓut
sane fidei ratio postulabat diuersas edidit nominū no-
uitates. Deniq̄ patri nouū innascibilitatis nomen ec-
clesia posuit. Cū eñ Sabelliana heresis genitū ex vir-
gine patrem voluisset asserere: ingenitū contra hāc/ cō
fitendo ecclia tradidit patrē. Et vtiq̄ in scripturis di-
uinis ingenitū nusq̄ legimꝰ patrem. Potest ergo Sa
bellius audaciā suam in huius calūnie vertere questio
nē: ⁊ simili/ vt tu proponis/ genere vtiq̄ dicere. Cur diui
nis scripturis sine vllo prospectu pudoris violentiam
facitis/ profitendo innascibilem patrē/ qđ scriptū osten
dere nō valetis? AVTHOR. Sic profert ibi cōtra eū-
dem Sabelliū in Smyrnensi synodo statuisse ecclesiā/
vt deus pater impassibilis diceret. qđ tñ in scripturis
non legiẗ. Et in eadē cōtra Photinū/ deū filiuꝫ dicen-
dū esse/ deū de deo/ lumē de lumine: qđ (inquit) in aposto
lorū symbolo ⁊ eque in scripturis non legitur. Item cō
tra Eunomiū/ similem patri filium. Quid igitur ex his
cōcluditur? nisi si sensus vocabuli in scripturis sanctis
habet originem/ audacter vtere termino. Nec erit ine-
pta vox aut calūnianda nouitas si res concepta p ter-
minū antiquitate p̄ualeat. Qđ tandem iudex ibi con-
Probus. clusit loquens ad Arrium. Probus. Hoc contentionis
vitio deputabitur/ vt documentum nudi sermonis exi-
gas/ cuius fidei sensum in scripturis copiosiꝰ noueris
redundare. Sensum igiẗ q̄re vnde vocabuli huius na-
tura trahit originem: ⁊ cum sensum inueneris nomē te
pariter inuenisse non dubites. Hec ille. AVTHOR.

Ad hoc ergo verum peruenit paganus iudex: in deci-
sione fidei: vt non sit insistendum pro termino/ si tandē
sensus verbi in scripturis poterit reperiri. Hoc sanum
est: hoc iustū. Unde ⁊ Augustinꝰ cum eum increpasset
Cresconius de mala deriuatione vocabuli Donatiste:
ipse tandem libro.ij.contra eum.cap.ij.respōdit dicēs. Augusti.
Si eñ Demosthenes clarissimus oratorū/ cui verborū
tanta fuit cura quāta rerum authoribus nostris/ tamē
cum ei nonnullam loquutionis insolētiā obiecisset Ae
schines/ negauit ille in eo positas esse fortunas grecie:
illo ne an illo verbo vsus fuerit/ ⁊ huc an illuc manum
porrexerit: quāto minꝰ nos laborare debemꝰ de regulis
deriuandorum nominū quādo siue illud siue illud dica
mus intelligitur sine ambiguitate qđ dicimus? quorū
non in expositione sermonis/ sed in demonstratione ve-
ritatis maior est intentio. ⁊ infra. Qr si disciplina
disputandi/ siue illam dialecticaꝫ velis appellare/ siue
quid aliud/ satis tamen sobrie docet cum de re constat
non esse de nomine laborandum: sicut non curo vtrum
ipsa dialectica vocetur/ curo tamen quantū valeo nos-
se ac posse disputare: hoc est veritatem a falsitate in lo
quendo discernere/ quia hoc nisi curauero/ perniciose
errabo. AVTHOR. Ita est cum de re constat/ non mul
tum certandum esse pro nomine. Alias referat ipse vbi
p scripturas sanctas vocabula sua reperiet. Utar eñ
contra eum proprio syllogismo/ quēadmodū in superio
ribus contra Arrium questionem suam Athanasius Athanasi.
sanctꝰ inuexit dicens. Exigit (inquit) a me vt vnam pa
tris ⁊ filij substantiam.i. homousion ostendam: tu autē
o Arri/ tres ousias.i.tres substantias confiteris. Ostē
de ergo mihi vbi legisti tres ousias. Si enim ego vnā
hoc est homousion ideo negare debeo: qr hoc vnde scri
ptum sit non inuenio/ tu quēadmodum tres ousias au
des profiteri/ cum hoc scriptum nusq̄ poteris demon-
strare? Hec ille. AVTHOR. Ita dic witcleff. qr panē
materialē non accipis in materia sacramenti eo q̄ in
scripturis sctis nō cernitur: dic vbi reperies in scriptu
ris panis naturalis vocabuluꝫ qđ tantū habes in vsu?
Et si calūnieris ecclesiam pro termino accidentis sine
subiecto/ qr ad illum sensum in scripturis nō tangitur:
cur tu tanto vsu frequentas vocabulum accidentis in
subiecto? Cur iteꝫ nomina blaterata/ ⁊ blateratio/ ⁊ bo
tas in secunda parte sermonum: que tamen nullo loco
scripture reperies vel apud scriptorem quēq̄ catholi-
cum? Quod tamen cōpulit Augustinuꝫ retractare ver
bum omen/ libro suo contra Academicos: vt patet.i.re
tractationum cap.ij. vbi inquit. Omen quippe me le- Augusti.
gisse nō recolo siue in sacris literis nostris/ siue in ser-
mone cuiusq̄ ecclesiastici disputatoris: q̄uis abomina
tio inde sit dicta/ que in diuinis literis assidue reperiẗ.
Hec ille. AVTHOR. Sic iteꝫ vocabulū argutias cur
assumis quod in libris ecclesiasticorum disputatorum
nō īuenis/ nisi qr heretici argutias suas hñt: catholici
secūdū celestē sapiētiā argumēta ꝓducūt? Lib.iij. sup
cātica. textu Capite nobis vulpes. Origenes. Hi q̄ ter Origenes.
renis ⁊ carnalibꝰ sensibꝰ scripturas intelligūt/ ⁊ alios
ista docēdo decipiūt/ ꝓ eo ipso q̄ argutias q̄sdā ⁊ ar-
gumēta carnalis sapiētie ⁊ terrene cōcinnāt/ in inferio
ra terre diciẗ ingredi. Hec ille. AVTHOR. Exponat
igitur witcleff ecclesie/ vbi p̄dicta vocabula signāter/
panis naturalis īueniat/ aut accidētis in subiecto ad
sensū suū: ⁊ parati docebimꝰ vbi vocabula panis mate
rialis ⁊ accidētis sine subiecto poterit īuenire. Ad mi
nus in libris ecclesiastici disputatoris/ Licolmēsis sup
ple/ super ecclesiastica Hierarchia capite tertio/ parte Licolmē.
xiiij. vbi. Forte (inquit) dicuntur ea multa que sensibi-
liter diuersis distribuuntur fieri seu esse in his/ quia

ille sensibiles forme non habent alias substantias ipas
in esse tunc supportantes. Non est enim tunc sub forma
panis aut sub forma vini materialis / substantia pa-
nis aut vini. Hec ille. AVTHOR. Ecce materialis sub
stātia panis aut vini: et quantū rogo distāt panis mate
rialis et substantia materialis panis? quātum item sub
stantia materialis et essentia materialis panis: quā lu-
ges per nos esse destructā? Mirū etiā ꝙ sequaces wit
cleff versutam eius in hac parte stultitiā nō declinant:
fugiētes professionem fidei ecclesie coram presulibus/
quia vocabula nostra scripture non habent: videntes
ꝙ magister illorum coactus mole authoritatis et ratio
Witcleff. nis sponte penituit sic dixisse. iiij. trialogi capi. xxxvi.
Quis (inquit) pepigi extra scholam me non vsurū istis
terminis substantia panis materialis/aut vini: tamē si
des necessitat cōcedere cōuertibile propositioni termi-
norū istorum/vt dicit beatus Hieronymus. Panis quē
cepit Christus in manibus. Hec witcleff. AVTHOR.
Et sermone. vi. sermonū epistola. appellat aquam mate
rialem que fluxit de latere Christi/et vbi sic dictā in scri
ptura reperiet? Qua ergo licentia dicturus est aquam
materialē/quā in scriptura nō reperit: et catholicos pa
nem materialem dicere non licebit? Si ad differentiam
illius aque/qua dicitur: Aqua sapiētie salutaris pota-
bit illum: aquam materialem enunciat: et item orthodo
xi ad differentiā panis qui de celo descendit/materialē
panē pronunciare non desinent. Quid ergo refert si res
habeatur/sicut Athanasius et Augustinus supra dixe-
runt/molestari pro nomine? Nomē eñ tm̄ ad distincte
Augusti. cōferēdū de re aliqua repertū est. De questionib⁹ Dul-
Nomen. citij: questione. xix. Augustinus. Omne quippe vocabu
lum ad distinctionem valet. Unde etiā nomē ꝙ rem no
tet appellatum est quasi notamē. Notet autem hoc est
distinguat et doceat/tandē ad discernendū adiuuet. For
tasse ergo ip̄m diuisisse inter lucē et tenebras: hoc est vo
casse lucē diem et tenebras noctē. Hec ille. AVTHOR.
Non fugio tamē respondere versutis interrogationib⁹
Lollardorū: quo authoritatis exemplo supinducunt ec
clesiastici viri noua vocabula in materiam fidei? Certe
exemplo Apostoli et sanctorum patrum ad distinguen
dum res. Qualiter enim fidem panis remanentis pos
Al. pisteri sumus proferre distincte a pane/quia nō remanet nisi p
additionē apti vocabuli? Ecce panis quē ego dabo ca-
ro mea est. Iste panis remanet. Et ecce: accipiēs Jesus
panē benedixit. ille panis nō remanet/sed trāsit in cor-
pus. Panis ergo spiritualis q̄ et caro Christi/is rema-
net. Panis materialis/panis cibarius/transit in aliū.
Priusq̄ ergo heresis ista de expectatione panis hui⁹
esset in orbe/panē materialē nō curauimus appellare
distincte. Oportuit autē ecclesie patres nouis casibus
noua remedia procurare. Sic Apl's Paulus de nouo
finxit rectores tenebrarū harū quādo cum Ephesijs dis
putaret. In cōmētario epistole Pauli ad Ephesios li
Hierony. bro. iij. textu/Nō est nobis colluctatio et c. Hieronym⁹.
Sciamus autem ꝙ excepto presenti loco/nec in veteri
nec in nouo testamēto mūdi rectores nunq̄ legerimus:
qđ nomē idcirco Paulus Apl's finxit: q: necesse habe
bat ad Ephesios disputans rebus nouis et inuisibilib⁹
noua nomina coaptare. Hec ille. AVTHOR. Et nō tā
tum apostolis hoc licebat: sed itē licuit patribus eccle
sie/viris peritis/in promotionē veritatis quandoq̄ itē
extranea proferre vocabula. Criminabatur quispiā san
ctū Hieronymū pro termino reuelatiōis/pro quo in he-
breo habetur Apocalypsien: qđ p̄prie scripturarū est et
a nullo sapiētū seculi apud grecos vsurpatū. Sed. lxx.
ita transtulisse nouis rebus noua [illegible] gentes dicit Hiero
nymus. Et in cōmentario sup epistolā Pauli ad Gala
tas / libro. i. textu/ Notum vobis facio fratres euange
liū et c. Idē inquit Hieronym⁹. Si itaq̄ ij qui disertos se Idem.
culi libros legere cōsueuerunt/ceperint nobis de noui-
tate et vilitate sermonis illudere: mittamus eos ad Ci-
ceronis libros qui de questionibus philosophie preno-
tantur/et videant quāta ibi necessitate cōpulsus sit/tan
ta verborū portenta proferre/que nunq̄ latini hominis
auris audiuit. Et hec cū de greca que lingua vicina est
transferret in nostram: quid patiunē illi qui de hebreis
difficultatib⁹ proprietates exprimere conātur? et tamē
multo pauciora sunt in tantis voluminibus scriptura-
rum que nouitatē sonent/ꝙ etiā ille in paruo opere cō-
gessit. Hec ille. AVTHOR. Verū si q̄s itē libros lege-
rit nr̄i witcleff/plura ibi extranea vocabula ab vsu scri
pture vel ecclesie in breui quaternulo q̄ in multis volu
minib⁹ patrū et scriptorū orthodoxorū inueniet: stylū ha
bet grossum et vagū: grāmatice plus q̄ oratorie arti cō
formem/totū seculariter inflatū/et nulli scriptori eccle-
siastico similē: squalentē vituperijs/et vltra humanam
estimationem horridū maledictis. Quid igitur certat
ꝯtra patres ecclesie/ꝙ in negotijs fidei pro tot sibi suc
cedētibus curriculis tēporū sibi preparāt nō ignota/sed
ad rem apta vocabula? sicut ad Pascentiū Arrianum
pro homousion in epistola scribit Augustin⁹. Vides (in Augusti.
quit) posse fieri vt etiā de verbo qđ in scriptura dei non
est/reddatur tamē ratio vnde recte dici ostēdat. Sic er
go et homousion qđ in authoritate diuinorū librorū co-
gebamur ostēdere/etiā si non ibi ipsum vocabulū inue-
niamus/fieri posse vt illū inueniamus cui recte hoc vo
cabulū adhibitū iudicet. Hec ille. AVTHOR. Nec tā-
tū de terminis/sed forsan de rebus argumētum militat
Augustini: vt multa veraciter facta credamus/que scri
ptura expresse nō recolit. Sicut item in cōmētario su-
per Matth. xxi. ꝙ discipuli transtulerunt mōtes: quis
scriptura nō recolat/Hieronymus. Latrant cōtra nos Hierony.
gentiliū canes in suis voluminib⁹/q̄bus impietatis p-
pue memoriā reliquerūt: asserentes apostolos non ha-
buisse fidem/quia mōtes transferre nō potuerunt. Qui Mōtes an transtulerunt apl'i.
bus nos respōdebim⁹: multa facta esse signa a domino
iuxta Joānis euāgeliste testimoniū / q̄ si scripta essent/
mundus capere nō posset. Sequitur. Igitur et hec cre-
dimus fecisse apostolos: sed ideo scripta non esse ne in-
fidelibus cōtradicēdi maior daretur occasio. Alioquin
interrogemus eos/vtrū credant his signis que scripta
narrant an nō? et cū incredulos viderimus/cōsequenter
probabim⁹ nec maioribus eos credituros fuisse/qui mi
noribus non crediderunt. Hec ille. AVTHOR. Nō fa-
cta minora factis minoribus cōtra witcleff: sed factis
magnis verba cōparantes exigua consonanter Hiero-
nymo dicim⁹/si tātū strepitū faciat vt admittat termi-
nos quos scriptura nō obtinet/nūq̄d cōtēpturus est fa
cta mirāda Christi et discipulorū q̄ scriptura subticuit?

De vocabulis ab ecclesia vsitatis, que scri-pturæ sanctæ non cōtinent. Cap. LXXV.

ADhuc scuto fidei fidem oportet
protegere: calumniante witcleff
fideles/ quia trāsubstantiationē
multiplicationem/et accidens si-
ne subiecto ponūt esse de fide/cū
tñ antiquos oēs res iste lateant
cap. xij. de apostasia argumē. xiij.
Nedum philosophi sed oēs san- witcleff.
cti de millenario Christi tacue-
runt accidēs esse sine subiecto/vel sacramētum esse ac-
cidēs. Unde ergo orietur tam scādalosum mēdacium?
Et cōfirmatio istius est ꝙ loquētes nostri sine ratione

vel authoritate sunt cōtrarij sibijpsis/quia subtiliores
⁊ quo ad illuminationē fidei clariores citius nouissent
istum fidei articulū ꝙ posteriores illusibiles in penam
peccati. Et de Eucharistia. cap. viij. Mirat̄ mūdus quo
modo post dotationē ecclesie vel variaret̄ sacramentū/
vel innotesceret nostris plus a Christo extraneis vel ra
tio/vel reuelatio fieret plus ꝙ Paulo ⁊ sanctis priori-
bus. Hec witcleff. AVTHOR. In primo passu per to-
tum Christi millenariū dicit predicta nō fuisse de fide.
In secundo abscindit sexcētos annos de tēpore/⁊ a tē-
pore dotationis cursum incipit: memor forsan grandeui
patris Basilij ⁊ Damasceni/ponentium lucē creatam
primo die/accidens fuisse sine subiecto. Sed quia vetu
state patrum heresim suā corroborat/⁊ fidē elidit eccle
sie: refert nostra prouidere simplicibus/qui forsan hac
versutia turbarētur. Primo inquā sciendū hoc genere
malignandi vsos esse contra Augustinum scribentem
de fide predestinationis quosdam Gallos in partibus
Massilie ciuitatis: vt refert Prosper ī epistola ad Au
gustinū/que preponitur libro de predestinatione sctōꝝ.
vbi. Multi (inquit) seruorum Christi qui in Massiliensi
Prosper. vrbe consistūt/in sanctitatis tue scriptis/que aduersus
Pelagianos hereticos cōdidisti/contrarium putāt pa
trum opinioni/⁊ ecclesiastico sensui/ quicquid in eis de
vocatione electorū secūdum dei propositum disputasti.
⁊ bene infra. Atq; breuius ac plenius qđ opinantur ex-
ponam/quicquid in libro hoc ex cōtradicentium sensu
sanctitas tua sibi opposuit/quicquid etiā in libris con-
tra Julianum/ab ipso sub hac questione obiectū/poten
tissime debellasti/hoc totum ab istis sanctis contentio-
sissime cōclamatur. Et cum contra eos scripta beatitu-
dinis tue validissimis ⁊ innumeris testimonijs diuina-
rum scripturarū instructa proferimus: ac secūdum for-
mam disputationū tuarum/aliquid etiam quo cōcludā
tur astruimus/obstinationē suam vetustate defendunt/
⁊ ea que de epistola Pauli apostoli Romanis scriben-
tis/ad manifestationem diuine gratie preuenientis ele-
ctorum merita proferūtur: a nullo vnꝙ ecclesiasticorum
ita esse intellecta/vt nūc sentiuntur/affirmant. Cumq;
vt ipsi ea exponant scdm quorum velint sensa deposci-
mus/ nihil se profitentur inuenisse quod placeat. Et de
his taceri exigunt quorum altitudinē nullus attigerit.
Eo postremo peruicacia tota descēdit/vt fidem nostraꝫ
edificationi audiētium contrariam esse definiant: ac sic
etiam si vera sit/nō promendam: q̄ ⁊ perniciosa nō reci
pienda tradant̄/⁊ nullo periculo que intelligi nequeāt/
conticeantur. Hec ille. AVTHOR. Ecce isti defende-
bant suam perfidiam cōtra Augustinum vetustate scri-
ptorum: ⁊ nullum sic intelligere apostolū dixerant ante
eum/imo cum cōtrarium reputabant sensui patrū ⁊ ec-
clesie/nisi quatenus adducere posset aliquem de veteri
bus/hec plane proferre que ipse dixit. At contra dum
hoc ab Augustino exigerent/ipse in libro quem hac oc-
casione ad eos scripsit de predestinatione sanctorū post
medium. Si (inquit) huius sententie defensionē ex diui-
Augusti. norum eloquiorum nos precedentibus catholicis tracta-
toribus promerem: profecto hi fratres pro quibus nūc
agimus acquiescerēt/hoc enim significastis literis ve-
stris. Quid igitur opus est vt eorū scrutemur opuscula
qui priusꝙ ista heresis oriretur: nō habuerunt necessita
tem in hac difficili ad soluēdū questione versari? Quod
proculdubio facerent si respōdere talibus cogerentur.
Unde factum est vt de gratia dei quid sentirent / breui-
ter quibusdā scriptorum suorum locis/⁊ transeunter attin
gerēt: immorarētur vero in eis que aduersus inimicos
ecclesie disputabāt: ⁊ in exhortationibus ad quasq; vir-
tutes quibus deo viuo ⁊ vero/pro adipiscenda vita eter
na ⁊ vera felicitate seruitur. Hec ille. AVTHOR. Ex
hoc passu respōsorio Augustini sciat witcleff sibi inter
Augustini emulos satisfactum. Desinat admirari mun
dus immūdi witcleff inotescere nobis mysteria fidei sa
cramenti per rationem vel reuelationem īplus Paulo
⁊ ceteris sāctis priorib⁹. dicente ip̄o Paulo. Et si quid
aliter sapitis: deus vobis reuelabit. Sancti priores in
ijs rebus moram traxerunt ⁊ scripserunt/in quibus cuꝫ
aduersarijs fidei tunc temporis disputatio versabatur.
Si tunc fuissent witcleffiste/tunc scripsissent fidem ec-
clesie/quā citeriores patres ab illis edocti/⁊ eorum spiri-
tu animati scripserunt. Nec ipsi poterant oīa scribere/
nec tot scribere quot docere. Deus ipse non per se omia
sed per conditas creaturas multa dispēsat/ne superua-
cue crederētur instituí. Et Christus multa discipulis in
stituenda commisit. Et apostoli item suis successoribus.
Nec ipsi patres primitiui fuerunt aut peritiores Chri
sto/aut solertiores apostolis. Cur igit̄ tacitas questio-
nes dierū suorum religiosis viris sequentiū tēporū non
donarēt in fide p̄ma Christi ⁊ ecclesie resoluēdas? Pla
ne verū est omnē articulū fidei lucidiorē factum post re
sultationē hereticā ⁊ contradictiones catholicas. sicut
in expositione psalterij/tractans hūc versum/Et dede-
runt in escā meā fel. Lincolmensis. Fel (inquit) secūduꝫ Lincolmē
Augustinū hi sunt contradictores euāgelij/qui amari- sis seu Li-
tudine sue cōtradictionis fideliū ⁊ probatorū visum cla conicensis.
rificant interiorē. dum enī sua cōtradictione amaricāt/
alios excitant ad perscrutandum fortius ⁊ subtilius/⁊
intelligēdū lympidius euāgelij veritatē. Unde in psal-
mo. Cōgregatio taurorū in vaccis populorū. id est here
ticorū inter laicos seductibiles: vt excludantur ij qui p
bati sunt argento/id est emineant ⁊ appareant qui pro
bati sunt diuino eloquio. Et vt dicit Augustinus/multi
qui optime poterant scripturas dignoscere ⁊ penetrare
latebant in populo dei/nec afferebāt solutionē questio
num difficillimarū cū calūniator nullus instaret. Nūꝙ
enim perfecte de trinitate tractatū est anteꝙ obtrecta-
rent Arriani. Nunꝙ de penitentia perfecte tractatum
est anteꝙ existerent Nouatiani. Nihil de ipsa vnitate
Christi enucleate erant que dicta sunt/nisi posteaꝙ se-
paratio illa vrgere cepit fratres infirmos: vt iam illi q̄
nouerant obtrectare atq; dissoluere ne perirent infirmi
sollicitati questionib⁹ impiorum/questionib⁹/sermonib⁹/
⁊ disputatiōib⁹ suis obscura legis ī publicū deducerēt.
Ergo illi diuisi sunt pre ira vultus ei⁹: ⁊ nobis ad intel-
ligēdum appropinquauit cor illius. Ecce qualiter fel ⁊
amaritudo contradictionis hereticorū/clarificat visum
intelligentie probatorū. Oportet enim hereses esse/vt
qui probati sunt manifesti fiant. Hec ille. AVTHOR.
His vobis patere pōt ꝙ malā causam excipiēdi habeāt
cōtra fidē moderne ecclesie qui dicūt ipsam nō fuisse ta
lem/aut declaratam pro tali publico scripto in diebus
vetustis. Quare nō sciunt ꝙ vexatio dat intellectum?
Quare vtiq; nesciunt ꝙ dispensatores nouos ⁊ nouos
de⁹ semp per tēporū incremēta producit? At qđ si ite-
rato diceretur istis nouellis hereticis: qđ nedum philo
sophi sed omnes sancti de millenario Christi tacuerūt/
tropum sine supposito presente per essentiā esse corpus
Jesu Christi in sacramēto? Et ꝙ domin⁹ Christus nos
sicut seruiles Judeos adhuc pasceret cum figuris: ⁊ ꝙ
nullatenus sub pena perfidie considerare debemus sub
stātiam sacramēti quā credere teneremur? Quis vnꝙ
sanctorū ita dixit? Quis figurale corpus Christi soluꝫ
inter apostolos siue Paulus vel alius posuit? Mirabi
lis deus: exponat ipse fidē suā in ipsa planitie scriptu-
rarum fidelium quā a nobis exposcit. Sicut Augusti-
nus (dixit Lincolmēsis) scribit ꝙ multi nūc latebant in

populo dei qui istam fidē sciebant/nec tamen sic scribebant: cū calumniator nullus instabat tunc: sed nec vsq̃ tēpus Nestorij negantis esse carnē Christi propriam: secundum Anselmū cap.xij. de corpore saluatoris. Sic nec calumniator aliquis dixit corpus Christi solum in figura vsq̃ ad Berēgariū: ideo cauebatur tūc primo ꝑ ecclesiam vt diceretur corpus Christi ꝓpriū ꝑ naturā. Nullus panē assumptū dixit publice ante Valerannū authorē de officijs/aut Heribaldū. Sed ecclesia contra hoc malū tunc transubstantiationē edocuit. Nec alius vnq̃ ante witcleff (quantum noui) propter grossa accidentia esse substantiam: panis naturā/cum alta veneratione suscepit/⁊ Christi carnem eiecit ab hospitio sacramenti. Et tamē diu ante eum ecclesia docta spiritu saluatoris: ⁊ preuidēs hanc calliditatē hereticam/docuit accidentia ibi sine subiecto existere/quia iam in naturam corporis Christi subiectū illud incessit: ⁊ deus sensus humanos non solet vnq̃ illudere. Hac ergo forma/non nouella fides/sed eiusdē fidei noua declaratio authoritate maiorū conciliorum post multas euentilationes veritatis/succedit ecclesie: quia oēs circūstantie veritatis nō poterāt simul vna hora proferri. Nec multū tecū facit ꝙ istam veritatē antiqui patres tacuerunt. Sed robora partē tuam veraciter si potes: ⁊ dic ꝙ vn⁹ vel duo patres tuam dixissent sentētiā/sicut Donatiste pro parte sua ceperant Cyprianū. Nunquid ideo vniuersalis ecclesie redarguet instantia? In lib.ij. ꝯtra Dona-
Augusti. tistas cap.v. dicit Augustin⁹. Multa iam diximus/nec nos ipsi tale aliquid auderemus asserere/nisi vniuerse ecclesie cōcordissima authoritate firmati/cui ⁊ ipse Cyprianus sine dubio crederet si iam illo tēpore questiōis huius veritas eliquata ⁊ declarata per plenariū concilium solidaret. Si eñ Petrū laudat ⁊ predicat ab vno posteriore collega patienter cōcorditerq̃ correctū/quāto ipse citius cum concilio prouincie sue vniuersi orbis authoritati patefacta veritate cessisset? qr ꝓfecto ⁊ vni verum dicēti ⁊ demōstrāti posset facillime cōsentire tā sancta anima/tam pacata. Et forsan factū est: sed nescimus. Neq̃ eñ oīa que illo tēpore inter episcopos gesta sunt/memorie literisq̃ mādari potuerūt: aut omnia que mandata sunt/nouimus. Quomodo eñ potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta ad plenarij concilij luculentā illustrationē cōfirmationēq̃ perduci nisi primo diutius per orbis terrarum regiones multis hinc atq̃ hinc disputationibus ⁊ collationibus episcoporum pertractata constaret? Hoc aūt facit sanitas pacis/vt cum diutius aliqua obscuriora queruntur: ⁊ propter inueniendi difficultatē diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias: donec ad verū liquidū perueniatur/vinculū permaneat vnitatis/ne in parte precisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et ideo doctoribus minus aliquid plerūq̃ reuelat/vt eorum patiēs ⁊ humilis charitas in qua fructus maior est cōprobet: vel quomodo teneant vnitatē/cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt: vel quomodo accipiant veritatē: cum cōtra id quod sentiebāt declaratā esse cognoscūt. Hec ille. AVTHOR. Videri ergo pōt id qđ diu māsit intactū tandē si cōtingat illud inter cōflictus disputātiū agitari: ⁊ demū in plenario concilio ecclesie ad vnū punctum redigi veritatis/nō restat post hoc calumniandi occasio/quia sancti patres prēuij hanc fidē nesciuerunt aut arguebant. Quia si sancti fuerūt ⁊ astitissent presentes huic decreto concilij nō dubium cōcessissent: sicut Cyprianus q̃uis rebaptizandum censuit: sine dubio crederet/si suo tēpore questionis veritas esset ꝑ concilium solidata. Ita de articulis transubstantiationis/⁊ accidētis sine subiecto dicēdū est. Si priorum patrū tēpore fuisset mota disputatio: ⁊ post disputationē sententia finalis decreta concilio/que modo processit: nec tacuissent Paul⁹/Origenes/Hilari⁹/aut alij veteres: nec negassent. Immo supplices mentes in eius authoritatē sine questione curuassent. Nam Paulus ad concilium accessit pro questione circuncisionis mota Antiochie. Et si petaт ratio decreti ꝯcilij de fide accidētis sine subiecto/dicendum quia fides principalis articuli hoc concludit. Quia data carne Christi propria ⁊ precisa in sacramēto secundum essentiā ad formam verborum Christi/Hoc est corpus meū/nec hoc scȝ panis annihilatur vel corrumpitur: quia fit corpus: nec in seipso manet/factus iam vere. i. proprie Christi corpus. Maxime quia nihil plus est q̃ corpus: quia non plus dicit Christus q̃ corpus meū/transubstantiatur ergo in corpus/ne maneat vltra panis: sed corpus tm̄ secundū substantiam: sicut olim erat panis secundum substantiam. Cum igitur accidētia ad sensum spectent: seipsis subsistere necesse est. Corpus eñ Christi cū sit corpus glorie nouas accidētium corruptibilium impressiones non recipit/⁊ accidētia migrare de subiecto in subiectū nō minus impossibile est apud naturam q̃ habere subsistētiā propriam. Liquet igitur quomodo ex prima fide euāgelica/Hoc est corpus meum/pure sine vitio ⁊ proprie intellecta infugibiliter sequunт transubstantiatio ⁊ accidētis positio absoluta. Et sic potius q̃ fides fidei sunt sequele/in tantum vt quicunq̃ ipsas negauerit/fidem euāgelij necessario denegabit: qualiter patet facere witcleffistas/Berengarianos/⁊ alios deuiantes.

Q. determinatio Innocentii & ecclesię de accidente sine subiecto suo, non est contra omnes philosophos. Caput.LXXVI.

Nondum pausare possunt catholici pulsante eos witcleff assertione multiplici: ꝙ quia ponunt accidēs sine subiecto/imperiti sunt ⁊ mendacia publica semināt. s. cōtra rationē noua loquētes ⁊ scripturā. Unde secūda parte sermonum/sermone. lviij. A tēpore (inquit witcleff) Innocētij tertij ne- witcleff.
scitur vtrum catholice an heretice sentiebat: ad vnā tamē coguntur obediētiā illius ecclesie tanq̃ fidē/ꝙ credaт accidēs eē sine subiecto in hoc sacramēto: sed nec afferunt rationē nec scripturam vnde debeat ita credi: ideo fideles in dño istud renuūt. Et infra. Similiter ꝙ accidēs sit sine subiecto tam philosophi q̃ theologi renuerunt: propter hoc ꝙ nō potest sic esse de dei potētia absoluta. Et de apostasia. cap. xij. Argumētum est: quia nedum philosophi sed oñes sancti de millenario Christi tacuerunt accidēs esse sine subiecto. vnde ğ orireт tā scādalosum mēdacium? Hec witcleff. AVTHOR. Q. criminatur ecclesiam non afferre rationē/hoc existimo eum referre philosophis. Q. autē scripturā: sanctis de millenario Christi. Alias quererē ego quid ipse pro se affert quando sic assumit. Nedū philosophi sed oēs sancti de millenario Christi tacuerūt accidēs esse sine subiecto. Qualiter hoc probat ratione? qualiter ex scriptura? qualiter ex philosophis? qualiter itē de fidei patribus orthodoxis? Ideo dixit ipse: fideles in dño istud renuunt. Potest fieri vt taliter nuncupati. Sed ⁊ cur nō certi fideles ipsum renuunt tam procaciter euacuantē principiū Christiane credētie/qui nec rationē secū attulit/nec scripturam/nec testes philosophos/nec sanctos veteres aut nouellos? Ego qđ dicis negare ꝓposui: cur

tu non disposuisti reuincere denegantẽ? An tibi soli de-
betur hec authoritas: quia qđ dixisti probasti? Et vnde
aliter ortum habet tam scandalosum tuũ mendacium:
nisi quia plane mẽtiris in philosophos/& in omnes san
ctos mẽtiris? Cũ mihi materiam ridẽdi dedisti q̃ in
re tã alti mysterij ignaros allegasti philosophos/quos
si pro parte ecclesie contra te producerẽ/credo te risum
continere vix posse. Nec mirũ/quia in rebus arduis est
authoritas inuestiganda de solidis petris/nõ fluctiua-
gis & semiperitis paganis. Unde Augustinus dicit de
catholicis quasi appropriate: q̃ de medio petrarũ da-
bunt voces. sup eodẽ loco psalmi. ciij. Modo (inquit) si Augusti.
dicã vobis: credite/hoc enĩ dixit Cicero/hoc dixit Pla
to/hoc dixit Pythagoras: q̃s vestrũ non irridebit me?
Ero enim auis que nõ de petra emitto vocẽ meã. Quid
mihi vnusquisq; vestrum debet dicere? quid debet dice-
re ille qui sic instructus est? Si quis vobis euãgelizaue
rit preterq̃ qđ accepistis/anathema sit. Quid mihi di-
cis de Platone/& de Cicerõe/& de Uirgilio? Habes an
te te petras mõtium: de medio petrarũ da mihi vocem
tuã. Audiãtur q̃ a petra audiunt. Petra enĩ erat Chri-
stus. Sequit. Si nos interroget Judeus/quare ita fa-
cis? sonamus de petra. Dicim⁹/hoc fecit Paulus/hoc
fecit Petrus. De medio petrarũ damus vocẽ nostrã.
Hec ille. AVTHOR. Nihil ergo accrescit de reuerẽtia
& robore fidei/q̃q̃ philosophorũ festuce contestẽtur ac-
cidẽs sine subiecto: si vero negauerint/nihil tollunt. In
rei veritate philosophi quos allegasti sonant contra te
in materia accidẽtis/& nihilominus sancti Christi. Ui-
de si non probemus qđ dicimus. Primo/q: preponis
philosophos: exordiamur ab eis. Fauet illud apostoli
Pauli. Primo qđ animale est/deinde quod spirituale.
Anaxagoras tuus ponẽs accidẽs a subiecto separari
posse: ab Aristotele censetur. i. Physico. An non legisti
eum dicere colores & alia corpora esse cõmixta/& com-
mixta posse segregari? Ubi Aristo. argumẽtum sumẽs
cõtra eum: Ergo (inquit) colores cõmixti & alia accidẽ-
tia poterũt segregari: & nõ erit aliquod subiectũ de quo
dicantur. secundum expositorẽ Thomam/& alios. Ecce
qualiter Aristoteles intellexit Anaxagorã ↄcessurũ q̃
accidentia possent ab omni corpore realiter segregari:
nec esset aliquod subiectum quod denominarent p̃ con-
sequens. Unde & cõmẽtator concludit de eo in fine com
mẽti. Distinguere enim qualitates a corporibus/sicut
dixit/est impossibile: quia passiones sunt ĩseparabiles.
ergo possibilis separatio passionum a subiecto fuit
iuxta istos de mente Anaxagore. Transi hinc ad Pla
tonẽ: an non posuit ip̃e formas naturales abstractas a
materia secundũ esse nõ secũdũ intẽtionẽ tñ? nec solas
formas substantiales sed & accidẽtales? sicut recitat eũ
Aristoteles textu cõmẽti. xix. in secũdo Physicoꝝ. Cõ
tigit (inquit) istis separare formas naturales ratiõe: q:
sunt separate in esse apud eos: & manifestum est q̃ quic-
quid separatur ab esse separatur ratione/& nõ ecõtra vt
existimant. Hec cõmẽtator. Ergo fuit necessario de intẽ
tione Platonis/separare predictas formas a subiecto
re & intẽtione. Et ideo re quia vidit eas intentione sepa
rari. Itez Plato posuit species separatas/& genera ab
omni corruptibili singulari: propter duo/scȝ ꝓpter sciẽ
tiam habẽdam de rebus/que est tñ de perpetuis: & pro
pter generationẽ & corruptionẽ in reb⁹/que a specieb⁹
perpetuis sunt remote. Et cũ sint accidentiũ species/si
cut & substantiarũ: ergo oportebat omniũ accidẽtiũ spe
cies & genera a subiectis ponere absoluta. Quia si a ꝓ
prijs singularibus sequestrantur/multo magis a suis
subiectis extranei generis/sicut deducit cõmentator. ij.
Metaphy. quia mixtio substantie vniuersalis cum sub
stantijs particularibus est fortior/vt dicit/mixtione ac
cidentiũ cũ suis substantijs. Si ergo substantie vniuer-
sales sint realiter separate a suis singularibus/secũdũ
Platonicos: multo magis accidẽtia erunt a subiectis
separata. Item fortior est ↄnexio accidẽtis vniuersalis
cum suo singulari/q̃ cum suo subiecto genere generalis
simo ab eo distincto. Si ergo accidẽs vniuersale sepa-
ratur a ꝓprio singulari/ergo a fortiori a subiecto. Sed
& hoc a sancto Thoma discere potuisti. iiij. lib. cõtra gẽ
tiles: q̃ Platonici posuerũt quãtitates dimẽsiuas per
se subsistere/propter hoc q̃ secundũ intellectũ separan
tur. & item super. iiij. q̃ hoc dixerũt de Mathematicis
vniuersis. Trãsi item de Platone ad Pythagorã & se
quaces eius. Et nunquid reperis in. iiij. Physico. ponẽ
tes vacuũ/dicẽtes illud dimẽsionem ab omni naturali
corpore separatam/receptiuã item coloris & soni? Un-
de & cõmentator arguit cõtra eos cõmento. lx. q̃ sic pre
dicamentum quãtitatis esset separatũ: & sic item quan-
titas esset substãtia. quia vt exponit eos cõmento. li. nõ
est differentia inter vacuũ & corpus mathematicũ/cum
vtrũq; sit tres dimensiones abstracte a materia. Et ita
Pythagoras posuit tonos a materia separatos secun
dum esse. Ecce quot philosophi q̃uis aberrantes cele-
briter intonabant suis tẽporibus accidẽtia separata a
subiectis. Anicebron itẽ lib. fontis vite. tractatu. ij. For
ma (inquit) accidẽtalis põt separari a materia que susti Anicebro.
net eam in actu: & forme substantiales nõ possunt sepa-
rari in actu a materia que sustinet eas/nisi ĩtellectu re-
soluẽdo & ↄponẽdo. Sed forme corporales possunt per
corruptionẽ tolli/& alie superduci subtracte materie: si-
cut ip̃e in eo lib. declarat interrogãte discipulo. Forme
ergo (accidẽtales intelligit) possunt separari a materia
que eas sustinet & manere. Ueniamus ad Aristotelem
& cõmentatorẽ eius/& Porphyriũ/modo preclaros to-
to orbe philosophos. Ipse witcleff ip̃e qui dixit q̃ phi
losophi nõ consentiunt accidẽs posse sine subiecto con-
sistere: ipse plane supponit istos philosophos veraciter
ac pertinenter laborare nobiscũ. lib. de apostasia. cap. v.
Posset (inq̃t) Papa presumere/canonizare isagogas witcleff.
Porphyrij & predicamẽta Aristotelis/damnãdo euã-
gelium tanq̃ hereticũ/qđ quidam putant contigisse de
facto. Sequitur. Si ergo oportet fidelem credere/vt fi
dem catholicam/q̃ sacramentum altaris sit accidẽs si
ne subiecto/& Porphyri⁹ ac Aristoteles in isto verissi-
me ac pertinentissime laborarunt: oportet in isto cano-
nizare suas sentẽtias. Et infra. Quis autẽ Aristoteles
& Porphyrius dicãt multas necessarias veritates nũ-
q̃ tamẽ credidi expectasse diem in quo ille articulus fi
dei ab Aristotele & Porphyrio ĩdigeat declarari. Hec
witcleff. AVTHOR. Crede mihi de se nõ indiget: sed
pro te: tu aduocasti philosophos dicens q̃ tam philoso
phi q̃ theologi hocipsum ponere renuerunt. Quid re-
stat nisi vt philosophos hoc in mẽtis posuisse ꝓbem⁹?
Quantum vero ad Aristotelẽ & Porphyrium nõdum
audiui queq̃ nisi te dicere q̃ aliquatenus laborassent
ponere accidẽs sine subiecto. Fideles scio periti poti⁹
fatebũtur oppositũ: nec loca vbi ista dicerẽt inuenirẽt.
Tu primus hoc dixisti/& vbi ad hoc laborauerũt loca si
gnasti. De Porphyrio: q: accidẽs describit adesse & ab
esse preter subiecti corruptionẽ. Quo ad Aristotelẽ: q:
describit subiectũ quid sit in libro predicamẽtorum. ibi.
Eorum que dicuntur. Plane quid hec ad accidẽs sine
subiecto ꝑtinerẽt/non video: sed tñ quia accidẽs aliud
sit in essentia/a subiecto. Et hoc dato fundamentũ illud
resoluitur quod te cogit propter ↄtradictionis metam
fidem accidẽtis abijcere/quod per te nõ est aliud a sub
iecto/sed idem in essentia. Et ideo nõ potest adesse & ab

esse preter corruptionem subiecti:sicut nec preter corruptionem sui. Si ergo Aristoteles & Porphyrius laborant pro esse accidentis sine subiecto/quia ponunt ea distincta in essentia: hac via pergunt oēs peripatetici & Aristotelis sectatores moderni:& nō erit magnum inuenire philosophos qui ponant huius positionis separabilitatē:quia pene oēs asserūt accidēs a suo subiecto habere distinctam essentiā. Nec valet insensata derisio qua dicis Papā presumere canonizare isagogas Porphyrij vel categorias Aristotelis. Nō eñ canonizaret Aristotelē aut vesanū Porphyriū/ sed nec te si sic nobiscum diceres:sed veritatē inspiratā de reposito creatoris.

Paulus q̄s ethnicos citauit. Deride sic Apostolū Paulū q̄ voluit canonizare Epimenidē/cuius dictū sibi sumit ad Titum:aut hemistichiū Callimachi/aut senariū Menādri:aut apud Athenienses Aratum.

Hierony. Hieronymus sic respondet magno senatori vrbis Rome sic querenti in epistola. Q̄ queris in fine epistole cur ī opusculis nostris seculariū literarū interdū ponamus exempla:& candorē ecclesie Ethnicorum sordibus polluamus: Breuiter respōsum habeto. Nunq̄ hoc quereres nisi te totū Tullius possideret: si scripturas sanctas legeres/si interpretes earum/omisso Vulcatio euolueres. Quis enī nesciat & in Moyse ac prophetarū voluminib⁹ quedā assumpta de gentilium libris? & Salomonē philosophis Tyri & proposuisse nōnulla/& aliqua respondisse? Unde in exordio prouerbiorū cōmonet vt intelligamus sermones prudētie/versutas verbor parabolas/dicta sapiētū & enigmata/que proprie dialecticorū & philosophorum sunt. Hec Hieronymus. AVTHOR. Non hūc morē preterit scriptura/sꝫ nec scripture sancte sequaces/qn ad edificiū diuine sapientie literas cōferant seculariter sapientū. Non q̄ eis indigeāt/sed vt tuas tuorūq̧ calumnias sic deuitent. Quis sancto Dauid oblatis bonis plus deo cōplacuit:qui ei cecinit/Bonorū meorū non eges? Tu vero omīquaq̧ insectaris fideles. Si assumpserint philosophos sibi in testes/statim calūniari indigētiā/& canonizationem cor expaues. Si eos omittāt/positionē dicis esse mendacem/quia nulli vnq̄ philosopho complacebat. Cum tamen in substantia fidei philosophorū dicta plus deficiant q̄ efficiant. Potius enim diceret medicus impossibile esse simpliciter cecum natum videre/q̄ deuꝫ posse hoc facere. Potiusq̧ naturalis diceret falsum esse vnum numero simplex trinum in personis/q̄ verum. Quid refert/si noctua fulgorem solis dixerit esse falsum? Hucusq̧ ad cognoscendum verum humana sapientia non ascendit/disputante

Lactāti⁹. Lactantio diuinarum institutionum lib.ij.capi.iij. Falsum intelligere est quidem sapientie:sed humane. Ultra hunc gradū procedi ab homine nō potest. Verum autē scire diuine sapientie est. Homo autē per seipsum peruenire ad hāc sapiētiam non potest/nisi doceatur a deo. Itaq̧ philosophi qd summū fuit humane sapientie assequuti sunt: vt intelligerent quid non sit. Illud assequi nequiuerunt vt dicerent quid sit. Nota Ciceronis vox. Utinam tam facile vera inuenire possem q̄ falsa cōuincere. Hec ille. AVTHOR. Noli ergo lugere mi witcleff quasi expectaueris videre diē quo articulus fidei indigeat declaratione Aristotelis vt sit verus:sed quo processus tuus contra fidei articulum appareat plane falsus. Prima ratio witcleff impugnans accidens sine subiecto est/q: forma substantialis corporea non potest per se subsistere:quia sic materia daretur informis:ipsi tamen subsistendi proprietas plus cōuenit:ergo multo magis nullum accidens per se subsistit. Pro solutione istius philosophos tuos iterroga. Primo qualiter forma substātialis corporea non per se subsistit:accidentalis forma potest. Nam Auicebron vbi euꝫ supra recolui ita dicit.

Auicebrō. tractatu.ij.lib.fontis vite. Non est (inquit) possibile vt sit forma in actu sine materia que sustinet eam. Forma dico substantialis non accidētalis:quia forma accidentalis potest separari a materia que sustinet eaꝫ in actu & forme substantiales non possunt separari a materia q̄ sustinet eas/nisi intellectu componendo & resoluendo. Hec ille. AVTHOR. Quasi diceret:forme accidētales possunt separari aliter q̄ per intellectum/scꝫ secunduꝫ actum/sicut supra sensit Plato. Forme autem substantiales nisi secundum intellectum/aut quia materia nō potest secundum eum esse sine forma:sicut radius solis non potest esse sine splendore/quia splendor non potest esse sine radio. Aut quia forma talis non est ens per se in genere: ideo necessario inest materie/vt per analogiā ad totū possit esse in predicamēto totius/vel sicut cōmune:aut sicut indiuiduū. Si vero neutrum esset/nihil esset. Accidentia vero multa etiam separata habēt rationem sui generis in nullo minus. Sed hoc non obstante si diceret iste Auicebron formam accidētalem ex natura propria sic possibilem separari/suo periculo sic diceret:nisi de potentia sua obedientiali forte/qua cuncta obediūt creatori:& in se nihil habet repugnās quale sibi restat priuilegium in materia venerabilis sacramenti. Et quilibet.vij.panum potuit esse plures. Secūdo item interroga tuos philosophos/si quod conclusisti pro incōueniēti sit incōueniens apud eos/ scꝫ q̄ daretur materia informis. Consulo interroges antiquos philosophos & poetas quid tradiderūt Ouidio suo de Chao cuꝫ diceret. Quē dixere chaos rudis indigestaq̧ moles. Nec quicq̄ nisi pondus iners. Et unde item Lucanus in primo. Antiquum repetens iterum chaos oīa mixtis Sidera sideribus concurrerent ignea pōtum. Augustinus autem mentes eorum exponens/cōtra epi

Augusti. stolam fundamēti.cap.xxviij.sic ait. Non inuenitur vnde cuiq̧ nature/nisi ab omni bonorum authore deo tribuātur. Non sicut chaos describere vel quomodo insinuare etiam poete solent informem quandam materiā sine specie/sine qualitate/sine mensuris/sine numero & pondere/sine ordine ac distinctione:confusum nescio qd atq̧ omnino expers omni qualitate. Unde illud quod quidam doctores ὕλην grece vocant:terram tenebrarum insinuare conātur. Hec Augustinus. AVTHOR. Uult dicere de mēte esse istorum predictum chaos materiam omnino informem sine forma quantūcunq̧ confusa substantia vel qualitate absoluta vel respectiua/ alioqui si conciperet ibi formam quantumcunq̧ confusam non diceret/nescio quid. Cum ipse sic materiam cōcedit informem cōtra Manicheos in Genesim in principio per processum. Tertio itē si nō philosophos saltē Theologos orthodoxos interroga qua ratione concedant/q̄ forma substantialis corporea potest sine contradictione seipsa subsistere sine subiecta materia. Alia ratio eius quam ante eum centies vidit scriptam sicut & precedentem/est hec. Quia propria ratio substantie est per se existere: Accidens autem existit in alio: Si ergo accidens per se existeret/accidens esset substātia. Satisfacit huic sanctus Thomas super quartum ex Auicēna in Metaphysica sua/probante q̄ hec nō sit substātie ratio:sed hec/scilicet est res habēs qdditatē cui debetur esse non in alio. Accidētis item definitio non est esse in subiecto:sed cui debetur esse in subiecto.

Q: determinatio accidentis sine subiecto est consona sanctis de millenario Christi. Caput.LXXVII.

Sufficit nobis in vna sūma qḋ tot
serenis philosophis non displi-
cuit/immo placuit/philosophia
accidentis sine subiecto suo. Et
Aristoteles ⁊ Porphyrius ad
hoc pertinentius laborarunt: ita
vt canonizationē eorūm non in-
sipiēter metuas imminere. Jam
de cetero Theologos adeamus:
philosophorum scrutatione completa. Sanctus enim
⁊ antiquus pater Basilius doctor grecus in suo Hexa
meron. homilia. vi. dicit lucē primo die creatā/ fuisse ac
Basilius. cidens sine subiecto/⁊ sine sibi subiecta substantia qua
litatē: disputans de luminaribus. iiij. die creatis. Quo-
modo (inquit) si lux antecesserat/quomodo nunc sol ad
illuminationē dicitur cōstitutus? Sequitur. Quia tūc
luminis natura est producta: nūc autē solanum corpus
est effectū: quo super fertur illud primogenitum lumen.
Et infra. Nulli videat̄ incredibile qḋ diximꝰ/aliud esse
luminis splendorē/aliud subiectū lumini corpus. Pri-
mo/quia que composita sunt in duas partes diuidunt̄/
scilicet in materiam receptricē/⁊ in eam que sibi euene
rit qualitatē. Sicut igitur aliud est naturalis candor/
aliud qḋ candescit: sic illa que dicta sunt/distare a se q̄-
dem natura videntur: sed creatoris virtute coniuncta
sunt. Et non mihi dicas/īpossibile est hec ab alterutris
separari. Neqꝫ enim ego separationē luminis a solano
corpore comprehēsibilē mihi tibiqꝫ cōfirmo. Sed q: no
bis opinatione sola diuisibilis existimatur/plane nutu
conditoris possunt hec a natura sua seiungi. Deniqꝫ no
bis impossibile penitꝰ est ardorē solis a splēdore discer
nere: sed deus volēs famulū suum miriāca visione con-
uertere/sic apposuit rubo flammam vt solam vim clari
tudinis/eius deposito ardore mōstraret: sicut ⁊ psalmi
sta testat̄ dicēs/Vox domini intercidētis flāmā ignis.
Hec Basilius. AVTHOR. Tibi laus/tibi gloria/tibi
gratiarū actio: o lux de luce creatrix efficax huius sub
sistentis per se lucis primeue sensibilis ⁊ finite: quia sic
splendoris tui radios incidētes huic sancto viro ⁊ anti
quo Basilio porrexisti/vt in hoc tuo lumine/lumen vi-
deāt hoīes iam mortales plus mille annis ab eo remo
ti: ⁊ vt in ea luce per fidem ambulent veri filij Israel ⁊
Judei non carne circuncisi/sed corde: dum perfidi wit-
cleffiste emuli Pharaonis suas tenebras circūpalpēt:
⁊ filijs tuis hoc tm̄ inuideant ꝙ soli lucē habitent eis
inaccessibilē: quia sunt increduli ⁊ corde duri ad faten-
dum huiusmodi tua virtute sine subiecto suo accidens
posse fieri ⁊ manere. Eoqꝫ magis in sancto tuo videt̄ p-
uidētia tua cunctis esse mirabilis/quia dū diebus suis
adhuc in sacramēto altaris de accidente sine subiecto
nulla inter catholicos questio versaretur: tamē vt ma-
iori authoritatis mole longe post exurgentes statim p
lata/ipso flatu mortificaret hereticos: sic eiꝰ precordijs
bene munitā ⁊ fortē spirasti dictare sententiā/vt de essen
tia accidētis/de modo subiecti/de intellectu/de separa
tione eoꝝ in actu/omnis questio solueretur: ⁊ omnis ad
uersarie potestatis sorberetur obiectio. Supponat nūc
witcleff quotiēs velit accidēs esse non aliud sed ipsum
subiectum suū sic se habens. Fidelis logicus ⁊ diuinus
Basilius dicit plane aliud esse splēdorē/aliud subiectū
lumini corpus. Et post. Distant quidē natura sed sunt
dei virtute coniuncta. Dicat witcleff eandē entitatem
⁊ precise eandē rem substantiā ⁊ accidēs suū. Magnus
Basilius dicit eum false docere: quia tale cōpositum p
accidēs diuiditur in duas partes reales/scꝫ receptricē
materiam/⁊ qualitatē receptā. Et vt probat doctor solē
nis/impossibile esset dare cōpositū per accidēs/nisi ac-
cidens diceret essentiam ⁊ existētiam simpliciter distin
ctas a substantia. Doceat witcleff/tradat discipulis
suis hereticis contradictionē manifestam/hec ab alter
utris separari/nec deū posse hoc facere/nec hoc hoīem
intelligere. Sed secretior deo Basilius ⁊ melior sine cō
paratione theologus: probat hoc deo esse possibile pul
cherrima ratione: quia necesse est vt concedamus/plus
posse deum facere ꝙ nos intelligere: sed nos opinione ⁊
operatione mētis possumus abstrahere accidēs a sub-
iecto: ergo ⁊ deus a fortiori hoc potest facere. Cōfirmat
argumētum/quia nos nescimus intelligere quomodo
re ipsa ardor solis vel ignis a splēdore discernit̄: ⁊ tamē
hoc fecit deus in rubo. Cū ꝗ Basilius cōsiderationem
illā abstractiuā ex parte nostri nō tacuit: sed supadde-
re volebat qḋ plus erat/ꝙ ita posset esse re abstractum
sicut apud nos mēte. Quia nobis opinatione sola (in-
quit) diuisibilis existimatur: plane nutu conditoris pos
sunt hec natura seiungi. Patet igitur ex his ꝙ lux illa
primeua potuit a deo sine subiecto esse creata. Jam ve-
niat glossa istius de suspēsione considerationis subiecti
⁊ audeat dicere ꝙ Basilius voluit nō lucē actu esse sus
pensam a subiecto/sed per cōsiderationē eius tantum.
Et dicat cuius intellectus cōsideratio debuit sic suspē
di. nunqd hominis/vel alicuius bestie: quādo iā nec ho
mo creabat̄ nec bestia? Aut cōsideratio angeli siue dei
⁊ iam eis necesse fuit vti consideratiōe illa mathemati
ca pro hac terna die tm̄: ⁊ post hoc in quarta die quan
do viderent lucis formam in materia / tunc cōsiderare
possent illam physice sine culpa? Glossa ergo eius con
sideratoria solū fuit prouisa sacramēto altaris nō acci-
dētibus improuisis. Sed vt sciant fideles non soli Ba
silio placuisse predictā sententiā/Damascenus item do
ctor grecus in. ij. sentētiarū lib. ipsam affirmat. cap. vij. Damasc.
dicens. In principio quidē fecit deus lumen: prima scꝫ
die pulchritudinē ⁊ ornamētum omnis visibilis creatu
re. Aufer enim lumē/⁊ omnia in tenebris ignota mane
bunt: cū ppriū nō possunt demōstrare decorē. Sequit̄.
Igit̄ in tribus quidē diebus refuso ⁊ cōtracto lumine:
diuino precepto ⁊ dies ⁊ nox fiebat. Quarta vero die fe
cit deꝰ luminare magnū. i. solē in pncipatū ⁊ potestatē
diei. Et infra. Luminaribus igitur his preuium creatuꝫ
lumen conditor imposuit: non vt deficiens alio lumine/
sed vt non vacuū illud maneret lumē. Luminare enim
est non ipsum lumen: sed luminis receptaculū. Hec ille.
AVTHOR. Ne autē circa expositionē istorum dentur
erronee glosse: certe doctores magni citeriores eos cō-
uenire dicunt in accidēte sine subiecto. Unde ⁊ in libro
quodā de studio magni Lincolniēsis quē vidi īter Mi-
nores Oxoniarū/habebat notatū in margine de manu
magni Lincolniēsis. Nota ꝙ diuidi possunt accidētia
a subiecto/⁊ lux a calore cū longo tractu: ⁊ in fine eius
stellam signatam. Unde ⁊ idem Lincolniēsis in sua ex-
positione sup Genesim/textu Fiant luminaria/cunctā
eorum mētē exponēs ⁊ recitans de esse accidētis ⁊ sub
iecti/⁊ de possibilitate separationis cum alijs/dicit sic. Licolnien.
Credunt Augustinus ⁊ Hieronymus ꝙ luces stellaruꝫ
⁊ ipsa corpora lucida vnius creationis sunt. Basilius
autē ⁊ Joannes Damascenus/ꝙ diuersarum sunt crea
tionum: quia luces sunt prime diei creationes secundū
ipsos/⁊ luminaria quarte diei. Et dicunt ꝙ corpora ta-
lia non sunt nisi vehicula prime lucis create eis postmo
dum impresse. Et dicit Joannes Damascenus ꝙ lux ⁊
sol sic differunt vt ignis ⁊ lucerna. Hoc autē ideo factū
est ne primum lumē vacans remaneret: ⁊ ad ostēdendū
hoc non esse impossibile nititur Basilius. Videmus
enim quedam corpora nunc lucētia/nunc autē luce pri
uata. Igit̄ aliud lux ⁊ aliud subiectū: ⁊ hoc sine accidēs

siue non. Et dicit ꝙ quecunq; est mente diuidere/multo
fortius pōt deus actu diuidere. Itē ꝙ lux ⁊ calor aliqñ
actu diuiduntur/sicut in rubo:igitur multo fortius lux
⁊ lucis subiectum. Ps. Vox domini intercidētis flam
mam ignis. Itē fiet hec eadē lucis ⁊ caloris diuisio in
fine mundi:quia calor erit apud inferos sine luce. In su
perioribꝰ aūt lux sine corrumpēte calore. Hec Grostet
Lincolniensis. AVTHOR. Iam audistis Lincolnien-
sem exponentē mētes predictorū doctorū de accidente
lucis possibilis sine subiecto. Et hoc (inquit) siue acci
dens siue non. Nec cōcipiat aliquis fidelis Lincolnien
sem dicere Augustinū ⁊ Hieronymū aduersari Basilio
⁊ Damasceno in hoc/quoniā prima lux fuit per se subsi
stens:sed in hoc ꝙ hec ipsa primeua lux foret impressa
luminaribus die quarta. Nam studiosis lectoribus vi-
detur Augustinum sentire hoc idem cū eis de substātia
prime lucis. Unde.xxij.lib.cōtra Faustum in principio
Augusti. multū sollicite inquirens discutit Augustinus. Quar-
to(inquit)die fecit deus ista cōspicua celi luminaria.q̄
rursus vtrum cū sua luce simul facta sint:an ex illa que
iam facta erat quodāmodo accensa sint: similiter que-
ritur. Que licet sane lux facta sit quādo cū essent tene-
bre super abyssum dixit deus/Fiat lux:creatam tamen
lucē a creatrice luce factā esse nō dubitat/quisquis san
ctas literas pie legendo sit dignus qui intelligat. Hec
ille. AVTHOR. Hanc aūt inquisitionē de primeua lu-
Idem. ce quam ibi statim non terminat:in lib.eodē bene inter
iecto sermone cōcludit. Ecce (inquiēs) ostēdi quantum
potui/nos non colere diuersatum in eternitate in tene-
bris deum/sed eum qui lux est:⁊ tenebre in eo non sunt
vlle:atq; in seipso habitat lucē inaccessibilē/ cuiꝰ lucis
eterne candor est/coeterna sapiētia:nec lucis inopinate
admiratorē/sed lucis facte creatorem vt subsisteret:ap
probatorem vt maneret. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc
verbo Augustini/lucis facte creatorē vt subsisteret/vide
tur eum velle cū Basilio lucē illā/scʒ primā qualitatē
accepisse a deo proprietatem per se subsistēdi.quā dicit
propriā esse substātie:si nō excedat per miraculum. vij.
Idem. de trinitate.capi. viij.vbi dicit. Omnis res ad seipsam
subsistit/quanto magis deus? si tamē dignū est vt deus
dicatur subsistere. De his enim rebus recte intelligitur
in quibus subiectis sunt ea que in aliquo subiecto esse
dicuntur:sicut color aut forma in corpore. Corpus enī
subsistit: ⁊ ideo substantia est. Illa vero que in subsi-
stente atq; in subiecto corpore/non substantie sunt: sed
in substantia. Et ideo si esse desinat vel ille color/vel illa
forma/non adimit corpori corpus esse/quia non hoc est
ei esse quod illā vel illā formā coloremve retinere. Hec
ille. AVTHOR. Hanc ergo logicam de subsistentia cū
Augustinus haberet semp ad manus/non est verisimi-
le ꝙ totiens equiuocaret de luce vtēs abstracto pro cō-
creto.i.luce/pro lucido/nisi aliquando detegeret semet
ipsum. Unde ⁊ doctor Gilbertus in libro altercationū
Christiani cū gētili/diu disputās metro elegiaco hexa
metro ⁊ pentametro quid fuit lux primo die creata: ⁊
vtrum subiectabaꝛ in aliquo corpore/⁊ demū paruipē-
dens illam positionē eo ꝙ scriptura non memorat pre
Gilbertus ter solā lucem corpus tale productū/demum cōcludit
consonanter Basilio in terminis Augustini. Illā dice-
mus per se subsistere lucē Donec ducaꝛ certior inde lo
cus. Hec ille. AVTHOR. Et cū supra dixit Augustinꝰ
deum approbatorē illius lucis vt maneret/patet eum
intendere eam fuisse impressam corpori solari secunduʒ
se non in nubecula vt quidā somniant sine fundo:sed se
cūdū se nec iā scdm eius subiectū fieret ociosuʒ cū satis
subiectaꝛ in vno: maxime cū eiꝰ vicibꝰ alternatis fiat
dies causaliter iā sicut olim ante solē. Unde sup psal.xvi. Ver

sus finē August. Uide opera dei:fecit deus lucē/⁊ diui Augusti.
sit deꝰ īter lucē ⁊ tenebras:lucē vocauit diē/⁊ tenebras
vocauit noctē. Nō dictū est:bñdixit lucē. Etenī eadem
lux redit ⁊ alternat diebus ac noctibus. Hec ille. AV-
THOR. Ecce eadē lux redit que primo diuisit inter lu
cem ⁊ tenebras:non ergo vsquequaq; euanuit. Sed iā
vehente sole eadem redit ⁊ alternat diebus ac noctibꝰ.
Et sic videtur tenere secūdam partem diuisionis predi
cte/ꝙ luminaria celi ex prima luce sint accēsa:que pri-
mo fuit per se subsistēs forma. Sufficere ergo debet vi-
ro fideli tam antiqua traditio sanctorꝫ grecorum/quos
nō frustra sequitur Augustinus:quia vidit ꝙ a primor-
dijs fidei pene peruenit ad eos determinatio predicta
de luce. Unde sanctꝰ doctor Dionysius videbaꝛ hoc eis
de luce solis tradidisse libro de diuinis noībus/cap. iiij. Dionysiꝰ.
dicēs. Ad generationē sensibiliū corporū cōmittitur/⁊
ad vitam eam mouet ⁊ nutrit ⁊ crescere facit/⁊ perficit
⁊ purgat/⁊ renouat:⁊ mēsura est ⁊ numerus horarū/die
rum ⁊ oīs erga nos tēporis lux. Ipsa enim est lux si et
tunc infigurata erat/quādo diuinus dixit Moyses:⁊ il
lam ipsam statuit nobis dierum trinitatē. Hec ille. AV
THOR. Uult Dionysius ꝙ lux solis est hic causa ge-
nerationis rerū sensibiliū/⁊ vite ⁊ motus/ ⁊ nutritionis
⁊ augmentationis:⁊ mensurat nobis ⁊ numerat dies ⁊
horas/⁊ ceteras differētias tēporum. Et hec ipsa est/in
quit/illa prima lux que causauit primū triduum:q̄uis
tunc fuit informis. Unde ⁊ Uercellensis ibidē. Ipse sol Uercellen.
formatus est quarta die de illa luce adhuc nō perfecta
que secundū Moysen distinxit primū triduū in initio
mūdi. Hec ille. AVTHOR. Ecce sol formatus est qua-
litatiue de illa luce primeua adhuc nō perfecta sed in-
formi/quia indeterminata ⁊ cōfusa. Que si infuerat ali
cui subiecto pro illo triduo/ergo in quarto die cum in-
formaret solē migrasset de subiecto in subiectū/qd non
est minus inconueniēs apud philosophos q̄ accidens
absolutū per se subsistere. Si vero tota lux illa cum de-
nominato subiecto foret impressa soli iam facto/super-
flueret corpus solis/qr primum subiectū sufficit cū luce
sua ad influētiam vniuersi/⁊ ad integritatē regie celi
septemplicis. Nec pōt glossa illa Trutēnica iuuare ꝙ
accipitur ibi abstractū pro concreto/lux pro lucido:si-
cut solet Aristo. exemplificari qñq;: ⁊ hoc propter ex-
positionē doctorū sequentiū Basilij/Damasceni/⁊ alio
rum:qui plane dicūt ibi qualitatē fuisse lucē illam sine
subiecto. Ipsa enī eorū assertio sufficiētTer declarat quid
Dionysius intendebat. Item tunc propositio Dionysij
foret/ꝙ sol factus est de primo lucido/⁊ sic de materia
preiacēte:quod est contra naturam corporis simplicis
supracelestis. Ita videtur ꝙ oēs isti doctores in hoc
cōueniunt ꝙ lux illa olim accidēs fuerit carēs suo sub-
iecto. Preter ista quibusdā viris conspicui intellectus
videtur sapiētiā que est bona qualitas mētis ⁊ primuʒ
donum secundum quā mens cōtemplatur eterna/quā-
doq; esse sine subiecto.secundū sentētiā Augustini.vij.
de trinitate cap.iij.vbi. Quoniā(inquit) quecunq; ani- Augusti.
ma participatione sapiētie fit sapiēs:si rursus desipiat
manet tamē in se sapiētia:nec cū fuerit anima in stulti-
tiam commutata illa mutatur. Non ita est in eo qui ex
ea fit sapiēs/quēadmodum candor in corpore/quod ex
illo candidum est. Cum enim corpus in alium colorem
fuerit cōmutatū/non manebit candor ille/atq; omnino
esse desinet. Hec Augustinus. AVTHOR. Ecce si ani-
ma prius sapiēs rursus desipiat sapientia manet in se
nec mutatur anima permutata/non quidē tunc manet
in anima/cum ly se sit pronomē reciprocum/⁊ det intel
ligere ipsam sapiētiā in se manentē ne mutetur ad mu
tationē subiecti secundū illud/Motis nobis mouētur

omnia que in nobis sunt. Ergo re ipsa a subiecto mẽtis absoluitur vt in se maneat/nec mutetur. Posset autem aliquis capere fugam ad sapientiã creatricẽ cuius participatione anima fit sapiens: ꝙ illa in se manet/q̃uis mens desipiat. Sed obuiat differentia quã assignat inter illam sapiẽtiam ⁊ candorem: quia nisi turpiter equiuocetur: alius item diceret cãdorẽ increatum ita manere sicut ⁊ sapientiam increatam. De quo sapiens. Candor est lucis eterne ⁊ speculũ sine macula. Non ergo bene diuideret Augustinus dicẽs sapientiã in se manere mutato subiecto. Cãdorẽ autẽ omnino desinere esse subiecto in aliũ colorẽ mutato. quia sic manet in se candor creator/sicut ⁊ creatrix sapiẽtia. Item posset dici sapiẽtiam manere in habitu q̃uis superueniret contingẽter actus oppositus/quia habituata iustitia nõ statim corrumpit̃ in aduentu cõtrarie dispositionis: nisi quia Augustini sentẽtia vniuersaliter enunciatur/Quecũꝙ anima participatione sapiẽtie fit sapiẽs/si rursus desipiat manet tamẽ in se sapiẽtia: ergo si desipiẽtia ipsa tantũ sit affectata vt fiat habitus / adhuc manebit in se sapiẽtia: qđ esset impossibile in eodẽ simplici ⁊ ĩpertito subiecto/propter denominationes cõtrarias: quia inter eadem mẽs indiuisa simpliciter secundũ se totam esset sapiens ⁊ desipiens: secundum idem continẽs ⁊ lascius. Si vero dicitur ꝙ sapiẽtia manet in gñe suo vel essentia ⁊ principijs quidditatiuis/q̃uis nõ existẽter: sicut ⁊ rosa nulla existẽte rosa manet tñ semper: insistet orthodoxus philosophus querẽs quomodo manet immutata/si substantia vel accidẽs/si creata vel increata/dum totã sufficientiã eius ad ista duo reduxerit Augustin⁹

Augusti.

in eodẽ lib. ca. v. Cur (inquiẽs) in scripturis nusq̃ fere de sapientia quicq̃ dicitur nisi vt astendat̃ a deo genita vel creata. Genita scꝫ per quã facta sunt oĩa. Creata vero vel facta sicut in hominibus/cũ ad eam que nõ creata ⁊ facta/sed genita est/conuertuntur ⁊ illustrant̃. In ipsis enim fit aliqđ quod vocet̃ ipsoꝝ sapiẽtia. Hec ille. AVTHOR. Omnis ergo sapiẽtia hominũ in hominibus est: sapiẽtia creata per participationem a sapiẽtia genita increata. Et valet argumẽtum/ergo nõ est sapiẽtia ipsa per essentiam: quia aliud est sapiẽtẽ esse ꝑ essentiam: aliud per participationẽ. Mihi tamẽ videtur modus loquẽdi Augustini ꝙ sapientia manet alicubi/vel in genere/vel transcẽdẽter in suo analogo/q̃uis anima aliqua sapientiã ipsam amisit: sicut etiã loquitur in ho

Idem.

milia. xxxix. sup Joannẽ dicẽs. Pius plus est/an ipsa pietas plus est pietas q̃ pius. Pius eñi a pietate/nõ pietas a pio. Sed si ille q̃ pius erat fact⁹ est impi⁹/ipse perdidit pietatẽ/pietati nihil abstulit. Sequit̃ in fine. Hac data similitudine fratres ĩtelligite qꝛ si pia est aĩa est pietas apud deũ/cui⁹ sit particeps aĩa. Si est casta anima/est castitas apud deum cuius est particeps aĩa.

De quidditate & essentia accidẽtis, & quomodo Witcleff renouat in hoc errorem Parmenidis & Anaxagorę. Ca. LXXVIII.

Nunc planã fidẽ docuimus de hoc sensibili sacramẽto/ quomodo nõ sit illa hostia cõsecrata quã in natura sua presentẽ sacramẽto visibili adoramus/veneramur/⁊ colimus/quã post cõsecrationẽ quintuplici benedictione signam⁹/hostiam sanctam/hostiam purã/hostiam immaculatã/panẽ sanctuꝫ vite eterne/⁊ calicẽ salutis perpetue. Que duo vltima conuincunt hereticos/nullum furfureum panẽ ibi dici hostiam sic signatam: sed est bene visibilis quedam forma continẽs in se substantiã carnis Christi vere hostiã cõsecratã. witcleff instat scire quid est illa visibilis forma: nunquid accidẽs sine subiecto? Et ego ex parte ecclesie instanter interrogo/quid est corpus Christi in se/ vt est in sacramẽto: nunquid tenuis habitudo? Ipse improperat catholicis panẽ ibi fieri vilissimum accidens aut nihil/⁊ adhuc nos nescire in quo genere accidẽtis. Sed mẽtitur vbilibet. Ego filius ecclesie impono ipsi qđ dicit: quia facit ibi corpus Christi pulchram ⁊ celestem substantiã/esse tñ vnum respectum: ⁊ nescit determinate cuius generis respectiuorũ/nisi ꝙ quodã loco secreto posuit illũ de vltimo genere/appellãs illã figuram Christi corporis tegumẽtum. Magnã item putat nos irrogare iniuriã sacramẽto visibilis panis/dicens ꝙ cõuertimus tam notandam substantiam in aliquid peius veneno/quia in accidẽs sine subiecto. Ego vero flens dico/inimicũ istũ crucis Christi: ⁊ (quod plus est) corporis Christi intolerabiliter maius Christo prouidisse tormentũ/qꝛ purissimã eius carnẽ de virgine sumptam quam angeli delectant̃ inspicere/vltra accidens pessimum absolutũ redigit in infimũ respectum: cum tamen prima relatio secundum philosophos sit minime entitatis. Hec autẽ habitio figuralis sexto gradu generali sibi supposita deterior est ea sexies in infinitũ. Hoc autẽ si sit in genere habitus (vt ipse ibi innuit) saltem omnino cum non sit de quarta specie qualitatis/quia non est accidens absolutũ /nihil erit nisi q̃dã respectus conformitatis vel habitus ad signatũ/inuisibilis/insensibilis: ⁊ respectus rationis/q̃ de ratione sue speciei nõ exigit alterũ extremum in natura/sicut nec idolum Belis vel Adonidis: ⁊ inter alios respectus figurales similior idolo: sicut ⁊ ipse sepe cõparat figurã illã imagini crucifixi. Heu sic mutatã gloriã carnis Christi in tantillum respectum idoli? Hoc est qđ lamẽtans Hieremias dicit in persona Christi: Populus meus mutauit gloriam suam in idolum. Plane mutatio peior q̃ illorum qui mutauerũt gloriam suã in similitudinẽ vituli comedẽtis fenum: quanto respectus vltime rationis est vitulo vel feno immo colore feni deterior. Si saltẽ ipse bene cõparauit accidẽs absolutũ hostie ad venenum. Sed in hoc negocio sacramenti pene cuncte questiones difficiles resoluunt̃ in tres: de pane sensibili/de corpore Christi/de essentia accidẽtis. Et inquirẽtibus de alterutris iste perplexe se ingerunt: qꝛ ponẽs ibi panẽ verũ excludit carnis naturã/vt Berẽgarius ⁊ witcleff panitans. Nõ hic cõmemoro quorũ doctrina modo paret fideles ecõtrario cognoscẽtes gratuitum Christi donum eligũt potius naturã hinc panis absentare q̃ corporis. Quo retẽto superest q̃rere de forma illa q̃ apparet. nõ eñi fallit Christ⁹ queq̃ in fidei sacramẽtis: nec illudit sensus humanos. Si sunt in subiecto: ⁊ cũ nõ in pane/in quo? Si extra subiectũ/quomodo contra naturã suspẽdunt̃ ne insint? Et si hoc cõtra naturam quãtum: vel quia inherẽtia accidẽtis est de per se ratione ei⁹ secũdo vel primo. Et hic ingerit sese witcleff dicẽs/accidẽs nõ tñ inesse sed esse subiectum. Et per hoc q̃ impossibile est idẽ esse simul ⁊ nõ esse: tam est impossibile accidens permanere sublato subiecto / vt tractatu suo de incarnatione verbi. cap. iiij. Albedo (inquit) cum sit substantiã esse albam/non potest esse sine subiecto. Et de sermone dñi in mõte. cap. xli. Nõ est accidẽs nisi modus accidentalis substãtie. Et de Eucharistia cap. vij. Nulla qualitas est nisi substantiam esse qualem/nec aliqua forma est nisi illa que est substantiã esse formatã vel formosam. Ideo idem est ponere ꝙ qualitas sit ꝑ se sine substãtia: ⁊ ponere ꝙ sit ita ꝙ substãtia sit qualis sine hoc ꝙ sit subs

witcleff.

Questiones de Eucharistia.

witcleff.

stantia: et sic includit formalē contradictionem q̄ sit ac
cidēs sine substātia subiecta. Hec witcleff. AVTHOR
Ecce iam habetis originē proteruie eius in materia sa
cre Eucharistie. Ex quo enim inuenit sibi errorē istuz in
philosophia de esse accidētis: et in tractatu de fide no
luit obedire: quo cōtra signāter Apostolus intulit: De
struēda est oīs altitudo extollens se aduersus scientiā
dei/ et in captiuitatē redigendus omnis intellectus in
obsequium Christi: non quidē eum statim damno quia
humanum collegit errorē: sed quia altitudinem suā ex
tulit contra dei scientiam/ nec eius obsequium redigere
Augusti. voluit intellectum. Unde et lib. ij. de baptismo. capi. vi.
Augustinus. Homines (inquit) sumus. Unde aliqd ali
ter sapere q̄ res se habet/ humana tentatio est. Nimis
autē amando sentētiam suā/ vel inuidendo melioribus
vsq; ad prescindēde communionis et condendi schisma
tis vel heresis sacrilegiū peruenire/ diabolica presum
ptio est. In nullo autē aliter sapere q̄ res se habet/ an
gelica perfectio est. Quia itaq; cū homines simus non
habemus pfectionē angeli: non habeamus presumptio
nem diaboli. Ideo dicit Apl'us: Tētatio vos nō appre
hendat nisi humana. Hec ille. AVTHOR. Mirabilem
philosophiam istā et contra spem multorum modernoꝝ
witcleff. adinuenit witcleff in materia accidētis. Idcirco loque
tur ipse suā sentētiam. Nō equiuocādo (inquit) de acci
dēte qualiter substātia et oīs creatura est accidēs deo/
s; accipiēdo famose vt est analogice distinctū cōtra sub
stātiam/ et sic cōmunis nouē generib': sic de accidēte di
cemus. Sic enim ponit substātiā re et essentia esse acci
dēs: et ecōtrario. Unde in summa cap. de quidditate esse
et essentie in predicamēto substantie. Tota (inquit) enti
tas accidētis est suū subiectū specialiter si nullum acci
dens ponit rem que posset per se existere vltra suū sub
iectum: sed solū modum subiecti: quod ego credo veruz.
Ego autē credo q̄ q̄uis nouem sunt genera entiū distin
cta a se inuicem et a substantia: omnis tamē res est sub
stantia/ cum accidentia nō sint nisi modi substātiarum/
siue sint qualitates siue quātitates. Hec witcleff. AV
THOR. Ecce accidens re et essentia est substantia sua
se subiectās/ et ab illa sola modalitate distinctum. Qua
liter secundum multos par et impar reperiuntur in nu
meris/ et gradus intensi et remissi sunt modi tantūmodo
Parmenides. qualitatum. Unde oīs res (inquit) est substātia. Iā de
texit in hoc verbo suū authorem. Parmenides eī hāc
positionem inuenit/ quem Aristoteles reprobat primo
Physicorum: quia posuit omnia esse vnū. Et cum que
reretur ab eo: quod vnū: substantia an accidens? Dixit
q̄ vna substantia: intendēs secundum expositores sub
stantiam generalē. Et ibi tantū vitabat multitudinē q̄
Lycophron sequat̄ eius vitauit dicere hoiem esse albū
eo q̄ hoc verbū est intelligitur copulare inter duo. ideo
non cōcessit/ homo est albus/ sed albatur. nec homo est
currēs/ sed hoiem currētē. Et witcleff concedit cursum
hominis esse hoiem currētē: nec aliquā rem vel entita
tē plus hoie. Et isti philosophi facti sunt tam grossi vt
adhuc illoꝝ tēpore nō fuerit inuentū q̄ subiecto eadē
possint eē qdditate diuersa. S; q: viderūt substātiā ho
minis et sciētiā ei' nō separata in re et subiecto: ideo pu
tabāt ea indistincta quidditatiua ratione et essentia. Et
eidē errori in substātia (q̄uis in modo ponēdi et loquen
di discrepat) cōuenit author iste. Non enī aliqd ens est
iuxta eū nisi substantia: quia omnia alia sunt in substan
witcleff. tia. Unde in summa. cap. ij. de numero predicamentoꝝ
in fine. Notandum (inquit) q̄ omne predicamentum di
cit substātiam: et vt credo non est aliqua res nisi substā
tia/ sed alia entia sunt habitudines/ respectus/ disposi
tiones/ vel modi accidētales / inexistentes substantijs.

Hec witcleff. AVTHOR. Alius author vetus istius
erroris erat Anaxagoras: quez Aristoteles et Cōmenta
tor eius cōmento. xxxix. primi physicoꝝ dixerunt insen
satum/ q: nō distinxit accidentia a substātijs et corpori
bus/ sed cum aliquid sit albū dixit hoc fieri per abstra Ar. desinit
ctionem albedinis prius cōmixte. Et hos recitat Aui pro sit.
cēna. iij. Metaphy. inter ponētes colorem et lucem et ce
teras qualitates sensibiles esse substātias commixtas
corporibus. Ecce hos principes et magistros sequitur
witcleff in materia de quidditate accidētis. Sic eum
intelligo / quātū sine maleuolētia (deus nouit) mihi da
tur sentire de eo. Si qs aliter sentiat/ nō mihi displicet
si poterit eum reddere meliorē/ dū tamen pios lectores
in fauorē tantū nō ducat heretici vt matrē ecclesiā de
testent̄. Propter quos restat dicere q̄ absona fuit ista
positio q̄ substantia est accidēs sicut ipse concedit re et
essentia/ philosophis magnis et precipuis: et nedū eis/
sed omnino magnis theologis trāsijt in derisum. Nam
post Platonē/ Aristotelē/ et commentatorē eius/ q̄ oēs
plane cōcedūt accidēti maxime absoluto essentiā omnī
no remotā a quidditate substātie/ q̄uis indistincte sub
iecto: superest Auicenna: qui propter hoc in Metaphy
sica sua determinat q̄ equinitas est tm̄ equinitas/ sic
albedo/ albedo tm̄/ nō substātia. Item in predicamētis
Simplicius dicit q̄ predicamētorum essentie sunt im
permixte. Hoc magis cōtra istum: qui nō idem omnino
ponit/ quidditatē rei et eius essentiam: quasi quidditas
nō foret tota rei essentia. Itē Algazel in sua Metaphy
sica. tractatu. i. cap. v. Accidēs (inquit) absolute est hoc Algazel.
ipsum respectu nouem predicamētorum/ et cōuenit eis:
quare vnumquodq; eorum habet in se essentiam suam
qua est quod est. Iste philosophus sicut et predicti idez
habet essentiā accidētis et qdditatē accidētis cōpletā/
qua est quod est: et hanc essentiam habet vnumquodq;
eorum in se: ergo substātia que est genus extraneū istis
nouē/ non ingreditur eorum essentias: sed ista nouē se
gregantur ab ea sicut distincte essentie: et infra se intrin
sece definite: et hoc tenēt moderni subtiles. Et ratio est:
q: que sunt primo diuersa nō includūt se mutuo. Sub
stātia aūt et accidēs sunt primo diuersa/ et diuidunt ens.
Itē accidēs pure intellectū prescindit substātiā tanq̄
naturā disparē: ergo nō icludit eā in abstracto ꝯceptu.
Cōfirmat̄ ꝑ hoc: q̄ accidens respectiuū excludit conce
ptū accidētis absoluti/ et vna species subalterna eiusdē
generis aliā: multo magis substātiā que magis distat
in analogo. Itē cōmēto. xxv. primi Physicoꝝ. Album
significat albedinem et recipiēs albedinem: et definitio
albi est alia a definitione recipientis albedinē: et differt
ab ea definitione/ non tamen in esse. Itē cōmēto. xxviij.
dicit q̄ accidētia inseparabilia includūt subiectū in de
finitione/ nō aūt separabilia: nō ḡ oīe accidēs includit
subiectū suū ꝑ essentiā et qdditatē. et q̄uis includit oīm
no respectū ad subiectū/ nō tamē includit illū quiddita
tiue: sicut oīs creatura dicit necessariū respectū ad deū
creātē et cōseruātē: nō tamē de' est qdditatiue essentia
creature. Magna itez ratio est: q: tūc esset circulatio in
causis essentialibus: et idem definiretur per se: quia sub
iectū sic se habēs est albedo definitiue: et albedo causat
subiectū sic se habere. Ideo etiam antiquiores philoso
phi theologizātes descripserūt accidēs potissime abso
lutū quasi receptū/ et subiectū quasi receptaculū: et hec
ipsa distare sicut aliud et aliud in natura. Uñ Candidus
Arrianus in libro de generatione diuina ad Victorinū
rhetorē/ qui incipit. Omnis generatio o mi dulcis senec Candidus
ctus. Uideamus (inquit) num forte substantia/ num sub Arrianus
stantialitas ante q̄ deus fuit/ fuerit: num existētia/ num
existentialitas. Sed enim substantia magis subiectum

cum sit/alteri subiectum est ei quod in ipo est/⁊ vt alte
rũ est ab eo quod in ipso est. At vero aliud ⁊ aliud non
recipitur circa deũ: nõ eñ in alio vt aliud est cũ est de⁹.
nõ eñ aliud deus/aliud deũ esse. simplex eñ qddã de⁹.
Nõ ergo preexistẽte substãtia ingenitus est deus. Ma
gis eñ prestat deus substãtiam ꝙ preextitit substantia
ante deum/que est subiectum ⁊ alterius vt aliud ⁊ vt re
ceptaculum effectum/illo scȝ potiore cui⁹ receptaculũ
est: ⁊ idcirco posterius adnata. Hec ille. AVTHOR.
Iste philosophus ꝙuis hereticus cõcludit nõ eẽ in deo
substãtiam generationis diuine susceptiuam ante deuȝ
filiũ/quia tũc esset subiectũ alterius vt aliud est: qd nõ
cõuenit simplicitati diuine: vbi nõ est aliud ⁊ aliud/pu
ta diuersitas essentiarum: qd omnino requirit̃ inter sub
iectum ⁊ accidẽs/sicut inter receptaculũ ⁊ receptum: sȝ
Sedulius alius ⁊ alius. Unde Sedulius. Nõ quia qui summ⁹ pa
ter est ⁊ filius hic est: Sed quia qd summ⁹ pater est ⁊ fi
Victorin⁹ lius hoc est. Iterum autẽ Victorinus catholicus ⁊ ma
gister sancti Hieronymi (vt ipse scribit) in rhetorica/q̃ ⁊
isagogas Porphyrij de greco trãstulit in latinũ secun
dum Isidorum cap. de eisdem in etymologijs: ⁊ per hoc
cõceptui eius censendus esse vicinior/eidem Candido
rescribẽs/⁊ admittẽs totum quod dixit de substãtia vt
de subiecto accidẽtis/tãtum remouit cõsiderationem a
generatione diuina/in libro ad eũdem/qui incipit/Ma
gnã tuam intelligẽtiam o generose Candide. vbi dicit.
Idem. De generatione igitur manifestum quia filius dei est: ⁊
ꝙ homousion substãtia eius in maiestate/in propria si
gnificãtia intellecta secũdum esse existẽtie substantia.
Hec ille. AVTHOR. Hec adduco vt pateat putridum
illũ errorẽ Melissi ⁊ Parmenidis omnino a senioribus
philosophis derelictum/⁊ iam cõceptũ esse pro vero ꝙ
accidẽs omnino habeat aliam realitatẽ ab entitate sub
stãtie: ita vt substãtia sit receptaculum accidẽtis. Et qr
witcleff. witcleff deridẽdo intulit in trialogo ꝙ accidẽs nõ de
bet sic intelligi/res aut entitas alia a substantia/quasi
esset substãtie indumẽtum: probatur itẽ hoc ex scriptu
ris/Christo dicẽte Matth. vi. Cõsiderate lilia agri. Se
Rabanus quitur. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus
est sicut vnum illorũ. Ubi Rabanus. Ipse color (inquit)
dicitur operimẽtum florum/sicut dicimus/operuit eum
viror. Hec ille. AVTHOR. Et post. Si autẽ fenuȝ agri
sic deus vestit: color ergo est operimẽtum substãtie lilij
Chrysosto. ⁊ vestis feni. Unde homilia. xvi. imperfecti Chrysostom⁹.
Cõsiderate lilia agri quomodo ĩ tẽpore opportuno cre
scunt/tẽpore statuto formãtur in frondibus/vestiuntur
candore: implẽtur odoribus. Hec ille. AVTHOR. Sed
istis illi dimissis põderãdum estimo quomodo philoso
phis orthodoxis positio ista nõ placuit. Unde libro suo
de hebdomadibus arguit cõtra eam fidelis Boetius.
Boetius. Ponatur (inquit) vna eadẽq̃ substãtia bona esse/alba/
grauis/rotũda/tũc aliud esset ipa eius substãtia/aliud
ei⁹ rotũditas/aliud color/aliud bonitas. Nã si hec sin
gula idẽ essent qd ipa substãtia/idẽ eẽt grauitas qd co
lor: ⁊ color qd bonũ: ⁊ bonũ qd grauitas: qd fieri natu
ra nõ sinit. Hec ille. AVTHOR. Iste ecce magnus ⁊ fi
delis philosophus nesciuit intelligere substãtiã ⁊ acci
dẽtia habere cõmunẽ essentiã quin vtriusq̃ sequeretur
cõfusio. Itẽ idẽ Boeti⁹ sup predicamẽta. cap. ad aliqd.
Si substãtie (inquit) sunt relationes: ergo substãtie nu
merant̃ inter accidẽtia/cui⁹ contrariũ est/inquit: qr eñ
substãtia in subiecto nõ est/accidẽs aũt est in subiecto:
idẽ erit in subiecto ⁊ nõ ĩ subiecto. Itẽ ibi arguit caput
nõ posse dici essentialiter relatiue/qr tũc substãtia esset
relatio: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs accidẽs/qd est impossibile. Itẽ Isi
Isidorus. dorus lib. ij. cap. de categorijs. Substantia aũt dicit̃ ab
eo ꝙ omnis res ad seipsam subsistit. Corpus eñ subsi
stit/⁊ ideo substãtia est. Illa vero accidẽtia que in subsi
stente atq̃ in subiecto sunt/substãtie nõ sunt: qr nõ subsi
stunt/sed mutantur: sicut color/vel forma. Hec ille. AV
THOR. Cur itẽ nõ mouet istũ qd Aristoteles dicit. vij.
Metaphy. textu cõmẽti. xx. ꝙ homo albus est aliud/⁊ Aristotel.
quid est hoĩs albi ꝑ essentiã/est aliud: quoniã si fuerint
idẽ/tũc essentia hoĩs/⁊ hoĩs albi erũt idẽ? Nũquid hoc
est dicere aliã essentiã hoĩs/aliã essentiã qualitatis sue
id est albedinis/ita ꝙ qualitas illa nullo modo ẽ essen
tia hoĩs siue corporis? Et hãc metaphysicã sustinet Au
gustinus. vij. de trinitate. ca. viij. Cãdor (inquiẽs) corpo Augusti.
ris nõ est essentia: quoniã ipm corpus essentia est/⁊ illa
eius qualitas: vnde ⁊ ab ea dicitur cãdidũ corpus: cui
nõ hoc est esse/quod cãdidum esse. aliud eñ ibi forma ⁊
aliud color: ⁊ vtrũq̃ nõ in seipso sed in aliqua mole: que
moles nec color est sed formata atq̃ colorata. Hec Au
gustin⁹. AVTHOR. Itẽ antiquus pater grecus Gre
gorius Nissenus lib. de conditione hominis. cap. xxiiij.
Multa (inquit) de eodẽ subiecto cogitationis discretio Gregorius
ne perpẽdim⁹: quorũ singula que simul inspecta sunt si Nissenus.
ne permixtione aliqua ratione ordinent̃. Alia nãq̃ co
loris est ratio/⁊ alia põderis. Quãtitatis alia itẽ/⁊ qua
litatis alia: ⁊ alia nihilominus tactus. Nã mollities ⁊
bipedale ⁊ reliqua que dicta sunt/neq̃ sibi inuicẽ/neq̃
corpori vlla similitudinis ratione consentiant. Singu
lis enim propria quedam ratio interpres adiuncta est/
nulla earum que in subiecto suo cernunt̃ qualitati com
municans. Sequitur. Sicut enim corpus non est color
aut figura aut distãtia aut pondus vel reliqua proprie
tatum/cuicũq̃ adsunt: ⁊ horum singula sicuti diximus
corpus esse non possunt: sed aliud quid preter corpus iu
xta suam proprietatem esse monstrantur: ita econtra
rio vbicunq̃ memorata concurrunt substantiam perfi
ciunt corporalem. Hec Gregorius. AVTHOR. Subti
lis iste metaphysicus concludit necessario aliam defini
tionem esse qualitatis/aliaȝ quãtitatis: ⁊ per hoc istas
essentias non misceri: ergo magis non esse corpus subie
ctum/quia magis conueniunt accidẽtia diuersorum ge
nerum inter se ꝙ cum subiecta substãtia/quia in analo
go accidẽtis. Ergo si quãtitas alia est a qualitate ⁊ ad
aliquid tam definitione ꝙ essentia/singulum eorum est
aliud quid/id est aliud in natura a subiecto corpore. Si
cut (inquit) corpus non est color aut figura/sic singula
corpus esse non possunt. Et hoc idem intendebat Boe
tius supra deducere. Si singula idẽ essent quod ipa sub
stantia/idem esset grauitas quod color: quia citius col
ligerentur omnia accidentia in vnam essentiam accidẽ
tis ꝙ in vnam essentiã cum substãtia. Alias nõ euadet
iste quin cõcedat ꝙ essentia diuina est essentia diaboli
ca multo magis ꝙ essentia accidẽtis. Et sic circa cõce
ptus fidei infert hec positio lata pericula/ sicut in wit
cleff totã heresim Eucharistie. Sic itẽ ĩ dieb⁹ Anselmi
quidam clericus Gallie secundum conceptum erroneũ
vna cũ alijs lapsus est ĩ heresim circa ĩcarnationẽ Chri
sti: qua occasione Anselm⁹ librũ suũ scripsit cõtra eũdẽ
de incarnatione verbi. vñ in. ij. eius cap. ait. Cumq̃ oẽs Anselm⁹.
vt cautissime ad sacre pagine questiones accedant sint
commonendi/illi vtiq̃ nunc temporis dialectici im
mo dialectice heretici/qui non nisi flatum oris putant
vniuersales esse substantias/⁊ qui colorem non aliud
queunt intelligere ꝙ corpus/nec sapientiam homi
nis aliud ꝙ animam/prorsus a spiritualium questio
num disputatione sunt exsufflandi. In eorum quip
pe animabus ratio que ⁊ princeps ⁊ iudex debet esse
omniũ que sunt in homine/sic est in imaginationibus
corporalibus obuoluta/vt ex eis se nõ possit euoluere/
nec ab ipsis que sola ⁊ pura cõtemplari debent valeat

discernere. Qui enim nondū intelligit quomodo plu
res homines in specie sunt vnus homo: qualiter in illa
secretissima ⁊ altissima natura comprehendet quomo-
do plures persone quarum singula eque perfectus est
deus/sint vnus deus? ⁊ cuius mens obscura est ad diju
dicandum inter equum suum ⁊ colorem eius: qualiter
discernet inter vnum deum ⁊ plures relationes eius?
Hec ille. AVTHOR. Nolite ergo laudare witcleff in
his ⁊ talibus de subtili ingenio: quia ruditas rationis
physicis rebus immerse causauit in eo istum conceptū
erroneum tamꝙ grossum secundū Anselmum: vel sicut
estimari potest/inanis ambitio. Nam quid grossius ꝙ
dicere colorē equi mei nihil aliud esse ꝙ equū meū sic se
habētē? Sed iam ab origine potest opinio ista quā wit
cleff suscitauit a mortuis/videri fuisse deserta ⁊ a princ
uis philosophis reprobata: ⁊ vsqꝫ ad tempora nostra a
catholicis clericis vilipēsa. Eant igitur witcleffiste cū
dogmatistis suis philosophis: quos nō tātum nō eccle
sia/sed nec approbata philosophia collaudat aut susti-
net: nec propter insipiditatem traditiōis queꝙ post se-
ipsos docere valebāt. sicut lib. iij. diuinarū institutionū
Lactātiꝰ. cap. xxxix. scribit Lactantius. Huc (inquit) nos omnes
quibus est cura sapientie cōferamus. An expectabimꝰ
donec Socrates aliqd sciat? aut Anaxagoras in tene-
bris lumen inueniat? aut Democritus de puteo verita-
tem extrahat/aut Empedocles dilatet animi sui semi-
tas/aut Arcesilas ⁊ Carneades videāt/sentiant ⁊ per-
cipiant? Vox ecce de celo veritatem docēs/⁊ nobis so-
le ipso clarius lumen ostendens. Hec ille. AVTHOR.
Hic proiecti sunt Anaxagoras ⁊ Democritus duo ma
gistri witcleff in de quidditate accidētis ⁊ corporalis
constitutionis ex atomis/vel quanti cōtinui ex nō quā
tis. Vox ecce de celo/vox ipa doctrinalis ecclesie Chri
sti: que nos in predictis melius instruit ꝙ Anaxagoras
vel Melissus/que nos plus ꝙ witcleff illuminat quid
sit accidens in abstracto.

Ad argumenta Witcleff contra accidens sine subiecto. Caput.LXXIX.

Descendit his assumptis conclu
dens necessario accidens esse in
substantia/tanꝙ in subiecto/nō
equiuocando de substantia/sed
vtēdo vocabulo sicut sonat apd
logicos pro re primi predicamē
Witcleff. ti inter decē. Unde in. iij. cap. de
Eucharistia. Ecclesia nō est one
randa nouitate tali insolita/nisi
fides scripture/vel viuax ratio/vel efficax sanctorū te-
stimonium ad hoc cogat: sed quodlibet istorum triū de
ficit. Assumptū (inquit) patet ex multis testimonijs san
ctorū ⁊ veritate ac sufficiētia legis Christi. Sic eīm co-
leret abominatio desolationis: qr accidēs minime enti
tatis tanꝙ deꝰ. Hec witcleff. AVTHOR. Quid restat
Idem. hic nisi negare ꝙ assumptū patet: ⁊ instare ꝙ probet.
Rationē suā exhibet ibi ante. Omne accidēs (inquit)
formaliter inherēs substātie non est nisi veritas: que est
substantiā esse accidētaliter alicuiꝰ modi/vt hic suppo
nit. sed nulla talis potest esse sine substātia/sicut nulla
creatura potest esse sine deo: ergo non est cumulus taliū
accidentium que sit hostia consecrata. Hec witcleff. AV
THOR. Sapiētes catholici non dubiū risum mouēt
quando argumenta istius foras prodeunt fetida de se-
pulcro. Sed iuniores offendunt in lapide quem probi
senes sine difficultate trāsiliunt. Idcirco satisfaciendū
est/ne simplicibus rationes eius insolubiles ab ecclesia
putarentur. Hoc enim Augustinum rationibus Cresco
nij compulit satisdare. Unde in fine secundi libri con-
tra Cresconium inquit Augustinus. Quꝙ itaqꝫ ad erro Augusti.
rem vestrum conuincēdum/⁊ si volueritis corrigēdum/
satis superqꝫ potuerint ista sufficere: tamē ne quisꝙ ar-
bitretur te aliquid in epistola posuisse/qd refellere non
valerē/aut in quo te nostris cōtra Petilianum literis
nihil idoneum respōdisse demōstrare nō possem/seque
ti volumine cetera videamus. ⁊ liber tertius sic incipit.
Si tardorum ingenia mihi curāda nō essent/qui intelli
gere nequeūt me duobus voluminibꝰ superioribus ad
totam causā que tua frater Cresconi epistola cōtinet/
multis modis ita respōdisse vt ⁊ illa que ibi restāt iam
soluta atqꝫ frustrata sint: iam debuit a me huic operi fi-
nis imponi. Sed quia multi sunt quibꝰ seruire nos cō-
uenit/qui omnia depulsa esse non putāt nisi locis suis
etiam singula pertractentur: residua sermonis tui etiā
ex ordine refellēda putaui. Hec ille. AVTHOR. Stēt
ista verba pro nostris: ⁊ ad rationes witcleff cōtra acci
dēs sine subiecto pergamus. Omne (inquit) accidēs est
substantiam esse accidētaliter alicuius modi vt hic sup
ponitur. Respōdeo ꝙ vt in predicto capitulo patet/to-
ta ecclesia fidelium philosophorum/immo ⁊ paganorū
valentium/negat hanc suppositionem. Si rite faceres
omnibus alijs omissis hoc ipsum fundares quod sup-
ponis. Si eīm actus primus est actus secundus: qd oīs
philosophia negabit: posses apertius quid tale suppo-
nere/albedinē esse ab albefacere distinguit/sicut lucere
ab illuminare/⁊ sicut intellectum esse ab intelligere: ⁊
calere a calefacere. Ignis enim intrinsece calet/⁊ si nul
lum calefaciat. Sic albedo albet intrinsece/ꝙuis nul-
lum albefaciat. Si enim subtilitatem istam percepisset
witcleff/non tam grossum peperisset errorem. Ad mi- Ad minorem.
norem insuper quā assumis ꝙ nulla talis accidētalis
forma potest esse sine substātia/sicut nulla creatura po-
test esse sine deo: Respōdeo ꝙ similitudo ista facit oīm
no cōtra te pro parte fidelium. Quia nulla creatura in
heret deo tāꝙ subiecto/nec informat deum: nec aliqua
creatura est quidditatiue deum esse creatum: ergo si sic
accidēs respicit suum subiectum/nullum accidens est
quin ad minus potest non inherere subiecto/⁊ nō infor
mare illud. Et sic tūc albedo nō erit quidditatiue aliud
esse album/sed tantum quomodo omnis creatura est
creata a deo/dicens ad eum respectum duplicis depen
dentie tanꝙ ad creatricem essentiam distantissime di-
stinctam: sic accidens causatur a subiecto: ⁊ dicit ad ip
sum necessarium respectum simplicis dependentie: ⁊ est
aliud omnino in essentia. Qd autem ex his concludis
(vt tibi videtur) syllogistice/sed sine modo ⁊ sine figu-
ra: ꝙ nullus cumulus accidentium erit hostia consecra
ta: Fideles deuota mente concedunt/nec quisꝙ putri-
bilis panis tuus/sed vera agni caro in sua substantia
corporali est orthodoxis fidelibus hostia cōsecrata. Se
cundo sic arguis. Omne accidens predicamentale est
vniuoce accidens cum alio: sed accidens respectiuum
non potest esse nisi inhereat: ergo nullum accidens ab-
solutum. Qui diceret accidens analogum nō nisi equi-
uoce predicari de singulis/vt ens transcendens cum
passionibus suis: sicut maior pars philosophorum
astruit vacuum: pelleret argumentum. Sed dicitur
ꝙ aptitudinalis inhesio inseparabiliter ⁊ generali-
ter competit accidenti/non tamen actualis. Nec item
variat quidditatem/cum sit respectus vt passio. Ver-
bi gratia: Ignis habet ardorē/nec tamē in rubo Moy-
si fuit ignis equiuocus/quia non ardebat secūdum Ba
silium. Item aqua est intrinsece labilis ⁊ mobilis ad de
orsum: nec ideo aque maris rubri/de quibus dicit/Ste-
tit vnda fluens: fuerunt aque equiuoce. Item ferrum

Helisei nō fuit equiuoce ferrū cum natauit/sed nec sol retrogradus Ezechie perdidit quidditatē. Cur ergo accidēs pderet qdditatē suā/q: nō informat p miraculū/
Ter.argu. qđ tñ semp alibi facit regulr p naturā? Tertio itē sic arguit rōne: q: ponēdo quātitatē τ qualitatē adhuc oportet ponere īformationē, earū qua īmediate substātia sit quāta τ qualis: τ illa nō pōt per se esse/ne sit pcessus in infinitū: ergo per idem ne aliquod accidēs absolutum. De isto per se accidētis multotiēs loquit: sicut infra ꝙ vnio/cōtinuatio τ cōtiguatio nō poterūt p se esse. Et in trialogo/ꝙ albedo nō poterit ītelligi alia entitas a substātia/que poterit per se esse. Et secūda parte sermonuz sermone. lviij. Posito tali accidēte p se possibili/adhuc ponere oportet informationē distinctā sine tali absoluto accidēte possibili. Hoc ꝯcludit quasi possibile p se cē esset de quidditate accidētis absoluti/q: de⁹ sic statuit in qbusdā: τ sic stabilitas possibilis esset qdditas aque: quia sic erāt in rubro mari. Grossus logicus est iste q̄ ponere intendit oēs rerum possibilitates in definitionib⁹ naturarū/cum sic habebit definitionē cōpactā ex cōtrarijs: quia cōtra naturam potest ex eis deus facere quod pponit/sicut declarat Ambrosi⁹ de partu virginis/lib.
Ambrosi⁹ iiij. de sacramētis dicēs. Cōsuetudo est vt nō generetur homo nisi ex viro τ muliere/τ cōsuetudine cōiugali: sed quia noluit dominus qui hoc elegit sacramētuz/de spiritu sancto τ de virgine natus est Christus. Uides ergo contra instituta τ ordinem homo est natus ex virgine. Hec ille. AVTHOR. Nūquid ergo quia partus istius hominis fuit cōtra instituta nature/semp cū sermo fiat de partu hoīs oportet includere ꝙ posset esse de virgine? Nec quotiens sermo fit de accidēte absoluto/annectēdum est ꝙ poterit per se esse/ne hoc intelligat posse fieri potestate nature? Unde in definitiōe eclipsis lune non est ponendum pleniluniū q̄uis in Christi passione sic cōtigit: nec sal in definitione femine: vel aqua in definitione vini: nec item per se esse, in definitione accidētis absoluti. Uerumtamē sophista cogeret eum concedere quodlibet accidēs esse per se/quia cum sit genus/vel p se in genere est per se primo: τ est quid vel quidditas ex proprio genere τ differētia essentiali resultās. Item quia multa accidētia insunt subiectis per se secūdo/de quibus demōstrari possunt per dici de omni demonstratione potissima. Item multa accidētia sunt per se cause situādi calefaciendi τ alterādi varie/sicut fragor τ cōcussio nubiū est causa coruscatiōis. Ecce triplici forma accidēs est per se. Cur negat iste pro tāto incōuenienti accidēs per se in sacramēto altaris: nō perpendens sophistice posse sic dici/ea libertate qua ipē sophisticauit cum ecclesia prelatorum/ꝙ accidentia panis non sunt in sacramento sine subiecto: quia non sine corpore Christi/quod multorum accidētium est subiectum? Sed de informatione dicunt subtiles terminum illum sumi formaliter pro respectu sub quo forma actu informat subiectū presens/vel pro fundamēto illius respectus aptitudinalis/sub quo forma illa sibi dimissa actu subiectū presens informare est apta: sicut eadem actuatio forme distinguitur a philosopho in principio secūdi aīe. Hoc quidem sicut sciētia/illud sicut considerare. Et neutro modo est informatio accidens distinctū ab essentia que est forma: sed sicut gradus intensus vel remissus in qualitate vel cōtinuatio in puncto/ita est informatio in forma. Contra dicit: quia informatio accidentium potest suspendi ipsis manentibus: verum est: sed cum informat se ipsa informat. Nō est necesse semper moueri quod mouetur ab alio. viij. Physicorum. sicut forma suspēditur a deo τ perficitur. Unde creatio actiua dei est sola essentia: τ tamē deus fuit nō creans ab eterno/nec ille respectus additus addit essentiam. Et iterum ratione quadā subsequitur/τ non mediat inter deum creantem τ creaturam productam. Et mirum quomodo iste poneret tale vinculum inter subiectum τ accidens: quia alias vt dicit quantitas vel qualitas non probaretur distincta a substantia: cum subiectum τ accidens nō nisi modaliter distinguūtur. Et ꝙ oportet ponere tam forte vinculum ad catenādum sibi seipsum a seipso re, τ essentia indistinctum. Fideles enim ponunt ea essentialiter distingui/τ tamē seipsis si dimittantur satis fortiter copulari. Et in eadem accidentali forma sunt tria per ordinem secundum propinquius τ distantius saltem naturalis preexigentie ordine inter subiectum τ accidens: τ oēs sunt gradus forme vt informatiua est/quarum informatio actualis est vltima τ subiecto propinquior: q: prius forma talis preexigitur inesse subiecto τ actu dependere q̄ꝙ inhereat: τ demum prius inherere q̄ꝙ informet: τ demum actu informare denominatiue subiectum: qui oēs sunt nisi gradus quidam modales eiusdem forme: vt cōtingenter respicit subiectum suū extrinsece non quidditatiue. Cetere rationes quas mouet iā in subtilib⁹ doctoribus adinuenit cum solutionibus earundē: sed ipas tacet. Illuc ergo pergant qui mouentur per eas: quia iste locus non sufficit singulis recitandis.

Ad authoritates Augustini contra accidens sine subiecto. Caput. LXXX.

Sed iam post ista extorquet sibi testimonia sanctoruz. capite illo Witclef.
tertio de Eucharistia. Quātum (inquit) ad testimonia sanctorū reduco ex multis triplex testimonium Augustini/de quantitate anime. cap. iiij. vbi dicit ꝙ corpus non potest esse sine altitudine. Item secundo soliloquiorum cap. xiij. Cui (inquit) posse fieri videatur vt illud quod est in subiecto maneat/ipso intereunte subiecto? monstruosum enim τ a veritate alienissimum. Item epistola ad Dardanum. Tolle ipsa corpora qualitatibus: qualitates corporum nec erit vbi sint. Dicitur ꝙ q̄uis testimonium Augustini longe sit postponendum decreto generalis ecclesie/sicut ipse dicit libro tertio de baptismo contra Donatistas. capite octauo. ꝙ pace Cypriani vult sibi τ concilijs suis in Africa preponere authoritatem vniuersalis ecclesie/cuius ipse Cyprianus se membrum esse gaudebat. Tamen ipse Augustinus sapientis vsus consilio quorundam librorum suorum infirmitates exponit: maxime illorum quos nondum christianus cōfecit/sed multa in eis protulit secundum consuetudinem inflatam sibi secularium literarum. Un- Augusti.
de in prologo libri retractationum Augustinus. Nec illa (inquit) sane pretereo que catechuminus iam licet relicta spe quam terrenam gerebam/sed adhuc secularium literarum inflatus cōsuetudine/scripsi: que τ ipa exierunt in notitiam describentium atq legentium: τ leguntur vtiliter si nonnullis ignoscatur: si tamen non inhereatur erratis. Quapropter quicunq ista lecturi sunt/non me imitentur errantem: sed in melius proficiētē. Hec ille. AVTHOR. Inter istos libros est liber ille soliloquiorū quem iam clamasti: inter illos etiam liber de immortalitate aīe. In quo idē scribit ad propositū tuū de cera euanescente τ cōsequente: nec quicq eorum que in illo subiecto erāt/remanere putari. De quibus tamē scriptis suis ibi idē Augustinus increpat rationes tortas τ breues: τ vix intellexisse seipsum dicit: τ item aliquid scripsisse se dicit quod minime fecisset si

iam literis ecclesiasticis plene eruditus fuisset.ibidem
cap.iij.sequēti.Quid ergo mirum si de tam obscura fi-
dei questione/scz accidēs sine subiecto/tūc nō susceptis
fidei rudimētis foret ignarus/ꝛ secūdum nature cōsue-
tudinem protestaretur nō posse esse quod nec tractatus
libri protūc fieri postulauit? Aut quadrat ꝙ loquatur
in vno loco secūdum nature cōsuetudinē sicut philoso-
phus:in alio econtra fidē loquatur vt catholicus. Sic
magnus Lincolniēsis dum agebat philosophice in ex-
positione libri posteriorū dixit:nō posse accidēs esse si-
ne subiecto/de quo tu gaudes.Ubi vero fidē explanare
pertētat/in expositione Dionysij protestat̄ oppositū/
de quo tu doles:ꝛ dicis ipsum omnino penituisse ante
mortem/quia in eo tibi displicuit.Et Damascen⁹ in lo-
gica sua dicit idem accidēs non posse esse sine subiecto.
In sentētijs tamē dicit lucē creatā primo die accidēs
sine subiecto fuisse:hic naturaliter loquens vt philoso-
phus/ibi vt fidelis.Sic vbi naturali quodam processu
Augustinus incessit/nihil supra naturā de dei potētia
disputauit:sicut in libris soliloquioꝝ/ꝛ de immortalita
te/ꝛ item de quātitate aīe:sicut ꝛ recolit ipē differētias
huiusmodi de potestate naturali ꝛ diuina/ lib.xxvi.con
Augusti. tra Faustum.Cecum(inquiēs)a natiuitate lumē vide-
re natura nō sinit qd̄ tamē Jesus potēter opari videt̄/
erga huiusmodi cecos/adeo vt Judei ipsi exclamarēt:
ab initio seculi nūꝙ fuisse visum vt aliquis aperuisset
oculos ceci nati.Manū aridā sanasse/vocē ac verbum
priuatis his per naturam redonasse: mortuis ꝛ iam in
tabem resolutis corporib⁹ cōpage reddita vitalem re-
integrasse spiritū.Sequitur.Que tamē omnia nos cō
muniter facta ab eodē credim⁹ Christiani/nō cōsidera-
tione iā nature/sed potestatis tm̄ ꝛ virtutꝭ dei.Hec ille.
AVTHOR. Ecce ꝙ ingētia facta Christi contra cur-
sum nature:ꝛ plus repugnātia ꝙ suspendere accidēs a
subiecto.Sed bene dicit Augustin⁹ nō hec cōsideratio-
ne nature sed potestatis diuine.quā tamē distinctionē
vehemēter reprobat witcleff in de apostasia.cap.xvi.
Augu.hic eā ꝛ ecclesia alias famose docet. Uñ ꝛ Am-
brosius vtitur hac ipā regula cōtra Nouatianos lib.ij.
Ambro.vt de penitētia dicēs.Possum illud dicere ei q̄ hoc de pe-
Augusti, nitētia dictū putat/quia que impossibilia sunt homini/
possibilia sunt apud deum.Et potens est deus quando
vult nobis donare peccata etiā que putamus nō posse
cōcedi:ꝛ ideo qd̄ vobis impetratu impossibile videtur/
deo donare possibile est.Nam ꝛ impossibile videbatur
vt peccatū ablueret aqua:deniqꝫ Naamā Syrus leprā
suā mūdari p aquā posse nō credidit:sed qd̄ impossibile
erat fecit deus esse possibile/qui tātam nobis donauit
gratiā.Similiter impossibile videbat̄ per penitētiam
peccata dimitti:ↄcessit hoc Christus apostolis suis:qd̄
ab apostolis ad sacerdotum officia transmissum est.Fa
ctum est igitur possibile quod impossibile estimabatur.
Hec ille.AVTHOR.Bene igitur ꝛ laudabili more ec
clesie exponūt moderni fideles Augustinum in supradi
ctis libris de potestate ꝛ vsitato cursu nature nō potuis
se fieri accidēs sine subiecto:sed dei potestate esse possi
bile. Nā si hoc Ambrosius sufficiēs esse putauit aplo
Paulo dicēti/Impossibile est hos q̄ illumiāti sunt ꝛc.
rursus renouari in penitentiā: qd̄ dictū p parte sua.
Nouat⁹ assumpsit/ꝛ ipē exposuit de īpossibilitate apd̄
hoīes:multo magis pōt Augustin⁹ sic exponi in libris
quos scripsit minus adhuc eruditus ecclesiasticis rudi
mētis de impossibilitate accidētis sine subiecto/ꝙ scꝫ
impossibile est homini hoc facere secūdū cursū nature/
deo vero satis est possibile:ↄtra qd̄ nūꝙ Aug.edocuit.
Idcirco aduersarios oportet istā equiuocationē impos
sibilitatis euadere/vel nō proficiēt ex Augustino. Sed
esto ꝙ questionē illam catholicā de accidēte sine subie-
cto in quolibet loco nō disseruit: q̄d hoc? quot difficiles
questiones in ecclesia emerserūt post illū/quas ipē non
tetigit? Aut post multa cōtra Pelagianos que diffuse
cōdiderat/nūq̄d pene effugit manus eius/questio que-
dam secreta Pelagij/Si Ade peccatū nō peccātibus
nocuit/ergo Christi iustitia nō credētib⁹ profuit.q: vt
dicit/sibi in mētē omnino nō venit:nec talia dicere vel
cogitare posse quēꝙ putauit.lib.iij.de baptismo paruu
loꝝ in principio dicēs.Uerū post paucissimos dies le- Augusti.
gi Pelagij quedā scripta/viri vt audio sancti ꝛ nō par
uo prouectu christiani/que Pauli apostoli expositiōes
breuissimas continerēt.Atqꝫ ibi cōperi cū ad illū venis
set locū vbi dicit Apostolus:Per vnum hominē pecca
tum intrasse in mundū/ꝛ per peccatū mortē/atqꝫ ita in
oēs hoīes pertrāsisse/quādam eoꝝ argumētationē
qui negāt paruulos peccatū originale gestare/quā fa-
teor in illis tam lōgis voluminib⁹ meis nō refelli: q: in
mētem mihi omnino nō venerat quēꝙ posse talia cogi-
tare vel dicere.Hec ille.AVTHOR.Quid mirum igit̄
si veritas accidētis sine subiecto Augustini disputatio
nem euasit que nō vsqꝫ post multa tēpora ꝓpter Berē-
garianas figuras doctoꝝ catholicoꝝ subtili fidelitati
cōparuit: ꝛ āte hoc nulli catholico venit ī mētē/ꝙ q̄sꝙ
heretic⁹ talia dicere vel cogitare valeret? Sed dicit ali
q̄s illoꝝ:q̄ temeritatē istā retractasset Augustin⁹ sicut
ꝛ alia forsan minora ↄtra fidē:istud aūt si retractauerit
exhibite.Dicūt fideles facto retractasse vbi alibi dicit
accidēs posse esse sine subiecto suo/vt infra dicetur.Nā
ꝛ idē Augustin⁹ in logica sua vbi dicit accidēs in pro-
prio gn̄e non posse esse nisi in subiecto:ibi itē dicit aīal
nō posse intelligi nisi de subiecto hoīe.ꝛ nūquid angeli
habebāt intellectū aīalis ante creationē hoīs? ꝛ tamē
sicut nec retractat primū sic nec inuenit̄ retractare secū
dū. Itē idē Augustin⁹ li.ij.ad Simplicianū videt̄ assu- Idem.
mere ꝙ nullū sit corpus nisi coloratū.Dici(iquiēs) pōt
corp⁹ si figurā habeat/colorē nō habeat/videri nō pōt:
nō q: est corp⁹ cui desit color/sed q: si esset cerni nō pos
set.Hec ille.AVTHOR.Sciūt tamē docti naturales
corpora celestia nō colorata.Uñ Damascen⁹.ij.lib.sen-
tētiarū.cap.v.de creatione mūdi/dicit aerē incoloratū
ꝛ Algazel in sua physica tractatu. iij. Ignis est sicut
aer:q̄ nō habet lumē in se neqꝫ colorē/sed est ↄmeabilis
estqꝫ aer ignitus.Nō valet igit̄ argumētū istud ab au-
thoritate negatiue.Hoc dicit Augustinus:nec inuenit̄
in lib.retractationū hoc retractasse:ergo voluit hoc ha
bere p definito vero. Alibi eñ plerūqꝫ modicat aut ali
ter exponit quod ibi absolute disseruit:ꝛ hoc erit facto
retractasse.Et item omne illud quod ecclesie posteriori
displicuit/cui ipse semper placere ꝛ consentire gaude-
bat/pro retractato debet haberi in genere.

Qꝫ witcleff per tres glossas generales cor rumpit omnium antiquorum & citeriorū patrū sentētias orthodoxas. Ca.LXXXI.

Preterire item non possumus ge-
nerales glossas quibus witcleff
omnes doctorum veritates eua-
cuare conatur circa substantiam
sacramēti:ꝛ sunt tres in numero.
Prima per vnum aduerbiū prin Glosse
cipaliter. Scd̄a p duo aduerbia/ witcleff.
pure/naturalr̄.Tertia est Hocka
nica de cōsideratione mētis ꝛ sus
pēsione cogitatiōis actualis.¶Quātū ad primā ipsā
instituit ad tollendum omnes doctorum ꝛ sanctorum

patrum propositiones dicentes quandocunq; expresse
⁊ ab intentione tractantes nō esse panem materialē in
Prima. Eucharistie sacramēto.iiij.trialog.cap.xxij. Istum (in-
quit) modū vellē phariseos nostros attēdere qui negāt
infideliter ꝙ hostia cōsecrata sit panis/quia Ambrosi⁹
⁊ alij doctores videntur dicere ꝙ post cōsecrationē nō
panis sed corpus domini est dicendum. Nunquid tales
blasphemi volunt negare fidē scripture Apostoli ⁊ ver
bum Christi/propter sinistrū intellectū verbi doctoris
apocriphi? Intelligit enim more apostoli ꝙ post conse
cratonē nō principaliter erit panis. Hec witcleff. AV-
THOR. Stupet mēs mea vltra ꝙ exprimere valeo de
temeritate huius improbi viri ⁊ maledici/qui vesana
towo spiritu de patre Ambrosio verba pronūciat: pro-
pter sinistrum intellectum (inquit) verbi doctoris apo-
criphi. Cuius doctoris? Ipse predixit Ambrosiū. Heu
tam egregiū/tam predicādū antistitem/quē tota Chri-
sti ecclesia miro veneratur affectu/⁊ beatus Augustin⁹
eruditorē in fide/⁊ patrē in sacro fonte habuisse letat:
improbus/stultus/⁊ acer hereticus non veretur apocri
phum dicere: cuius nec nomē tacitū est/nec opera vilis
fame/nec incerta authoritas. Sed ⁊ hoc audax conui-
tium a magistro suo contraxit. Berēgarius nempe san
ctos Hieronymū ⁊ Gregoriū procaci fronte dixit apo-
criphos. Unde libro.iij.de corpore ⁊ sanguine dñi Gui-
Guimūd⁹. mundus. O iniqua licētia? Quos ecclesia dei in edifi-
cationē sui per totū orbem tantis tēporibus/sub tantis
doctoribus legit ⁊ legendos tradidit: hos pauculi mi-
nus docti ⁊ aīales/nullo rationis intuitu nisi tm̄ qr nō
placent eis/apocriphos dicūt. Et qui paganorum libē-
ter historias amplectunt/christianas historias quas to
tus mundus amplectit/cassare laborant. Hec ille. AV-
THOR. Attamē hec vna consolatio est: non nobis mo
lestū esse potest quos appellet pseudofratres/cesareos
clericos/aut pfundos hereticos/quādo gloriosissimos
patres audet fateri apocriphos. Quo ad Ambrosium
dico ꝙ Christus in euāgelio vbi Tyrum cōmemorat ⁊
Sidonē ⁊ ciuitates vastas/tamē iustificat eas in com-
paratione terre ptinacis ⁊ incredule/docēs me hoc ipo
in cōparatione nostri witcleff iustificare Pelagium:
qui cum durus esset hereticus: tamē extulit incredibili
laude Ambrosiū sanctum. Unde.iiij.lib.cōtra Julianū
Augusti. cap.ij. Augustin⁹ gloriosissimo martyri Cypriano. Ad
istos cumulatius redarguēdos beatissimum addamus
Ambrosiū/quoniā ⁊ ipsum Pelagius ita laudauit vt
ne ab inimicis quidē in eius libris qđ reprehenderetur
diceret inueniri. Hec ille. AVTHOR. Et lib.i.contra
Idem. Julianū.cap.xij.idem Augustinus. Cōuinceris vndiq;.
Luce clariora sunt testimonia tanta sanctorū/in quorū
conuentū te introduxerim/cōspice hic est Mediolanen
sis Ambrosius/quē magister tuus Pelagius tāta pre
Ar.fidem dicatione laudauit vt diceret in libris eius precipue lu
cem elucere Romanā/quia scriptorū inter latinos flos
quidā speciosus enituit/ita vt eius fidē ⁊ purissimū in
scripturis sensum reprehēdere ne inimicus quidē aude
ret. Hec ille. AVTHOR. Uide ꝙ Pelagius nō spera-
uit Ambrosiū in fide scripture ab inimico posse repre-
hendi. Putas ergo ne ab amico eius sic posse fieri? Ue
re ergo nō est witcleff amic⁹ Ambrosij/sed nec simplex
inimicus: immo multiplex ⁊ validus inimicus: qui non
lente sed tā turpiter reprehendit. Et ipe quoq; witcleff
olim laudare eū solebat/quia vbi pro parte sua videtur
sibi ꝙ faciat in probationem sue perditionis adducit:
⁊ pro magno etiā titulū falsi nominis Ambrosij vel ei⁹
discipuli authori de diuinis officijs tribuit: quē Cancel
larius Oxoniēsis waleranū appellat/reuera cōtempo
raneum Anselmo virū erroribus deprehēsum. Quomo
do ergo iam mutauit verbū/vocans apocriphū sacrum
presulē/cuius authoritate in libro de natura ⁊ gratia:
item in cōmonitorio Fortunati ⁊ cōtra Julianū ⁊ alibi
nominatim vtitur Augustinus? Immo/quod lōge am-
plius est/oīs illa grādis ecclesia Christi Jesu. Hucusq;
cum sancto Ambrosio digressi sumus/reuertamur tan-
dem quo intendimus. At certe Ambrosius sanctus pa
ter vno felicissimo verbo suo suscitauit choleram wit-
cleff: cū diceret in libro de sacramētis de sancta Eucha
ristia ꝙ nō sit panis qui in vētrem vadit. Supra eñi se-
pe totum dictum protulimus. Ad hāc fidem tollēdam
ꝙ nō sit Christi corpus/sed nudus panis/cibus vētris/
witcleff pudore victus negādi Ambrosium glossam fa
brefecit frustratoriā illius professionis Ambrosij in ver
bo pricipaliter. Immo (inquiēs) panis est qui in vētrez
vadit: nō tamē principaliter/sed principaliter figurati-
tium corpus Christi. ligās sanctū Ambrosiuz cōtra vo
tum dicere plus esse figuram veritate/⁊ vmbram luce/
tropicum corpus naturali pane. Inter naturas tamen
⁊ figuras que erit principalior audiamus nobilem logi
cum Augustinū secūdum regulam scripture sacre prin
cipalitatem huiusmodi pōderātem in libro questionuz
super Exodum/questione. xx. quare dictum est/Uirga
Aaron deuorauit virgas magorum ⁊ nō draco. vbi di- Augusti.
cit. Si dictum esset/ ⁊ absorbuit draco Aaron virgas
eorum/itelligeretur verus draco Aarō phātastica illa
figmenta nō absorbuisset/sed virgas. Hoc enim potuit
absorbere quod erāt/nō quod esse videbātur ⁊ nō erāt.
Sed quoniā dixit/Absorbuit virga Aaron virgas illo
rum/draco vtiq; potuit virgas absorbere/nō virga. Sz
eo noīe appellata est res vnde versa est/nō in quod ver
sa est. Quia vero ī id etiā reuersa ē/ideo hoc vocari de-
bebat qđ principaliter erat. Hec ille. AVTHOR. Ecce
virga Aaron virga naturalis fuit ab exordio/⁊ in natu
ralem draconem per miraculū iam cōuersa adhuc prin-
cipalitatem suam habet in virga/non in dracone/ꝙuis
draco natura excellētior/quia viua. Nec in figuratione
erat ista disparitas/sed in natura prima ⁊ secunda. Uo
cari (īquit) debebat quod principaliter erat/scilicet vir
ga. Magis autem si fuisset draco dūtaxat in figura ad-
huc principaliter esset virga/sicut de virgis magorum
estimat Strabus. Iā ꝯformemus hāc regulam. Si pa
nis superesset cōsecrationi in natura/fieret autem cor-
pus Christi in figura sola/principaliter panis esset/qr
panis ab origine ⁊ natura: ⁊ corpus solum secūdario in
figura. Huic cōformis est locutio scripture pene vbiq;.
Uide septem spicas in genesi: dicte sunt tropice septez
anni/nō autem principaliter vsꝙ: sed pricipaliter septē
spice secūdum substātiam ⁊ septem anni per disparem
quandalitatis respectum. Ecce Christus dictus est fi-
guraliter ouis ⁊ agnus: nunquid per hoc principaliter
erat ouis secundum figuram/⁊ non magis principali-
ter Christus quod fuerat per naturam? Petra per fi-
guram: sed principalius Christus per naturam. Imagi
nes sunt hominum per figuram/sed principalius argē
tum ⁊ aurum sunt secundum substantiam. Propheta
Dauid hunc ordinem obseruante cum diceret. Simula
cra gentium argētum ⁊ aurum. Tandem qđ posterius
in eis est subiecit. Opera (inquit) manuum hominum.
Primo qđ sunt secūdum naturam/⁊ sic principaliter.
Postremo qđ sunt per artificium vel figuram. Et hoc
ꝙꝙ talia signa forent: quorū omnis vsus in significādo
esset: quales sunt voces ⁊ figure scripte secūdum Augu
stinū capite primo primi de doctrina Christiana/velut
cum dicitur/Oratio est vox significatiua ad placitum.
Quasi diceret / est vox principaliter per naturam: ta-
men significat per figuraz. Et quod witcleff ipe crebro

cōmemorat/cum tropice dicit: Joānes est Helias tam spiritu ꝙ̃ virtute/nunquid ex hoc principaliter est Helias ⁊ non Joannes? Quid si eo tēpore Helias viueret cum Joanne/cōparando personā persone/ ⁊ gratiā gratie: nunquid Helias Joanne foret prestantior? Christo dicēte/ꝙ inter natos mulierū nō surrexit maior Joāne Baptista. Et in tertia parte sermonū de natiuitate scti

Augusti. Joānis Baptiste/sermone Causa hodierne/Augu. Dominus noster Jesus Christus de Joanne hoc dixit/Inter natos mulierū nō surrexit maior Joanne Baptista. Si cōparetur hominibus Joannes/omnes superat ille homo: nō eū vincit/nisi de⁹ hō. Hec ille. AVTHOR. Si ergo Joannes oēs homines superat/⁊ secundū substantiam cōparatus nō eum vincit homo/nisi deus homo: non ergo vincit Joannē Helias homo/sed vincitur a Joanne. Sed vnūquodqꝫ melius est in sua natura ꝙ̃ ipsuꝫ in sua figura. Nō est ergo Helias homo in figura/ Joāne principalior in natura. Alicubi ergo per scripturas fundet glossam istā peremptoriā aut sacrorū patrū scriptis/cui sic cassa voce conceditur omnes simul fidei

Contra secūdā glossam witclef. christiane tollere veritates. ¶ Alia eius glossa in duobus geminat aduerbijs: pure/naturalr. cap. xvi. de apostasia. In duobus (inquit) stat nostra variatio in ista materia. Primo in propositiōe affirmatiua qua dicitur ꝙ accidens est sine subiecto. Secundo in propositione negatiua: qua dicitur/ꝙ nō remanet substātia panis aut vini post consecrationē. Per duo ergo aduerbia tollo coloratius ambo/scilicet per ista duo/pure/naturaliter: Et si mille testimonia sint adducta que sonuerint ꝙ accidens sit sine subiecto/hoc potest sane intelligi ꝙ sit sine subiecto suo pure naturaliter subiectante/ꝙuis enī substantia panis sacramentalis subiectat eadē accidētia que pri⁹/hoc tamē fit miraculose. Hec witcleff. AVTHOR. O peruersum ⁊ peruertentē hereticū: quomodo in hoc gladio ancipiti mutilare desiderat quotlibet sanctos testes? Jā se credit bene tutū hac infantili glossa leuissima ⁊ vanissima qualē nec in alicuius heretici libris poterit quisꝙ̃ lector diligēs inuenire. His glossis ambiguis iam teneri dialectici se solent defendere sine testificatione authoris/leti ꝙ qualecūqꝫ diffundant ingeniū. Soliditas fidei venas intimas scripturarum ⁊ sanctorū interrogat. Nam ista glossa non tm̄ facit obsequiū magistro suo witcleff/quin ⁊ impio Arrio ⁊ Pelagio obsecundat. Arrius dicit Christū pure creaturā. Obijcit fidelis testimonia scripture ⁊ sanctorū dicentiū non esse Christū pure creaturā: sed Arrius econtrario. At in glossa witcleff per hec duo aduerbia/pure naturaliter/cuncta illa soluentur: quia Christus nō est pure naturaliter creatura/cū fuit miraculose partus ex virgine/aut in principio creaturarū ex deo processit vt fieret creatura/⁊ sic non est pure creatura: est tamen pure creatura in substantia sua ⁊ natura. Pelagius item dicit ex sua natura posse hominē remissionem mereri. Ducantur mille testimonia dicētia ꝙ nō nisi per gratiam: ⁊ hac generali glossa soluet cuncta cum dixerit ꝙ non pure naturaliter/quia per gratiā cōsequentē/que grande est miraculum. Et iterum vide stultitiā huius philosophi. an non Joannes Baptista fuit pure naturaliter homo ⁊ filius Zacharie/ꝙuis per miraculū figura fuit Helie? ⁊ cur ergo nō hec est hostia pure naturaliter panis in substātia ꝙuis fuerit corpus in figura? Itē passiones tristitie/esuriei/⁊ sitis/frigoris/crucifixionis/⁊ mortis fuerunt in Christo pure naturaliter secundū naturā humanā: cum tamē erat absolut⁹ ab istis in superiori portione mentis per gratiā. Quid ergo prohibet proprietates accidētiū pure naturaliter inesse subiecto suo secūdū suā naturam: ꝙuis per tuā heresim esset corpus per miraculū ⁊ figurā? Proprietates enim semper ei insunt primo cuius sunt in quocunqꝫ sit: sicut sensibilitas primo inest anime: ꝙuis reperiatur in hoīe etiā in deo homine. Ergo nec accidentia sacramēti destituentur pure naturali insistentia subiecto/ꝙuis subiectum eorum in dignitatē corporis sit leuatū.

Cōtra tertiā glossam witcleff. ¶ Tertia item glossa eius huic vicina/que est de sopore considerationis humane: ita vt cum accidētia respexerit tradat obliuioni subiectuꝫ vt feratur in corpus: ⁊ hoc vt dicit est accidēs esse sine subiecto. O illepide? ꝙ̃ insipide? nūꝙ̃ a theologo saltem triduano dicendū. Primo quia sic a fortiori accidentia extrinseca essent tollenda subiectis: quia eis sublatis non necesse esset suspēdere intellectū a consideratione substātie: vt sic fides libere volare posset in corpus. Et sic manēs subiectum non turbaret intellectum a consideratione corporis. Immo ⁊ sic melius poneretur subiectū sine accidentibus per soporē considerationis/ꝙ̃ accidētia sine subiecto. Primo qꝛ sic posset esse in re: ergo sic debet esse in cōsideratione. secūdū illud. Sic se habet res ad cognosci sicut ad esse. Secundo/ quia minorē causaret difficultatē ad credēdū subiectum esse posse sine datis accidentibus/ꝙ̃ hec ipsa sine subiecto. Itē tu frequēter dicis panē secundū suam substantiā esse hoc venerabile sacramentum: ergo panis secundū suam substantiam in sacramēto est venerandus. Quomodo ergo a consideratione tollendus: quādo ex omni animo est taliter venerādus? Uel quis tenet secūdum hanc rationē actualiter venerari rem quā protūc tenetur nō attendere? Item hac ratione nō sola sunt accidentia ponēda sine subiecto pane/ sed tam accidētia ꝙ̃ panis sine corpore. Quia etiā a corpore separāda est attentio/vt feratur in deū: qꝫ est spiritualiter comedere carnem Christi. Unde sup illuꝫ versum. Et adorate scabellum pedū eius. ps̄. xcviij. Augustinus. Cum adoras

Augusti. illum ne cogitatione remaneas in carne/ ⁊ a spiritu nō viuificeris. Spiritus est enī qui viuificat. Caro autē nihil prodest. Tūc autem quādo hoc dominus cōmendauit/de carne sua locutus erat/⁊ dixerat. Nisi quis manducauerit carnē meam/nō habebit in se vitam eternaꝫ. Hec ille. AVTHOR. Que verba item sumens in cap.

Anselm⁹. xi. de corpore ⁊ sanguine dn̄i/Anselmus. Cū (inquit) de altari sumimus carnem Jesu/ curemus sollicite ne cogitatione remaneamus in carne: ⁊ a spiritu nō viuificemur. Nisi viuificamur a spiritu / caro nobis non prosit quicꝙ̃. Nam si cogitatione remaneam⁹ in carne saluatoris/non solū non viuificamur a spiritu/sed nec intelligere possumus quo modo caro Christi hominis ab homine possit manducari/nisi sicut intellexerunt illi duro corde/quibus durus visus est sermo Christi/⁊ abierunt retro. Acceperūt enī illud stulte/carnaliter illud cogitauerūt/ꝙ precisurus esset particulas de corpore suo/⁊ daturus illis ad mānducandū. Debemus ergo illud corpus domini spiritualiter ⁊ diuino quodā modo cogitare/humiliterqꝫ diiudicare/ idest ab omnibus alijs cibis diuersum iudicare/⁊ spiritualē carnē Jesu spiritualiter manducare/id est sacramento eius carnis que in altari ꝑcipitur. Rursūqꝫ credere debemus ipsam carnē crucifixam ⁊ sepultā/sub suo item sacramēto nō occidi a nobis nō discerpi/nō deuorari more communis carnis sed sub specie panis incorruptibiliter frangi / immolari: ⁊ nunꝙ̃ consumi. Hec ille. AVTHOR. Ex his liquet ꝙ corpus nō est ibi principaliter/sed spiritus ⁊ gratia sacramenti. pro prima glossa dicente / ideo non esse ibi panē/qꝛ est principaliter corp⁹. Jam nec est ibi principaliter corpus/sed deus. Nec intētio nr̄a debet vltimate ferri ī corp⁹: vt sic dicāt accidētia manere sine subiecto/qꝛ subiectū nō attēdit. Nec enī ī speciēb⁹ panis nec

in ipso corpore debemꝰ cogitatione manere: sed ulteriꝰ eundum est ut uiuificemur a spiritu. Et sic undiq; patet ꝙ cassas glossas edocuit: nec tã cassas q̃ temerarias. Quia ꝓ istas iactat se posse trahere ad ꝑtẽ suã hereticã oẽs sanctos ⁊ scriptores catholicos/quantũcũq; dicta eorũ sonuerint in partẽ oppositã. Nec tantũ dicit/ sed tentat etiã circũducere illos qui per processus planos ⁊ magnos scripserunt in libris/⁊ uiuis uocibus docuerũt solã corporis Christi substantiã/⁊ nõ panis esse Eucharistiã: ⁊ ex hoc accidentia ibi patẽtia sine subiecto ibi manere: dicẽs illos intelligere panis substantiã ibi manere/sed nõ principaliter/uel pure naturaliter: ⁊ secundum considerationem accidentia ibi non habere subiectũ. Sic glossat Augustinũ/Gregorium/Hilariũ/ Eusebium: sic citeriores patres: qui tam clare contradicunt ipsi ut nec nos clarius contra eũ loqui ualeamus: nec uerbis pluribus repugnare: Rabanũ puta/Anselmum/Lanfrancum/Gundophilũ: immo sanctum Thomam/Scotũ/Bonauẽturã/⁊ Hockam: oẽs cum ista cauda glosse sue trifarie ĩ libris Eucharistie/ apostasie/ trialogi/⁊ alibi secũ trahit: plus iactans de uiribus oratione illo rufo qui solam tertiã partẽ stellarum de celo in cauda sua traxit ad terras. Iste in trifurcata cauda sua omnes stellas celi ⁊ fideles scriptores ad terrã sue hereseos conatur obruere. Vereor enĩ ne me scriptorem pauperculum etiã ad partem suam sectator eius quisq̃ quis cũctis uiribus renitentẽ affigat. Sed ideo in istorum sanctorũ patrũ cetũ meũ witcleff deduxi/a quorũ dictis tenebitur si teneri ualebit. Quibꝰ itẽ nullã põt improperare calumniã nisi nos urat: nec eos ulla glossa linere/nisi eodẽ fuco omnes nos ungat. O quid dicturus est eis in posterũ quorũ tam est tam interpres equiuocus ⁊ falsus expositor? Nunquid ut libro.i. cõtra Iulianũ cap. v. Augustinꝰ? Cum te uiderẽ (inquit) in libris tuis non antelucano cõuiuio temulẽtũ/sed insano cõuitio turbulentũ/ introduxi te sedandũ atq; sanandũ non in alicuius philosophi auditoriũ/sed in sanctorũ patrũ pacificũ honorandũq; cõuentũ. Sit operepreciũ obsecro te aspicere illos quodãmodo aspicientes te/⁊ mansuete ac leniter dicẽtes tibi: ita ne nos fili Iuliane Manichei sumus? Rogo quid respõdebis? Quibꝰ eos oculis itueberis? Que tibi argumẽta succurrẽt? Que tuorum argumẽtorũ/uel acies uitrea/ uel plumbei pugiones in illorũ cõspectũ exeri audebũt? Que abs te arma non fugiẽt: nudũq; constituent? An forte dicturus es neminẽ illorũ te in isto crimine nominasse? Et quid facies cum tibi dixerint: tolerabilius dente maledico nomina nostra conciderces q̃ fidem nostrã/cuius merito in celo nomina ipsa scripta sunt nostra? Hec ille. AVTHOR. Hec uerba nunq̃d sancti omnes iaculabunt in witcleff quorũ sentẽtias per glossam suam facit esse Berengarianas de catholicis: ⁊ que erant orthodoxe facit hereticas? O (inquiẽt) witcleff/nũquid nos Berẽgariani sumus aut heretici witcleffiste? Tolerabiliꝰ noĩa nostra conciderces dente maledico q̃ fidẽ. Propter fidẽ enim quam semper seruabamꝰ illesam: nomina nostra in celis conscripta sunt/nõ fides retributa propter nomina. Leuiꝰ ergo dixisses nos aut blasphemos uel hereticos quod item orthodoxis filijs nostris falso improperas/ q̃ ꝙ tibi consensimus contra fidem. Corrumpe textus: adde glossas: tandem penas lue falsarij. Inspector cordium nouit quia nec professione conuenimus tibi nec animo. Has ergo tres glossas reijcimus quousq; ipsas in authoritate competente fundaueris. Orthodoxi uero facilius procedentes ⁊ uerius unam glossam contra omnes panes illius naturales inueniunt: nec tamẽ motu suo spontaneo: sed in sanctorum patrum scriptis publicis formatam assumunt. Quarto enim sententiarũ suarũ. cap. v. eam in terminis approbat Damascenus. Si quidam antitypam.i. refiguratiuam corporis ⁊ sanguinis domini panem ⁊ uinũ uocauerũt/ut diuus dicit Basilius/non postq̃ sanctificata sunt dixit/sed anteq̃ sanctificata esset ipsam oblationẽ ita uocans. Hec ille. AVTHOR. Ecce regulam Damasceni. Si quis dixerit uel secundũ scripturas uel doctores panẽ aut uinũ esse figuras corporis ⁊ sanguinis Christi: hoc intelligit non post consecrationẽ/sed ante: quia corpus Christi si dicatur panis/nõ ideo quia est panis ita dicitur: sed qr de pane qui cõsecrationẽ precessit per conuersionẽ substantie fit corpus Christi. Ipse ergo witcleff talẽ queq̃ de sanctis patribus adducat dicentẽ ⁊ docentẽ glossas suas de duobus aduerbijs ⁊ uno aduerbio: nec putet sibi sufficere ꝙ sic possit euacuare mille scripturas ⁊ mille sanctos exprimẽtes fidẽ corporis Christi in sacramẽto secũdũ substantiã: sed plane doceat quis asserit glossam suã/sicut Damascenꝰ approbat expositionẽ ecclesie. Damasce.

Augusti.

Cõtra glossas Witcleff, ꝙ Anselmus & Hugo non concesserũt accidens sine subiecto.

Caput. LXXXII.

Dolamus ne posse nos ꝑficere cõtra witcleff in causa fidei si duceremus cõtra eum testes doctores ueteres ⁊ nouellos/ꝙ sit accidẽs sine subiecto ĩ sacra Eucharistia: cum libro de mysterijs misse dicit Beda. Ibi forma panis uidetur ubi substantia panis non est. Nec est ibi (inquit) panis aliꝰ q̃ panis qui de celo descendit. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ ibi est uisibilis forma panis/ubi substantia panis non est. Item de corpore ⁊ sanguine domini. capi. i. Anselmus. Est igitur in mysterijs uera dominici corporis substantia: sed absq; uisibili specie sua: ⁊ est uera species uisibilis panis/sed absq; substãtia sua. Unde beatꝰ Augustinꝰ. Quod (inquit) uides in altari panis est ⁊ calix/quod nobis renũciãt oculi nostri: quod autẽ fides postulat instruẽda/panis est corpꝰ Christi/⁊ calix sanguis est Christi. Et Ambrosius. Ut sint ⁊ in aliud cõmutẽtur. Nihil enĩ falsum putandũ est in sacrificio ueritatis: uel sicut fit in magorũ prestigijs: ubi delusione quadã fallũtur oculi ut uideant illis esse quod nõ est omnino. Sed uera species uisibilis panis q̃ fuit in pane/ipsa facta ꝑter substãtiã suã quodãmõ in aliena peregrinatur cõtinẽte eã q̃ fecit eã/⁊ ad suũ trãsferẽte corpus: que tamẽ translata ad corpus dñi nõ eo modo se habet ad illud quomodo accidẽs ad substãtiam: quia corpus dñi in substãtia sua nec album efficit albedo illa: nec rotundũ rotunditas/sicq; de reliquis. Hec ille. AVTHOR. Videtis esse de intentione Anselmi/speciẽ uisibilis panis eẽ in sacramẽto sine substãtia sua: ⁊ hoc fuisse de intẽtione Augustini dicẽtis. Quod uides in altari/quod oculi renũciãt/panis est. Nõ ergo substãtia panis/sicut witcleff hic Augustinũ itelligit. Et itẽ Ambrosij dicẽtis/ut sint/secũdũ exteriorẽ speciẽ supple/⁊ in aliud cõmutentur secũdũ interiorẽ substãtiã. Si ergo Anselmꝰ sit in isto fidelior witcleff: tam Augustinus q̃ Ambrosius egregij doctores primi millenarij posuerunt accidens sine subiecto in precipuo sacramẽto. Sed ne hoc contingeret/statim glossat Anselmum glossa sua cõmuni/ dicẽs eũ intelligere panem nõ remanere ibi secundũ consideratioẽ/sed secũdũ naturã. Unde de Eucharistia cap. v. Anselmus (inquit) ⁊ alij sancti laborauerũt nõ ad honorẽ illiꝰ signi sed ad uenerationẽ

Beda.

Anselm.

witcleff.

corporis Christi signati et sic Christi. Sic nitebatur quod quidditas substantie signantis sopiatur quo ad cosiderationem hominis: et tota intentio colligatur in Christum: ad quod per se mouent per se sensibilia et non sic materialis substantia. et infra. Et sic substantia panis et vini non remanet in actu considerationis/sicut philosophi loquuntur/ponentes sensibile et tempus poni in actu per sensationem et intellectionem. Hec witcleff. AVTHOR. Sub hac glossa nebulosa inuoluit item Lincolniensem/Hugonem/Petrum Lombardum: et plures alios doctores scribentes planissime et docentes accidens sine subiecto in hostia consecrata. cap. vi. de apostasia diligens suam pristinam vanitatem et querens mendacium. Nam quidam querunt a mendacio sicut innocentes et incauti: quos querit heresis vt circumueniat. Quidam querunt mendacium ne a veritate capiantur/sicut omnes indurati heretici fugientes sententias patrum/et sub glossarum sepibus latitantes/putantes non posse videri ab aliquo quod ibi fabricant in occulto. Primo igitur videndum est si hoc senserunt doctores quod eis imputat/et demum contra glossam in se. Primo quod non fuerit de intentione Anselmi ponere panem in sacramento vacare tantum secundum considerationem non secundum substantiam. Unde in iam dicto loco premittit Anselmus. Similitudo illa panis que in altari carnis se oculis ingerit per se inspecta non est corpus domini. Sed cum esset quiddam priori simile. i. pani inherens/vel accidens/migrante in corpus dominicum substantia cui inherebat/remansit ad peragendum sacri institutum mysterij. Quod quidem contra vsum et rationem est mundane sapientie/vt sublata substantia/substantie accidens subsistat: sed legi nature non subiacet deus: immo ipsius legis lex est creator suus: potestque accidentia subducto substantie fundamento vel continere vel in aliam transferre substantiam: qui terram vel secundum vnum prophetam appendit in nihilo: vel secundum alium super maria fundauit eam: et sup flumina preparauit eam. Hec Anselmus. AVTHOR. Ecce si substantia panis tollatur a consideratione/nunquid ideo accidens per se subsistit in consideratione? Hoc dicit Anselmus non tantum quod accidens remanet sublata substantia/sed etiam quod subsistat. Item nunquid panis migrat in dominicum corpus tantum secundum considerationem/non secundum rem/vt accidens remaneat ad peragendum sacri instituta mysterij: et tunc panis non est realiter corpus Christi/sed consideratione tantum? Item si panis est/et fit sacramentaliter corpus Christi: et non sic illa accidentia/sed tantum ostendunt per te: ergo multo aptius panis ille ad peragendum sacri instituta mysterij remaneret: et vacarent accidentia quam econtrario. Item vnumquodque sicut se habet ad esse sic ad considerari: sed corpus Christi debet omnino credi ibi esse in sacramento: ergo debet ibi considerari in sacramento. Sed hoc non potest nisi per substantiam panis secundum te: ergo requiritur substantia panis considerari ibi esse vt sit ibi sacramentaliter corpus Christi. Nam altissimum mirum esset quod cogeremur credere panem secundum substantiam esse ibi corpus Christi: et nullo modo liceret cogitare de pane. Item non est contra vsum et rationem mundane sapientie sublata substantia in consideratione remanere accidens quod ipsi inhesit: sed remanere accidens per se subsistens sine substantia sicut docet Anselmus/est contra vsum et rationem mundane sapientie: ergo per legem oppositorum accidens per se subsistere sublata substantia/vt docet Anselmus/in hostia cosecrata/non est tolli substantiam secundum consideratione preter rem/vt glossat witcleff. Et ad hoc facit quod ad hoc suadendum docet Anselmus: quomodo lex nature subiacet legi dei: et quomodo supra legem nature deus appendit terram super nihilum per viam miraculi altioris ostendens possibilitatem rei minoris. Hec omnia adducere foret superfluum pro consideratione substantie sine accidente vel econtrario/quod sine miraculo insueto consuete agunt philosophi etiam secundum eum de tempore et re sensata: vel potius in omni consideratione metaphysica. Intelligit ergo Anselmus preter suspensionem substantie panis per consideratione/totalem eius ablationem per substantiam/et remansionem accidentium eius per subsistentiam: quod tantum intendit ibi esse contra vsum et contra mundane sapientie rationem. Conatur autem ad hunc finem fortius arcere Anselmum/quia in vltimo capitulo de veritate dicit discipulus eius quod pereunte corpore colorem eius manere impossibile est: ergo de mente Anselmi est accidens preter subiectum remanere non posse. Respondetur: sed non hoc asseruit ibi magister. Immo (inquit) quando Augustinus et alij loquuntur quicquid in dialogis sub nomine discipuli si preterea(n)t et non reprobent hoc approbant quod discipulus intulit. Dicitur. ergo approbaret Anselmus quod discipulus ibi cito post concludit inquiens. Sic video et non possum non videre quod ego non reputo. Uerumtamen sciendum esse de Anselmo arbitror non esse dedecus quod vt fatetur personaliter contigit Augustino: quod scilicet sepe vniuersaliter et sine exceptione scripsit quia protunc exceptio non occurrit: sicut in retractatione dicit/quomodo in libro de vera religione dixit: quod Christus nihil egit vi: quia non tunc occurrit (inquit) quomodo Christus eiecit vendentes de templo. Ita in libro de veritate quando leuiter diceret et plus pro exemplo quam serio/quod pereunte corpore colorem eius manere foret impossibile/non potuit vigili menti doctoris occurrere priuilegium sacramenti. Sed nec memorie Augustini/quando scriberet librum suum de quantitate anime/priusquam fuit imbutus altis et occultis dubijs fidei orthodoxe. Iterum glossat Hugonem de sacramentis libro. ij. parte. viij. cap. ix. vbi sic Hugo. Per verba (inquit) sanctificationis vera panis et vera vini substantia in verum corpus et sanguinem Christi conuertitur sola specie panis et vini remanente: et substantia in substantiam transeunte. Conuersio autem ipsa non secundum vnionem: sed secundum transitionem credenda est: quoniam nequaquam essentia in augmentum essentie accedit/vt per id quod accedit id ad quod accedit maius fiat/sed transitorie: vt id quod accedit cum illo ad quod accedit vnum fiat. Nec sic in pane corpus Christi consecrari dicimus vt de pane corpus Christi esse accipiat: nec quasi vnum corpus subito factum de mutata essentia sed in ipsum corpus verum mutatam essentiam. Nec ipsam substantiam panis et vini in nihilum redactam/quia desijt esse quod fuit/sed mutatam potius quia cepit esse aliud esse quod non fuit: et ipsum quod cepit esse ex eo esse non accepit quia panis fuit: sed ipsa eius esse accepit quando desijt esse quod fuit. Hoc expressius distinximus propter eos qui ex sua ratione fidei preiudicium faciunt: et sensu suo intendentes asserere nituntur vel hoc esse solum quod cernitur/vel tale esse quod creditur. Hoc est quia sola panis et vini species cernitur/solam ibi esse panis et vini substantiam: vel quia ibi substantia corporis et sanguinis Christi creditur/passibiliter et inesse speciem et qualitatem panis et vini que cernitur: quasi non possit species apparere cuius non assit substantia: vel substantia latere/cuius non appareat forma. Hec ille. AVTHOR. Hic subsequitur glossa witcleff. Ista (inquit) verba doctoris incusserunt mihi formidinem: nec video quin doctor in illis intelligit/quod fidelis suscitet intellectum ad credendum quod solum corpus Christi sit post consecra-

Marginal notes: Anselmus. (left, beside "tiam. Unde in iam dicto loco"); Hugo. (right, beside "stantia in verum corpus"); witcleff. (right, beside "ctoris incusserunt").

tionem ibi principaliter/ pane ⁊ vino in principalitate illa corpori Christi cedētibus. Accidētia aūt ibi habēt principalem existentiam ad expergefaciendū sensus fidelium sine subiecto suo ibi principaliter existēte. Hec wicleff de eucharistia. cap. iij. AVTHOR. Videāt iā viri sensati qualiter ista glossa suum textū exponit/ ꝙ districte/ ꝙ insipide/ ꝙ inepte: digna bene suo authore q̃ vir indoctus sacre legis/ audebat in codez loco sancto Thome ⁊ aliis profundis viris imponere defectū intelligentie/ ⁊ non concepisse in cortice doctores priores/ et ideo glossas eorum fuisse friuolas/ extraneas/ ⁊ stultitiam implicātes. O miser homūcio super omnes te docentes intelligens si formidasti cum videres Hugonē: cur non formidasti eum glossare per contrariū? Quis te audacem fecit vt videns tam planum contra te decretum eius: glossam tuam stultitiā exaltares: ⁊ textū solēnem illi subiiceres? Nā cum pauca ibi cōsideres attēde hoc vnū ꝙ sola ibi species panis ⁊ vini remanet/ substantia transeunte in substantiam. Si ergo substantia panis remanere negabitur: qr cedit corpori Christi principalitatem: quis remaneat secundum rez: multo magis nec remanent qualitates: que infinite maiorem cedunt principalitatem corpori Christi ꝙ substantia panis terreni: que eidem par est in genere: accidentia autem non sic/ immo accidentia dicerētur nunꝙ remanere presentia pani: quia panis habet ibi supra ea principalitatem infinito maiorē ꝙ habet corpus Christi quomodolibet super panem. Dicit. sed accidētia ibi remanent ad expergefaciendū ibi sensus fidelium. Cōtra. multo magis remaneret ibi quidditas panis q̃ est secundum te sacramentum corporis ad expergefaciendum ibi intellectus fidelium ad credentiam sacramenti: ⁊ cum accidentia illa ad nihil naturaliter moueant nisi ad magis in notitiam panis per accidens/ magis necessaria est virtus motiua panis ad notitiam corporis vt est presens. Formatur sic ratio: qr signum immediatum signato/ qr aptius dirigit/ est ipsi magis necessarium: sed substantia panis sacri est signum īmediatū: et sacramentum corporis Christi per te/ non sic accidētia sensata exterius/ que sit cōmunis hostie non consecrate sicut ⁊ consecrate/ aptius ergo remaneret substātia panis sacramentalis ꝙ remotissime qualitates ad dirigendum mentes fidelium in signatum propriū. Attende itē ꝙ Hugo dixerit panem desinere ibi esse per suā mutationem et transitionem realem in corpus Christi: hoc non requiritur in ratione principalitatis. Aliter ergo desinit ibi esse panis ꝙ principalitatem suam amittēs. Nā si (vt dicis ibi) domino suo cedit vir ignobilis principalitatem cum venerit in domum suam: nō tamen tunc ignobilis ille mutatur in dominuz suū: nec conuertitur in ipsum transitiue: nec accepit esse eius. Formidasses item Hugonem ibi cum diceret ista tam distincte dixisse propter eos qui ex ratione sua fidei preiudicium faciunt/ credentes hoc solum esse qd cernitur. Sequitur. Hoc est quia sola panis ⁊ vini species cernitur solam ibi credunt panis ⁊ vini esse substantiam. Tu vero ponis ibi solam panis ⁊ vini substantiam: et corporis Christi solā figuram vel realitatem transcendentē: ergo iuste formidasses propter te tam distincte locutuz esse Hugonem contra remanentiam panis: qr ratione tua tali quali fidei preiudiciū facis. Formidasses item

Hugo. Hugonē in .v. cap. supra recitantem ⁊ reprobantem heresim tuā/ de figuralitate corporis Christi in hostia cōsecrata. Sunt (inquit) qui ex quibusdam scripturarum locis munimētum erroris ducere putauerunt/ dicentes in sacramento altaris veritatem corporis ⁊ sanguinis Christi non esse: sed imaginem illius tantum/ ⁊ speciez et figuram. Et infra. Hic autem periculose errauerunt tot manifestis sententiis ⁊ assertionibus non dubiis q̃dam ambigua preferentes/ et in ipsis magis mendacium ꝙ veritatem eligentes: non qr hoc ibi magis dicebatur: sed quia hoc ab illis magis credebatur. Hec ille. AVTHOR. Hanc sententiam quare nō formidasti? qm tu ex illis es/ qui veritatē .s. nature ⁊ substātie corporis christi in sacramēto negas: ⁊ solā speciē aut figurā eius assignas: ⁊ tot manifestis doctorꝝ assertionibus de nō remanētia panis grossi: et subsistētia accidētiū sensibiliū glossas tuas prefers ambiguas et incultas de principalitate corporis figuralis ⁊ consideratione mētis/ dedignantis substātiam panis attendere: sed benigne salutantis sensibiles qualitates: nō qr sic a doctoribus dicebatur: sed quia sic a te ⁊ tuis discipulis antea credebatur. In hoc item articulo dicit stare Hugonem secūdo Libro de sacramētis parte .viij. cap. ix. contra dicentes in materia de accidētibus illis ad duas oppositas disciplinas. Prima dicit non esse ibi species sine substantia panis ⁊ vini: sed ideo nullam aliam ibi esse substantiam. Secunda dicit species illas sine natiuis substantiis suis ibi esse: sed per migrationē nouiter efficere corpus Christi. Hugo. Hoc (inquit) expressius distin- Hugo.
ximus propter eos qui ex sua ratione fidei preiudiciuz faciunt: et sensu tuo incedentes asserere nitunt vel hoc esse solum qd cernitur/ vel tale esse qd creditur. Hoc est quia sola panis et vini species cernitur: solam ibi esse panis ⁊ vini substantiam. Vel qr ibi substantia corporis ⁊ sāguinis Christi credit passibiliter ei iesse speciē ⁊ q̃litatē panis ⁊ vini q̃ cernitur: quasi non posset species apparere cuius nō assit substātia: vel substātia latere cuius nō appareat forma. Hec ille. AVTHOR. Iste doctor sapienter ⁊ merito reprobat oberrantes qui dixerunt ꝙ nō posset species apparere cuius non adest substantia: sed nullus tam indoctus est cuius errorem doctor iste notasset/ qui diceret non posse speciez apparere exterius cuius substantia non adest in consideratione mentis: ergo notatum fuit istos errasse quia ponebant speciem sensibilis qualitatis nullo modo posse apparere exterius cuius nulla substantia in re ipsa adest ipsam sustētificans. Item ibi cap. vij. idem Hugo. Nec Hugo.
per panem ⁊ vinum corpus ⁊ sanguinem tantum significari credimus: sed sub specie panis ⁊ vini verum: corpus ⁊ verū sanguinē cōsecrari: ⁊ speciem quidē visibilem sacramentū esse veri corporis ⁊ veri sanguinis: corpus autem ⁊ sanguinem sacramentum esse gratie spiritualis. Et quēadmodum species illic cernitur/ cuius res vel substantia ibi esse non creditur: sic res ibi veraciter ⁊ substantialiter presens creditur/ cuius species nō cernitur. Videtur enim species panis ⁊ vini: ⁊ substātia panis ⁊ vini nō creditur. Creditur autem substantia corporis ⁊ sanguinis Christi: ⁊ tamen species nō cernitur. Hec ille. AVTHOR. Primo nota ꝙ doctor iste dicit ꝙ per panem ⁊ vinum non tantum significatur corpus Christi ⁊ sanguis/ sz sub illorū specie corpus ⁊ sanguis veraciter consecrantur. Hoc contra te qui ponis panez ⁊ vinū tantum figuras corporis ⁊ sanguinis: ⁊ corpus Christi non habere ibi carnis substantiam sed figuraz. Secundo dicit speciem illam visibilem panis ⁊ vini sacramentum esse veri corporis Christi ⁊ sanguinis. Hoc contra te qui criminaris catholicos qr ponunt formaz extrinsecaz panis que est accidens destitutū subiecto/ esse sacramentum extrinsecum hostie consecrate. Et itē iij. dicit doctor: illud corpus Christi in sacramento existens esse sacramentum gratie spiritualis. Hoc contra te: quia tunc per predicationem tuam habitudinalem illa gratia esset iterū sacramētum: qr per sacramentum

signatur / ⁊ propter hoc nescis vnq̄ dicere quid est ibi res ⁊ non sacramentum. Quia sicut petra erat Christ⁹ secundū habitudinem vel figurā / sic item panis est corpus Christi ⁊ econtrario. Cōformi logica corpus Christi sacramentale est gratia spiritualis vnionis / ⁊ econtrario. Et tunc sicut corpus Christi est sacramentū panis / qꝛ figuratur per panē / ita corpus Christi mysticū est corpus Christi sacramentum / qꝛ in ipso figuraliter designatur. Et per consequēs nihil est ibi res sacramenti ⁊ non sacramentum. Quarto item dicit doctor / quēadmodum species illic cernitur cuius res vel substantia ibi esse non creditur. Hoc contra te ⁊ glossam tuam ꝙ species visibilis forme integrata ex tot accidentib⁹ non quidem per aggregationē vt aceruus granorum / sed per naturalem exigentiā / vt species ⁊ pulchritudo. de qua in psalmo. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ⁊ in Porphyrio. Species Priami digna est imperio. Illa in quā aut huiusmodi species cernitur / cuius res vel substātia ibi esse nō credit̄. Ergo contra fidē ⁊ extra fidem est substantia panis ibi / ⁊ non tantum extra considerationem. Maxime cū tu dicas fidei testimoniū quadruplex dicere panē materialem esse corpus Christi in sacramēto / ⁊ sic manere in. iiij. trialogorū. ⁊. xxxix. cap. sermo. dn̄i in monte. Hugo vero dicit ꝙ res illā subiectā speciem vel substantia ibi esse nō creditur: ne diceret ꝑte non consideratur. Et iterū / videtur ibi species panis ⁊ vini: ⁊ substantia ibi panis ⁊ vini non creditur. Et nō tantū hoc: sed ne staret dictum tuū antiquum de essentia materiali ⁊ mixto illo primo cuius forma cōponit immediate cum materia quā aliqñ posuisti subiectum accidentium absente substantia panis specifica: doctor addidit: nec res eius manet. i. nulla aliquitas panis vl̄ indiuiduū entis extra genus qḋ posset ab accidentib⁹ denominari. Quinto dicit doctor ꝙ res ibi veraciter ⁊ substantialiter presens creditur cuius species non cernitur. Et exponit se. Creditur autem substantia corporis ⁊ sanguinis Christi: ⁊ tamē species non cernit̄. Hoc contra te. quia dicis corpus Christi non esse substantialiter in sacramento / nec secundum substātiam suam vel naturam / sed tantū per figuram ⁊ tenuē habitudinem. Ecce propter istam quintuplicem veritatem que concutit omnem errorem tuum quintuplici machina: iuste poteras formidare Hugonem sub tam potenti ⁊ fecunda sententia.

Qꝫ Lincolniensis secundum glossam Witcleff non intellexit accidens sine subiecto. Cap.LXXXIII.

Lincolnien. Quantum item ad Lincolniensem q̇ vt ipse recitat / sup cap. iij. ecclesiastice hierarchie. Assumentes (inquit) sensibilit̄ partita ⁊ multa nō vere ꝓfiterēt̄ cōmunicatores nisi ipsa multa in aliquo vnirentur. Vniuntur autem ea multa in que diuiditur consecratus in vnitate veri corporis Christi: ⁊ ea multa in que diuiditur calix in vnitate sanguinis ipsi⁹. Et forte dicūtur ea multa que sensibiliter multis distribuuntur fieri seu esse in ūs: qꝛ iste sensibiles forme non habēt alias subsistentias ipsas in esse tunc supportātes. Non enim est tunc sub forma panis aut vini materialis substantia panis aut vini: nec tamen sunt ille forme sensibiles in corpore ⁊ sanguine Christi vt in subiectis ab eis denominatis. Hec Lincolniēsis. AVTHOR. Respondet ad Lincolniēsem sicut ad alios / qꝛ accidētia per se sunt in actu cōsideratiōis fideliū: dū panis ⁊ vini quidditas quo ad cōsiderationem huiusmodi sit sopita: qꝛ accidentia expergefaciunt aīam vt cōsideret sacramentum actualiter tanq̄ signum. Cōtra istud facit ꝓcessus doctoris: qꝛ dicit ꝙ ille sensibiles forme nō habent alias subsistentias ipsas in esse tūc supportātes. Pessimus ergo glossator iste qui arctat sensum doctoris ad subsistentiam formarum accidentalium soluꝫ in consideratione / quando expressis verbis dicit eas subsistere in ipso esse. Aut reducatur glossa textui sic. Sensibiles forme in sacramento altaris non habēt alias subsistentias supportātes eas in esse: qꝛ habent alias subsistentias supportantes eas in esse: sed non in consideratione. Et que congruentia rationū? Intēdit ergo formas illas non habere alias subsistentias in esse / ipsas tunc supportantes in esse. Quod etiā probat finis sermonis: qꝛ nec propter hoc concedit ꝙ sint in corpore ⁊ sanguine dn̄i illa accidentia panis ⁊ vini tanq̄ in subiectis ab eis denominatis. Qḋ ostēdit eū hic loq̇ de subiecto eorum si quod habeāt nō secundum consideratione sed realē denominationem. Itē quare sopiret̄ substantia panis materialis in cōsideratione: ⁊ nō aceru⁹ accidentium / cum de presentia panis ibi est fides / ⁊ nō sic de accidentibus / vt ipsemet witcleff scribit? Itē panis naturalis vt dicit idem witcleff: est illud venerabile sacramentum. Quō autem posset venerari ⁊ credi / ⁊ nō cōsiderari / nō video: nec ipse sciuit etiā quomodocū q̄ docere. Itē qḋ sensus naturaliter reꝑsentat hoc mēs attendit: secunduꝫ illud: Omnis doctrina ⁊ omnis disciplina ex preexistēte fit cognitiōe sensitiua. Si ergo sensibiles forme remanent ad expergefaciendum animā: sed ad nihil aliud inducere possunt nisi in substantiam panis / quia alias corpus Christi esset ibi sensibile qḋ ipē negat cū omnibus: ergo accidentia remanentia expergefaciunt aīam ad considerandū sacramentū actualiter tanq̄ substātiam naturalem nō tanq̄ figuraꝫ. Qꝛ hoc est supra facultatem sensus: secundum illud Augustini. Qḋ oculi nobis renūciant panis est ⁊ calix. Qḋ autem fides postulat instruēda / panis est corpus Christi. Iteꝫ sensibiles forme necessario faciunt ad cōsiderationem panis: ⁊ quātū in eis / turbant mētem a fide corporis: quod nō faceret substātia panis sine eis. Magis ergo remouēde essent a cōsideratione hominis ille sensibiles forme q̄ subiecte eis substantie. Ad praxim autem assumpti facit ꝙ tu ipse semper clamas pro pane materiali: qꝛ vides ibi eius accidētia cōsueta. Ad cōfirmationem autem huius consequentie naturalis / scribit in libro suo de corpore ⁊ sanguine dn̄i. cap. xxv. Rabanus. Idcirco (inquiens) in illo saporem panis aut colorem nō attendimus: ita nāq; si mutaretur in carnem nihil amplius caro Christi esset q̄ est: qꝛ totū spirituale est quod comedimus. Hec ille. AVTHOR. Ecce sensibiles forme saporis ⁊ coloris non debēt attendi: nō cōsiderari: et si tota hostia tam secundum substantiam q̄ secūdū q̄litates ꝟteret̄ in carnem / nō ampli⁹ esset caro Christi q̄ iā est. Et ideo in cap. viij. ꝑcedēte docet quomodo omnes quinq; sensus sunt instruendi per gratiā ad ea tantum percipienda que fide creduntur / tractās hunc textum Leuitici. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam addet quintam partem. vbi. Quinta (inquit) pars illius tunc recte a nobis superadditur si quinq; sensus corporis intus ad intelligibilia spiritualia cōuertātur. Quia si recte sapimus vel recte percipimus / diuinus spiritus in nobis est / ⁊ per eādem gratiā ampliatur: eosdemq; sensus nostros ad ea percipienda instruit ⁊ componit: ita sane vt nō solum gustū interi⁹ ad mystica perducat: verū ⁊ visum atq; auditū necnon

Rabanus.

Rabanus.

odoratum ⁊ tactum ita tenus illustrat quodāmodo vt nihil in eis nisi diuina sentiant: nihilq; nisi celestia. Hec ille. AVTHOR. Falſe ergo docet witcleff accidentia remanere ad expergefaciendum aīam/ ⁊ ꝓpter hoc tollendam vel sopiendam a cōsideratione tantum esse panis substantiam. Unde omnes fideles possunt plane videre q̄ extortam glossam fecerit: q̄ itē extraneā ⁊ omnibus catholicis scriptoribus alienam. Nam prius docere debuit vbi scriptura sacra hunc modum loquēdi habuerit: aut illi doctores quos sic glossat hanc formā loquendi tenebant consuete in alijs: dicere. s. absolute rez non esse: q: non est in consideratione talis vel talis/ et nunq̄ se exponere q̄ sic intelligerent. Sed certe nō potuit hoc facere/ ne secundū scripturas cogeremur dicere Deum nō esse: q: dixit insipiens in corde suo: non est deus. Sed hoc prius probandum esset in scriptoribus sanctis q̄ recurrendū ad philosophos ꝓ consideratione sensibilis vniuersalis vel temporis. Et tamen quid hoc ad propositum? Nā q̄uis dicant philosophi tempus esse in actu ꝑ cōsiderationē mētis: ⁊ numeri numerātis: nunqd ideo dicēt philosophi tēpus actu nō eē si sopiat in mēte alicui⁹? Et si natura sensibilis nō dicit actu sensibile nisi secūdū rationē qua reducit ad actū sensus: nunquid econtrario quotiens res non sentitur dicet nō sensibile? ⁊ sic de vniuersali. Qđ si nō inuenis/ nihil ꝓficis glossando doctores negantes substantiam panis/ dicendo quia non sunt in consideratione mētis.

Quo ad predicta Lincolniēsis iterū laborat: q: doctor quem exponit vocat sacramentum panis: ⁊ ipse itē vocat regulariter panem. O pauper ⁊ penuriose didascale nunqd audiuisti corpus Christi dici panē celi in scripturis? Qđ item Dionysius intendit ibi. Et ideo loquens de illo post consecrationē vocat illum diuinissimum panem: ⁊ panem indiuisibilem. s. in natura: partitum tamē pluribus secundum signa. Panis vero materialis nec est indiuisibilis nec diuinissimus. ⁊ ideo ibi

Licolniē. Lincolniensis. Aduertendū (inquit) q̄ beatissimam eucharistiam dicit vnum ⁊ eundē panem: ⁊ calicē similiter dicit vnum ⁊ eūdem/ propter corporis ⁊ sanguinis domini vnitatem ⁊ identitatem. Hec ille. AVTHOR. Ergo secundū istos eucharistia est idētice corpus Christi ⁊ non panis tuus. Et nunqd item audiuisti res istas sic vocari: q: species rerum tenent/ que sic olim dicebātur? Sed currit item ad aduerbium forte. Unde (inqt)

witcleff. Forte. quia hoc casualiter euenit/ ideo dicit Lincolniensis: q: forte ille forme sensibiles ⁊c. nec est facile fingere quomodo doctor ad alium sensum insereret hoc aduerbiuz forte. Hec witcleff scz de apostasia. cap. vi. Quasi doctor ibi vacillaret dubitans de considerationibus mentium: nec crederet simpliciter formas illas per se subsistere: sed casualiter posse sic contingere. Sed sicut iste suscipit ab ore Lincolniensis testimonium contra fidē sub aduerbio forte: ita magister ei⁹ Nouat⁹ ab ore Petri contra sanctam penitentiam sub eodē aduerbio forte: cum diceret Simoni. Penitentiā age si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. Sed Ambrosius respōdens vtriq; libro. ij. de penitentia bene post principiuz.

Ambrosi⁹ Hoc (inquit) illis responsum sit. Ego autem nec Petrū dubitasse dico: nec verbi vnius preiudicio tantam causam strangulandā arbitror. Nam si putant dubitasse Petrū/ nunquid ⁊ deus dubitauit qui ait ad Hieremiam? Sta in atrio domus domini ⁊ respōsum dabis omī Jude his q̄ veniūt adorare ī domo dn̄i ⁊c. Noli auferre ꝟbū forsitā audiēt ⁊ reuertent: dicant ergo ⁊ deū ignorasse quid esset futurum. Hec ille. AVTHOR. Ita dicat witcleff deum ignorasse quid esset futurum/ ⁊ esse ipsi casualem euentum de conuersione istorū de quibus dicit forsitā audient: vel dicat potuisse Lincolniensem firmam mentem suā de subsistentia accidentium ibi exprimere sub ipso aduerbio forte. Iā ergo quotiēs glossam suam intulerit inspiciat lector prudens verba doctoris: ⁊ non dubium aliqua semper parte aliqđ de mēte doctoris inueniet quod glossam witcleff falsam esse conuincet. Hoc dico: q: istis modis prescriptis forma sufficienter ꝑimendi falsam glossam eius ostenditur: et ne sit perpetua vt ipse sperat/ iustissime ꝓuidetur. Ipse eñ finaliter dixit: Sic possunt glossari doctores quotquot venerint. Et hoc modo multo consonantius sensibus doctorum: contra quorū glossas/ possunt glosse tue reponi quotquot venerit. Nō dubiū/ ipsa veritas doctoralis glossas respuit corruptrices a verbis suis/ quātū mare detestatur: ⁊ eijcit mortuos suos. Infert post mēdaciter Guimundum/ quasi neget accidens sine subiecto in sacramento altaris qđ ibi non disputat: q̄uis de facto accidentium adnihilationem admittit: qđ item witcleff nō placet. Lanfrācus autem in opere suo hoc ipsum disputat ⁊ concedit. Credim⁹ (inquiēs) terrenas Lāfranc. substantias q̄ in mēsa dn̄ica per sacerdotale ministeriū diuinitus sanctificantur/ ineffabiliter incōprehensibiliter/ mirabiliter/ operāte superna potentia conuerti in essentiam dominici corporis: reseruatis ipsarum rerum speciebus et quibusdā alijs qualitatibus: ne ꝑcipientes cruda ⁊ cruenta horrerēt: ⁊ vt credentes fidei p̄mia ampliora perciperent. Hec ille. AVTHOR. Hoc ipsuz planissime docuit Augustin⁹ libro de corpore ⁊ sanguine domini. de quo ⁊ si witcleff multum vacillet: ⁊ anxi⁹ trepidet: tamen propter solatium sanctorum fideliū eū ipsum inserere non omittam. Ego eñ reperi ⁊ transcripsi de vetustissimo exēplari scripto antiqua valde manu formata. Aug. Augustinus. Non dubitare debet aliquis cum panis ⁊ vinum consecrantur in veram substantiā Christi: ita vt nō remaneat substātia panis vel vini: cū multa alia etiam in operibus dei non minus miranda videm⁹. Hominem eñ substātialiter mutat deus in lapidem vt vxorem Loth: ⁊ in paruo artificio hominis fenum ⁊ filicem in vitrum. Nec credendum est q̄ substantia panis vel vini remaneat: sed panis in corpus Christi: ⁊ vinum in sanguinem conuertitur solūmodo qualitatib⁹ panis ⁊ vini remanētib⁹. Hec ille. AVTHOR. His verbis Augustini: q: nihil aliud q̄ fidē ecclesie cōtinēt/ pij fideles etiam literatissimi viri gaudēter indulgent ⁊ cum omni alacritate suscipiunt. Soli witcleffiste ⁊ Berengariani sectatores oblatrant: dicentes alij q: dictamen eius hec verba nō sapiunt/ nesciētes tantam esse vbertatem in saliua doctoris/ vt vix inter centum volumina tres libri eius redoleant vnum stilum. Nec tamē hec ratio nimis a cōmuni editione eius in sermonū opere retrocedit. Alias witcleff dicit/ potest esse de dictis Anselmi. Sed hoc restat vt ꝓbet/ ne plura opera Augustini in eiusdem suspicionis metum inducat. Aut tertio (inquit) sole qualitates in consideratione mentis expectant vt intelligit Augustinus. Sed fatigatus ex volatu sic volat ⁊ reuolat: ⁊ tamē hinc fessus noster ꝑ rationes suppositas abigitur ne quiescat. Post ista aūt restat inserere motiua eius que collegit in defensionem heretice prauitatis, postq̄ mōstrata esset dānatione digna in synodo cleri Oxonie. xvi. cap. witcleff. de blasphemia. Ista secta faciendo in Oxonijs memoriam suorum memorabilium congregata fuit latēter cū quattuor fratrib⁹: ⁊ tanq̄ tota vniuersitas penderet in manu eorum: heretici dicuntur hereticasse duas sententias de eucharistia. Primā q̄ post consecrationem in missa remaneat substantia panis materialis in host i consecrata. Sz inter eos deus mouit quēdam doctorē

secularem catholicum:vt nō cōsentiat:sed contradicat stultitie eorum. Ipse autem dicitur interrogasse eos si voluerint hereticare sctōꝝ sententias de vniuersalibꝰ ex parte rei? At illi hoc pre verecūdia negauerunt. At ille:ex hoc(inquit)sequitur:ꝙ substātia panis materialis remanet in hostia consecrata. Genꝰ (inquit)substantie est vbicūq fuerit aliquod eius indiuiduum:sed in dicto sacramento est indiuiduum generis substātie: qꝛ vt ipsi asserūt/ibi est corpaliter corpꝰ Christi:ꝫ. Hec witcleff. AVTHOR. Sed huic doctori fautori witcleff ne cedat veritas catholica iterū dicitur ꝙ destructis primis impossibile est aliquod aliorum remanere.i. specierū vel generum:ergo desinente ibi esse substātia panis primi ꝛ singularis/impossibile est aliquā substantiā specificam vel generalem remanere illius panis materialis qui prefuit:licet sophisma witcleff contra intentionem philosophi in hoc textu iudicet ibi remanere speciē panis in alio indiuiduo eiusdem generis.s.in corpore Christi. Sꝫ integer textꝰ dicit impossibile esse remanere aliquod aliorū.s.generis vel speciei suo primo destructo:ergo destructa substantia prima panis materialis/vel desinente ibidem: impossibile est aliquam speciem vel genus eius inibi remanere.i.inquātū eius est. Si ergo hoc philosophice dicitur:audeo dicere etiam scripturam sacram hanc probasse:cum diceret in exodo ex ore dn̄i:ꝙ comederent agnum paschalem in vespera pasche: nec relinquerent ex eo quicq̄ vsq mane. ꝛ nūquid relinquerent ex eo speciem eius vel genus? Et in questionibus Leuitici.viij. Augustinus. (August.) Omne quod cōsummabitur/aliqui interpretes dixerunt omne imponetur. vbi volūt intelligi esse holocaustum:qꝛ nihil inde remanet. Hec ille. AVTHOR. Item psalmista ait. Infixus sum in limo profundi: ꝛ non est substantia. ꝛ nunqd substantia quelibet generalis ꝛ specialis defuit ibi? Et ille nobilis philosophꝰ (Lincolnie.) in cōmēto capituli tertij ecclesiastice Hierarchie Lincolniensis. Ille(inquit)sensibiles forme non habent alias substantias ipsas in esse tunc supportantes. Non eīn est tūc sub forma panis aut sub forma vini:materialis substantia panis aut vini: nec tn̄ sunt ille forme in corpore aut sanguine Christi vt in subiectis ab eis denominatis. Nō enim a sensibili albedine ibi visa denominatur corpus Christi album:aut a rotūditate rotundum. Hec ille. AVTHOR. Ecce Lincolniensis non formidauit loqui secūdū Logicam ecclesie ꝓ tēpore suo:ipse non repulit terminum panis materialis. Ipse non curauit tantū pro genere ꝛ specie quī diceret nō eē substātiā materialis panis sub illis q̄litatibꝰ Ip̄e audacē dicit illas q̄litates sine subiecto: Quis sciuit corpus dn̄i sub illis iactū. posuit eīn īloco spatioso pedes suos. witcleff aūt cogit q̄rere strictos angulos: quos nō querit veritas:qꝛ nō ꝓperat querere veritatē.

Qꝛ figura non debet cū rei veritate coextēdi,& per hoc figuraliter solum corpus Christi non est vere vel realiter corpus Christi. Cap.LXXXIIII.

Existimant quidam pij lectores cuꝫ ad libros witcleff peruenerint/ ꝛ audiant eū asserere tam constanter venerabile sacramētum esse vere ꝛ realiter corpus Christi:ꝙ iam cuꝫ fidelibus de corpore Christi sapiat secundū suam essentiam ꝛ naturam. Qꝛ nec optimis philosophis mos est tropos vel figuras ad res extendere aut eas concedere vere tales:eo ꝙ veritas est adequatio rei ad itellectū. In figuratiuis aūt loquutionibus aliter dicitur q̄ res existit: ita vt res conceptui nō equetur/vt īfra dicetur. Reuera ita plures fefellit. Sed q̄ libris eius insistunt noscunt ꝙ verbis tantum ꝛ signis Logicis corpus Christi honorat:cor autēꝫ eius semper versatur in signo corporis ꝛ figure:nec aliud esse concedit corpori Christi ibi q̄ esse tropice figuratuꝫ: vel virtuale preter essentiam.iiij.trialog.cap.vij. Genesis.xli. (witcleff.) fides scripture asserit:ꝙ.vij.spice/ꝛ.vij. boues crasse sunt.vij.anni fertilitatis:et/vt Augustinꝰ notat/ scriptura non dicit ꝙ significant illos.vij. annos: sꝫ ꝙ sunt ipsi anni.ꝛ talem loquutionem sepissime in scriptura poteris reperire. Sequitur post. Sic aūt dici potest ꝙ panis ille sacramentalis est ad illum modum specialiter corpus Christi. Hec witcleff. AVTHOR. Primꝰ error eius in hac parte est:ꝙ contra leges scripture sacre extendit loquutionē figuratam vt propriam:et sine authoritate figuram transfert in locum ꝓprij. Nec hoc intendebat vnq̄ Augustinus nec scriptura. Qd̄ enim Augustinus intendit est exponere textum illum Joannis.xiij. Nūc clarificatꝰ est filius hoīs. Sup Joannē homil.lxiij. Augustinus. (August.) Hic autem non est dictū:nunc significata est clarificatio filij hominis:sed dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis:queadmoduꝫ nō est dictum:petra significabat Christum/sed petra erat Christus. Nec dictum est/ bonum semen significabat filios regni:aut zizania significabāt filios malignos: sꝫ dictum est. Bonū semē ij sunt filij regni. Zizania vero filij maligni. Sicut ergo solet loqui scriptura/res significantes tanq̄ illas que significantur appellans: ita loquutus est dn̄s dicens. Nūc clarificatꝰ est filius hominis. Hec ille. AVTHOR. Quomodo autē debeat hec sentētia Augustini moderari:ipse nos doceat:alibi forte possumus nos instrui qualiter in hoc dicto se cupit intelligi. Tractans nempe textum illum leuitici: anima oīs carnis sanguis eius est/in libro questionuꝫ sup leuiticum.cap.xlix. Solet autem(inquit)res que significat (Aug.) eius rei nomine quā significat nūcupari:sicut scriptū est.vij.spice.vij.anni sunt:ꝛ multa huiusmodi. Hinc est quod dictum est. Petra autēꝫ erat Christus. nō eīn dixit significat Christuꝫ:sed tanq̄ hoc esset quod vtiq per substantiam nō erat/sed per significationem. Sic ꝛ sanguis qm̄ propter vitalem quādam corpulentiā animam significat/anima dictus est. Uerū si quispiam putet animam pecoris esse sanguinem/non est in ista questione laborandum. Tantum ne anima hominis q̄ carnem humanam viuificat/ꝛ est rationalis/sanguis putetur/valde cauendum est:ꝛ hic error modis omnibus refutandus. Hec ille. AVTHOR. Ecce loquutionem scripture dicit Augustinus esse ꝙ res significās appellet noīe rei significate:ꝛ sic sunt.vij.spice.vij.anni:ꝛ sic petra Christus:ꝛ tn̄ cum scriptura secundum hanc figurā dicat ꝙ anima omnis carnis ē sāguis eiꝰ/nō vult Augustinus permittere vt quisq̄ asserat animam rationalem hominis que carnem viuificat/sanguineꝫ eius esse. Ualde(inquit)cauendum est:ꝛ hic error modis omnibꝰ refutandus. Quis error? Qꝛ aīa hominis sit sanguis. Que igitur? nūquid anima pecoris? Nec hoc determinat sed sugillat. Superius eīn dicit. Nūquid si animā pecoris sanguinem dicimus:etiā aīa hominis sanguis putandus est? absit. Et cū multo aptius sequitur: Aia omnis carnis sanguis eius est:anima rationalis hominis est anima carnis:ergo aīa rationalis hominis sanguis eiꝰ est:qm̄.vij.spice sunt.vij.anni: ergo panis visualis ꝛ materialis est realiter corpꝰ Christi. Quia primā concedit scriptura/secundum tropum:secūdam nullus

concedit fidelis. Sed nec primā nisi intra limites scri-
pture: sed deinceps negat propter conceptum quē ge-
nerat. Attende iam quomodo liberat negatiuam cū af
firmatiua/ in libro secundo contra aduersarium legis ⁊
Aug. prophetarum/ versus finem/ dicens. Sic enim dictū est
anima omnis carnis sanguis est: quomodo dictum est:
Petra erat Christus. non quia hoc erat: sed q hoc si-
gnificabat. Hec ille. AVTHOR. Ecce petra non erat
Christus: sed significabat. Placet tn̄ ꝙ secundum scri-
pturam petra erat Christus: placet ꝙ semē bonū sunt
filij regni. Et quare ergo non placet (interrogas) ꝙ pa-
nis naturalis est corpus Christi? Et ego rursus interro
go/ cur nō placet Augustino ꝙ anima hominis est san
guis eius: cum scriptura eque sic dicat? Quia (inquis)
error hominum sic dicit/ nō consonanter scripture. Ita
error vester dicit esse corpus Christi longe aliter q̄ꝫ pe-
tram esse Christum: aut. vij. annos. vij. spicas. Valde er-
go cauendus est hic error. Cū q̄ si bene perspexeris/ ille
spice de quibus scriptura loquitur/ nō erant spice secū-
dum naturam: sed spicarum imagines: ita ꝙ figura. vij.
spicarum. vij. annos figurabat. vt dicit secūdo libro ad
Augusti. Simplicianū versus finem Augustinus. Quisquis vi-
det somnū nō dicit vidi imaginem Augustini aut Sim
pliciani: cū eo tempore quo tale aliquid vidit nos igno
ramus. Usqueadeo manifestū est nō ipsos homines sꝫ
imagines eorum videri. Et Pharao spicas se dicit vi-
disse in somnis ⁊ boues/ non spicarum aut boum imagi
nes. Si ergo liquido constat nominibus earū rerū qua
rum imagines sunt easdem imagines appellari: nō mi-
rum est ꝙ Samuelem dicit scriptura visum/ etiā si for-
te imago Samuelis nō apparuit. Hec ille: ⁊ resumit in
De questionib⁹ Dulcitij propositione. v. AVTHOR.
Ecce imagines spicarum erant: que erant. vij. anni figu
raliter. Sed cunctis liquet ꝙ non poterant verius aut
realius esse. vij. anni: quos tātūmodo figurabant: q̄ꝫ fue
rant. vij. spice que figurarent. sicut nihil potest verius si
gnificare aliud a se q̄ꝫ se. Nō ergo poterant ille. v. spice
esse vere ⁊ realiter. vij. anni/ si non essent vere ⁊ realiter
vij. spice. Et quis sanus capite dicet: spicas somniatas
esse veras spicas ⁊ reales spicas? Quis witcleffista di
cet in populo aurum somniatū esse verum aurum/ aut
vere ⁊ realiter verū aurum? Si ergo spice quas Pha-
rao somniauit non fuerunt vere ⁊ realiter spice reales
q̄uis scriptura sic dicat/ vidit Pharao. vij. spicas: quo
modo ille. vij. spice erunt vere ⁊ realiter. vij. anni: q̄uis
eadeꝫ scriptura sic dicat: q. vij. spice sunt. vij. anni? Po
stremo petereꝫ quo capite/ qua itē authoritate/ trāsfer
re audes vel potes tropum. vij. spicarum ad vnicū cor-
pus Christi? Hāc primo vt producas exigitur. Figurā
vij. spicarū ⁊ petre ⁊ Joānis agnoui in locis suis/ in cor
pore Christi non noui: aut doce per scripturas: aut pa-
trum orthodoxorum sententias ꝙ figura. vij. spicarum
ad corpus Christi in eucharistia trahi debuit. Hoc mo
do culpantur heretici/ qui non tantum dicta figurata/
sed etiam facta figuralia patrum veteris testamenti in
consimile argumentum traxerunt noui cultorib⁹ testa-
mēti/ dicentes licitū esse homini cum ancilla coniugis
sue concūbere/ sicut Abraham cum Agar: q hoc idem
potest adhuc figurare quod tunc. Libro. xxij. cōtra Fau
August. stum Augustinus. Nonnulli preter vaniloquia vestra/
sua sponte cōmouentur vitam prophetarū in veteri te-
stamento comparantes vite apostolorꝫ in nouo testa-
mento: nec valentes discernere consuetudinem tempo-
ris illius quo promissio velabatur a consuetudine tē-
poris istius quo promissio reuelatur. Eis magis respō
dere compellor: qui vel temperantiam suam audēt pre
ferre prophetis: vel nequitie sue querunt patrocinia de

prophetis. Qua in re hoc primum dico: hominum non
tantum linguam/ verū etiam vitā fuisse prophetiā. Et
quibusdā interpositis subdit. Similes sunt qui in ma-
gnis ista reprehēdunt/ pueris imperitis in schola: qui
cū pro magno didicerit nomini numeri singularis ver-
bum numeri singularis esse reddendum: reprehendunt
latine lingue doctissimum authorem q dixit. Pars in
frusta secant: debuit inquiunt dicere secat. Et quia no-
runt religionem dici/ culpant eum q geminata litera
dixit Relligione patrū. Unde nō absurde fortasse dica-
tur in genere suo quantum distāt schemata ⁊ metapla-
smi doctorum a Solecismis ⁊ Barbarismis imperitorꝫ:
tantum distare figurata facta ꝓphetarꝫ a libidinosis
peccatis iniquorꝫ. Ac per hoc sicut puer in barbarismo
reprehensus si de Virgilij metaplasmo se vellet defen-
dere/ ferulis cederet: ita quisquis cum ancilla sue con-
iugis voluptatus Abrahe factum ꝙ de Agar proleꝫ
genuerit in exemplum defensionis assumpserit/ vtinaꝫ
non plane ferulis: sed vel fustibus coercitus emēdetur
ne cum ceteris adulteris eterno supplicio puniat. Hec
ille. AVTHOR. In hoc vitio puerorum est witcleff: q
sicut volunt suos Barbarismos defendere ꝑ schemata
Virgilij: ⁊ illi sua stupra ꝑ figuralem Abrahe concubi
tum: ita iste heresim suam de sublatione corporis Chri
sti per pulcherrimā figuraꝫ spiritussancti in. vij. spicis
⁊ figuram Christi de Helia: aut apostoli Pauli de pe-
tra. Utinam non plane ferulis/ sed ⁊ multis fustib⁹ vel
sarmētis puniatur: pro ipa temeritate figure/ cuius est
sine omni authoritate repertor. Et nec ignoranter sic di
cens peccauit: immo sciuit Joannē baptistā nō ausum
esse vti tropo sui magistri. Sic eñ dicit libro de eucha
ristia. cap. vij. ꝙ q̄uis Christ⁹ dicit eum Heliam vtens
tropo: Baptista tamē negauit se Heliam reseruās tro
puꝫ magistro suo: ⁊ tamen hic fuit tropus authoritate
Christi ⁊ scripture. Quāta ergo temeritas est witcleff
qui preter/ immo contra/ authoritatem ⁊ intentionem
Christi ⁊ scripture inducit tropicum sacramentuꝫ: nec
parcit tropo nec reseruat contra magistruꝫ? Secūdus
error witcleff in hac re est ꝙ dimittit proprietatem lo
quutionis scripture contra naturam rei/ cogens ⁊ vio-
lentans eam in tropū. Qd dico de corpore Christi in sa
cramento: qd omnes patres sancti a tempore apostolo
rum scripserunt literis/ ⁊ vocibus tradiderunt pro fide Al. tradu
gentium successiue a temporibus apostolorum vsꝙ̃ in xerunt.
presens corporaliter in natura carnis debere intelligi.
Ipse autem post Berengarium suum magistrum abi-
ens/ omnino iubet esse figuram non essentiaꝫ. Miror cū
saltem eum recitauit cur nō sagacius auscultauit quid
contra hunc modum in libro. iij. de doctrina Christiana
cap. xvi. docuerit Augustinus. Seruabitur (inquiens) Al. xv.
in loquutionib⁹ figuratiuis regula huiusmodi vt tam August.
diu versetur diligenti consideratione quod legitur/ do-
nec ad regimē charitatis īterpretatio perducatur. Si
autem hoc iam proprie sonat: nulla putetur figuratiua
loquutio. Hec ille. ⁊ habet witcleff libro suo de blasphe
mia cap. xvi. AVTHOR. Miror igitur ꝙ ista scripsit
⁊ nec vidit qd Augustin⁹ ibi dicit. Si quod legitur iā
proprie sonat/ nulla figuratiua putetur loquutio. Ver-
ba Christi dicentis hoc est corpus meuꝫ/ iā proprie so-
nāt. Probat hoc Christus dicēs/ Qd ꝑ vobis tradet.
Et iterum. Hoc facite. ⁊ ibi. Caro mea vere est cib⁹. Id
circo ex his dicit Augustinus substantiā carnis Chri-
sti esse vere cibum: ⁊ Hilarius ꝙ sit corpus Christi na-
turaliter: ⁊ ita naturaliter in nobis sumptū manet non
per gratiaꝫ tantū ⁊ amorē. Sic Chrysostomus: sic Am
brosius: sic Rabanus: sic Fulbertus/ vt alibi recitant/
vno ore cōfirmāt. Qui ergo totiens ⁊ a tantis assertā

propꝛietatem corpoꝛis redigit in figuram/vehementer
a laude boni expositoꝛis exoꝛbitat:ꝛ in execrandam fo
ueam erroꝛis illius se depꝛimit/qui dixit non esse para-
disum nisi tantūmodo figuralem. Cōtra queꝫ insistit sa-
cer Augustinus.viij.super Genesim ad literam in pꝛin
cipio dicens:sic sequi posse singula Chꝛisti facta ꝛ apo
stoloꝛum solas dici posse figuras. Nam sicut dicit wit-
cleff pꝛopꝛia sua licentia hoc figuraliter soluꝫ dici/Hoc
est coꝛpus meum:nullum secum ducens nec potens ad
ducere testem catholicum veterem vel nouellum:quis
item pꝛohibeat alium dicere ea lege loquendi Gabꝛie-
lē nunciū de celis ad virginem tropicum fuisse nō histo
ricū? Verbū caro factum est/figura non natura: Chꝛisti
pꝛedicationem/ceci illuminationē/ Chꝛisti passionem/
ascensionem:aduentum quoqꝫ ad iudicium/omnia figu
rate dici/ꝛ nihil secundum histoꝛiam substātialiter esse
verum? Si dicas scripturas res ipsas expꝛimere:veruꝫ
dicis:ꝛ nullam verius ꝙ huius sacramenti pꝛopꝛiā ve-
ritatem. Cur istam sine illis attenuas in figuram? Si
expositoꝛes sanctos requiras/omnes in veritatem coꝛ-
poꝛis in natura concoꝛdant. Si fideꝫ animatā ecclesie/
totus mundus a solis oꝛtu vsqꝫ ad occasum quacunqꝫ
per oꝛbem laudatur nomen dñi/Chꝛisti coꝛpus in sacra
mento secundum naturā suam in pꝛopꝛietate pꝛesens
ꝛ fatetur ꝛ colit. Quid ergo te cogit dicere esse figurā:
quā cuncti fideles dicunt substantiaꝫ? An ne valet hec
ratio.vij.spice sunt figuraliter.vij.anni:ꝛ petra figura-
liter Chꝛistus:ergo panis est figuraliter Chꝛisti coꝛpꝰ?
Doce pꝛius conuenientiā reruꝫ:ꝛ tandem consequenti
am. Naꝫ erroꝛ magnus est lectoꝛis:sicut figurate dictū
ꝓ pꝛopꝛietate:ita pꝛopꝛie dictum accipere figurate. Li
bꝛo.iij.de doctrina chꝛistiana.cap.iij. Augustinus. Huic
autem obseruationi qua cauemus figuratam loquutio
nem.i.translatam quasi pꝛopꝛiam sequi:adiūgēda etiā
illa est/ne pꝛopꝛiam quasi figuratā velimus accipere.
Demonstrandus est igitur pꝛimus modus inueniēde lo
quutiōis/pꝛopꝛia ne an figurata sit. Et iste omnino mo
dus est:vt quicquid in sermone diuino neqꝫ ad moꝛum
honestatem/neqꝫ ad fidei veritatem pꝛopꝛie referri po-
test:figuratū esse cognoscas. Hec ille. AVTHOR. Dic
ergo quid moꝛum honestati obuiat aut fidei veritati:
appꝛopꝛiate concipere dictum Chꝛisti: Hoc est coꝛpus
meum/magis ꝙ factum Chꝛisti quādo aquam cōuer-
tit in vinū. Sꝫ ꝛ si quandoqꝫ in scripturis inuenisses pa
nem figuram dici Chꝛisti coꝛpoꝛis/sicut dicitur manna:
vel panis ꝓpositiōis:nō ꝓpter hoc ad hoc tempus vel
causam regulariter posses figuram illius loquutionis
extendere.pꝛout de vocabulo hominis ꝛ filij hoīs exē-
Aug. plificat in libꝛo de gratia noui testamenti.cap.xiiij. Au
gustinus. Non(inquiens)existimes quasi loquutionis
regulam sic perpetua lege seruandā/vt vbicūqꝫ legeris
homines aut filios hoīm/secundū hāc distinctionē sem
per intelligas:sed vt se habuerit circūstātia lectionis.
Vñ sensus si patet haurit̄:si latet/eruit̄. Et īfra. Ego au
tem sum vermis:hoc est filius hominis:nō homo sicut
ille homo qui non est filius hoīs. Hec ille. AVTHOR.
Exponit ibi de Chꝛisto ꝙ sit filius hominis et non ho-
mo/vt Adam qui non erat filius hoīs:nec tamen vbicū
qꝫ legitur filius hominis statim intelligendū Chꝛistum
aut homo cum legitur statim significat pꝛimū Adā. Et
in tertio de doctrina chꝛistiana.cap.iiij.ꝙ panis in bo-
no accipitur ibi. Ego sum panis viuꝰ qui de celo descē-
di. In malo ibi:panes occultos libēter edite. Ergo se-
cundum circunstantiam lectionis pensandus est intel-
lectus vocabuli. Mihi autem videtur:soli scripture re
seruanda hec pꝛerogatiua loquēdi/cui soli inter oēs
scripturas captiuādus est oīs sēsus legētis. Unde.iij.
super Genesim ad literam.cap.xi. Augustinus. His lo- Aug.
quutionum modis cum ea que non accidunt deo tanꝙ
ea accidant loquimur/cū facere agnoscimus vt nobis
accidant/ea dūtaxat que laudabilia sunt. Et hec quan
tum scripturarum vsus admittit. Neqꝫ eñ nos temere
aliquid tale de deo dicere debemus:qđ in scriptura eiꝰ
non legimus. Hec ille. AVTHOR. Concedimus ergo
loquutiones illas tropicas quas scriptura concedit.s.
de serpēte/ꝛ de tribꝰ viris Abꝛahe/vt adducit witcleff
cap.x.de apostasia:sed cum sine authoꝛitate scripture
ꝛ ecclesie/eas extendis:meliꝰ eas dimitteres:sicut eti-
am ipse dicit.cap.ij.de eucharistia.qꝛ in hoc casu bapti
sta reseruauit tropum suo magistro:ꝛ negauit pꝛopꝛie-
tatem:vt item dicis in trialogo. Maxime cum modi lo
quendi a modis essendi sunt remoti.

Qꝫ solum figuraliter tale nō est vere & realiter tale. Cap.LXXXV.

TErtius erroꝛ witcleff in hac mate
ria de figuris est/quia in foꝛma lo
quendi indistincte ꝓnunciat figu
rata cum pꝛopꝛijs/vt cautius de-
cipiat simplices/fidelem simulās
ꝛ caute tegens hereticum. Cum si
delibꝰ dicit hoc venerabile sacra-
mentuꝫ esse coꝛpus Chꝛisti:immo
vt abūdātius fallat/ addit reali-
ter/addit vere:sed tange montē ꝛ fumigans dicet/tan-
tūlibet in figura. Qꝫ si queratur quomodo realiter si so
lum figuraliter/vel virtualiter/quomodo vere? respon-
det sicut libꝛo suo de blasphemia.cap.xvi. Constat (in-
quit)logicis:ꝙ deus vere ꝛ realiter irascitur/sicut coꝛ-
pus eius vere ꝛ realiter manducatur non tropice/licet
locutio qua sensus talis expꝛimit̄ sit tropica. Hec wit
cleff. AVTHOR. Ulterius si queratur: nūquid panis
est substantialiter vel naturaliter coꝛpus Chꝛisti? pꝛo
maioꝛi parte negat.ibi in fine. Certum(inquit)est ꝙ re
manet post benedictionem vnum ꝑ se sensitiuū qđ non
est substantialiter coꝛpus Chꝛisti:ꝛ illud est sacramen-
tum. Et cap.xli.de sermone dñi in monte:non concedit
ꝙ coꝛpus Chꝛisti est coꝛpus in hostia nec coꝛpoꝛaliter.
Et.iiij.trialogi.cap.x.iterum inuenit equiuocationē se-
cundum quam cōceditur ꝙ coꝛpus Chꝛisti est in sacra
mēto coꝛpus/sed non coꝛpoꝛaliter sed pulchꝛe ꝛ reali
ter:ꝛ item ꝙ est in hostia coꝛpoꝛaliter substantialiter ꝛ
essentialiter:qꝛ pura coꝛpoꝛalitate panis coꝛpoꝛaliter.
Et ad hoc trahit illud apl'i ad Colossenses.ij. In Chꝛi
sto habitat omnis plenitudo diuinitatis coꝛpoꝛaliter:
qꝛ(inquit)diuinitas licet non sit coꝛpoꝛaliter/est tamen
coꝛpus existens coꝛpoꝛaliter: False exponens hoc pꝛo
fundamento dicti sui alibi:ꝙ Chꝛistus est tres nature/
et earum q̄libet. Quo contra in epistola ad Dardanuꝫ
inter epistolas. xxxix. exponens illud Petri vbi dicit
Chꝛistū spiritibus qui erant cōclusi aduenietem pꝛedi-
casse: Augustinus. Quod autem (inquit) dicebat/ In Augusti.
spiritu veniebat/ ꝛ ipse quidem filius in substantia dei
tatis/qm̄ coꝛpus non est/ spiritꝰ vtiqꝫ ē. Hec ille. AV-
THOR. Ex ea ergo parte false dicit diuinitatem esse
coꝛpus. Sed in de vera innocētia ꝓpositiōe.cclxxxvij.
exponens illum textum Pauli Augustinus. Plenitu-
do(inquit) diuinitatis in Chꝛisto dicta est coꝛpoꝛaliter Augusti.
habitare/nō qꝛ diuinitas coꝛpus est:sed quia sacramen
ta veteris testamēti appellantur vmbꝛe futuri pꝛopter
vmbꝛarum operationem:coꝛpoꝛaliter dicta est in Chꝛi-
sto plenitudo diuinitatis habitare: ꝙ in illo impleātur
omnia que in illis vmbꝛis figurata sunt. Hec ille. AV-
THOR. Non ergo quia diuinitas Chꝛisti est coꝛpus

eius altera pars vt vult witcleff: ideo dicitur in Chri-
sto habitasse omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:
sed quia in Christo terminantur reductiue oēs veteris
legis figure: sicut vmbre dependenter terminant̄ in cor
pore. Quātū ergo corpus distat ab vmbra nec esse pōt
vmbra: tantū Christi corpus vbilibet a figurali pane se
cernit̄: qui inter veteris legis figuras de corpore Chri-
sti est vna. Quā loquutionē ꝓbat in cōmentario super
Titū / super illo loco / Sit aūt episcopus ⁊ pudic⁹: Hie-
Hieronyꝫ. ronymus. Si autem laico imperatur vt propter oratio
nem abstineat se ab vxoris coitu: quid de episcopo sen-
tiendum est / qui quotidie pro suis populiqꝫ peccatis il
libatas deo oblaturus est victimas? Relegam⁹ regno-
rum libros / ⁊ inueniemus sacerdotē Abimelech de pa-
nibus propositionis noluisse prius dare Dauid ⁊ pue-
ris eius / nisi interrogaret vtrū mundi essent pueri a mu
liere / non vtiqꝫ aliena sed coniuge. Et nisi eos audisset
ab heri ⁊ nudiustertius vacasse ab opere cōiugali / nūq̄
panes quos prius negauerat / cōcessisset. Quantum in-
terest inter panes ꝓpositionis ⁊ corpus Christi? Que
differentia inter vmbram ⁊ corpus: inter imaginē ⁊ ve-
ritatem / inter exemplaria futurorum ⁊ ea ipsa que per
exemplaria prefigurabantur? Quomodo itaqꝫ mansue
tudo / patientia / hospitalitas quoqꝫ ⁊ benignitas / pre-
cipue esse debēt in episcopo: sic castitas propria ⁊ (vt
ita dixerim) pudicitia sacerdotalis: vt nō solum ab ope
re īmundo se abstineat, sed etiaꝫ a iactu oculi ⁊ cogita
tionis errore / mens Christi corpus confectura sit libe-
ra. Hec ille. AVTHOR. Audiat witcleff q̄ mēs Chri
sti corpus confectura ab errore cogitationis sit libera /
vt sic pateat sacerdotem cōficere corpus Christi nō nu
dū signum. Audiat item q̄ corpus Christi ab episcopo
sic confectum tantum distat a panibus propositionis
q̄uis essent panes sancti / quātū vmbra distat a corpo-
re / imago a veritate / ⁊ in exēplis figurata ab exēplari
futurorum. Non ergo est iste panis vt illi: nō figure cor-
poris sicut illi: non vmbre corporis / non imagines veri
tatis vt illi: qd̄ tamē esset si illi panes ⁊ isti panes / ille
imagines ⁊ figure / ⁊ ita isti: sed illi panes isti corpus: il
li imagines ab hac veritate distantes / immo hui⁹ ima-
gines veritatis. Criminor ergo witcleff q̄ contra oēs
patrum loquēdi modos / ausus est dicere figuram veraꝫ
rem / ⁊ figuralem modū planissime veritatem / nimis cō
fisus in magistro Atomaliuꝫ suoꝝ Democrito asseren-
te oīa esse vera siue apparētia / siue ficta: per hoc cau-
te surripiens nobis in cōmunicatione modum / quo a fi
guris facta earū possimus distinguere: cum tamen oīs
mos sanctorum patrū soleat a primeuis quasi per op-
posita veritatem figuratā rem lōge aliam a figura pro
ferre. Hanc autem logicaꝫ a Berengario magistro suo
percepit / qui nesciens euadere magnā authoritatē Hi-
larij scribētis q̄ per Eucharistie sumptionem substan-
tialiter manet in nobis Christus: inuenit quomodo di-
ceret / ita substātialiter in figura. Et sic witcleff exēplifi
cat posse dici: sicut rex est corpus virtualiter per totuꝫ
regnum. Quo contra delusiuum istud sophisma impro
bauit lib. iij. de corpore ⁊ sanguine domini / Guimūdus.
Quomodo (inquit) si nos verbum carnem factum in ci
bo dominico nō substantiue / sed vmbratice sumimus / ꝑ
hoc consequens est vt in nobis substantialiter maneat
Christus? Que est huius probationis necessitas? Que
consequentia? Nulla quippe necessitas est: nulla conse
quentia: vt vbi est alicuius rei figura: sit consequenter
eiusdem rei substantia. Si enim cuiuis dicerem: in hoc
pariete est substātia tua / q: ibi est imago tua / nonne me
diceret insanire? Sed nec quisq̄ omnino dixerit: quan-
do edebatur agnus legalis: vt ibi esset cōsequenter sub
stantia Christi: cum ille agn⁹ vmbra esset ⁊ figura Chri
sti. Quis vero audeat dicere cum serpentē eneū Moy-
ses in deserto suspenderet / q̄ ibi substātiam Christi sus-
penderet: cū tñ substātiam Christi in ligno suspenden-
di serpēs ille eneus figuraret? Quocirca si assumptio
Hilarij qua dicitur q̄ substantialiter in nobis est Chri
stus / per hoc rata esse monstrat̄ q̄ nos carnē ⁊ sangui-
nem Christi cibo dominico sumimus: que accepta atqꝫ
hausta id efficiunt vt ⁊ Christ⁹ in nobis ⁊ nos in Chri-
sto naturaliter vnū simus / naturā carnis eius adepti:
nulla autē consequentia (vt ostendimus) assumptio illa
ꝑ hoc probari potest nisi in cibo dominico sit vere sub
stantia corporis ⁊ sanguinis Christi: manifestuꝫ est q̄m
prudentissimus argumentator Hilarius / qui suā assum
ptionem per hoc confirmare voluit / substantiam corpo
ris ⁊ sanguinis domini nos in cibo dominico sumere
non vmbram ⁊ figuram tantū (vt vmbratici isti male
somniant) credidit. Hec ille. AVTHOR. Argumentū
istud per se planam habet victoriam: nobis autem suf-
ficit vt notemus q̄ per fedos ⁊ prophanos hereticos /
substantiale istud ⁊ corporeum esse in figura nuda / intra
uit in mundum / ad intricandū loquentes ne sine grādi
difficultate sermonis figuram cassam alicuius rei a ve-
ro esse suo aut reali / substātiali / corporali / suppositali /
discernerent. Hoc sophisma qd̄ Berengarius genuit ⁊
witcleff fouet: loquutio sanctorum patrum omniū or-
thodoxorum interimit: quos iam prospicere nollem vi-
deri esse prolixū. Unde Augustinus quasi in vnū fasci-
culum cōstringens modos loquendi de deo in scriptu-
ra sacra: sic habet libro primo de trinitate. cap. ij. Uer- August.
bis (inquiens) ex rebus corporalibus sumptis / vsa est
cum de deo loqueret̄: velut cū ait. Sub vmbraculo ala-
rum tuarum protege me. Et de spirituali creatura mul
ta transtulit / quibus significaret illud qd̄ non ita esset:
sed quod ita dici opus esset sicuti est. Ego sum deus ze-
lās. Et penitet me hominē fecisse. De reb⁹ aūt que oī-
no non sunt / nō traxit aliqua vocabula: quibus vel figu
raret locutiones vel spissaret enigmata. Unde ꝑnicio-
sius ⁊ inanius euanescunt qui illo tertio genere erro-
ris a veritate secludunt̄: hoc suspicando de deo qd̄ neqꝫ
in ipō neqꝫ in vlla creatura inueniri pōt. Et infra. Que
vero proprie de deo dicūtur / queqꝫ in nulla creatura re-
periuntur / raro ponit scriptura diuina: sicut illud qd̄ di
ctum est ad Moysen. Ego sum qui sum: ⁊ Qui est mi-
sit me ad vos. Cū eñ eē aliquo modo dicatur ⁊ corp⁹
⁊ animus: nisi proprio quodā modo vellet intelligi non
id vtiqꝫ diceret. Hec ille. AVTHOR. Hic habem⁹ tres
modos loquendi de deo: duos primos rectos / cū. s. trās-
fertur locutio de re corporali vel spirituali in sermone
de deo: ⁊ tertium falsum ⁊ erroneum: q: hoc deo attri-
buit qd̄ nullibi īuenit̄: puta q̄ aliquid gignat se vt sit.
Quartum item modū addit qui est proprius / ⁊ ille so-
lus dicitur de deo vere. Et primi duo q̄uis veri sunt / nō
tamen vere loquuntur: q: nō ita est vt primo significat.
Sic dicit Augustinus: qb⁹ significaret illud qd̄ nō ita
esset: sꝫ qd̄ dici ita opus esset. Ex hoc ergo regulari prī-
cipio Augustini / omnis translata ⁊ figurata loquutio
implicat non ita esse / nec vere esse: nec tñ falsum esse
qd̄ dicit. sicut nec figurate loquutiōes poetice false sūt
vt probat Augustinus libro contra mendacium: vbi fi-
ctiones Horatij probat ⁊ Aesopi. Et in libro questionū
super Lucā. cap. xlvij. De eo qd̄ scriptū est de dño / Fin
xit se longius ire: nō ad mendacium ꝑtinet. Non enim August.
omne qd̄ fingimus mēdaciū est. Sed qñ id qd̄ fingim⁹
nihil significat: tunc est mendacium. Cum autem fictio
refertur ad aliquam significationem / non est mendaciū
sꝫ aliqua figura veritatis. Alioquin omnia que a sapiē-

tibus ⁊ sanctis viris vel etiam ab ipso dño figurate dicta sunt: mendacia deputabuntur: q: secundum vsitatũ intellectum non subsistit veritas talibus dictis. Nõ eñ qui habuit duos filios quorũ minor accepta parte patrimonij sui profectus est in regionem longinquam: ⁊ cetera que in illa narratione cõtexunt: ita dicuntur tanꝙ fuerit quisꝙ homo/qui hec in filijs suis duobꝰ aut passus sit aut fecerit. Ficta ergo sunt ista ad rem aliquam significandam. Unde est ⁊ illud etiam eiusdẽ dñi: qui in fici arbore quesiuit fructum eo tempore quo illa poma nondum essent. Non eñ dubium est illã inquisitionem non fuisse veram. Quis enim hoĩm nesciret sine viriditate vel tempore poma illam arborem non habere? Fictio igitur que ad aliquã veritatem refertur figura est: que non refertur/mendacium est. Hec ille. AVTHOR. In his ecce fictionibus nec affuit veritas/nec tñ erant false vel mendose. Non subsistit (inquit Augustinus) veritas talibus dictis. Nec dubiũ est illam inquisitionem ficuũ non fuisse veram: sed mediũ quoddam pẽdens inter veritatem ⁊ mendacium. Fictio (inquit) que ad aliquã veritatem refertur/figura est: que non refertur/mẽdacium est. Hunc modũ loquendi scripture ⁊ doctorum nesciuit wicleff: ideo oberranter arguit: Deꝰ inquiẽs vere ⁊ realiter irascit: ⁊ tñ nisi tropice. Diceret Augustinus/ꝙ nec vere nec realiter: nec tñ mẽdose vel false: sed medio modo figurate/qui modus a plena veritate diminuit: sed superuolat falsitatem.

Qꝫ figurę scripturę sacrę nõ sũt libere extẽdẽdę sine euidẽte necessitate, & authoritate: maxime vbi vergit in dispẽdiũ veritatis extensio figuralis. Cap.LXXXVI.

Videte si modum istum separandi res ab vmbris/a veritate figuras/non sequebantur patres eccłie. Prima parte sermonũ. sermone. xviij. Aug. Quod dictuꝫ (inqt) est Moysi. hoc enim placuit deo certi mysterij dispensationisꝗ gratia: ꝙ ipse in terram promissionis nõ introduceret populum. Eligitur alius Jesus naue. Et iste homo non hoc vocabatur/vocabatur Auses: ⁊ cũ ei introducẽdum populum cõmendaret Moyses/vocauit euꝫ Jesum: vt nõ per Moysen: sed per Jesum. i. non per legẽ sed per gratiam populus dei ad terram promissionis intraret. Sicut autem Jesus ille non verus sed figuratus: ita ⁊ terra promissionis illa non vera sed figurata. Illa eñ populo primo temporalis fuit: nobis que ꝓmissa est eterna erit. Sed figuris temporalibus ꝓmittebãtur ⁊ prenũciabant eterna. Sicut ergo ille nõ verꝰ Jesus/nec illa terra ꝓmissionis vera/sed figurata: ita mãna/non cibus vere celestis sꝫ figuratꝰ: illa petra nõ vere Christꝰ: sꝫ figurate: ⁊ sic oĩa. Hec ille. AVTHOR. Cõtinuat eñ priorẽ regulã patrũ ecclesie Augu. Non (inquit) verus Jesus/nõ vera terra ꝓmissionis. Ita nec manna cibus vere celestis: nec petra vere Christꝰ (inqt) ⁊ sic oĩa. ergo sic panis nõ vere corpus Christi: si sic oĩa. ⁊ super psal. ciij. sermõe ꝓmo/versu. Qui ambulas sup pẽnas ventorũ. August. Uentos quidẽ intelligimus in figura non absurde aĩas: nõ q: ventus est aĩa ꝗuis res corporea: corpora ĩpellens: tñ q: humani oculi aciem fugit/est eñ aĩa inuisibilis/ꝓpterea bene intelligimus aĩas ventos. Hec ille. AVTHOR. Anima ventus est: ecce in figura sic dicta: nõ q: vẽtus est aĩa. Et li. xxvi. cõtra

Aug.

Idem.

Faustũ: ideꝫ Augustinus. Ego (inquit) Jesum potuisse mori si voluit cur nõ cõcedã: etiã si vere mortẽ illã fuisse ⁊ nõ mortis figurã cõsentiaꝫ? Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ mortis figurã a vera morte distinguit. Itẽ. iiij. lib. de trinitate cap. lvij. August. Uerbo itaꝗ dei ad vnitatẽ ꝑsone copulatus ⁊ quodãmodo cõmixtꝰ hõ est: cũ veniente plenitudine tẽporis missus est in hunc mundũ/factus est ex femina filius dei vt esset ⁊ filius hominis ꝓpter filios hoĩm. Hãc personã angelica natura figurare antea potuit vt prenunciaret/non vt ipsa esset. Hec ille. AVTHOR. Ecce sepe negat esse ⁊ vere eẽ a rebus figuralibus: q: non ille res sunt secũdũ essentiã ꝗs figurant? Figurare (inquit) angelus potuit vt ꝑnunciaret nõ vt esset. Hac cautela loquẽdi vtebantur passim patres ecclesie/ne per simplices vel malignos verba scripture occasionẽ darent errandi. Et itẽ lib. primo cõtra duas epistolas Pelagianorũ. cap. vij. Augustinus. De cõcupiscentia carnis falli eos credo vel fallere/cũ qua necesse est vt etiaꝫ baptizatus ⁊ hoc si diligentissime ꝓficit ⁊ spiritu dei agitur/pia mẽte cõfligat. Sꝫ hec etiã si vocat peccatũ: non vtiꝗ q: peccatũ est: sed quia peccato facta est/sic vocatur: sicut scriptura manus cuiusꝗ dicit ꝙ manus eam fecerit. Hec ille. AVTHOR. Figuralr manꝰ nõ ẽ manꝰ: nec figurale pctm̃ ẽ pctm̃. Sic itẽ diabolus in euãgelio dicit inimicꝰ homo: nõ tñ est vere homo ꝗuis figuraliter extat hõ. Sup psal. lv. versu. Miserere mei dñe qm̃ conculcauit me homo. Augustinus. Sed ⁊ ipse diabolus quare hic nõ intelligatur? An forte q: dictus est homo? Ergo errat euãgeliũ: q: dixit: inimicus homo hoc fecit? sed quadã figura potest ⁊ ille dici homo/nõ tamen esse homo. Hec ille. AVTHOR. Et libro secundo sup cantica secundũ translationẽ Rufini. textu. Faciemus tibi similitudines auri. Origenes. Uidetur (inquit) mihi ꝙ lex per angelos disposita est in manu mediatoris. Qm̃ quidẽ mẽbra habebat futurorũ bonoꝝ/nõ ipaꝫ imaginẽ rerũ. Et ꝗcũꝗ cõtingebãt illis ꝗ in lege referunt/in figura ⁊ nõ in veritate cõtingebãt. Ista oĩa similitudines auri fuerũt: nõ aurũ verũ. Qđ. s. aurũ verũ ĩ illis ꝗ ĩcorporea sũt ⁊ ĩuisibilia. s. spũalia/ĩtelligat. Similitudo vero auri ĩ ꝗ nõ ẽ ipa veritas/sꝫ vmbra veritatis: ista corporea ⁊ visibilia accipiant. Uerbi gratia: similitudo auri fuit illud tabernaculũ manufactũ: de quo dicit apostolus. Nõ eñ in ista manufacta introiuit Jesus exemplaria veroruꝫ: sed in ipsum celũ. Ergo que in celis sunt inuisibilia ⁊ incorporea/illa sunt vera. Ista autem que in terris sunt visibilia ⁊ corporea/exẽplaria verorum esse dicuntur: non vera. Ita ergo similitudines auri appellantur in quibus est arca testamenti ⁊ propitiatorium ⁊ cherubim ⁊ altare incensi: ⁊ mẽsa ꝓpositionis et panes. Sequit. Sꝫ ⁊ ipm aurũ visibile ꝓ eo ꝙ visibile erat/non erat aurũ veruꝫ: sed similitudo erat illiꝰ veri auri inuisibilis. Hec ille. AVTHOR. Ecce q: res exemplares supernarum rerũ sunt visibiles/ideo non sunt vere tales/nec talium veritates sed similitudines veritatum: inter quas non superuacue recitat panes propositionis: vt non sint veritates/sed similitudines veritatũ ⁊ corporis cõsecrati figure. Item lib. de spũsancto versus mediũ. Didymus Si vero per allegorie numerum tonitruus/⁊ diluculũ/⁊ nebula/et creatio spũs intelligant: nõ substãtiã rei sꝫ figuratã interpretationẽ significabunt. Hec ille. AVTHOR. Item in prologo expositionis Osee primi libri: vbi tractat hoc ꝙ Osee iubetur accipe mulierẽ fornicariã. Hierony. Si oĩa ꝗ ꝑcipiunt ob causas vt in similitudines fiant vere facta contendimꝰ: ergo ⁊ Hieremias accinctus lũbari vestimẽto muliebri ꝑ inumeras nationes ⁊ assyrios/atꝗ Chaldeos gẽtes inimicissimas

Idem. Idem. Idem. Idem. Origenes. Didymus Hierony.

Judeorū iuit ad Euphratem: vt ibi absconderet lumbare suuz: ⁊ post multa tempora reuersus inuenit illud cōputruisse q̄ nulli esset vsui aptum. Quomodo exire poterat ⁊ ire tam longe obsessa Hierusalē / extructis ꝑ circuitum munitionibꝰ: fossa / vallo / atq̄ castellis: qui cum semel ad Anatot viculū suuz in tertio miliario ab vrbe situm exire voluisset / in porta capitur: ⁊ reductus ad principes quasi proditor verberatus in carcerē mittitur? Si illud in typo: q: fieri nō potuit: ergo et hoc in typo / q: si fiat turpissimuz est. Sed respondebis: deo iubente nihil turpe est. Et nos dicemus: deus nihil precipit nisi quod honestum est: nec iubendo turpia facit honesta que turpia sunt. Hec ille. AVTHOR. Et iste pater typos ⁊ similitudines ⁊ figuralia facta abnegat vere facta. Item libro primo contra Rufinū / qui intitulatur ad Pammachiū ⁊ Marcellam / pro se contra accusatorem defensio / versus finem libri / exponens se intellexisse apostolum tropice: ⁊ ideo non esse veruz qđ dixit:

Hierony. idem Hieronymus. Opponi nobis potest q̄ non sit vera sententia dicentis apostoli / Nemo vnq̄ carnem suaz odit: cū morbo regio laborātes / phthisi / ⁊ cancere / et distillationibus mortem vite preferant / ⁊ sua oderint corpora. Et statim quid ipse sentiret adiunxi. Magis itaq̄ ad tropicam intelligentiam sermo referatur. Quando dico tropice / doceo verum non esse qđ dicit: sed allegorie nubilo figuratum. Hec ille. AVTHOR. Ecce nō est verum / sed allegorie nubilo figuratum. Et super. ij. cap.

Hugo. Dionysij in angelica hierarchia Hugo. Si enī imago sola semper videtur / veritas nunq̄ videt: quoniā imago veritas non est: etiam cum de veritate est. Itē ibidē super cap. iij. In his veritas non creditur etiam si per ipsam veritas significetur. Aliud est eniz veritas / aliud signum veritatis: q: signum veritas non est / etiam cum veritatis signū est / ⁊ verum est. Hec ille. AVTHOR. Si dicat witcleff: intelligit nō vere facta secundum ꝓprietatem ⁊ secundū figuram: Sufficit mihi q̄ ipse cuz omni serie predictorum sanctorum nesciunt aliter intelligere vere facta aut veritates rerum nisi ipsas proprietates intelligant: ⁊ ideo generaliter eas remouent a figuris. Audiamus adhuc Ambrosium. Ipse enī Homi-

Ambrosiꝰ lia prima sui Hexamerō. Neq̄ (inquit) cū legimus: Ego confirmaui colūnas eius: vere colūnis eam subnixam possumus estimare: sed ea virtute que suffulciat substātiam terre atq̄ sustineat. Hec ille. AVTHOR. Et hic a columnis figuralibus abnegat vere sic dici: ⁊ in vsu habet deinceps modo patrū ecclesie veritatem a figura distinguere: ⁊ cōparationes facere distinctiuas. Et ideo

Idem. in libro de mysterijs idem Ambrosius. Audi q: vmbra est / que apud patres facta est. Bibebant (inquit) de consequenti eos petra. Petra autē erat Christus. Sequitur. Hec autem in figura facta sunt nostri. Cognouisti prestantiora: potior etenim lux q̄ vmbra / veritas q̄ figura / corpus authoris q̄ māna de celo. Hec ille. AVTHOR. Non ergo figura est veritas: nisi qualiter lux est vmbra / maxime si potior est veritas q̄ figura. Item

Idem. ibidem vbi supra Ambrosius. Audis quia sub nube fuerunt patres nostri. Et bona nubes que carnalium refrigerauit incendia passionum. Bona nubes obumbrat quos remersit spiritussanctꝰ. Deniq̄ superuenit in Mariam virginem: ⁊ virtus altissimi obumbrauit eam: quādo redemptionem genuit genti humane. Et illud miraculum per Moysen in figura factuz est. Si ergo in figura affuit Christꝰ: nō est ī veritate. Hec ille. AVTHOR. Hoc dictum Ambrosij peremptorium est: et vltimate concludit: si in figura / non in veritate. Itez libro primo

Idem. de sacramentis Ambrosius. Ecce quasi columba spiritussanctus descendit: non columba descendit: sed quasi columba. Memento quid dixerim / Christus carnez suscepit: non sicut carnem: sed carnis istius veritatem vere Christus suscepit. Spiritus enī sanctus in specie columbe. Non in veritate columbe: sed in specie columbe descendit de celo. Hec ille. AVTHOR. Videtis iā more ecclesie Ambrosium temperasse sermonem: ⁊ iuxta limitem verbi dei volentis dicere q̄ spiritussanctus descendit columba: q̄q̄ vera esset columba secundum naturam in qua venit: ⁊ non figura nuda columbe: ⁊ tamē distincte dicitur descendisse quasi columba: quia in natura eius venit / cuius tamen naturam non vere assumpsit. Christus vero vere carnem accepit: ⁊ ideo in vera carne caro vera descendit. Si ergo spiritussanctꝰ nō columba descendit q̄q̄ in specie tali descendit secundum naturam: longe plus non est panis corpus Christi: qđ nullatenus ibi extat secundum naturam. Verūtamē in hoc loco prolongauit witcleff iniquitatem suam / concedens consequenter spiritum sanctum columbā sicut vij. spice fuerāt. vij. anni / ⁊ sacer panis est veraciter corpus Christi: immo ⁊ quodlibet esse eē deū. Hec eniz predicanda tradidit in vulgari euangelio dominice infra octauas Epiphanie. Sed sectatores eius publice erubescunt de hoc mendacio publice dicentes ⁊ scribētes q̄ errauit in istis. vident enim qualiter conuincitur plane ex vsu scripture ⁊ sanctorum: vt dixerit non dicendū. O impia ergo logica witcleff ⁊ a theologia sanctorū patrum remota / quando dicit econtrario: si iste panis est corpus Christi in figura: ergo vere ⁊ realiter corpus Christi: q: vere ⁊ realiter dominꝰ nascebatur. Et dicat tunc consequenter. Ergo non solus filius fuit humanatus: sed pater ⁊ spiritussanctus fuerunt vere ⁊ realiter homines cum filio quando figurabantur in tribus viris descendentibus per viam. Sic item Abraham fuit vere ⁊ realiter deus: dicente eoipso cap. vij. de incarnatione verbi: q̄ Abrahā figurauit deum patrem ⁊ Isaac deū filiū. ergo secundū te Isaac fuit filius dei naturalis ⁊ immensus: imo ⁊ qđ Arriꝰ nunq̄ audebat asserere in Christo: Jonas fuit filiꝰ dei naturalis: cōsubstātialis ⁊ homousiō deo patri. Videtis quot impietates ⁊ quāte ex hac verborū inuolutione sequantur. Et quis iam imputat iustum crimē Ophitis: q: colebant serpētē? quia credebāt Christū eē vere serpētē. Vere serpēs est Christus: ⁊ econtrario Christus est vere serpēs: si panis witcleff vere est corpꝰ. Aut anthropomorphos q̄s witcleffista iuste poterit criminari / qui dixerūt deū patrem mēbris humanis vere formatū / dicente scriptura: Manus dñi erat cū illo: ⁊ terra scabellum pedum dñi est ⁊c. cuz witcleff sic asserit panē vere corpus Christi in figura? Nec est cōparatio ista mea: sz Ignatij Antiocheni disci-

puli sancti Joannis in quadā epistola sic scribētis. Cōsiderate (inqt) qualiter Anthropomorphi a cōione ⁊ oratione sctōrū recedunt ꝓpter nō confiteri eucharistiam carnē esse saluatoris / q: posuerūt eucharistiā esse panē ꝓ eo q̄ scriptura vocat eā panē. Hec ille. AVTHOR. Igit istis visis witcleff totiens dicit panē nō esse corpus Christi / quotiēs dixit ipsuz eē corpꝰ Christi: sicut ī libro de eucharistia cap. i. ⁊ frequētius alibi. Ne tñ redarguatur contradictionem asserere / declarat. iiij. trialogi cap. iiij. q̄ sicut Christus ⁊ baptista nō asserebant contradictoria vno dicēte: ipse est Helias: alio / nō sum Helias: sic nec contradicunt dicentes: panem esse corpus Christi: quia figuraliter verū est: ⁊ alius / panis non est corpus Christi: q: naturaliter itē verū est. Sz quomodo certificat hec logica cōmunicantē de re? Aut nō qđ prīceps logicorum Aristoteles ne hoīes ī cōicādo forēt ambigui cōstituit q̄ de quolibet diceret affirmatio vel negatio: ⁊ de nullo eorū ambo? De dici est hoc prin-

Ignatius.

cipium non de esse.⁊ non addit secundum idem: q̃ vita
uit a procul omnem similitudinem contradictionis in
verbis.quẽadmodum apostolus Paulus.ij. Corinth.
primo.Nunquid leuitate vsus sum? Aut que cogito se=
cundum carnem cogito/vt sit apud me est ⁊ non? Fide=
lis autem Deus q̃ sermo noster qui fuit ad vos: nõ est
Anselm⁹. in illo est ⁊ nõ. vbi in glossa Anselmus.Ut per has cau
sas sit apud illos in intentione mea affirmatio ⁊ nega=
tio de eodem.Hec ille. AVTHOR. Quomodo iacta=
bit witcleff sua sophismata? aut quomodo dicendus
est logicus qui tam prone nullo iubente contradictio=
nem concedit in verbis? panis est corpus Christi: ⁊ non
est corpus Christi. Et ad contradictionis saltẽ apparẽ
tis maculam detergendam/ non est dignatus determi=
nationem apponere propositioni que diminuit: choro
sanctorum patrum semper testante ꝙ figura non est ve
ritas.Si dicas:non est veritas secundum essentiã ⁊ na=
turã: ergo sequitur ꝙ non est veritas: Precise tantum
habet vnũquodq̃ de veritate quãtũ habet de entitate
cum transcendenter conuertantur.Et idcirco sancti pa
tres ecclesie secundum puritatem eloquentie dixerunt
abusiue talia nuncupari:que non essent secundum pro=
Gregori⁹ Nissenus. prietatem nature.Unde frater sancti patris Basilij in
Libro suo de conditione hominis. cap.xvi. Gregorius
Nissenus.Quicquid in rebus est si quidem perfecte et
integre vocatur/proprie cõstat esse quod dicitur.Si au
tem non per omnia qd̃ appellatur existat:inane ei no=
men probatur adscriptum: vtputa si quis verum panẽ
demonstret: dicimus eum proprie subiecto nomen im=
ponere. Q. si quis e lapide fabrefactaꝫ similitudinem
veri panis ostentet/cui ⁊ forma quidem ipsa sit/ ⁊ ma=
gnitudo eius videatur equalis/necnon ⁊ eandem simi=
litudinem coloris preferat/ita vt multis indicijs verus
putetur:desit autem illi vt cibus possit existere:idcirco
iam lapidem proprie vel naturaliter nõ nisi abusiue pa
nis appellationem dicimus accepisse.Item cetera iu=
xta eandem rationem que non sunt per omnia quod di
cuntur habent ex abusione vocabulum. Hec ille. AV=
THOR.Preclara regularis sententia sancti patris:
que item rectificat logicam: ⁊ theologiaꝫ informat.Si
res hec existat proprie ⁊ secundum naturam quod dici
tur:tunc iustissime appellatur. Si vero desit ei natura
nominis aut rei proprietas:abusiue sic dicitur. qd̃ wit
cleff dicit illaudabiliter sic dici. de sermone domini in
monte.cap.vi.de magistris qui sic abusiue dicuntur se=
cundum Hieronymum.i.illaudabiliter secundum ipm̃.
Ergo ⁊ panis tuus illaudabiliter dicitur corpus Chri
sti:qui cum non est proprie et naturaliter illud corpus
secundum te inani appellatione ⁊ abusiue est illud secũ
dum Gregorium.Reuera diminutiones talium figura=
rum supplent doctores dicentes quodammodo vel no=
Aug. minantes figuram:ne signum pro signato impudẽtes
accipiant.sicut.xiiij.de ciuitate dei.cap.xlviij. Augusti
nus.Quod ergo deus dixit per memoratum prophe=
tam/⁊ dabo pacem in loco isto:per significantem locuꝫ
ille qui in eo significatur intelligendus est:vt quia illo
loco instaurato significata est ecclesia:que fuerat edifi=
canda per Christum:nihil accipitur qd̃ dictum est da=
bo pacem in loco isto/ nisi dabo pacem in loco/quem si
gnificat locus iste.Quoniam omnia significantia vidẽ
tur quodammodo earum rerum quas significant susti=
nere personas:sicut dictũ est ab apostolo/ Petra autẽ
erat Christus:quoniam petra illa de qua dictum/signi
ficabat vtiq̃ Christum.Hec ille.AVTHOR. Ecce nõ
vult absolute dicere significantem rem sustinere rei si=
gnificate personam:sed cum conditione diminuente di
cit quodammodo.i.secundum quid.Et secundo libro su
per genesim ad literam.cap.xiij. sic dicit: creaturam Idem.
prius quodammodo factam in dei verbo. Postea vero
absolute pronũciat rem factam in suo genere creaturã.
Stulte ergo nimis pronunciauit witcleff panẽ esse cor=
pus Christi/cum nõ intelligeret hoc esse in natura/ nul
la sibi de scriptura data licentia extendendi sic figurã.
Maxime cum sancti viri olim etiam ipsas loquendi p
prietates negabant/ ne sumeret occasionem heresis li=
bere malignandi.

De instãtia witcleffistarum Pragensium pro communione plebis in vtraq̃ specie: vbi de heresibus in communicando.

Cap.LXXXVII.

Contra modum quem tenet ec=
clesia in communicando fideles
de corpore ⁊ sanguine saluatoris:
grauis ⁊ recens witcleffistarum
Pragensiuꝫ vrget querela pasto=
res:quã altitonãt sub his verbis.
Notum sit vniuersis Christifide= Pragen.
libus:ꝙ in regno Boemie instãt/
⁊ domino iuuante instare propo=
nunt siue per mortem siue per vitam/quãtũ est eis pos
sibile/pro articulis infra scriptis. Primo ⁊c. Secun=
do ꝙ sacramentum diuinissime eucharistie: sub vtraq̃
specie.s.panis ⁊ vini omnibus Christifidelibus nullo
peccato mortali indispositis libere ministretur.Hec il=
li.AVTHOR.Mirabilis deus in sanctis suis:sed nũ=
q̃ sicut in proprio corpore ⁊ sanguine suo benedicto mi
rabilis.Quid planius arguit identitatem rei alicuius
q̃ vnus vbiq̃ ⁊ semper immutatus euentus? Et quot
Christi corpus in specie propria sustinuit toto hui⁹ vi=
te tempore passiones? Nonne semper versabatur inter
persequutiones ⁊ odia/cõtumelias/rixas/⁊ iurgia/ala
pationes/torsiones/⁊ verbera: ⁊ tandem diram mortẽ:
et item post gloriam resurrectionis/a iudeis mẽdacia:
a discipulis altercationes ⁊ studia:semper labor affuit/
semper dolor? Et conformiter idem corpus eius iam et
tunc conuersatum nobiscũ sacramẽtaliter in specie alie
na a primeua eius institutione vsq̃ nunc/ non lacerare
desistunt heretici.A prima discipulorũ heresi curre p
tempora: ⁊ vltra omnia sacramenta/ hoc corpus vide=
bis a schismaticis ⁊ hereticis afflictum iniurijs/opinio
nib⁹ lacessitum/cachinnis irrisum: ⁊ non iam per tridu
um passum:sed continue crucifixum.Ecce nondum qe=
uit commotio turbulenta heresiarche witcleff contra
hoc sacratissimum corpus latens in sacramento secun
dum substantiam: ⁊ heredes eius coheredes antichristi
ne aliqua detur quies vel interpellatio pene/ schisma
cõmouent contra ecclesiã orbis terrarũ imutare conã=
tes cõicationis sue formã.Audeo dicere idẽ esse corp⁹
in substãtia/qd̃ nũc cũ lateat/sicut cum patuit/eadẽ cõ
tinue pseuerãs penalis torquet molestia. Ista plãgen=
tes corporis Christi causam mesti dictauim⁹: hora nos
pulsat vt in decisionẽ cause tendamus. Querunt ⁊ in=
stant vt dicũt ꝙ sacramẽtũ diuinissime eucharistie sub
vtraq̃ specie panis ⁊ vini oib⁹ Christifidelibus nullo
mortali detẽtis libere ministretur.Huic intẽtioni teme
rarie nũc ⁊ semp ab olim licuit apostolice sedis põtifici
respõdere qd̃ ait apostolus.prima Corinth.vi. Oia mi
hi licent:sꝫ nõ oia expediũt.vbi in annotationibus Hie Hierony.
ronym⁹. In oib⁹ inqt ĩtelligẽdũ ẽ:q̃ cũ pctã nõ sint/ oc
casionẽ tñ possũt cape delictoꝝ.AVTHOR.Nec vtiq̃
pctm̃ oĩno eẽt fideli de vulgo diuinissimã eucharistiam
sic in liquido sicut in sicco sacramento percipere.Nec

esset pape peccatum hoc multis sanctitate pollẽtibus ⁊ recta fide concedere. Quod tñ regulariter vniuersis concessum occasionem indubiam faceret peccatorum. Reuoluamus antiquas hereses que circa modum sumptionis/eucharistie contigerunt: ⁊ quod ad rem nostraꝫ pertinet: attendamus. Vetꝰ heresis Corinthiorum erat vna de primis: que in esu eucharistie plura deformia cõtinebat: vt ꝙ appropriabant sibi cõmune sacramentũ: ꝙ inopes excludebant: maxime vero ꝙ sumentes preauide se inebriabant/donum sancti spiritus ad ventris ingluuiem transferentes. Hunc modum super eodem loco/prime Corinthi. xi. declarat Haymo. Corinthij qui ⁊ Achaici vel Achei venientes ad fidem Christi ꝑ predicationem apostoli Pauli/a quo inter cetera que dñs fecit etiam sacramentum cene dominice perceperant: post decessum illius in memoriam cene dominice singulis annis quinta feria ante diem festum pasche conueniebant omnes ad ecclesiam/ac nobiles quiqꝫ ⁊ potentes diuitesqꝫ iubebant deferri aut etiam deferebant singuli panem ⁊ vinum: ⁊ dabant ea sacerdoti vnde cõsecraret corpus ⁊ sanguinem domini. Consecratis autem mysterijs a sacerdote/ vnusquisqꝫ quod detulerat accipiebat desuper altari. Sumebatqꝫ tam cito cum suis: vt superuenientes non inuenirent qđ ederẽt/ ⁊ vnde communicarent. Aut etiam deferebat omne qđ attulerat ad domum suam vt cum suis illud sumeret. Ob cuius rei causam magne dissensiones inter illos erant: quas seminauerunt pseudoapostoli: ita vt cum vna benedictione omnium oblationes consecrate essent: singuli suas tollentes que communes debuerant esse/ maximam verecundiam inferrẽt ijs qui vt assolet non obtulerant licet haberent: aut ijs etiam qui non habebant quid afferrent. Hoc autem faciebant multi postꝙ alijs cibis crapulati erant: istamqꝫ acceptionem eucharistie dominicam cenam vocauit apostolus. Hec ille. AVTHOR. Hanc heresim Corinthiorum non ratione facti/sed magis ratione intentionis facti qua tractabãt Christi carnem tanꝙ cibum alium vsualem/ ipso nomine heresis vocauit ibidem apostolus dicẽs. Audio scissuras inter vos esse ⁊ ex parte credo. Naꝫ oportet ⁊ hereses esse. In libro annotationum ibi. Hieronymꝰ. Qui tales dissensiones habetis necesse est vos etiaꝫ vsqꝫ ad hereses peruenire. Sicut si dicas: ille qui tantum bibit necesse habet inebriari. Et infra. textu. Qui manducat ⁊ bibit indigne. Dupliciter reus effectus: presumptionis. s. ⁊ peccati. Non dijudicans corpus domini: nõ discernens a cibo communi. Hec ille. AVTHOR. Sic ergo dijudicabãtur isti Corinthij ab Apostolo pro modo sue sumptionis heretici: quapropter aliter circa eos instituit factorum suorum reformari. s. errores. Alij item erant qui putabant Christum non esse totuꝫ sub altera specie sacramenti: sed sub vtraqꝫ simul: vnde ⁊ eucharistiam sumebant intinctam. Rursusqꝫ ad hanc tollendã dari prohibetur intincta. Julius papa tertiꝰ post Syluestruꝫ in decretis Episcopis per egyptum/ ⁊ ponitur de consecratione distinctione secunda. Cuꝫ omne. ibi infra/Julius papa. Audiuimus (inquit) quosdaꝫ schismatica ambitione detentos contra diuinos ordines ⁊ apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare. Alios quoqꝫ intinctã eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere. ⁊ infra. Illud vero ꝙ pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis/non hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt/ vbi apostolis corpus suum ⁊ sanguinem commendauit: seorsuꝫ enim panis/ seorsuꝫ calicis commendatio memoratur. Hec ille. AVTHOR. Non tantum attendo Decretum quãtuꝫ causam ⁊ occasionem edendi decretum. Causam enim prestitit heresis illa que docuit completam communionem corpus ⁊ sanguinis Christi non esse nisi in vtraqꝫ specie simul iuncta: ⁊ non sic complete Christum sub altera vel vtraqꝫ prout concipit in historijs super euangelia/vbi agit de notatione proditoris ⁊ eius egressu/ Petrus Comestor. Buccellã (inquit) intinctam porrexit Jude. Inde est ꝙ eucharistia non datur intincta: et etiam pro heresi tollenda que dogmatizauit Christum esse totum sub vtraqꝫ simul: ⁊ sub neutra tantuꝫ forma. Hec ille. AVTHOR. Huic non tantum accedit/verum antecedit eam in malum heresis witcleffistarum ⁊ oĩum Berengarianoꝝ ponentium corpus Christi ⁊ sanguinẽ solum inesse figuraliter sacramento/ qđ nude ceteri non ponebant. Accedunt autem eis ponendo ex hoc carnem tantum sacramentaliter in pane/ ⁊ sanguinem tantum in vino. Ideoqꝫ nullũ dicent sumere Christi carnem ⁊ sanguinem nisi sub duplici specie congruente/carnem sub pane: sanguinem sub vino. Nec tamẽ carnem ⁊ sanguinem per naturas: sed sub pane et vino tropice per figuras: sicut ⁊ nos ponimꝰ orthodoxi carnem non esse sacramentaliter nisi sub forma panis: et Christi sanguinem sub forma vini tantum/secundum sacramentum: secundum essentiam aũt ⁊ naturam equaliter sub vtraqꝫ. witcleffiste autem quia substantiam carnis ibi non concedunt/restat vt dicant tãtum in pane carnem: in vino sanguinem: quia solum est vterqꝫ ibi secundum propriam suam figuram. Hec est ergo eis ratio postulandi communicare sub vtraqꝫ specie ne improperetur eis se non habere vitam fidei in semetipsis quia non manducant carnem filij hominis: et bibunt eius sanguinem secundum suam heresim/nisi edãt carnem secundum tropum in pane: et sanguinem figuralem in vino. Catholici vero integre sumunt eucharistiam totam secundum rem/sub vtraqꝫ specie: quia Christo credunt instituenti ibi carnem suam ⁊ sanguinem secundum substantiam carnis ⁊ sanguinis naturam ⁊ essentiam sub vtraqꝫ. Unde necesse non habent sicut egeni heretici hanc vini speciem mendicare clamoribus importunis: sicut Esaie. xxiiij. in persona witcleffistarũ istorum dicit propheta. Clamor erit in plateis super vino. cum tamen ibi ante eis respondeat. Non bibent vinum. Amara erit potio bibentibus illam. Unde ꝙ sit hereticorum ista petitio exponit in commentario loci illius libro. viij. Hieronymꝰ. Clamor (inquit) erit in plateis super vino: nõ in arcta ⁊ angusta via que ducit ad vitam: sed in lata ⁊ spatiosa que ducit ad mortem: super vinum ⁊ ebrietatem erroris eorum qui dormierunt somnum suuꝫ ⁊ nihil inuenerunt. Hec ille. AVTHOR. Quo habito quid restat patribꝰ facere/nisi quod fecit Paulus Corinthijs: ⁊ citeriores patres intinctis hereticis? Reformare. s. qđ errãt: ⁊ constanter negare quod petunt: ne contra votum sapientis respondeatur stulto secundum suam stultitiam: sed impleatur magis quod propheta iam dixit. Non bibent vinum. Ratio: q: amara erit potio bibentibus illam. Conuersuri enim essent ipsum in amaritudinem vitis aliene: quam. s. witcleff plantauit non Christus: cum sentirent ab ecclesia in errore suo preberi fauorẽ. Et lex domini iubet in Exode de esu agni. In vna domo comedetur: nec efferatis de carnibus eius foras. Ubi in Isagogis cap. xv. Isidorꝰ. Hoc de Christi corporis sacramento cuius agnus ille figuram obtinuit/proprie tenetur scriptum/cuius corpus ⁊ sanguis in vna domo id est in ecclesia vesci precipitur. Non efferetis foras. in plebibus. s. hereticorum que ab ecclesie eadem catholice vnitate foris vagantur. Hec ille.

Corinthiorũ heresis.

Hierony.

Heretici alij.

Petrus Comestor.

Hierony.

Qꝫ modus quem obſeruat eccleſia eſt magis conueniens ſcripturis ſanctis. Cap.LXXXVIII.

Congruentiſſimum vero modum
inſtitutionis eccleſie circa cõmu-
nionis formam in populo differen
ter ⁊ ſacerdotio/ noſſe poteſt qui
tractatum apoſtoli Pauli ad he
breos diligẽter attendit:⁊ ſuppli-
ci corde vt intelligat deum orat.
Ubi.ix.cap.tabernaculum in vete
ri teſtamento primum dicit eſſe fa
ctum:in quo erant candelabra ⁊ menſa ⁊ propoſitio pa
num que dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſe-
cundum tabernaculum qđ dicitur ſancta ſanctorũ/au
reum habens turibulum et arcam teſtamenti. Et in
pri⁹ quidem tabernaculum ſemper introibant ſacerdo
tes ſacrificiorum officia conſummantes. In ſecundum
autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine
quem offert pro ſua ⁊ populi ignorantia. Huic confor-
matum oſtendit Chriſtum magnum ſacerdotem:⁊ cete
ros ſacerdotes in ſacrificiis Chriſtianis: Chriſtus (in-
quiens)aſſiſtens pontifex futurorum bonorum/ taber-
naculum non manu factum per proprium ſanguinem
introiuit ſemel in ſancta. Et de aliis noſtris quibuſqꝫ ſa
cerdotibus premiſit cum diceret. Omnis(inquit) ſacer
dos ex hominibus aſſumptus pro hominibus cõſtitui-
tur:vt offerat dona et ſacrificia pro peccatis. In toto
hoc proceſſu de ſacrificio Chriſtiano ⁊ Iudaico inueni
re potes concorditer ſacrificantes ⁊ participantes offi
cio et omni ratione diſtinctos. Summus ſacerdos et
quilibet ſacerdotes vtriuſqꝫ teſtamenti dicuntur ſacri-
ficia conſummantes. Semper(inquit) Paulus introi-
bant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.⁊
de Chriſto cap.x. Una enim oblatione conſummauit in
Ambros. ſempiternum ſanctificatos. Et libro primo de officiis/
recitans verba Laurentii ad Sixtum Ambroſius. Ex-
perire certe vtrum idoneum miniſtrum elegeris. Cui
commiſiſti dominici ſanguinis conſecrationem: cui cõ
ſummandorum conſortium ſacramentorũ:huic ſangui-
nis tui conſortium negas? Hec ille. AVTHOR. Hic
Ambroſius verbum apoſtoli de conſummatione ſacra
menti/tribuens illud Laurẽtio. Cetera vero plebs pre-
ſens exiſtens ſanctificationi/ participans ſacramenti
dicitur vel aſperſa. Unde Apoſtolus ibi.ix.cap. Lecto
enim omni mandato legis a Moyſe vniuerſo populo
accipiens ſanguinem vitulorum ⁊ hircorum cum aqua
⁊ lana coccinea et hyſopo:ipſum quoqꝫ librum ⁊ omnẽ
populum aſperſit dicens. Hic ſanguis teſtamẽti quod
mandauit ad nos Deus. Et alibi/idẽ Apoſtolus. Nõ-
ne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris? Et Dio-
nyſius conformiter apoſtolo diſtinguit in officio huius
ſacre euchariſtie hinc hierarchas aut preſbyteros in
ſacrificantes/hinc alios cõmunicãtes/in participãtes
cap.iii.eccleſiaſtice Hierarchie. Hinc igitur eam⁹ ſem-
per cum apoſtolo ad locũ legis.vt videam⁹ quid ſacer
dotibus ſacrificia cõſummantibus congruat ſeorſum a
populo:qđ itẽ populo per ſeipſum. Lege librũ Leuiti
ci quẽ hic notauit apoſtolus. Ibi iubet dominus tolle
re vitulum pro peccato: ⁊ arietem in holocauſtum; hir
cum quoqꝫ pro peccato ⁊ vitulũ atqꝫ agnum ſine macu
la/⁊ hec mactata offerri domino. Sanguinem vero ho
ſtie ſacerdos ſolus intingit:ſolus ſpargit cõtra vtrũqꝫ
cornu altaris/aut quãdoqꝫ ſuper altare per circuitum/
quãdoqꝫ ad baſim eius effundit. Summus item ſacer-
dos ſolus intrat ſancta ſanctorum ſemel in anno non
ſine ſanguine. Aſſumere ſanguinem/fundere illum ſup
cornua altaris per gyrũ/aſpergere digito ſepties:⁊ cõ-
tra ꝓpitiatorium ad orientẽ. Leuitici.xvi.ſoli licuit ſa
cerdoti. Participare vero ſacrificium cunctis licuit fi
liis Aaron in loco ſanctuarii. Nuſqꝫ vero ſanguinem ef
fundere vel ſpargere:quis pro miniſterio ſacerdotibus
offerre licebat. Sic in eccleſia Chriſti cuncti communi
cant de filiis Aaron/de filiis Ieſu Chriſti veriſſimi ſa-
cerdotis:ſed ſanguinem effundere:ſeu ſancta penetra-
re ſanctorum in vſu ſanguinis:in appropriata forma ſa
crificii/ſoli licet ſecundum legem ſacrificia conſummã
ti. Unde ſicut nec licet ſacrificiũ inchoare/ ⁊ non perfi-
cere:ita nec vnqꝫ licet aut licuit ſacrificanti ſub forma
panis inchoare ſacrificiũ carnis:⁊ non ſub forma vini
ſacrificium ſanguinis conſummare. Non quidẽ pro re
ſanguinis abſentis in priori:ſed pro complemento my-
ſterii. Et hoc eſt quod intendit ad Maioricum ⁊ Ioan-
nem epiſcopos decretum Gelaſii. Cõperimus autẽ qꝫ Gelaſii decretum.
quidam ſumpta tantũmodo corporis ſacri portione a
calice ſacri cruoris abſtineant. Qui proculdubio quo-
niam neſcio qua ſuperſtitione docentur aſtricti/aut in
tegra ſacramenta percipiant/aut ab integris arcean-
tur. Quia diuiſio vnius eiuſdemqꝫ myſterii ſine grandi
ſacrilegio prouenire non poteſt. Hec ille. AVTHOR.
Hoc capitulum facit pro ſacrificantibus qui ſunt tan-
tũmodo ſacerdotes:vt liquet ex illo verbo:diuiſio vni⁹
eiuſdemqꝫ myſterii/ qđ innuit cõſummationẽ ſacrificii.
Quãtum autem ad participantes perpende item figu
ras huius venerabilis ſacramenti in lege/queadmodũ
communioni noſtre conueniant. Panes ꝓpoſitionis/
qui vt ſupra traditur hoc ſacramentum modo legis ſi-
gnabant/poſt hebdomadam tollebantur: ⁊ ab iis qui
ſanctuario miniſtrabant comedebant ſed aridi. Agn⁹
paſchalis in paſche feſto manducabatur in omni po-
pulo:ſed igni aſſus et aridus. Et per ſeptem dies illos
azymi panes ⁊ omne ſacrificiũ eorum in igne. Leuitici
xxiii. Mãna item in eſum populi venit e celo non inun
ctum:nõ ſanguine vel liquore perfuſum ſꝫ ſiccum. Sub
quotcũqꝫ figuris corp⁹ Chriſti cõmiſſum eſt pplo quã-
tũ ꝓpẽdi/ſicca forma ꝓuenit maxime ſine ſãguine:cui⁹
eſũ Moyſes expreſſe ꝓhibuit:ſãguinẽ (inquit)ideo nõ
mãducãdũ. Irruit witcleffiſta vt ꝓperãs dicat:ſꝫ ſacer
dos ſanguine pplm aſpſit/qđ ad miniſtrationẽ ſangui
nis Chriſti pplo in ſacramẽto deſignat. Nõ eqdẽ in ſa
cramento calicis cõſecrati:ſꝫ in ſacramẽto penitẽtie vl
baptiſmi. Quod ex allegoria aplí patet. Hebre.x. Aſp
ſi corda a cõſcientia mala ⁊ abluti corpus aqua mun-
da. Sup quo loco in expoſitione Ambroſius. Lauacrũ
baptiſmatis in hoc loco dicit. Baptiſmũ eñi corporis Ambros.
mũdatio nõ eſt ſꝫ aĩe/ſi fides adeſt baptizato/ſiue parẽ
tũ ſiue ipſe ad rationabilẽ etatẽ ꝓuenerit. Hec ille. AV
THOR. Baptiſmũ ergo Chriſti ſanguine dedicatum
aſpſio illa hyſopi in aqua rubricata ſignificat. Et eque
in ſacramẽto penitẽtie ſancte.teſte Pſalmiſta ĩ Pſal-
mo qnquageſimo. Aſpges me dñe hyſopo ⁊ mũdabor.
Adhuc obiiciendi locũ aperiũt ſatis ſecretũ eo qꝫ ſcri-
ptum ſit numeri.xvii. Oĩs oblatio ⁊ ſacrificium ⁊ quic
quid pro peccato atqꝫ delicto redditur mihi et cedet in
ſctã ſctõrũ/tuũ erit ⁊ tuorũ filiorũ. In ſanctuario come-
des illud. Iã cõſtat vnũquodqꝫ de p̃dictis habuiſſe pro
priũ libamẽtũ q̃rte partis Hin de vino/vt notat exodi
xxix.⁊ Leuitici.xxiii. Hoc igit poteſt figurare/corp⁹ do
mini cõicari poſſe a nõ celebrãte ⁊ ſanguinẽ eius in vi-
ni ſpecie conſecrata. Nec hoc vnqꝫ diſplicebat eccleſie
quin perſone fidei et ſagacitatis notãde poſſent ad ſan
ctam cõmunionẽ ſecũdum oẽ eius cõplemẽtũ admitti:

maxime vocãte prelato. Sed generalitatẽ traditionis huiꝰ fieri omni populo et sexui indistincte/ecclesia non concedit: nec vbi tu notasti synagoga concessit. Nam ⁊ ibi statim subiungitur. Mares tantum edent ex eo/ q̃a consecratum est. Primitias autẽ quas vouerunt/ et obtulerunt filij Israel: tibi dedi: ac filijs ⁊ filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua vescetur ex

Mares. eis. Ecce iam vesci sacrificijs soli mares admittuntur. id est fortes in fide/, constantes in opere/discreti etiam actione: sicut in scripturis mares solent intelligi: ⁊ Origenes exponit masculos perimendos ⁊ feminas reseruandas in exodo. Sacrificia ergo comedere ⁊ libamenta eorum q̃uis mares admittuntur/ non tamen tolerãtur ⁊ femine: quia sacrificia iam consummata per sacerdotes fide fortes ⁊ opere perspicaces/fideles soli possunt attingere: quibus filij et filie. i. infirme anime per heresim vel inconstantiam debiles appropinquare non debent. Scio omnes fideles esse sanctos: sed inter sanctos sicut inter stellas secundum apostolum est ampla distantia. Ipse enim Paulus distantiam hanc notans in salutatione epistole prime ad Corinthios: cũctos ibi fideles sanctificatos vocat sanctos/signãter tamẽ eos distinguit qui inuocant nomen domini Iesu: scilicet sa-

Hierony. cerdotes. Ubi in annotationum libro Hieronymꝰ. Sãctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis per baptismum sanctificatis/ cum omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi. Proprie sacerdotum est inuocare dominum/ quibus dicitur. Sic benedicetis filios Israel inuocantes nomen meuz super illos. Et psalmista ait. Et Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eiꝰ. Quẽ sacerdotem fuisse illa res probat: quia ⁊ sacerdoti successit ⁊ hostias offerebat. de quo etiam secũdũ historiã dictũ est. Suscitabo mihi sacerdotẽ fidelẽ. Qui q̃uis non sit in genere Aaron/tamen de tribu Leui esse in Libro Paralipomenon legitur: qꝛ deus ipẽ hunc constituit ⁊ illũ. Ita enim Aarõ elegit: vt alios postea eligendi potestatẽ non amiserit. Hec ille. AVTHOR. Uide sacerdotes specialiter ex eo distinctos a ceteris sanctis/quia nomen domini inuocant/qꝛ hostias offerunt/⁊ pro populo ipsi sacrificant. Non ergo passim cõmittendum est omnibus q̃d solis perfectis ⁊ maribus est concessum. Sub hac regula legis currit quod totiens in exordio Leuitici legimus. Fundent filij Aaron sanguinem eius super altaris circuitum: et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino. et quotquot sint talia. Que q̃uis de sacerdotio fungẽtibus filijs eiꝰ possent intelligi: latiori tamen sensui incumbentes/ fide fortibus ⁊ discretis fidelibus a pastoribus ecclesiarum hoc donandum esse concedimus. s. vt si non sacramenta consumment: sed tantum participent: ad sacrificium tamen ⁊ eius libamentum/id est ad communicandum in vtraq; specie eos assumant. Qualiter secundũ vsum Romanum summus pontifex Diaconuz et altaris ministros aut alios fide summos vel dignitate prouectos/ puta doctores vel reges cõmunicat: aut certe ecclesie religiosorum vel magnorum locorum hactenꝰ fratres suos vel alios tanta re dignos communicare non desinunt. Unde de consecratione distinctione secũda. Tribus. Clemens. Tribꝰ gradibus commissa sunt

Clemens. sacramenta diuinorum sacramentorum. i. presbytero ⁊ diacono ⁊ ministro: qui cum timore et tremore clericoruz reliquias corporis domini custodire debẽt fragmẽtorum. Hec ille. AVTHOR. Precipue tamen attendendum: quia sicut omnes ad cõmunicandum in liquido sacramento auidos Zacheo comparare non audeo: ita omnes ad communem formam ecclesie se tenentes humiliter centurionis modestie nõ postpono. Quia q̃d facit totus ordo participantium non solum laicorum sed etiam clericorum religiosorum quando cõmunicãt solum in panis specie: nisi cedunt principalitatem non rei: sed ritus sacrificij sacerdoti consummãti sacrificiuz vice Christi? Ita ⁊ tota ecclesia Christi in sacerdotibus suis quãtũ reor sancta sexta feria temporibꝰ annuis nihil eo die conficiens solam hostiam siccam pridie consecratam cum puro vino communicat/ principalitatez cedẽs summo pontifici Iesu Christo. Qui eo die solus ritu magni pontificis per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna redẽptione inuẽta. De quo in Libro de fide ad Petrum. cap. vij. Augustinus. Ipẽ Augus. Christus secundum apostolicam doctrinam obtulit semetipsum pro nobis oblationem ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Ipse verus deus ⁊ verus pontifex: qui pro nobis nõ in sanguine tauroruz ⁊ hircorum/sꝫ in sanguine suo semel intrauit in sancta. Q̃d tũc pontifex ille significabat: qui cum sanguine in sancta sanctorum per annos singulos introibat. Iste igitur est qui in se vno totum exhibuit quod esse necessarium ad redẽptionis nostre sciebat effectum. Idem. s. sacerdos ⁊ sacrificium: idem deus ⁊ idem templum. Sacerdos per quem reconciliati sumus. Sacrificium quo recõciliati. Templum in quo reconciliati. Deus cui recõciliati. Solus tamen sacerdos: sacrificium: et templum: qꝛ hec omnia deus secundum formam serui/nõ autem solus deꝰ. Hec ille. AVTHOR. Perpendat iam witcleff q̃ sollicite curauit dominꝰ noster veteres implere figuras: ⁊ nõ dedigneẽ hoc seruꝰ obseruare catholice. Hoc dico/quia solet statim dicere cuz in robur fidei veterũ aduocamꝰ figuras q̃ spem ponimus in figuris ⁊ signis iudaicis. Consulo autem ne spernas tu legem cum Manicheis hereticis. Cogita item quãtũ sit obseruantias christianas in vtraq; lege fundare. Maxime autem vbi apostolus Paulus locum legis prius enucleat/ ⁊ ad Christi legem perducens suauissimum eorum concentum sine dissonantia modulationis exponit: sicut dulciter laudat catholicam fidem in hac parte: ⁊ resistentes dire refellit hereticos: libro ad inquisitiones Ianuarij secundo versus finem Augustinus dicens. Quis hanc leti- Augu. tiam diuinorum sacramentorum cum sane doctrine luce clarescunt: non preferat vniuersis huius mundi imperijs etiam inusitate felicitate pacis? Nonne vero tã q̃ seraphim clamant adinuicem concinẽtia melodiam laudis altissimi: Sanctus/Sanctus/Sanctus/ Dominus deus sabaoth: Ita duo testamenta feliciter concordantia sacrataz concinunt veritatem? Occiditur ouis/ celebratur pascha: ⁊ interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito dei. Occidiẽ Christus: qui tanq̃ ouis ad immolandum ductus est: sicut Esaias propheta testatur. Celebratur verũ pascha: ⁊ interpositis quinquaginta diebus datur ad charitatem spiritussanctus qui est digitus dei contrarius hominibus sua querentibus: ⁊ ideo iugum asperum ⁊ grauem sarcinam portantibus: nec inuenientibus requiem animabus suis. Quia que sua sunt charitas non querit. Ideo animositas hereticorũ semper inquieta est: quos magoruz Pharaonis habere conatum declarat Apostolus dicens. Sicut Iannes et Mambres restiterunt Moysi sic et hi resistũt veritati: homines mente corrupti/ reprobi circa fidem. sed vltra non proficient. Dementia enim illorum manifesta erit omnibus sicut ⁊ illorꝫ fuit. Hec ille. AVTHOR. Uidete sectatores witcleff q̃ sit laudabile veritatẽ catholicã ex vtraq; lege deducere. Sic cõcinũt tã q̃ seraphĩ dicit Aug. melodiã celestẽ. Que nõ mirũ aĩos hereticorꝫ ĩ admirãdã pellit tristitiã. Nec nũc igitur celebramus signa Iudaica vt

Maniche. witcleff improperat sequens Manicheum in hac argutione magistrum: qui sic solet improperare catholicis q in obseruatione pasche τ sabbati cōtra statutum apostoli dies obseruarent τ tempora: quia in tali obseruatione signorum non ipsa signa colimus: sed signata. Quis secūdum signa signata colātur. Libro cōtra Adimantiū cap. xvi. Augustinus. Et qđ dicit: Dies obseruatis et sabbata et solennitates: timeo vos ne frustra laborauerim in vobis: Non quidem sic scriptū est vt Adimantius ponit. Non enim ibi nominat sabbatum apostolus. Dicit enim: dies obseruatis τ annos τ tempora. Sed puta de sabbato esse dictum: nunquid τ nos non dicim⁹ ista non esse obseruāda: sed illa poti⁹ que his significantur? Illi enim seruiliter ea obseruabant/ non intelligentes ad quarum rerum significationem τ prenūciationem pertinerent. Et hoc in eis apostolus culpat/ et in omnibus qui seruiunt creature potius q̄ creatori. Nam nos quoq; τ dominicum diem τ pascha solenniter obseruamus: τ quaslibet alias christianas dierū festiuitates. Sed quia intelligim⁹ quo pertineant/ nō tēpora obseruamus: sed que illis significantur temporibus. Sequitur. Repudiemus ergo eam carnalem cum apostolo/ τ approbemus eam spiritalem cuꝫ apostolo: et sabbati quietem non obseruem⁹ in tempore: sꝫ signū temporale intelligamus: τ ad eternam quietem que illo signo significatur aciem cordis intendam⁹. Hec ille. AVTHOR. Ita repudiam⁹ nos in sacrificijs nostris sanguinem bestialem quem solus pontifex obtulit illo semel in anno quādo ingressus est sancta: τ in sanguinē Christi qui illo signatur aciē cordis intendimus: quem soli iteꝫ sacerdoti sacrificanti in specie illa cōcedim⁹: aut soli Christo semel in anno qui solus ritu pontificis sanguinem proprium offerens ingressus est sancta ritu committimus sacrosancta.

Aug.

Qꝫ ex congruentia scripturarum participantium ordo cedit ordini consummanti in solennitate ritus non rei.

Cap. LXXXIX.

Quia si tantam venerationem deferebant veteres sacerdotes figurali pontifici/ vt omnes illi cederent eo die semel in anno quo cū sanguine pecudū intraret in sancta: quāto magis Christi sacerdotes omni reuerētia Jesu Christo cedent summo τ vero pontifici/ vacantes solennitate sacrificandi eo die semel in anno quo per proprium sanguinē sanctorum sancta veraciter introiuit redemptor hominum/ reconciliator peccantium/ sacerdos penitentium et Deus creator omniuꝫ? In libro de institutis clericorum. cap. lxvij. Rabanus. In hac die sacramenta penitus non celebrantur: sed eucharistiam in cena domini consecratam peracto officio lectionum et orationum τ sancte crucis salutatione resumunt. AVTHOR. Qꝫ si totus ordo sacrificantium cui item sacerdotis iure τ officio sacrificare incumbit/ a sacrificādo bene τ humiliter ipso die cessat cedens sacrificium summo sacerdoti Christo: quis amens instigat aliquem de ordine tantum participantium vt vendicet sibi cum summo sacrificante consortium paritatis? Nec cedat sibi quicq̄ vel ritus vel ordinis qui est completus sacerdos/ cuꝫ τ ipse tantum in vnam partem non in plenum sacerdotiū sit vocatus comedere ibi panem. i. corpus Christi in specie panis nostri? Hoc declarat insigniter Augustin⁹ in

Rabanus

vocatione Judeorū: τ ex eis digniorū. s. tribus Leui et sacerdotum/ ad ecclesiam/ literaliter exponens prophetiam imitationis sacerdotij Aaronici. primi regū. ij. cū vir dei quē Judei Phinees autumāt et Heliam: diceret ad Heli. Futuruꝫ est autem vt quicūq; remāserit in domo tua veniat vt oretur pro eo τ offerat nūmum argēteum τ tortam panis: dicatq;/ dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam buccellā panis. secundum literam Augustini: Jacta me in partem sacerdotij tui māducare panem. Libro. xvij. de ciuitate dei cap. v. Augustinus. Veniet adorare ei obolo argenti. Cui adorare nisi summo illi sacerdoti qui et de⁹ est? Neq; enim in sacerdotio secundum Aaron ad hoc veniebant homines ad templum vel ad altare dei vt sacerdotem adorarent. Quid est autem qđ ait obolo argenti/ nisi breuitate verbi fidei? de quo cōmemorat apostolus dictum/ Verbum breuians facit dominus super terram. Argentum autem pro eloquio poni psalmus testis est vbi canit. Eloqa dñi eloqa casta: argētū igne examinatū. Quid ergo dicit iste q̄ venit adorare sacerdoti dei/ τ sacerdoti deo? Jacta me in partē sacerdotij tui māducare panē. Nolo in patrū meorū collocari honore qui nullus est. Jacta me in partem sacerdotij tui. Elegi enim abiectus esse in domo dei: qualecūq; τ quātulūcūq; mēbrum esse cupio sacerdotij tui. Sacerdotiū quippe hic ipsam plebem dicit: cuius plebis sacerdos ille est mediator dei τ hominuꝫ homo Christus Jesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus/ Plebs sancta/ regale sacerdotiū. Quis nonnulli sacrificiū tuum sint interpretati non sacerdotij tui. Quod nihilominus eundem significat populū christianum. Unde dicit apostolus Paulus. Un⁹ panis/ vnum corpus multi sumus. Quod ergo addit manducare panem/ etiam ipsum sacrificij genus eleganter expressit: de quo ideꝫ sacerdos ipse. Panis quē ego dedero caro mea est pro seculi vita. Ipm est sacrificium nō secundum ordinem Aaron/ sed secundum ordinem Melchisedech. Sequitur. Qꝫ enim dixerat superius dedisse se cibos domui Aaron de victimis veteris testamenti: vbi ait: Dedi domui patris tui omnia que sunt ignis filiorum Israel in escam: Hec quippe fuerant sacrificia Judeorū: Ideo hic dixit manducare panem/ quod est in nouo testamento sacrificium christianorum. Hec ille. AVTHOR. Hac expositione scripture docet Augustinus sacerdotale genus iudaicum iactatum esse in partem sacerdotij Christi. s. in partem plebeam: que non est sacerdotium integruꝫ: sed pars eius. Ad quid? Ad manducandum panem. i. sacrificiuꝫ corporis τ sanguinis: sed in panis specie/ in arido sacramento. Hoc item et moris erat in sacrificio Judaico. Unde Augusti. illis sacrificijs nostra combinans. Omnia que sunt ignis filiorum Israel (inquit) dedi domui patris tui in escā. Hec quippe fuerant sacrificia Judeorū. Ideo hic dixit manducare paneꝫ/ quod est in nouo testamento sacrificium christianorum. Qꝫ si liceat dicere vt sic sacrificio sicco vtaris i pane in populari parte sacerdotij christiani: sicut ante comedebas omnia que fuerant ignis cultu sacerdotij prioris Judaici. Qui vtiq; cultus est honoratior omni cultu Corinthiorum aut aliorum grecorum gentilium: τ ideo imitabilior christiano. secundum illud apostoli ad Romanos. ij. Gloria honor τ pax omni operanti bonū Judeo primum τ Greco. Unde τ Christus Jesus hunc ritū magis exercuit in se τ primeuis suis discipulis/ quotiens post resurrectionem cōuiuium fertur egisse. Vult omnino witcleff ex verbis Augustini q Christus tūc cōsecrato corpe discipulos pauit i cena qñ in castello Emmaus cognouerunt eum in fractione panis: nō ab

Aug.

M. colon.

tunc cōmunicauit eos in liquido: nec vſꝙ legitur ꝙ cognouerunt eum in effuſione vini. Uult etiam hoc ſacramentum intelligi vbi legitur Actuū ſecundo. Frāgentes circa domos panem ſumebant cibū cum exultatione. Et iterum. Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorū ꝛ cōmunicatione fractionis panis. Quod ſi ita fuerit: quia nuſꝙ fit mentio vini/ omniquaqꝫ putatur ꝙ cōmunio credentium ex Iudeis ꝛ diſcipulorū Chriſti pter apoſtolos fuit in ſpecie ſicca tātū. Quod ſi ad pmā cōmunionē inſtitutam pro populo oculos dirigas/ vinū nullum ibi dat euangelium. Hoc em̄ erat quod poſt reſurrectionem ſuam ſemel cum diſcipulis egit conuiuiū.

Petrus Damian⁹. ſicut in Libro de officijs Romane eccleſie Petr⁹ Damianus. Cōmunicatio (inquit) populi typum illius cōuiuij gerit quod non niſi ſemel dominus poſt reſurrectionem ſuam iniſſe legitur cum diſcipulis. Hos etiam poſt vltimum cōuiuium ab eis diſceſſurus in celum benedixit. Hec ille. AVTHOR. Et hanc ipſam ideo cōmunionem pars oblate ſicce reſeruate ꝛ comeſte a ſacerdote ꝛ populo deſignat/ dum pars intincta calici aliud differenter inſinuat. vt exponit Libro de inſtitutis clericorum. cap. xxxiiij.

Rabanus. Rabanus. Per particulam oblate immiſſe in calicem/ oſtendit Chriſti corpus quod iam reſurrexit a mortuis. Per comeſtam a ſacerdote ꝛ populo/ quod poſt reſurrectionem Chriſti adhuc cū diſcipulis ambulans in terra ꝛ ſeipſum viuum prebēs. Hec ille. Utrobiqꝫ cōmunionē populi ad vnā ſpeciē ſacramēti ſicci cōmēdat authoritas. Quis in hāc partem ſacerdotij ipſi iactati ſunt vt panem manducēt/ ſupra determinat Auguſtinus.

Pet. Da. Et vbi iam ſupra idē Petrus Damianus. Nō eſt authenticū: ꝙ quidā corpus intingunt ꝛ intinctum pro cōplemēto cōmunionis populo diſtribuunt. Nam ordo Romanus contradicit: quia in paraſceue vinū nō conſecratū cū dominica oratione ꝛ dominici corporis immiſſione iubet conſecrare vt populus plene poſſit communicare. Hec ille.

Ad authoritatem euāgelii: Bibite ex hoc oēs. & ꝙ hęc obſeruantia nō fuit tā vniuerſalis antiquitus ſicut ſonat.

Cap. XC.

Authoritates ſcripture ꝛ ſeniorū ſcriptorum ſententias iam libet euoluere quibus witcleffiſte roborant partem ſuam. Neqꝫ enim tute procedimus ſi cōtra tot ſancta capita quot ipſi numerāt inſudemus.

witcleff. Iuxta ſententiā (inquiunt) ſaluatoris qui dixit. Accipite ꝛ comedite: hoc eſt corpus meum: ꝛ bibite ex hoc omnes/ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro multis effundetur. Matthei. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij. Hec witcleffiſte Pragēſes. Quod pro eis (vt putant) hic dicitur/ eſt: bibite ex eo omnes: hic eſt ſanguis meus. Uideant bene quomodo vniuerſalitatem illam ſue petitioni coaptent. Sed articulū ſuum petitionarium recitemus. Secundo inſtamus (inquiunt) ꝙ ſacramentum diuiniſſime euchariſtie ſub vtraqꝫ ſpecie. ſ. panis ꝛ vini omnibus Chriſtifidelibus nullo peccato mortali indiſpoſitis libere miniſtretur. Hec illi. AVTHOR. Iam plus iuſſit Chriſtus: minus petit articulus: quare articulus ille eſt hereticus. Sequela de ſe eſt expreſſa regula ſcripture diuine Apocalypſis vltimo. Si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius/ auferet deus partem eius de libro vite. Iſti diminuunt de verbis Chriſti ſimul ꝛ factis: inſtantes ſolum/ vt ſacramentum ſub vtraqꝫ ſpecie omnibus Chriſtifidelib⁹ nullo peccato mortali indiſpoſitis libere miniſtretur: cum Chriſtus iuſſit vt indiſtincte biberent ex hoc omnes: in quo nec Iudā proditorem excepit multiplici peccato mortali indiſpoſitum ꝛ preſcitum/ vt ſupra frequenter habetur ex euāgelio ꝛ Auguſtino. Ergo tollendo de verbis Chriſti ſimul ꝛ facto ſic petentes ſunt heretici. In expoſitione ſuper illo verbo prime Corinth. xi. Probet autem ſeipſum homo ꝛc.

Haymo. Haymo. Cum alij apoſtoli ſumpſiſſent illud terribile ſacramentum ad remedium ꝛ ſalutem ſuam: ille qui indignus erat tanto myſterio accepit illud ad dānationem ſuam: quia quem diabolus antea tenebat per ſuggeſtionē ꝛ tētationem/ poſtea tenuit ad poſſidendum plenius: vt nihil aliud poſſet cogitare aut facere niſi quod eius voluntas erat. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc patet Iudā ex intētione ꝛ facto Chriſti in illa vniuerſalitate cōcluſum/ qua iuſſit bibere ex eo omnes: quē iſti de vniuerſalitate ſua excludunt. Preter hec ſi cunctis Chriſtifidelib⁹ nullo mortali indiſpoſitis ſic ſub vtraqꝫ ſpecie debet libere miniſtrari/ nō ergo excipiēdi ſunt ab hac vniuerſalitate pueri pridie baptizati. Et ideo eſt articulus hereticus ſecundū hereſim Armeniorum vt infra dicetur. Adhuc nunquid iam pranſis ſi nullo ſint mortali indiſpoſiti ſic vis vt libere miniſtretur? Et fiet articulus pro quo inſtat hereticus hereſi Corinthiorum/ dicēte apoſtolo. Cōuenientibus vobis in vnum: iam nō eſt dominicam cenam māducare. Et libro primo ad inquiſitiones Ianuarij Auguſtinus.

Auguſ. Liquido apparet quādo primo acceperunt diſcipuli corpus ꝛ ſanguinem domini non eos accepiſſe ieiunos. Nunquid tamen propter ea calumniandū eſt vniuerſe eccleſie ꝙ a ieiunis ſemper accipit? Ex hoc enim placuit ſpūiſancto vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius corpus dominicum intraret ꝙ ceteri cibi. Nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neqꝫ enim quia poſt cibos dedit dominus/ propterea pranſi aut cenati ad illud ſacramentū accipiendum conuenire debebūt. Sequitur. Cum vero ait apoſtolus de hoc ſacramento loquens/ Propter quod fratres cum conueneritis ad manducādum inuicem expectate. Si quis eſurit domi manducet: vt non ad iudicium conueniatis. ſtatim ſubtexuit. Cetera autem omnia cū venero ordinabo. Unde intelligi datur: quia multum erat vt in epiſtola totum illis agendi ordinem inſinuaret quem vniuerſa per orbem ſeruat eccleſia ab ipſo ordinatū: quod nulla horum diuerſitate variatur. Hec ille. AVTHOR. Nota hic non calumniandum eſſe eccleſiam ꝙ a ieiunis ſemper ſumatur oblatio: quis Chriſtus inſtituit eam ſumendam a pranſis. Apoſtolo enim ſuo hoc immutare cōmiſit: quod ꝛ feciſſe creditur: quia dixit. Cetera cū venero ordinabo. Cur non etiam vt in ſola panis ſpecie plebs tota communicet ordinauit? cum de hac re ſingulariter ibi querebatur idem Apoſtolus: ꝙ in vini ſpecie vnde ebrij fierent communicarent/ dicens. Alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt. Unde iam pro generalitate plebis vniuerſa quantum ſcimus hoc ſeruat eccleſia. Quare huic obuiare cōſtāter eſt plus ebrioſis vel rare Corīthijs. Nec qrendū eſt tēpus ī ſpecie qn̄ mutatus eſt iſte communicādi mod⁹ in liqdo: pluſꝙ cōicandi tempus ſtatutum ieiuno ſtomacho/ cum ex generalitate obſeruātie conijci poſſit ſtatim vel tēpore apoſtolorū aut cito poſt eorum cōſenſu hoc eſſe prouiſum: ex trib⁹/ ſcꝫ oblatiōis forma/ ꝛ frequētia ſtatī in eccle primitijs variata: Si verum ſit quod author ille dicit de officijs/ fautor itē hereſis Berēgariane witcleffiſtice: quod incipit. Agmen in caſtris. vbi agit de cōmunione in miſ

Author de officijs. sa. Fertur(inquit) q olim sacerdotes de singulis domi- bus vel familijs farinã accipiebãt/qd adhuc greci ser- uant/ꝛ inde dominicũ panẽ faciebãt quẽ populo offere bant/ꝛ hunc cõsecratũ eis distribuebãt. Nã singuli fari nam offerentium misse interfuerũt/ꝛ pro his in canone dicebatur. Omniũ circũstantiũ qui tibi offerunt hoc sa- crificium laudis. Postq aũt ecclesia numero quidẽ au gebat/sed sanctitate minuebatur propter carnales/sta tutuz est: vt qui possent singulis dominicis vel summis festiuitatibus vel ter in anno cõmunicarẽt: ne ante con fessionem ꝛ penitẽtiam pro aliquo crimine iudiciũ sibi sumerẽt. Et quia populo nõ cõmunicante nõ erat neces se panẽ tam magnũ fieri: statutũ est eum in modũ dena- rij formare: ꝛ vt populus pro oblatione farine denarios offerret pro quibꝰ dominũ traditũ recognosceret. Qui tamen denarij in vsum pauperũ/qui mẽbra sunt Christi cederent/vel in aliquid qd ad hoc sacrificium pertinet. Hec ille. AVTHOR. Ecce qualiter de collatione fari- ne per domos in cõmunionẽ plebis antiquũ ecclesie mo rem ostẽdit/priusq scz populus cessasset communicare quotidie/ꝛ ad dominicas limitaretur/vel ternas festiui tates ĩ anno. De collectione vero vini vel vuarũ pro cõ munione eius in liquido nesciuit historiã. A tanto ergo tẽpore presumẽdũ est cõmunicasse populũ in vnica spe cie panis/quanto nõ cõmunicauit quotidie de collecta farine: ꝛ ita videri posset fecisse grecos: ꝛ ab his item antiquis populis farinã oblate nostre venisse orbicula- tam instar denarij. Tãto aũt vtilius putat sibi fore ma ter ecclesia testimoniũ huiꝰ scriptoris: quãto ab aduer sario suo de sub penna emersit. Iubet enim Paulus te stimonium bonũ accipere ab his qui foris sunt. Et ipse enim de secta panitarũ Rabani versum ponit infra vbi agit de partibus misse. Sacramẽtum(inquiẽs) ore per- cipitur ꝛ in alimẽtum corporis redigitur. Secũdo pate re potest huius popularis cõmunicationis ritus ab ec- clesiastice institutionis de effusione cautela. In decreto patrũ sacerdoti iniungitur penitẽtia si liquidũ sangui- nis sacramẽtum effundat: in quo decreto de laicorũ effu sione aut corum penitẽtia non cauet. De cõsecra. dist. ij. Piꝰ papa Si p negligẽtiã. sub decreto Pij Pape. Si per negli- gentiã aliquid de sanguine distillauerit in terrã lingua lambetur: tabula radetur. Si non fuerit tabula: vt non conculcetur/locus conradetur/ꝛ igne consumetur/ꝛ ci- nis intra altare abscõdat: ꝛ sacerdos quadraginta die- bus peniteat. Si autem super altare stillauerit calix/ sorbeat minister stillam/ꝛ tribꝰ diebꝰ peniteat. Si sup linteũ altaris/ꝛ ad aliud stilla peruenerit/ quattuor die bus peniteat. Sed si vsq ad tertiũ/nouem diebus peni teat. Sed si vsq ad quartũ/viginti diebꝰ peniteat: ꝛ lin teamina q̃ tetigerit stilla tribꝰ vicibꝰ minister abluat calice subterposito: ꝛ aqua ablutionis sumatur: ꝛ iuxta altare recondatur. Hec ille. AVTHOR. Iste Pius est in catalogo paparum decimus a beato Petro iuxta calculum Augustini/epistola ad Generosum. Valde er go noto decretum hoc propter antiquitatẽ: sedit eñ cir ca annũ dñi. cliij. Et iste de effusione sanguinis per sacer dotẽ valde cauet: ꝛ qualiter peniteat prouidet. Item ꝛ per effusionẽ sanguinis per ministrũ sed in altari tm̃/q2 sacerdos nõ cõmunicare solebat de sanguine nisi porre cto sibi p diaconũ/iuxta tractãtes de officijs. Pro effu sione istorum decreuit quid fiat: de quorum tamẽ fide ꝛ solertia magis presumẽdum foret ꝛ minus necessarium ordinare q̃ pro effusione populi rudis ꝛ squalentis in- ertia maxime cõmunicãtis assidue. Vel igitur decretuz inueniãt witcleffiste Pragẽses paris authoritatis p- nitionẽ faciẽs ꝛ penam taxans laicis pro effusione san guinis sacramẽti/vel tãto tẽpore nouerint populum in

sola sicca specie cõmunicasse fideliter. Maxime cum do- ctores nostri scholastici/puta de Media villa/sanctus Thomas/ꝛ ceteri: ideo dicũt populum ab olim nõ esse cõmunicatum sacramẽto sanguinis propter periculum effusionis. Et iterũ valde gaudeo q witcleffiste omnes cũ suo magistro si surdastra aure nõ fuerint audire pos- sunt tam veteranũ Papam ꝛ martyrẽ profiteri Christi sanguinẽ substãtialiter in sacramẽto calicis cõtineri ꝛ effundi posse ꝛ radi. Si(inquit) aliquid de sanguine di- stillauerit in terrã aut sup altare aut sup linteum / vsq in secũdum vel tertiũ. Sed valde item sibi timuit wit- cleff de hoc dicto. Ideo. i. ca. de Eucharistia querit qua liter ipsum deuoret/ꝛ glossa aliqua manuali corrũpat. Accipitur(inquit) signatum pro signo modo quo posset witcleff. vocare quãlibet creaturã deũ suum/cum sit signum effi cax dei sui. Hec witcleff. AVTHOR. Hoc semp in isto hoĩe formidaui: nouum scz plasma logice inaudite sub quo cõcordes fiamus idololatris. Jam p logicam equi uocorum signi ꝛ signati in materia sacramẽti spõte cõ- cedit creaturã quãlibet esse deum: quia scz signat deum esse: sicut in pmo lib. in materia de ideis cõcessit azinũ ꝛ vilissimã creaturã immo quidlibet esse deuz. Et quod ad nos attinet/non Pius Papa fuisset/sed impius q̃ deum suum radere vellet: ꝛ igni cõburere ob reuerentiã vnius stille: nõ naturalis sed tropici cruoris effusi. Ter tio itẽ capitur euidẽtia huius cõmunicationis popula ris in arido/ex eo quod relinquitur loco eius qui est pa nis benedictus post missam in dominicis. Unde predi- ctus author de officijs. Statutum quoq est (inquit) vt Author de officijs. panis post missam benediceretur: ꝛ populo pro benedi- ctione cõmunionis impartiretur: hecq eulogia diceba- tur. Hec ille. AVTHOR. Signum est ergo q nõ cõmu nicabant prius in specie vini/quia nihil liquidum post missam loco eiꝰ succedit: sed tm̃ panis sicce eulogie spe cie panis Eucharistie. Reuertẽtes igit ad verbũ Chri- sti qd ipsi ecclesie magistris obijciũt/Bibite ex eo oẽs/ quẽ textũ nullus euãgelistarũ habet/solo Mattheo ex cepto/q nõ possunt generaliter hoc Christi preceptuz cunctis applicare fidelibus propter pueros nouissime baptizatos/amẽtes/aut egros/nec vt petũt solis iustis aut mortali crimine destitutis propter Judam domini proditorem: restat ab eis querere quos omnes intelli- gãt quibus Christus precepit in his verbis sacramẽtũ sanguinis libere ministrari. Re autez vera solis duode cim apostolis hoc verbũ porrexit qui soli tunc cum eo cenasse legũtur. Matthei. xxvi. Vespere aũt facto disce bebat cũ duodecim discipulis suis. Marci. xiiij. Vespe- re aũt facto venit cum duodecim/ꝛ discũbẽtibꝰ eis ꝛc. Et sequitur. Unus ex duodecim qui intingit mecũ ma- num in catino. Luce. xxij. Cũ facta esset hora discubuit ꝛ duodecim apostoli cũ eo. Et in homil. paschali. de cõ- secratione distin. ij. Quid sit. Gregorius. Calix eñ quez Gregoriꝰ. sacerdos catholicus sacrificat nõ est alius nisi ipse quez dominus apostolis tradidit. Et infra. Non sunt multa corpora Christi neq multi calices/sed vnũ corpꝰ Chri- sti ꝛ vnus sanguis cum illo quod sumpsit in vtero virgi nis/ꝛ quod dedit apostolis. Hec ille. AVTHOR. Et in expositione sup eodem loco. lib. vi. cap. iiij. Beda. Q si Beda. quẽ mouet cur cenatis saluator apostolis suis corpus ac sanguinẽ tradiderit. Sequit. Breuiter audiat ideo tũc cenatos communicasse apostolos/quia necesse erat pascha illud typicum antea consummari: ꝛ sic ad veri pasche sacramẽta transire. Hec ille. AVTHOR. Ubiq ecce cenasse dicitur cum duodecim/quod nequaq dici solet in euãgelio si nõ soli essent: sed interfuissent ꝛ alij. Solis ergo duodecim apostolis precepit Christus cõ- municare in secũdo sanguinis sacramẽto/cum diceret/

Bibite ex eo om̄es:aut saltē in eis vniuersis presbyteris.sicut in duodecim eisdē om̄ibus dixit/Accipite spiritū sanctum/quorum remiseritis peccata remittunt̄. Ipsi enim secundum hāc authoritatē sacerdotij locum apostolorum pre ceteris fidelibus tenēt:sicut Paulus apostolus patulo exprimit in salutatiōe epistole prime ad Corinthios.vbi cū cunctos salutasset fideles in gn̄e dicēs/Sanctificatis ⁊ sanctis:ad sacerdotes loquebatur in specie subdēs/cū oībus qui inuocāt nomē dn̄i.⁊ ibi adiunxit/in omni loco ipsorū ⁊ nostrorū. In annotatationū libro **Hierony.** Hieronymus. In omni loco ipsorum ⁊ nostrorū:quoniā sacerdotes ⁊ suo ⁊ apostolorum loco fungunt̄. Hec ille. AVTHOR. Sacerdotes dicit suo.i.sacerdotū ⁊ apostolorū ⁊ episcoporū loco fungunt̄ ad populū. Eoꝝ ergo electioni ꝯmisit q̄ ex eo biberēt/siue ex ordine sacrificātiū/siue ex imo ordine participātiū eos fide probatos assumerēt. Iactauit em̄ eos Christus vt dicit̄:⁊ si sint honoratiores de pp̄lo: ⁊ venit ex Iudeis aut ex Iudeis potiores si fuerint sacerdotes nō cōplemētum sed partē sacerdotij/māducare panē. Nec generaliter oībus iussit qȯ dixit apostolis in hoc actu sacerdotij iā primitꝰ ꝯstitutis. Bibite ex eo oēs. Sicut nec illud. Oēs vos scādalū patiemini in me ī ista nocte.tetigit beatā v̄ginē aut posteriores quoslibet christianos.

Ad authoritatem euangelii: Nisi manducaueritis carnem filii hominis: & biberitis eius sanguinem &c. Caput.XCI.

IOannis(īquiūt) xij. Saluator homines ligat ad sumptionē huius sacramēti/dicēs. Amen amē dico vobis:nisi manducaueritis carnē filij hoīs:⁊ biberitis eiꝰ sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē/habebit vitā eternā. Caro enim mea vere est cibus/⁊ sanguis meus vere est potus. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meum sanguinē in me manet/⁊ ego in eo. Hec ibi. AVTHOR. Quod isti assumūt dicētes/saluator sic dicēs/hoīes ligat ad sumptionē huius sacramēti/nō pōt hoc qȯ petūt efficere.s.vt oībus Christifidelibus libere ministret̄/nisi etiam dicāt vniuersaliter/ꝙ saluator oēs hoīes ligat ad sumptionē huiꝰ sacramēti/sic dicēs. Nisi māducaueritis ⁊c̄. Alias ꝯcederē ꝙ hoīes ligat episcopos ⁊ sacerdotes. Hoīes aūt nō ligat quos nō discernit. Primo ergo cōcesso sic petētes hereticū incidūt intellectū/quem plures sic vniuersaliter assumētes habebant. Quidā em̄ sic vniuersaliter intelligētes promittebant oībus baptizatis/si semel māducarēt carnē illam ⁊ sanguinē biberēt sacramēto/quomodcūqꝫ viuerēt vitam eternā. Unde.xxi.de ciuitate dei.capi.xi. Augusti.
Augusti. Item sunt alij ab eterno supplicio liberationē nec ipsis saltē om̄ibus hoībus promittētes/sed tātūmodo Christi baptismate ablutis/qui participes sunt corporis eiꝰ quomodolibet vixerint/in quacunqꝫ heresi/vel impietate fuerint. propter illud qȯ ait Iesus. Hic est panis q̄ de celo descēdit:vt si quis ex ip̄o māducauerit nō morie t̄. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi:si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Ab eterna ergo morte (inquiūt) necesse est istos erui/⁊ ad vitā eternam quādocūqꝫ perduci. Hec ille. AVTHOR. Erant ⁊ alij vniuersalitatē istā amplius restringētes/solis catholicis si semel cōmunicarēt vitā eternam/ꝙuis male viuerent promittētes. In eodē loco subsequēte cap. Augu.
Idem. Item sunt qui hoc nō om̄ibus habētibus baptismatis Christi eiusqꝫ corporis sacramētuꝫ/sed solis catholicis ꝙuis male viuētibus pollicean̄t:quia nō solo sacramēto/sed re ipsa māducauerūt corpus Christi in ip̄o eius corpore constituti. De quo dicit Apostolus. Unus panis/vnum corpus multi sumus. Ut etiā si postea in aliquam heresim/vel etiā in gentiliū idololatriā lapsi fuerint/tn̄ quia in corpore Christi/id est in catholica ecclesia sumpserūt baptismum Christi/⁊ māducauerūt corpus Christi/nō moriantur in eternū:sed vitā quandoqꝫ cōsequant̄ eternā : atqꝫ illa oīs impietas quāto maior fuerit nō eis valeat ad eternitatē:sed ad diuturnitatem magnitudinēqꝫ penaruꝫ. Hec ille. AVTHOR. Quidā aūt ab vniuersalitate illa timentes mortis penā si non qualitercūqꝫ corporis ore sumerēt sacramētuꝫ/propinabāt illud incongrue dispositis/etate etiam immaturis. Fertur em̄ Armenios sic errare: ⁊ ideo pueros suos cōtinēter cōmunicāt post baptismū. Unde lib.suo de heresibus Guido. Uicesimus(inquit)error/ꝙ ad verum baptismū vltra debitā formā verborū requirit̄ ꝙ baptizatus inūgatur chrismate/⁊ sumat corpus Christi:⁊ ideo nō baptizāt paruulos suos ante octo dies:sꝫ tūc liquefaciūt sacramētum in aqua ⁊ vino/⁊ intra os paruuli ponūt. Hec ille. AVTHOR. Et dicit sanctꝰ Thomas hoc facere grecos quosdam Dionysij authoritate seductos dicētis baptizatos cōmunicare debere:cū hoc intelligat de adultis. **Guido.** Si autē argumētum staret istorum ꝙ saluator oēs hoīes ligat ad sumptionē huius sacramenti secūdum vtrāqꝫ speciē/cū diceret: Nisi māducaueritis carnē filij hoīs/⁊ biberitis eius sanguinē/nō habebitis vitaꝫ in vobis: Nō errāt Armenij cū paruulos suos ita cōmunicāt/nisi forsan quia nō cōmunicāt in sacramēto sanguinis/sed vino ⁊ aqua tincto corporis sacramēto. Sed ⁊ in hoc euidētiam faciūt ꝙ nobis in cōmunicādo in vnius specie sacramēti cōueniūt. Ecōtrario vero p̄iculose nimis erraret latinorū ecclesia ꝙ tot pueros baptizatos permittit excedere ab hac vita sine sumptione viatici sub vtraqꝫ specie. Qualiter itē dn̄s promittit beato latroni paradisum:qui modo corporali quē isti intelligunt carnē Christi nō manducauit aut sanguinē eius bibit sub vtraqꝫ forma sensibili panis ⁊ vini/tūc maxime cum fuit effectus gratus Christo: ⁊ ꝓ hoc nullo mortali peccato indispositꝰ. Et quomodo potuit habere vitā in seipso stante secūdum intellectum eoꝝ hoc Christi precepto:cum Christi carnē ⁊ eius sanguinē secūdum vtrāqꝫ speciē nō accepit? Sciāt ergo seductores witcleffiste hāc Christi minam terrificam de re vltima sacramēti/sez incorporatione ecclesie sue per fidē ⁊ sacramēta Christicolis īperatā/ne de vita Christi propter impossibilitatē precepti pueri christianorū viderentur exclusi. Lib.iij.de baptismo paruuloꝝ.ca.v. **Augusti.**
August. Nā etiā illud:quia nisi manducauerint hoīes carnē eiꝰ/hoc est participes facti fuerint corporis eiꝰ/nō habebūt vitā. His atqꝫ eiusmodi alijs que nūc p̄tereo testimonijs diuina luce clarissimis/diuina authoritate certissimis:nonne veritas sine vlla ambiguitate proclamat nō solū in regnū nō baptizatos paruulos intrare nō posse:sed nec vitā eternā posse habere/p̄ter Christi corpus:cui vt incorporent̄ sacramēto baptismatis ībuunt̄? Hec ille. AVTHOR. Ecce quos hoīes obligat Christus ad māducādū carnē eius/⁊ sanguinē bibere. Nō tm̄ aliquos hoīes vt ipsi caute Christi propositionēꝫ assumūt:immo pueros/⁊ egros/⁊ quātūlibet imbecilles:quia quotquot habituri sunt vitā eternā necessario Christi carnē māducabūt/⁊ sanguinē eius bibēt. Uideant isti iam si omnes isti obligantur ad eam māducādam ⁊ sanguinem eius bibendum sub vtraqꝫ specie pro qua instant panis ⁊ vini. Si voluntarie Christum expo

nant de adultis ⁊ valētibus dedisse preceptum/videāt
hic Augustinū hoc ad paruulos extēdisse. Nisi (inquit)
māducauerint carnē eius nō habebūt vitam. Et iterū.
Sed nec vitam eternam habere posse. Modū aūt pre-
cepti insinuās subdit. Preter Christi corpus/cui vt in
corporentur sacramēto baptismatis imbuuntur. Si ob
stent Pragēses ⁊ disputationis vim faciant ex verbis
Christi/quia tāꝙ solis rationis capacibus indicādo ꝑ
sonas dixit/Nisi manducaueritis ⁊ biberitis: audiant
prius disputare cōtra suos complices Augustinū: ⁊ ta-
mē hoc ipm firmasse qd̄ dixi li.i. de baptismo paruulo.
Augusti. cap. xvij. vbi inquit. Auferat dubitatio. Jam dominum
audiamus/nō suspitiones coniecturasqꝫ mortalium: do
minum audiamus inquam/nō quidē hoc de sacramēto
lauacri dicentem/sed de sacramento sancte mense sue
quo nemo rite nisi baptizatus accedit. Nisi māducaue
ritis carnē meam/⁊ biberitis sanguinē meum/nō habe
bitis vitā ī vobis. Quid vltra querimꝰ? Quid ad hoc
responderi potest/nisi pertinacia pugnaces neruos ad
uersus cōstantiam perspicue veritatis intēdat? An ve-
ro quisꝙ etiam hoc dicere audebit/ꝙ ad paruulos hec
sentētia nō pertineat? possintqꝫ sine participatione cor
poris huius ⁊ sanguinis in se habere vitaꝫ: quia nō ait/
Qui nō māducauerit/sicut de baptismo: Qui nō rena-
tus fuerit/sed ait: Si nō māducaueritis/velut eos allo
quēs qui audire ⁊ intelligere poterāt/qd̄ vtiqꝫ nō valēt
paruuli? Sed qui hoc dicit: nō attendit quia nisi omēs
ista sentētia teneat: vt sine corpore ⁊ sanguine filij hoīs
vitam habere nō possint/frustra etiā etas maior id cu-
rat. Potest eñi si nō volūtatē sed verba loquētis atten
das/eis solis videri dictū/quibus tunc dominus loque
batur: quia nō ait/qui nō manducauerit: sed si nō man-
ducaueritis. Et vbi est qd̄ eodē loco de hac ipsa re ait:
Panis quē ego dedero caro mea est ꝓ seculi vita? Se-
cūdum hoc eñi etiā ad nos pertinere illud sacramētuꝫ
intelligimus/qui tūc nōdū fuimus/quādo ista dicebat/
quia nō possumus dicere ad seculū nos nō pertinere ꝓ
cuius vita Christus carnē suā dedit. Quis autē ambi-
gat seculi noīe hoīes significatos esse/qui nascendo in
hoc seculū veniūt? Nam sicut alibi ait: Filij seculi huiꝰ
generāt ⁊ generātur. Ac per hoc etiā pro paruulorum
vita/caro data est/que data est pro seculi vita. Et si non
māducauerint carnē filij hominis/nec ipsi habebūt vi-
tam. Hec ille. AVTHOR. Omiquaqꝫ/vt videtis/repu
gnat Augustinus dicētibus hac sentētia paruulos nō
teneri/nō tñ secum cum hec dixisset Christus presenti-
bus/sed modo nobiscum ⁊ post nos nascētibꝰ. Probat
eñi ex textu alio/tanꝙ ex ala alc cōiuncta/quia panis
quē daret Christus caro eius foret pro seculi vita. Vn-
de infert: si nō māducauerint carnē filij homīs/nec par
uuli ipsi habebūt vitā. Cōstat ergo in fide Pragēsium
modernorum/si nō modo suo quo arguūt carnē filij ho-
minis ⁊ sanguinem sub vtraqꝫ specie panis ⁊ vini come
derint ⁊ biberint/etiam si nō diem/sed vix horā habue-
rint super terram/suos filios perituros. Quid ergo? cō
sulam vt eos tenellos cōmunicēt secūdum heresim Ar
meniorum? Aut vt eos in errore deuincāt sub specie vi
ni sanguinē porrigētes? Sed magis cōsulo vt ad eccle
siam redeāt/formamqꝫ ecclesie teneāt: sciētes secūdum
Augustinum verba Christi quoslibet quidē ligare fide
les/sed in sensu ecclesie secūdum eius filiū Augustinuꝫ/
secūdum rem vltimam sacramēti vt incorporētur Chri
sto per fidē/spem/⁊ charitatē perennē in sacramētis ec
clesie/hoc solum est Christi carnē comedere/⁊ sangui-
nē eius bibere: in ipso manere/⁊ ipsum manētē in se ha
re. vt probat Augustinꝰ super illo loco in expositione
Joānis: ⁊ de gratia noui testamēti. ⁊. xxi. de ciui. ca. xxi.

vbi dicit. Denique ipē dicēs/qui manducat carnē meam Augusti.
⁊ bibit sanguinē meū/in me manet ⁊ ego in eo: ostendit
quid sit nō sacramēto tenus/sed reuera corpus Christi
māducare ⁊ eius sanguinem bibere. Hoc est eñi in Chri
sto manere vt in illo maneat ⁊ Christus. Sic eñi hoc di
xit tanꝙ diceret. Qui nō in me manet ⁊ in quo ego nō
maneo/nō se dicat aut existimet māducare corpus meū
aut bibere sanguinē meum. Hec ille. AVTHOR. Et in
libro de oratione dominica suꝑ petitiōe quarta Cypria
nus. Quādo ergo dicit in eternum viuere si quis ederit Cyprianꝰ.
de pane eius/vt manifestū est eos viuere qui corpus eiꝰ
attingūt/⁊ Eucharistiam iure cōmunionis accipiūt: ita
cōtra timēdum est ⁊ orandum ne dum quis abstinens se
paratur a corpore Christi/exsors remaneat a salute/cō
minānte ipo ⁊ dicēte. Nisi ederitis carnem filij hominis
⁊ biberitis eius sanguinē/non habebitis vitā in vobis.
Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ plane cominari dicit Chri
stum in predictis verbis cōtra ipos qui ideo abstinēt a
cōmunione quia separant a Christi corpore. Et suꝑ ver
su. iij. psalmi. xc. Bernardus. Quid aūt est manducare Bernardꝰ
eius carnē/⁊ bibere eius sanguinē: nisi cōmunicare paſ
sionibus eiꝰ/⁊ eam cōuersationē imitari quam gessit in
carne? Vnde ⁊ hoc designat illud illibatū altaris sacra
mētum/vbi dominicū corpus accipimus: vt sicut videt
illa panis forma in nos intrare/sic nouerimus per eam
quam in terris habuit cōuersationē ipm intrare in nos
⁊ habitare per fidem in cordibus nostris. Hec ille. AV-
THOR. Ex his predictis tam solidatis in fide Christi
apertum est qualiter fallaciter assumunt verbum illud
Christi/biberit sanguinē meū: intelligētes eam bibitio
nem omnino corporalē in specie vini meri/quasi sic ob-
ligarētur bibere singuli Christiani: ⁊ sic bibendo imple
rent Christi preceptum. Et sic si facinorosus vel bestia
ore biberet corporali speciē illam visibilē/tunc biberet
euāgelice sanguinis sacramētum/dicēte Augustino cō
trariū. In quo ego nō maneo: nō se existimet māducare
corpꝰ aut bibere sanguinē. Nouerint ḡ in isto loco/nec
omē bibere nec istud bibere eē illud bibere qd̄ cōcludūt.
Aut nūqd cū dixit Christus germanis aplīs/calicē qui
dē meū bibetis/intelligi debuit de calice bibito sacramē
ti? Aut illud Joānis/Calicē quē dedit mihi pater non
vis vt bibā illū? Aut illud/Vt edatis ⁊ bibatis suꝑ mē
sam meā ī regno meo? Plane ḡ nō cōcludūt bibere spe
ciē vini visibilis/sorbēdo illud ore corporis/ex illo ver-
bo saluatoris. Si nō biberitis sanguinē filij hoīs nō ha
bebitis vitā in vobis. Sed intelligit: si nō secūdū fideꝫ
⁊ deuotionē passionis biberitis sanguinē filij hoīs ore
cordis/nō habebitis vitā in vobis. Et iā nō est ista sicut
predicta de fide Hussitarū impossibilis negatiua: sꝫ ad
obseruandum facilis cunctis ⁊ singulis Christianis.

De modo bibendi Christi sanguinem re non visibili specie, & sic ad authoritates canonis Gregorii, Augustini, Hieronymi, Gelasii, item Zosimi. Caput. XCII.

Est ⁊ alius modus bibēdi sangui-
nē filij hoīs ore corporis/dū in al-
tera specie siue panis siue vini fide
liter ipsum sorbet. Si eñi vt fides
habet est perfectus Christus secū
dum deuꝫ ⁊ hominē sub vtroqꝫ/nō
erit ei corpus viuum sub specie pa
nis sine sanguine eius ibi ꝑ substā
tiam: nec erit sanguis viuificans
Christū hominē sub specie vini sine corpore per naturā.
In libro sentētiarū Hugo. Dicēdum videtur ꝙ licet in Hugo.

duabus sumatur specieb⁹:tamē in vtraq₃ integer Christus sumitur. Nō eñ corpus sine sanguine/vel sanguis sine corpore esse potest. Sed ideo in duabus speciebus sumitur/vt significet huius sacramēti duplex effectus. Valet eñ(vt ait Ambrosi⁹)ad tuitionē corporis ꝛ aīe. Et qđ sumit in pane/valet ad vtrūq₃: ꝛ similiter qđ in vino sumit. Quia ꝛ in pane totū ꝛ integrū/ꝛ in vino similiter totū ꝛ integrum sumit. Et si in pane tm̄ sumeretur/alterū tm̄ significaret.s. qđ ad tuitionē corporis valet. Iterū si in vino tm̄ sumeretur/licet hoc sufficeret ad corporis ꝛ aīe tuitionē/tamē hoc solum significaret qđ ꝓ salute aīe sumeret. In sanguine enī anima significatur. Hec ille. AVTHOR. Ergo qđ sumitur in bina specie nihil abundat ad virtutē vel substātiā supra vnā tm̄/sed solū ad signū. Ois ergo fidelis qui corpus Christi in specie panis comedit/ita in eadē specie sanguinē Christi bibit. Et sic doctores antiqui intelligunt/q̄ vix aut nunq̄ ꝯmunionē plebis in gemina specie dicūt/sed bibere solū dicūt. Sic homil.xvi.sup Nūe. Origenes.

Origenes Quis est iste populus q̄ in vsu habet sanguinē bibere? Hec erāt que ꝛ ī euāgelio audiētes ij q̄ ex Judeis dn̄m sequebant scādalizati sunt/ꝛ dixerūt. Quis potest mādūcare carnes ꝛ sanguinē bibere? Sed populus Christianus/populus fidelis audit hec ꝛ amplectit:ꝛ sequitur eum qui dicit: Nisi māducaueritis carnē filij hoīs/ꝛ biberitis sanguinē meū/nō habebit₃ vitā ī vobisipsis. Quia caro mea vere est cibus/ꝛ sanguis meus vere est potus. Sequit. Bibere aūt dicimur Christi sanguinem nō solū sacramētorū ritu/sed cū sermones ei⁹ recipim⁹ in quibus vita cōsistit. Hec ille. AVTHOR. Et itē hic cōuenit cū predictis exponēdo verba illa de re vltima sacramēti:ꝛ tamē sacramētorū ritu bibere nō excludit/quia nō in Eucharistia tm̄/s₃ in baptismo per predicta Augustini/bibimus sanguinem crucifixi. Quapropter subtili stylo cōprehendit hoc ipsum, lib.xxi.de ciui.dei.

Augusti. cap.xxi.dicēs. De hoc corpore ait Apostolus. Un⁹ panis vnū corpus multi sumus. Qui ergo est in ei⁹ corporis vnitate/id est in Christianorū cōpage mēbrorū/cui⁹ corporis sacramētum fideles cōmunicātes de altari sumere cōsueuerunt:ipse vere dicēdus est māducare corpus Christi/ꝛ bibere sanguinē Christi. Ac ꝑ hoc heretici ꝛ scismatici ab hui⁹ vnitate corporis separati/possunt idem percipere sacramētum/sed nō sibi vtile:immo vero etiam nociuū:quo iudicentur grauius/vel tardius liberent. Nō sunt quippe in eo vinculo pacis qđ illo exprimit sacramēto. Hec ille. AVTHOR. Hoc notādum censeo in his verbis: ꝙ Christian⁹ vir in Christi corporis vnitate cōsistēs/ꝛ eiusdē corporis sacramētū cōmunicādo de altari sumere cōsuetus/ipse dicēdus est manducare corpus Christi ꝛ sanguinē bibere. Bibere enim oportet sanguinē qui viuā carnē assumit:quia sine sanguine viuere caro nō pōt. Nō ꝙ aīa hoīs sanguis eius est/vt ille dixit imperitus physicus. Augustinus dicit. Omnino cauēdus est hic error. Sed quia aīa carnis in sanguine est/vt Leuitici.xvij.scripsit Moyses: ideo si comederit homo sanguinē/ obfirmabo (inquit) domin⁹ faciē meam contra animā illius/ꝛ disperdā eum de populo suo. Sanguinē intellige crudū more idololatrarū maxime a bestiali diffusum cadauere. Christi vero sanguis est cruor agni assi/viui:ac per hoc non alterius ꝙ̄ nouissimi testamēti sanguis corporis sui viui. Ipso dicēte notāter. Hic est sanguis meus noui testamēti. quod non dixit supra de corpore. Hoc autē addidit ad aliquā antiqui differētiā testamēti:quia iste sanguis nouo more nō comedit:sed cū ei⁹ corpore simul vt comeditur bibitur/quia in nullo a corpore separat. Ideo cauent quidam sapiētes ne dicatur sanguis effusus in ora fideliū/sed immissus,vt libro de sacramētis parte tertia Parrhisiēsis. At si a sanctis aliquādo dicit ꝙ sanguis ille sacratissimus in ora fideliū fundit/intellige ꝙ nō effunditur sed mittitur/ꝛ hoc cū ipso ꝛ in ipso sacramēto corporis cuius est nō extra. Hec ille. AVTHOR. Hic incidit occasionaliter aliud de obiectis witcleffistarū Pragensium ex canone beati Gregorij in homil. Paschali de cōsecratiōe. distinct.ij. Quid sit. vbi dicit ꝙ sanguis agni sup vtrūq₃ postē ponitur/quādo nō solū ore corporis:sed etiā ore cordis hauritur. Et iterū. Eius sanguis nō in manus infidelium/sed in fidelium ora funditur. Propter hoc verbum dixit Parrhisiēsis. Si a sanctis dicatur infunditur/nō ꝙ effunditur intellige/ sed ꝙ immittitur. Supple non sicut humor vel succus iam separatus a carne:sed cū ipso cuius est corporis sacramēto. Quia corpus illud est corpus sanguine viuidum:ꝛ sanguis ille vernat in corpore. Q₃ autem witcleffiste isti arguūt ex illo Gregorij/populum nostrū omnino cōmunicandum in specie vini nostri:quid dico nisi heus egeni authores ꝛ tota die mēdicātes a quolibet ꝛ nihil edentes? Quid hoc agit in parte vestra ꝙ sanguis agni sup vtrunq₃ postē ponitur/quando nō solū ore corporis sed ore cordis hauritur? Enimuero oēs fideles cū communicant/sanguinē agni in vtroq₃ poste ponūt. Et ore corporis ꝛ cordis hauriūt quādo solū Christi corpus in sic co sacramēto suscipiūt. Sic eñ ī fide supra dixi ꝙ nullus corpus Christi comedit nisi hoc ipso sanguinē eius bibat. Et hoc est item qđ Zosimus Papa in cātico cerei paschalis habet cū dicit. Hec nox est in qua verus ille agnus occiditur/ꝛ de eius sanguine postes consecrantur. Postes eñ ꝛ oris ꝛ cordis in eius sanguine fideliter bibito per sumptionē corporis verissime cōsecrant. Et iterū quod dicit/Eius sanguis ī fideliū ora funditur ita dicim⁹ quia simul cū Christi corpore in eorū ora cōmittit. At ne putas Christi sacerdotes esse fideles in quoꝝ ora posset īfundi nisi mitteret ad ꝑplm? Sed vbi illa homilia est integra hoc addit. Gregori⁹. In vtroq₃ etenī poste sanguis agni est positus/quādo sacramētū passionis illius cū ore ad redēptionē sumitur:ad imitationē quoq₃ intēta mēte cogitat. Et subdit infra. Certe domus nostre ipsa sunt corpora in quibus quousq₃ viuimus habitamus: ꝛ in superliminari domus agni sanguinem imponimus / quia crucem passionis illius in fronte portamus. Hec ille. AVTHOR. Ecce Gregori⁹ dicit agni sanguinē ab ore corporis esse sumendum:eundemq₃ ab ore cordis / ꝛ eundem in supliminari domus in fronte hominis. Quid putas? nunquid omnino sub specie vini est cōdendus ille sanguis in corde ꝛ signandus in fronte? Si dixeris/non:vt oportet:sed sola re sacramenti frontis signare/sufficiet ꝛ ore cordis haurire. Sola ergo re sacramēti necesse est eūdē sanguinē in populoꝝ ora trāsmitti:ꝛ simul cū corporis viua substātia in specie panis absumi. Idē enī agni sanguis est(dicit Gregorius)in ore/in corde/ꝛ frōte. Et qđ dicit in fideliū ora perfundi/hoc est qđ eodē modo(vt iā dixi) in homilia quadā sup illud Joā.i. Uidit Joānes Jesum venientem ad se. Beda. Nō solū lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo ꝛc. sed ꝛ cū eiusdē beate passionis ad altaria memoria replicatur/cū panis ꝛ vini creatura ī sacramētū carnis ꝛ sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione trāsfertur/sicq₃ corpus ꝛ sanguis illius nō infidelium manibus ad perniciē ipoꝝ fundit ꝛ occidit sed fideliter ore suaui sumitur ad salutem. Hec ille. AVTHOR. Sicut supra dixi/ore fideliū sacerdotum sumitur:ꝛ itē ore fideliū populorū in specie panis sicci. Canō itē sub titulo Augustini. Cū frangitur. ad hec predicta cōuertit. Cum frangitur(inquit)hostia/dū sanguis

Gregori⁹.

Zosimus.

Gregori⁹.

Beda.

Augusti. Canon.

de calice in ora fideliū funditur/quid aliud ꝙ dominici corporis in cruce immolatio/ eiusq; sanguinis de latere effusio designatur? Hec ille. AVTHOR. Fideliū dicit non quorūlibet populorum:sed sacerdotum/vt clericorum vel procerum in fide sacramēti cōstanter sanctorum:quos prelati dignos duxerunt ad hāc solēnitatem assumere. Cum tamen si modus ecclesie nostre moderne attenditur/istud capitulum facit solum pro ordine sacrificantium sacerdotum:quia ipsi soli frangunt hostiam publice:⁊ ipsi soli immolant sacram hostiam. Et ideo consequenter eorum ora intelligit / cum adiungit predictis/ ꝙ sanguis in ora fidelium funditur. Sic enim ea adinuicem copulat. Cum frangitur hostia/ dum sanguis de
Alter canon, calice in ora fidelium funditur. Canon sub titulo eiusdē Qui passus. non recedit a predictis. Uos post illa ieiunia/post labores/post humilitatem ⁊ cōtritionem/iam in nomine Christi tāꝙ ad calicē venistis/⁊ ibi vos estis in mēsa:⁊ in calice nobiscum vos estis. simul enim hoc sumimus:simul bibimus/quia simul viuimus. Hec ille. AVTHOR. Nota quod dixit/in calice nobiscum vos estis/modificauit prius cum diceret. Tanꝙ ad calicem venistis. Si enim simpliciter calicem biberēt/non diminueret actū dicens tanꝙ: sed tanꝙ ad Christi calicē venit quicūq; nobiscum in mensa Christi corpus cōmunicat/q: sanguinem Christi in sua substantia bibit/q: corpus viuum ⁊ sanguinē viuificatū assumit. Nihil enim plus accipit sacerdos de sanguine Jesu Christi / ꝙuis in solēnitate ritus sacrificādi preemineat ex eo ꝙ sanguinem sub specie vini iterum bibit/quem prius cū corpore Christi in sicco sacramento percepit. In nullo ergo quisꝙ laicus de ordine participantium minus capit aut bibit Christi sanguinem ꝙ sacerdos:sed in solennitate minus omnino habet/ sicut sacramentum solū participās/minor omnino est eo qui cōsummat sacrificium ad mentem apostoli. Ueruntamen finis capituli exponit qđ precessit de re vltima sacramēti/in qua item nobiscum sunt in ipsa susceptione baptismi. Nulli(inquit) est aliquatenus ambigendum vnumquēq; fidelium corporis ⁊ sanguinis dominici tūc esse participē/quādo in baptismate membrum efficitur Christi/nec alienari ab illius panis calicisq; cōsortio/ etiam si anteꝙ panē illū comedat/calicemq; bibat / de hoc seculo migrauerit in
Canō Hieronymi, vnitate corporis cōstitutus. Canon item sub authoritate Hieronymi prima q̄stione prima. Sacerdotes/sic habet. Sacerdotes qui Eucharistie seruiūt / ⁊ sanguinem domini populis eius diuidūt/impie agunt in lege Christi: putantes Eucharistiam imprecantis facere verba/ non vitam. Hec ille. AVTHOR. Hoc dictū Hieronymi super Sophoniam/occasionē dedit duobus erroribus / sc; Donatistarū q: dicit Eucharistiam imprecantis nō verba facere/sed vitam: ⁊ istis vsurpatoribus witcleffistis. Sed sicut non proficiunt malo suo per primū:sed intelligit Hieronymus bonā vitam iuuare vt decenti⁹ ministretur fidelibus sacramētum: ita deficiunt in secūdo/q: sacerdotes sanguinē domini populis diuidūt qñ in specie panis corpus Christi distribuunt. Nihil enim plus siue de corpore siue de sanguine Christi / secūdum naturam vel virtutem accipit sacerdos sacrificans sub vtraq; visibili specie/ꝙ sumit participans cōmunicat⁹ in vna. Idcirco ipsi clerici ⁊ sacerdotes si non celebrēt/ sed inter populares participēt/⁊ in eisdem ecclesiis/sola vna specie panis reficiunt. Non ergo sacerdos q: sacerdos per hoc distat a populo:sed quia ipm sacrificantis fungi contingit officio:⁊ in hoc ritu precellit solēni
Canō Gelasii, tatis propter munus cōsecrationis. Pro canone item sub intitulatione Gelasii de cōsecra. Cōperimus. omnino facit ꝙ intellectus eius ex toto est pro missas celebrantibus. Quia ex intentione catenatur capitulo precedenti in fine sic habenti. Conciliū Toletanū. xii. Ergo modis omnibus tenendum est/ vt quotiēscunq; sacrificās corpus ⁊ sanguinē domini nostri Jesu Christi in altario immolat/totiens perceptionis corporis ⁊ sanguinis Christi participē se prebeat. Hec ille. AVTHOR. Et statim sequitur. Item Gelasius papa Maiorico ⁊ Gelasius.
Joanni episcopis. Cōperimus autem ꝙ quidā sumpta tantūmodo corporis sacri portiōe a calice sacrati cruoris abstineant. Qui proculdubio qm̄ nescio qua superstitione docētur astricti/aut integra sacramenta percipiant/aut ab integris arceātur. Quoniam diuisio vnius eiusdemq; mysterii sine grandi sacrilegio peruenire nō potest. Hec ille. AVTHOR. Sacerdotes ergo sacrificātes in altari erāt q̄ sacrificia cōsummabāt sub vtraq; forma:cū aūt ad participandū venerūt mysterium diuidebant:quod sacrificanti ab integro nunꝙ licebat.

Ad authoritates Ambrosii de sacramētis, Waleranni de officiis, & Paschasii.

Caput.XCIIII.

Ambrosiū sanctum adducunt itē in testē libro de sacramentis/sed textum eius nō exprimūt. Quod autē secūdum videre meū partī eorum posset efficere maxime hoc est ꝙ quinto libro de sacramentis allegorizat historiam Moysi tangentis petrā virga/⁊ aquam effudit. Uide(inquit)mysterium. Ambrosi⁹
Moyses hoc est propheta:virga hoc est verbū dei. Sacerdos verbo dei tangit petrā ⁊ fluit aqua/⁊ bibit populus dei:ergo sacerdos redundat aquā in calice/salit in vitā eternā:⁊ bibit populus dei qui dei gratiā consequutus est. Hec ille. AVTHOR. Si rñdeamus ad verba/nō sanguinē Christi propter hec verba/bibit populus dei:sed aquā quā sacerdos redūdat in calice. Si ad mentē authoris/signa quid post inferat de eodem:⁊ fige differentiam. dicit eñ. Introduxit me rex in cubiculum Idem.
suum:grecus in promptuariū suum ⁊ in cellarium suū: habet vbi bona libamina:vbi boni odoris mella suauia vbi fruct⁹ diuersi/vbi epule varie/vbi plurimis epulis tuum prandium condiatur. Ergo venisti ad altare:accepisti corpus Christi. Audi iterum que sacramenta consequutus es. Audi dicentem sanctum Dauid. Et ille in spiritu hec mysteria preuidebat ⁊ letabatur:⁊ nihil sibi deesse dicebat. Quare? Quia qui accipit corpus Christi nō esuriet in eternū. Hec ille. AVTHOR. Ecce Ambrosius introduxit te in cellarium regis in ecclesiam ad altare/promisit libamina:⁊ tñ nihil de sanguine Christi loquēs/accepisti (inquit) corpus. Et īferēs sanctū Dauid:qui iam dixerat. Calix meus inebriās ꝙ preclarus est? Sed Ambrosius hoc subticens: Nihil(inqt)sibi deesse dicebat:quia qui accipit corpus Christi/nō esuriet in eternum. Ergo si nihil ei defuit cū Christi corpus haberet:nec deerāt illa libamina:nec preclarus calix sanguinis Christi ipsi defuit:dū epulis vteret in corpore. In ipō ergo corpore māducato preclar⁹ calix accipit: aqua saliēs de petra Christo in vnius specie sacramenti potatur. Nō tamē aduersor dicēti Nicolao de Lyra Nicolaus de Lyra.
ꝙ in primitiuis ecclesie cōmunicauit ppl'us sub vtraq; specie:īmmo cōsentio posse sic dici/⁊ frequēter hoc esti mo a doctorib⁹ scriptum esse:quis de cōuersis Judeorum populis hoc sit reperire difficile. Aduersatur enim omnino ritibus sacrificiorum ipoꝝ antiquis qui fuerūt nobis competentes figure:⁊ nimis itē locis noui testa-

menti que de eorum cõmunicatione loquuntur. Sed cũ propter tollendam heresim aut vitanda scandala/que ex cõmunicatione tali populus sectabatur: Romane vrbis ecclesia hunc modum prefixit: non minima heresis erit modum sanctum torua fronte dirumpere/aut propter illum tollẽdum violẽter instare/schisma fouere/ecclesiam diuidere/aut Christianam plebem sub hereticorum tyrannide facere subiugalem. Nolo vltra protesteris Ambrosium: sed hoc hortor vt Ambrosiuꝫ imiteris in facto. Ipẽ enim dixit/ipẽ scripsit/in eodem libro quẽ nunc signasti de sacramentis/scꝫ libello .iij. loquẽs de ritu ecclesie sue in lauando pedes baptizãdi/cum nõ hec romana ecclesia fecit. Vide (inquit) omnẽ iustitiam/vide humilitatẽ/vide gratiã/vide sanctificationẽ. Nisi lauero tibi pedes/non habebis partem mecum. Nõ ignoramus ꝙ ecclesia Romana hanc cõsuetudinem non habeat/cuius typum in omnibus sequimur ⁊ formã. Hãc tamẽ consuetudinem non habet vt pedes lauet. Forte propter multitudinem declinauit. Sũt tamẽ qui dicãt ⁊ excusare conentur: quia hoc nõ in ministerio faciẽduꝫ est. Sequitur. Hoc ideo nõ dico ꝙ alios reprehendam sed mea ipẽ cõmendem. In omnibus cupio sequi ecclesiam Romanã: sed tamen ⁊ nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectius seruat̃/⁊ nos custodimꝰ. Ipm sequimur apostolũ Petrũ/ipsius inheremus deuotioni. Ad hoc ecclesia romana quid rñdit? Hec ille. AVTHOR. In hoc ritu diuersa sensit Ambrosiꝰ a romana ecclesia. Sed quia romana ecclesia illa ipsi nõ vetuit/sic licebat. Si grandi aliqua de causa hoc prohibuisset ecclesia/nullo ausu sic sensisset Ambrosius. Romane (inquit) ecclesie typum in omnibus sequimur ⁊ formam. Et iterum. In omnibus cupio sequi romanã ecclesiam. Ita si nõ inhibuisset ecclesia romana cõmunicationem vestraꝫ in liquido/potuissetis forsan qđ iam nulla via nisi rebellionis heretice ab inhibitione Romane ecclesie diuersa scꝫ sentire licebit. Ideo deprimite ceruices rebelles viri perditionis/filij scelerati. Nõ vos pudeat cum sancto Ambrosio humiliter dicere. In omnibus sequi cupimus romanam ecclesiam. In omnibus typum eius sequimur ⁊ formam. Hoc multo melius ꝙ cũ Ianne ⁊ Mãbre/cũ Dyotrepe ⁊ Alexãdro erario resultare apostolis/cõtra ecclesie stimulũ calcitrare. Humiliamini sub potẽti manu dei ⁊ eius ecclesie: contra quã nec ipẽ porte inferi poterũt preualere finaliter. Testis item eorum est Fulgẽtius de diuinis officijs libro/cuiꝰ prologus incipit: Ea que per anni circulum. Huiꝰ libri diu prestolabar aduentũ: ipm eñi sepe predixi: quia sine isto witcleffiste nec vsq; ad verbum sciunt de sacramento Eucharistie suam sibilare perfidiaꝫ. Istum ad nubes vsq; deducit witcleff magister errorum suoꝝ in lib. suo de apostasia. cap. vij. vocans eum ibi Ambrosiũ vel saltem Ambrosij magni discipulũ. Ceteri ex discipulis eiꝰ post eum vocãt eum Isidorum. Isti modo appellãt euꝫ Fulgentium: Cancellarius Oxoniẽsis hercle dicit eum walerãnum Mẽburgẽsem episcopũ: ⁊ hoc in antiquis exemplaribus rectius inuenit̃. Reuera Berẽgarianus erat secũdum subtiliorem eius de impanatiõe sentẽtiã quam declarat Guimũdus: ⁊ ideo modicũ ipsi witcleff cõueniẽs qui plenus Berẽgarianus est secũduꝫ primã viam suam publice figuralem/nisi ꝙ in hoc cõcordant ꝙ vterq; panẽ ponit remanere secundũ substãtiam: sed witcleff corpꝰ dñi nõ ponit remanere nisi scđm figurã: walerãnus aũt secundũ substãtiam ⁊ naturam. Verbũ (inquit) qđ humanã acceperat naturam/idem in carne manẽs panis ⁊ vini accipiebat substãtiã. Vita media panẽ cum sua carne/vinum cum suo iũgebat sanguine. Hec walerãnus. AVTHOR. Fuit ergo de heresi impanãtium nõ de heresi signiferorum/vt autumant witclffiste. Nam in cap. de azymo ⁊ fermẽtato. Significari (inquit) pane illo dixi ecclesiã nõ in eo qđ offertur ⁊ cõsecratur: sed in eo quod de multis vt dictum est cõficit̃ granis. Nam in eo qđ cõsecratur nec ipm indiuiduum corpus domini significat: sed est trãsfuso in se dei verbo per fidem passionis. Dominus eñi nõ hoc significat: sed hoc est corpus (inquit) meum. Hec ille. AVTHOR. In hoc vltimo oñino displicet witcleffistis/quia magister eorũ hoc operatur qđ poterit: vt dixerit Christus figuraliter hoc est corpus meũ. Quãdo ergo witcleff istum authorem alloquitur: tũc ait latro ad latronẽ: sed inuocatus latro nõ cõuenit cum latrone: immo increpãs eũ inquit. Neq; tu times deum qui in eadẽ dãnatione es. Videat qui vult (vt supra dixi) libruꝫ Anselmi de corpore ⁊ sanguine domini in proemiali eiꝰ epistola: ibiq; cõperiet eum nec authoritate Ambrosium fuisse/nec fide Isidorum/nec etate Fulgentium: sed cõtemporaneum Anselmi/⁊ ab eo in erroneo suo cap. de Eucharistia redargutum: insuper ⁊ fraterne commonitum/vt errorem illum corrigeret priusꝙ in manus illoꝝ qui carpere vellent exiret. Istũ ergo: istũ inuocãt witcleffiste vt testet̃ cum eis super cõmunicatione generali totius plebis in vtraq; specie. Dicat ergo/effundat animũ lib. v. de officijs. cap. de cena dñi. Dauid (inquit) id est manu fortis. Sequitur. Ferebatur manibus suis. dicitur significasse dñm Iesum: qui coram Abimelech/qđ interpretat̃ patris mei regnum/scꝫ coram Iudeis mutauit vultũ suũ/id est sacrificãdi ritum: quãdo immolato iã pasche veteris agno sumẽs panẽ ⁊ vinum ferebatur in manibus suis dicẽs. Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus. Hoc autem hac remissionis ⁊ gratie die factum est. Cũ ergo pontifex tantus deo patri assistit tenẽs panẽ ⁊ vinum: ⁊ inuitat omnes ad corporis ⁊ sanguinis sui conuiuium/nullum iustum/nullum excipiens peccatorem/dicensq; p ora põtificũ: Venite filij audite me/cuius peccatoris vel saxeum pectus ad lamẽtum penitẽtie non emolliat̃. Hec walerãnus. AVTHOR. Iam supra diximus omnes fideles prouectos ad istud conuiuium dominici corporis ⁊ sanguinis licẽter admitti. Oñes eñi pascuntur eque sanguine Christi in vna corporis hostia quantum mille sacerdotes in specie illa bina. Oẽs ergo inuitat Christus ad corporis ⁊ sanguinis sui conuiuiũ: placet ecclesie. Sed nõ oñes eque solẽniter: quo ad obseruantiam rituum: sed istos propter ordinem secunduꝫ quem sacrificant: inuitat ad cõuiuium suum sub specie hac ⁊ illa. Illos autem qui tñ participant/inuitat ad equalitatem sagine tante sub specie vna simpla. Et cuꝫ nõ est differẽtia ferculi inter vos sed apparatus distantia/nolite murmurare: ne cũ eis pereatis quorũ adhuc esce erant in ore ipoꝝ/⁊ ira dei ascẽdit sup eos. Reuera defectus credẽtie christiane ad inuidiam eos concitat/vt ad hanc communicationẽ aspirẽt. Nõ eñi existimãt Christum sub vtroq; signo completũ. Sed quia species panis est tñ sacramẽtum corporis/⁊ nõ sanguinis: ⁊ vini species sacramẽtũ sanguinis/⁊ nõ carnis: ideo remanẽtes tñ in signis/nihil se recipere existimant sanguinis si nõ recipiant signum eius: quia nihil ibi credunt esse vel carnis vel sanguinis nisi tãtumlibet signũ eius. Falsa ⁊ horrẽda heresis que sic fraudat sumẽtem dulcibus epulis/⁊ cõmunicat eum in signis. Perfecta Christi caro sub specie sanguinis/⁊ totꝰ ⁊ floridus in specie carnis/totus ⁊ perfectus Christus secundum substantiam ⁊ essentiam in altera ⁊ vtraq;. Et vt redeamus ad prima/cum hoc dictũ walerãni cũ witcleffistis Pragensibus cõtra ecclesiam Christi nõ efficit: sicut patet: eorum tamẽ cassauit instantiam. Quia cũ ipoꝝ petitio

Ambrosiꝰ

Author de offic. q̃ sit.

walerãnꝰ

walerãnꝰ

cõtinebat q̃ solis Christifidelibus nullo peccato mortali indispositis sacramẽtum sub gemina specie ministretur:ipse plane dixit Christum nullum excepisse quã tumlibet peccatorẽ. Inuitat(inquit)oĩes ad corporis ⁊ sanguinis sui cõuiuiũ:nullum iustum/nullũ excipiẽs peccatorẽ. ⁊ post. Omnes ecclesie patẽt ianue:vt aduertas neq ab austro/neq ab aquilone venientes/id est neq iustos neq peccatores debere prohiberi quin accedant ad apertos diuine misericordie fontes. Hec ille. AVTHOR. Vel ergo corrigatis vestram instantiam vel dicta testium vestrorum/ ne dicatur de vestrũ alter utro q̃ nõ erat cõueniẽs testimonium illorum. Paschasius item vt credũt operatur pro eis:quia dicit in libro de corpore ⁊ sanguine dñi. Accipite ⁊ bibite ex hoc oẽs/tã ministri q̃ ⁊ reliqui credẽtes. Nolũt enĩ intelligere quia nõ credũt/sanguinem domini bibi nisi in proprio sacramento. Nos autẽ dicimus ex fide Christi in vtraq specie totum Christum ⁊ omnem saporem suauitatis realiter contineri. Quod vtiq in capite precedẽti declarat ibi Paschasius. Ceterum si quis ex eo non credit illud quod in euangelio predicatur/prioribus inquã illis deterior videtur:qui sub vnius speciei gustu oẽm saporẽ ⁊ omne delectamẽtum fide perceperãt. Nec tamẽ illud tũc aliud monstratum liquet. Quicquid saporis ac delectamẽti est interius sub vno eodẽq colore totum mãna prestiterit. Potior quippe virtus rerũ est q̃ species ⁊ fuscatus color. Idcirco virtus magis cõsideranda est q̃ color seu sapor exterius. Hec ille. AVTHOR. Vult Paschasius dicere eos magis incredulos q̃ veteres erant Judei/qui nolunt credere sub vna specie sacramẽti totum bonum diuinum cõtineri realiter. Judei(inquit) rudes fide perceperant omne delectamẽtum ⁊ omnem saporem suauitatis sub vnius sicci mãne colore ⁊ sapore cõcludi. Et nõ hoc volunt Christiani credere de Christi corpore in specie panis/nisi in sapore/⁊ colore/⁊ propria specie vini sanguinẽ Christi gustẽt. An tanti valet apud eos fuscatus ⁊ subrufus color vini vltra virtutem corporis ⁊ veritatẽ sanguinis Jesu Christi? Certe (inquit) ipsis Judeis nõ apparebat res in aliqua exteriori specie:quam tamẽ ad oĩe delectamẽtum intus sub aliena specie fide perceperãt. Et nũquid itẽ vini liquor est rei sanguinis species aliena? Diximus ad hec loca vbi verba sanctorũ pro se putabant habere. Jam videamus ⁊ alios:quos tam ad verba q̃ ad sensus false producunt.

Ad Paschasium.

Paschas.

Ad sanctum Thomam, Albertum, Innocẽtium, Lyram, cum de Halis, Bonauẽtura, Fiscatre, & Notyngham. Caput. XCIIII.

ſi q̄ ſi nō baptizatꝰ nō pereat/fruſtra baptizatur ne per
eat? Quare itēʒ hoc ſubticet niſi ſicut ait Auguſtinus/
Augusti. aperte hoc non dicitur/ne tam firma eccleſie conſuetu
do violatores ſuos ferre nō poſſit? Sic ſupra cōtra Ju
lianum obiecit.Fruſtra(inquiens)idētidēʒ conaris ob
tegere ꝙ ſupfluum baptiſmum putatis in paruulis.
Obtexit Pelagius/ obtexit Julianus alumnus eius/
obtexit item wicleff/ illi abditis verbis/ iſte ſilentio.
Sed fruſtra conantur obtegere ſciētibus orthodoxis
ꝙ ſuperfluum baptiſmū putauerunt in paruulis. Nec
item deſinunt quidam ſectatores wicleff eum ſic obte
gentem contegere ⁊ dicere: ꝙ in caſu ſuo res ſpeciali
ter agitur que auget difficultatem/nec per iſta genera
lia verba diſſoluitur.Pietas.ſ.⁊ deuota voluntas ge=
ſtantium infantem predictum.Cur ergo nō ſupplet ba
ptiſmi vicem in paruulo pietas ipſa geſtantium/ quia
nullam habet propriam:ſicut fides eorūʒ confert eidē/
qui nullam habet propriam? Sicut eñ pro baptizādo
reſpondent Credo/ita pro eodem ſpondent Uolo.Jtēʒ
in adulto requiritur vt vtrūq̄ȝ per ſe reſpondeat. Et ſi
corde credat ad iuſtitiā:⁊ neceſſitate ſacramentū amit
tat qd̄ omnino deſiderat/ſupplet omnipotēs Deus qd̄
neceſſitate non volūtate differtur. Cur ita non proficit
paruulo aliena voluntas/ſicut propria prodeſt adulto/
cum fides eque proficit aliena? Jn his ſcrupulis fidei
preualeat certitudo authētica traducta de primeuis ec
cleſie.Et iuxta mores eiꝰ ſtatī eliciēda eſt veritas:iuxta
quam eccleſia moderna definit ꝙ alienū originale pec=
catum per alienam fidem ⁊ pietatem tolli poteſt par=
uulo in baptiſmo/ſine baptiſmo non poteſt: q̄ fidēʒ nō
habuiſſe cēſendus eſt/qui fidem nec propria confeſſio=
ne deſiderando baptiſmum/nec aliena conſequendo ba
ptiſmum patenter exhibuit.Breuiter dico baptiſmali
ter nullus credit niſi qui corporaliter per ſe ſuſcipit ſa=
cramentum:aut per ſe ſecundum animi pietatem ſpiri
tualiter affuit ſacramēto.Alioquin eñ reportat quiſq̄ȝ
quod geſſit in corpore. Quia ſi reportat cōmodum ꝙ
baptizatus credit per alium:iuſtitia exigit vt alienum
originalis peccati reportet īcōmodūʒ/q̄ nihil credidit
per baptiſmum.Eſt eñ ratio Auguſtini contra Julia= Augusti.
num libro.vi.cap.xi.dicentis. Quomodo reportat bo=
num vt intret regnum dei:ſi hoc reportet quiſq̄ȝ qd̄ geſ
ſit:niſi q̄ pertinet ad paruulum etiam qd̄ per alterum
geſſit.i.credidit? Sicut itaq̄ȝ ꝙ credidit ꝑtinet ad eūʒ
vt reportet bonum.i.percipiat dei regnum: ſic ad eum
pertinet etiam ſi non credidit vt reportet condēnatio=
nis iudicium:q̄ euangelica eſt ⁊ ipſa ſentētia.Qui nō
crediderit cōdemnabitur.Sequit̄. Uide ergo q̄ impor
tune nolis paruulum de alieno peccato reportare ma=
lum:⁊ velis eum de alieno recte facto reportare bonūʒ
non qualecūq̄ȝ:ſed dei regnum. Alienum quippe opus
eſt cum credit per alterum/ſicut alienum opus fuit cū
peccauit in altero.Hec ille.AVTHOR.Ecce alienum
opus fuit ꝙ peccauit in altero:ita alienum opus eſt ꝙ
credit per alterum. Utrunq̄ȝ verū eſt ſecundum ratio=
nem operis operantis.Sed ſicut qd̄ alienū fuit ꝙ pec
cauit in altero fecerat eſſe ſuūʒ in corpore ꝓprio/quod
traduxit ex altero:ita opus illud alienum ꝙ credit per
alterum/neceſſe habet in corpore facere ſuū:aut in ani
mo ſuo tingendo hoc per effectūʒ/vel in neceſſitatis ar
ticulo per affectum.Alioquin quantūcūq̄ȝ ſint ſancti
aut iuſti parentes vel baiuli puerorum/ nihil ad eos ꝑ
tinet ꝙ credunt vel offerunt ad baptiſmum ſi nō ꝓprio
corpore lotionem accipiant vel propria mente voueāt
quod nō poſſunt/ſicut nec ad eos ꝑtinere debuiſſet alie
nūʒ opus peccati ſi corpus ſuum nō tetigiſſet infectio/
aut mēs nō inficeretur ex corpore.Lib.iij.de baptiſmo
paruulorum.cap.xv. Auguſtinus.Proinde(inquit)qd̄ Augusti.
ait Apoſtolus cum fideles moneret vt ſe ab infidelibꝰ
coniugibus non diſiungerēt: Sanctificatꝰ eſt enim vir
infidelis in vxore/⁊ ſanctificata eſt mulier infidelis in
fratre:Alioquin filij veſtri immūdi eſſent/nunc autem
ſancti ſunt.ſequit̄.Jllud ſine dubitatione tenēdum eſt:
quecunq̄ȝ illa ſanctificatio ſit non valere ad Chriſtia=
nos faciendos atq̄ȝ ad dimittēda peccata niſi Chriſtia
ni ⁊ eccleſiaſtici inſtitutione ſacramenti efficiantur fi=
deles.Nam nec coniuges infideles q̄libet ſanctis et
iuſtis coniugibus hereant ab iniquitate mundantur/q̄
a regno dei ſeparatos in damnationem venire compel
lit.Nec paruuli de quibuſlibet ſāctis iuſtiſq̄ȝ procreati
originalis pcti reatu abſoluunt̄/niſi in Chriſto fuerint
baptizati.Pro quibus tanto impenſius loqui debemꝰ
quāto pro ſe ipſi minus poſſunt.Hec ille.AVTHOR.
Aperte Auguſtinus difficultatem wicleff euiſcerat.
Quātūlibet enim ſancti aut iuſti ſint parētes aut par=
uulos geſtantes in eccleſiam/quātolibet ardore bapti=
ſmūʒ eorum deſiderent/ſi non ſacramentaliter baptizē
tur/cum non credentibus cēſebuntur illis de quibus di
citur.Qui vero non crediderit cōdēnabitur. Jllud eñ

quod ꝑ eis respondent aut credo aut baptizari volo/ ad sanctificationem eorum valet in mente si visibiliter assit in corpore: qđ itidē non valeret adulto qui in potestate habet vtrumq₃: corde .s. credere ad iustitiā: ore item confiteri ad salutem. libro .iiij. de baptismo. cap. xxxviij. Augusti. Cū ꝑ eis (supple paruulis) alij respōdent vt impleatur erga eos celebratio sacramenti: valet vtiq₃ ad eorum consecrationem: q₃ ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest: alius respondeat/ non itidē valet. Ex qua regula illud in euāgelio dictum est: quod cum legitur/ oēs naturaliter monet. Etatem habet: ipse pro se loquatur. Hec ille.

Augusti.

Qualiter witcleff peruertit textum euangelii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto: & quibus erroribus se immergit. Cap. CI.

Fontem aque regenerātis in vitam eternam/ quē Christus in euangelio sufficienter ꝛ efficienter effodere dignatus est/ cū diceret: Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto non potest introire in regnum dei: sophistice obstruūt witcleffiste sicut puteos Abrahe iudei Palestini. Quarto trialo. cap. xij. Quantum (inquit) ad fidem scripture. Joannis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto ꝛc. Probabiliter potest dici q₃ Christus loquitur de aqua q̄ fluxit ex suo latere ꝛ de baptismo tertio. Quia certum videtur: q₃ homo martyrizatus pro Christo licet non irroretur nouiter aqua baptismatis/ est saluādus. Ideo videtur probabile ad illum sensum negatiuam Christi intelligere .s. q₃ nemo potest introire in regnum celorum nisi baptismate aque effluxe de latere Christi ꝛ baptismate flaminis baptizetur. Hec ille. AVTHOR. Cum omni reuerentia suscipio aquam illam que fluxit e latere saluatoris: non tamen euacuandam puto aquā illam quā Christus in predicto textu simul cum spiritu sancto in sacramento coniunxit. Nec est cuicūq₃ fideli probabile ad illum sensum aquam nostre redemptiōis intelligi. Idcirco in talibus expositionibus semper cauenda est heresis: quia ꝑ expositionum suarum abrupta dum fidem negligunt sermonis dei sacramenta corrūpunt. Dicente Ambrosio in expositione epistole ad Romanos/ textu: Sed regnāuit mors ab Adam ꝛc. Quia enim (inquit) propria quis authoritate vti nō potest ad victoriam/ verba legis adulterat vt sensum suum quasi per verba legis asserat: vt iam non ratio s₃ authoritas prescribere videatur. Sequit. Postq₃ autem a concordia animis dissidentibus ꝛ hereticis perturbātib⁹ torqueri questiones ceperint/ multa immutata sūt ad sensum humanum/ vt hoc cōtineretur in literis qđ homini videretur. Unde ꝛ ipsi greci diuersos codices habēt. Hoc autem verum arbitror qñ ꝛ ratio ꝛ historia ꝛ authoritas obseruatur. Hec ille. AVTHOR. Optime cauet hereticos sensus Ambrosius: qui hoc volunt contineri in literis qđ homini videatur. Sed verū sensū arbitratur esse de litera qñ ratio litere ꝛ historia ꝛ authoritas obseruatur. Sic etiam dicit Augustinus bonā expositionem fieri quando fides verbi seruatur illesa lib. lxxxiij. questionū/ q̄stione de Samaritana: vbi dicit. De qua re id primū tenendum est quod in oībus scripturis summa vigilantia custodiri oportet: vt secundum fidē sit sacramēti diuini expositio. Hec ille. AVTHOR.

witcleff.

Ambros.

Aug.

Nullo ergo modo potest illa expositio dici probabilis secundum fidem/ que fidē excludit ꝛ rationem ꝛ historiam ꝛ authoritatem illius verbi: sicut iste nūc baptismi fidem de Christi verbis extrudit. Mira res de proteruia ista heretica. In sacramēto eucharistie ex omni studio panem materialem instaurat/ vt panē gloriosum Christi corporis secundum suam naturam euacuet: ita₃ aquā gloriosam in passione diffusam procurat/ vt aquā materialem a sacramento Christiane regenerationis extermineт: nec illam corporaliter ꝛ visibiliter abluentem/ sed virtualiter tantū: contra illum quem Christus nostris indidit ordinem sacramentis. Beatus Augustin⁹ reputat credibile esse q₃ latro beatus ablutus erat corporaliter ab exiliente sanguine ꝛ aqua de latere saluatoris/ nec tamen destitit inquirēdo q₃ etia₃ aqua nostri baptismatis potuit alicubi fuisse perfusus. lib. i. de natura anime ad Uincentium/ ad errorem sextum Uincētij/ vbi dicit. Nam vt omittā qđ creditur aqua simul cū sanguine exiliente de latere dñi iuxta cōfixus potuisse perfundi/ atq₃ huiusmodi sanctissimo baptismate dilui: quid si in carcere fuerit baptizatus? qđ ꝛ postea persecutionis tempore nonnulli clanculo impetrare potuerunt. Quid si ꝛ anteq₃ regeneretur? Neq₃ enim propter ea illi publice leges parcere poterant/ quantum attinet ad corporis mortem/ qñ diuinitus acceperat remissionem peccatorum. Quid si iam baptizatus in latrocinij facinus ꝛ crimen incurrerat: ꝛ non expers baptismatis: sed tanq₃ penitens accepit scelerum veniā q̄ baptizatus admisit? quando quidem pietas tā fidelis ꝛ domino in animo ei⁹ ꝛ nobis in verbis ei⁹ apparuit. Nā si eos de q̄bus non scriptum est: vtrū fuerint baptizati/ sine baptismo de hac vita recessisse contendimus/ ipsis calūniamur apostolis: qui p̄ter apostolum Paulum qñ baptizati fuerint ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit/ qđ Petro beato domin⁹ ait: Qui lotus est non indiget vt lauet: Quid de alijs de quibus vel tale nihil legimus dictum/ de Barnaba/ de Timotheo/ de Tito/ de Sylea/ de Philemone/ de ipsis euangelistis/ Marco ꝛ Luca/ de innumerabilibus ceteris? quos absit vt baptizatos etiam dubitem⁹ q̄uis non legam⁹. Hec ille. AVTHOR. Quid credis diceret Augustinus ad witcleff dicentem non oportere sic vel tunc baptizatum fuisse latronem: s₃ nec corporali illo fluxu de latere saluatoris: sufficit q₃ virtute illus qđ dubitare non licet fuerat baptizatus? Accipe certum: dimitte incertum. Non obstant ista quo minus credibile satis putari potest/ si non alio corporali latice/ saltem de aqua lateris saluatoris corporali gurgite lotus erat. Unde de natura anime ad Renatū Augustinus. Huc accedit (inquit) q₃ non incredibiliter dicitur latronem fuisse qui tunc credidit iuxta dominū crucifixu₃/ aqua illa que de vulnere lateris emicuit tā q₃ sacratissimo baptismo fuisse perfusum. Hec ille. AVTHOR. Sed ꝛ in isto magistrum suum vincit Pelagium ꝛ sectatores illius/ qui terrore illius verbi deuicti/ intelligentes de aqua baptismali verba Christi: necessarium dixerunt esse paruulos baptizari ad intrandum regnum celorum sicut in lib. primo de baptismo paruulorum cap. xvij. Augustinus. Terrentur aute₃ isti sentētia domini dicentis. Nisi quis renatus fuerit denuo/ nō videbit regnum dei. Et propterea conantur paruulis non baptizatis innocētie merito salutem ac vita₃ eternam tribuere: sed q₃ baptizati non sunt eos a regno celorum facere alienos noua quadā ac mirabili presumptione: quasi salus ac vita eterna posset esse preter Christi hereditatem/ preter regnum celorum. Hec ille. AVTHOR. Nouior ac multo magis inaudita ꝛ mi-

Augusti.

Augusti.

August.

rabili presumptione exponit hic witcleff aquam de latere saluatoris/abijciens aquam quā saluator intēdit/ aquam quā sanctum Philippū docebat eunuchus cum diceret. Ecce aquaz/quis prohibet me baptizari? aquā de qua Petrus in actibus. Baptizet vnusquisq; vestruz in nomine ⁊c. Quam vtiq; aquā saluator ingredi ⁊ sanctificare dignatus est. de qua item Joannes baptisma nostrum inchoans ⁊ figurans: Ego (inquit) baptizo in aqua ⁊c. Quaz vtiq; aquam in eisdem verbis Christus intellexit baptismo discipulorum suorum iniungere cū diceret. Ite docete oēs gentes baptizantes eos / non q̄dem de latere meo fluente aqua/sz aqua baptismali/ab aqua lateris mei habente virtutem. Pelagius valde erat territus nō sic intelligere verba Christi ne nimis perfidus haberetur toti ecclesie que sic intellexit: ⁊ ab initio practizauit/sicut Christus tradebat Apostolis/⁊ ab ipsis obseruabant patres ecclesie vsq; ad tempora nostra. Quanta ergo temeritate iste witcleff exuberat qui vltra omnes seniores fideles ⁊ perfidos expositionem hanc nouellam in suggillationem aque baptismalis inuenit? Summatim dico: ipse de tāto vincit in hoc errore Pelagium quantum ausus est cum catholicis ponere in paruulis originale peccatum quod nō dixit Pelagius/⁊ illud non tollendum aqua sacramentalis baptismatis: qd̄ non audebat Pelagius: nec item terrore illius verbi Christi ad Nicodemum: ponere illud necessarium sacramentum: sed ad cumulum heresis verba Christi nouello superuestire sophismate. Ad proprium magistrum huius erroris mi witcleff te remitto Vincentium. Ad quē lib. i. de origine anime sic scribit Augustinus. Noli credere nec dicere nec docere aliquos eoruz qui sine baptismo Christi ex hac vita migrauerūt/ interim non ire in regnum celorum/ sed in paradisum. Postea vero in resurrectione mortuorū etiam ad regni celorum beatitudinez peruenire: si vis esse catholicus. Hoc enī eis dare nec pelagiana heresis ausa est q̄ opinatur paruulos non trahere originale peccatū. Quos tu q̄uis sicut catholicus cum peccato nasci fatearis: nescio tñ qua peruersioris nouitate opinionis sine baptismate saluari ⁊ ob hoc peccato cum quo nascūtur absolui ⁊ in regnum celoruz asseris introduci. Neq; cōsideras in hac causa quāto deterius sapias ꝙ Pelagius. Ille quippe dominicam sententiaz pertimescens/ qua non baptizati in regnum celorum non permittuntur intrare/licet eos quos ab omni peccato liberos credit: non illo audet paruulos mittere. Tu vero sic contemnis qd̄ dictum est: Si quis non renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non potest introire in regnum dei: vt excepto errore quo audes a regno dei paradisum separare quibusdam quos reos nasci/sicut catholicus/credis sine baptismate mortuis: ⁊ illius reatus absolutionē ⁊ regnum celorum non dubites insuper polliceri. Quasi contra Pelagium in originali peccato astruendo tunc esse possis catholicus verus/si contra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia hereticus nouus. Nos te dilectissime non hic volumus hereticorum authorem esse/vt error vincat errorē: ⁊ quod est peius/ maior minorez. Hec ille. AVTHOR. Collige iam singula/⁊ vide si non sicut Vincentius suum Pelagium/ ita witcleff vincat Vincentium. Territus erat Pelagius dare paruulis non sacramentaliter baptizatis regnum celorum/cum tamen eos contrahere non sensit originale peccatū. Audax Vincentius concedit eos trahere primeuum delictum: sed non statim si non sacramētaliter baptizent/ quousq; resurrectio compleat intraturos in regnum celorum: medio tñ tempore possidentes paradisuz. Superat ipsuz witcleff in eo ꝙ assignat non renatis sine media requie regnuz celorum/ ⁊ in eo ꝙ sensum verborum Christi ad malignitatem suaz peruertit/aquā exponens baptismū de sola aqua lateris Jesu Christi. Hoc ne Pelagius ausus est facere? sz nec iste Vincentius. Pariter autem superant in hoc errore Pelagium ꝙ sine sacramentali baptismate concedunt alijs regnū celorum/quos tamen trahere non dubitant originale pctm̄. Deinceps audiamus quomodo witcleff exponat dicentem Apostolū: Quicūq; baptizati sumus in morte ipsius baptizati sumus: saltē prius ꝙ istum locum corrumpat. Accedat qd̄ in lib. vi. contra Julianum scribit cap. v. Augustinus. Quicunq; (inquit) baptizati sumus: in morte ipsius baptizati sumus. Hic sunt paruuli an nō sunt? Si non hic sunt: falsuz ergo est qd̄ ait. Quicūq; baptizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus. quia non in morte ipsius baptizantur paruuli. Sed qm̄ verum dicit Apostolus/nulli intelliguntur excepti. Nam si de solis maioribus dictum putatis qui iam vtātur libero arbitrio cum dicat ille Quicūq;: frustra nos terret dominica illa sententia. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Habetis enī compendium magnum. Asseuerate ⁊ hoc de solis maioribus dictum/nequaꝙ paruulos ista generalitate concludi. Si autem hoc dicere non audetis/qm̄ vniuersaliter prolata est sententia: Nisi quis renatus fuerit ex aq̄ ⁊ spiritusancto non potest introire in regnum dei: eadē vos vniuersitas comprimit/dicente apostolo. Quicūq; baptizati sumus in Christo Jesu/in morte ipsius baptizati sumus. Ergo ⁊ paruuli qui baptizātur in Christo/ qm̄ in morte ipsius baptizati sunt/pctō moriūtur. Hec ille. AVTHOR. De baptismo in aqua materiali concepit Augustinus Apostolum/⁊ dicit ꝙ frustra terreret nos dominica illa sententia. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊c. vbi nulli ab illa vniuersalitate apostoli siue maiores: siue paruuli intelligerentur excepti cum dicit. Quicunq; baptizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus. Nam expone textuz apostoli. Quicūq; baptizati sumus aqua mortui corporis eius. Adde quod sequitur: in morte ipsius baptizati sumus. Et nugas facis quas non fecit Apostolus. Et idē erit. Quicūq; baptizati sumus i Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus in morte ipsius: Et non terreret ista sapientes plus illa. Nisi conuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Sz nec illa sententia Christi. Nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊c.

Aug. (margin)

Qz verbum Christi ad Nicodemū intendit aquam sensibilem.

Cap.CII.

IDcirco fides ecclesie exponit illā renascentiā/⁊ asserit ab ore Christi ⁊ apostolorum eius per aquaz regenerationis aquam visibilis sacramenti/quēadmodum relumpta sententia Christi ad eundem Nicodemum. lib. ij. de baptismo paruulorum cap. xxxviij. August. Sacramentum (inquit) baptismi profecto sacramentum regenerationis est. Quocirca sicut homo qui non vixerit mori non potest: ⁊ qui mortuus non fuerit resurgere non potest: ita qui natus non fuerit renasci non potest. Ex quo conficitur neminē in suo parente renasci potuisse non natum. Oportet autem vt si natus fuerit renascatur. Quia nisi quis natus fuerit denuo/non potest videre regnum dei. Oportet igitur vt

Augusti. (margin)

sacramento regenerationis ne sine illo male de hac vita exeat/etiā paruulus imbuatur. Quod non fit nisi in remissione peccatorum. Quod etiā ipso loco Christus ostendit/cū interrogatus quomodo possunt ista fieri: cōmemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. Cum itaqꝫ per baptismi sacramētum morti Christi conformātur infantes/eos a serpentis morsu fatenduꝫ est liberari: si a Christiane fidei regula nolumus aberrare. Hec ille. AVTHOR. Attēde non hic Augustinū visum esse reputatione tua: sed totam hāc sententiā sub pondere fidei regule Christiane dictasse. Demum attendas ordinē. Primo (inquit) renasci nō potest qui natus non est. Deinde cū renascitur/tunc primo remissionē accipit peccatorum/virtute mortis Christi/ cui cōformatur per sacramentum baptismi. Quod sacramentum nulli ante te perfidi vel fideles sophisticare audebant/ ne aliud intelligeretur/ ꝙ in visibili elemēto sacratum. Tu forsan audax es ita equiuocare nobis sacramētum baptismi sicut Christo eē renatū equiuocas/ dicēs hoc ꝓbabiliter ī aqua lateris eius/ ꝛ spūsctō probare satis intelligi. Sed tunc quid oportet infantem prius nasci ex vtero ꝙ sic renasci? Et prius renasci/ꝙ serpentis exaltatione a venenato morsu serpentis. i. ab originali crimine liberari virtute mortis Christi? Quare nō posset fetus hominis rationali spiritu animatus / tot diebus gestatus in vtero / priusꝙ nascatur in seculo tingi virtualiter aqua lateris Christi? Cur nō vel iam natus virtute mortꝭ Christi remissionē cape vetusti delicti priusꝙ renascaꝭ ex fonte? Fonte inquio sacramēti scatentis ex visceribus ecclesie mystici corporis Jesu Christi/ de cuius aqua precipue Christus ait. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto. vt exponit super Joannem
August. tractatu. xij. Augustinus. Ex aqua ꝛ spiritu oportet vt nascamur propter regnum dei. Si propter hereditatē patris hominis tēporalē nascitur: nascatur ex visceribus matris carnalis: si propter hereditatē patris dei sempiternā/nascaꝭ ex visceribus ecclesie. Sequiꝭ Spiritualiter ergo nascimur/ꝛ ī spiritu nascimur. Verbo ꝛ sacramento adest spiritus vt nascamur. Hec ille. AVTHOR. Ergo aqua illa vna cū spiritu vnde oportet vt nascamur propter regnū dei in visceribus ecclesie/ Christi est. Ipsum sacramentum visibile est ipsum/cui vna cū verbo adest spiritus vt nascamur. An putas ex verbo sacramētali ꝛ aqua lateris Christi in celo vnum fiat ecclesie sacramentū? Sed ergo planum est peritis fidelibus ꝙ author iste nouellus exposuit qꝺ nesciuit. Alioquin dicat quare Christus nō ibi sanguinē suū ponit dicēs. Nisi qs renatus fuerit ex sanguine ꝛ spū ꝛc. cum secundū omnes scripturas in sanguine agni confirmatum est testamētum eternū/ꝛ in sanguine eius redempti sumus. Et huic accedit ꝙ mare rubrum figura baptismatis Christi fuit. secundū illud Apostoli. Oēs sub Moyse baptizati sunt in nube ꝛ in mari. Et super
Augusti. Joā. homil. xi. Augustinus. Jam mare/ꝛ quare rubrū? significabat mare illud rubrū baptismū Christi. Vñ rubet baptismus Christi/ nisi Christi sanguine ꝯsecrat⁹? Hec ille. AVTHOR. Sed hoc ergo nouerint oēs ꝙ elementari aque nostri baptismatis cōiugauit Christ⁹ (vt Damascenus loquiꝭ) virtutē sui sanguinis ꝛ gratiā spiritus: ita vt hi tres vnū sint in spirituali regeneratione visibiliter ꝯsecrāte. Propter qꝺ dicit Joānes in Canonica. Tres sunt qui testimoniū dant in terra/spiritus/aqua/ꝛ sanguis: ꝛ hi tres vnum sunt. Sicut Eximie exponit in lib. i. de spiritu sancto ca. v. Ambrosius.
Ambrosi. Sūt (iquit) plerique qui in eo ꝙ aqua baptizamus ꝛ spiritu: nō putent aque ꝛ spiritus distare naturam/nec aduertūt ꝙ in illo aquarū sepelimur elemēto vt renouati per spiritum resurgamus. In aqua eñi imago mortis: in spū pignus est vite: vt ꝑ aquā moriaꝭ corp⁹ peccati/ ꝙ quasi quodā tumulo corpus īcludit: ꝛ ꝑ virtutē spūs renouemur a morte peccati. Et ideo hi tres vnū sunt/sicut Joānes dixit. Aqua/sanguis/ꝛ spūs. Vnū in mysterio nō ī natura. Aqua igiꝭ testis est sepulture. Sāguis testis ē mortis. Spūs testis ē vite. Siqua ergo ī aqua gratia/nō ex aque natura/sed ex presentia est spūs sancti. Hec ille. AVTHOR. Hic videtur Ambrosius perfidiam tuā refellere / sumēs ex ea occasionē loquēdi de fide. Sunt inquit qui nō putent aque ꝛ spūs distare naturam: quia aqua baptizamus ꝛ spū. i. qui non putēt aquam illā a spirituali illa distare/quā Christus in passione effudit. Sed tandē aquā elementarē demōstrat/ in qua velut tumulo sepelimur/ vt per spiritū resurgamus: ꝛ hec ideo imago mortis est. Augustinus supra dixit ꝙ in illa cōformatur infans morti Christi. trahētes vtrique dictum suum ex illo Apostoli. Consepulti ei per baptismū in morte. Si quā tamē gratiam habet aqua/ ex spiritu habet/nō natura. Ita vt ex his tribus simul in vnū cōplexis aqua/sanguine/ꝛ spū/ꝯiungēdo aquā que simul fluxit ex latere Christi cū suo sanguine/ vnū constet Christianis gratie sacramentū. Nec est eis plena gratia sanguinis ꝛ aque Christi immo nec spiritus cōsummata ad effectū remissionis criminū: nisi cum vt Christus instituit/ꝛ Ambrosius supra iam dixit. in illo aquarū sepelimur elemēto/vt renouati per spiritum resurgamus. Nec hoc sciebāt etiā Pelagiani declinare
de paruulis. cap. x. cōtra Julianum lib. vi. Augustinus. August.
Agimus inquit gratias: quia hoc non putatis. Nō eñi ad regnum dei natos nisi perfundanꝭ admittitis. Atque ita perfundi multo meli⁹ iudicatis esse ꝙ nasci. Sequitur. Nō aūt habere paruulos vitam nisi habeant Christum. Quē proculdubio habere non possunt nisi induerint eū eo modo quo scriptū est. Quotquot in Christo baptizati estis Christū induistis. Hec ille. AVTHOR. Ecce subridendo gratias agit Augustinus: quia Pelagiani nō putant ad regnum dei natos admitti nisi per fundātur aqua baptismali. i. renascātur: vel sacramētaliter baptizētur. Sed Julianus malignatione heretica
terminū ꝯfundebat ecclesie/ vt aptius subuerteret verbi sensum. sicut eodē cap. x. annotat Augustinus. Non August.
frustra crederes dicere voluisse qꝺ renascitur/ sed qꝺ ꝑfunditur. Ut quoniā dñm ꝛ diabolum quasi partes inter se fecisse ꝑ nostrū sensum demōstrare cupiebas/partem dei faceres vilitate verbi viliorem. Potuisti enim dicere qꝺ renascitur. Potuisti postremo qꝺ baptizaꝭ. Hoc eñi verbū ex greco latina consuetudo sic habet vt non soleat alibi nisi in sacramēto regenerationis intelligi. Nihil horū dicere voluisti/sed elegisti verbum quo fieret contemptibile qꝺ dicebat. Hec ille. AVTHOR. Ad hoc ꝓficit ecclesie Christi ꝯtēpt⁹ eius hereticus/ vt hoc modo clarificaret nobis Augustinus ꝙ renasci vel baptizari ex antiqua ꝯsuetudine Latine ecclie quā traduxit ex greco/nō solet intelligi nisi de regeneratione sacramentali. Nō ergo probabiliter/sed improbe exponit wicleff/renasci de aqua lateris Christi vel infusione spiritussancti: cū nisi de sacramento elementi visibilis antiquo more ecclesie possit intelligi. Idcirco si Augustini disputatiōibus interfuisset/victus dixisset se cōtra Christi sententiam capitalem de baptismo sensisse/ quando non renatis ex aqua baptismali ꝛ spiritu Christo negante/ ipse cōcessit regnū celorum. Sic eñi magister eius in hoc errore Vincentius plane cōcessit ī verbis prout in supradicto lib. i. ad eum recitat. Augusti-
nus. Dicis eñi: aut si forte quispiā reluctetur latronis Aug-
anime vel Dinocratis interim temporarie collatū esse

paradisum: nam superesse illis adhuc in resurrectione premium regni celorum. Q̄ꝙ sententia illa principalis obsistat: quia qui non renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non intrabit in regnum celorum: tamen teneat etiam meum in hac parte non inuidentis assen-
Ar. presen neq̄. sum: modo misericordie prescientieq̄ diuine et affectũ amplificet ⁊ effectum. Hec verba tua sunt. Ubi te confiteris consentire dicenti quibusdam non baptizatis sic temporarie collatum esse paradisum vt supersit illis in resurrectione premium regni celorum: contra sententiã principalem qua constitutum est non intraturum in illud regnum qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Quam sententiam principalem timens violare Pelagius: nec illos sine baptismo in regnum celorum credidit intraturos / quos non credidit reos. Tu autem ⁊ originalis peccati reos paruulos confiteris: ⁊ tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis ⁊ in paradisum mittis: et postea etiam regnum celorum intrare permittis. Hec ⁊ huiusmodi alia si forsitã in tuis libris attentior ⁊ otiosior inuenire potueris: sine vlla dilatione iam corrige / si ⁊ animum catholicum geris. Hec ille. AVTHOR. Ecce corrigi iubetur ꝙ cõtra Christi sententiam principalem paruulos peccati reos sine lauacro regenerationis absoluit et ad celum finaliter mittit. Quãto magis corrigẽdus est witcleff qui totum hoc facit: ⁊ amplius eerrans sententiã illã principalẽ sine sensu lauacri regenerationis extorquet?

Q; visibili sacramẽto baptismi est sãctus hõ quilibet abluendus. In quo q credit: est sine dubitatione saluandus: qui vero non sic crediderit, cõdemnandus. Cap.CIII.

In differentiam humane salutis per diuina sacramẽta iam explicat witcleff: cum sic concludit in predicto quarto trialogi. ca.xij.
Witcleff. Cum iste baptismus sit insensibilis ⁊ tantũ nobis incognitus: videtur mihi ĩprudẽs presumptio taliter saluationem hominis vel damnationẽ ex baptismate definire. Hec witcleff. AVTHOR. Mira temeritas hu⁹ heretici: que si discrete pensetur multas hereses superat: transilit in paganos. Sed dico si hec sit imprudẽs presumptio saluationem hominis vel dãnationem ex baptismate definire / loquaris expressius de quo baptismate? Jam enim tria signasti baptismata: flaminis sanguinis / ⁊ fluminis. Baptismus ille insensibilis primus horum est. De secũdo nõ sic p̃sumimus. De tertio ergo qui in sacramento fontis expletur imprudentiã nostre presumptionis affirmas: ꝙ scz saluationẽ hominis ex eius susceptione vel damnationẽ ex eius negligentia definimus. Quasi witcleff iste corpus non habeat / sed pure sit sp̃us / sic visibilia ⁊ corporalia oĩa / a fide reijcit Christiana. Et nunqd quia deus insensibilis fuit in Christo ⁊ satis mũdo incognit⁹: ideo videtur tibi impudẽs p̃sumptio taliter saluationẽ hominis vel dãnationẽ / Christi incarnatiõe ⁊ passione visibili definire? Et nõne ideo oportuit exaltare nõ inuisibilẽ deũ / sed filiũ hoĩs / sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto vt omnis qui credit in ipsum nõ pereat / sed habeat vitam eternã? Et nonne cuncta hec corporalia erãt natiuitas Christi / passio / mors / ⁊ ascẽsio? ⁊ definita fide hoc credimus ꝙ ista non credens sine dubio peribit? Qualiter non item talia credenda sunt fidelium q̃uis corporalia ⁊ sensibilia sacramẽta? Libro suo de amore dei in fine Bernardus. Ad hoc etiam in hac vita corporalis sacramentorum valet religio: quia cum vix aliquid, nisi corporea ⁊ corporaliter intelligamus / q̃diu in imagine pertransimus / corporalibus religamur sacramẽtis ne a deo recedamus. Unde ⁊ a religando religio dicit̃. Enimuero fidelis anima talibus erudita / talibus non indigere incipiet / ⁊ a corporalib⁹ transire ad spiritualia / ad sp̃ualium corporũ cõditorẽ / hoc vere erit exire a sarcinis. Hec ille. AVTHOR. Respondet tibi ergo tota fides simul nostre matris ecclesie. Hoc sine dubio credimus: hoc sine ambiguo definim⁹ ꝑ infallibili vero / q̃ð ait infallibilis veritas / cum iam ascensurus esset in celos. Euntes in mundũ vniuersum predicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero nõ crediderit cõdemnabitur. Quis contradicit huic sententie? aut quis dubitat esse verã? Velles nos formare reputationẽ tuã nouellã circa certissima verba Christi: sicut ibi subiungis. Reputamus tamẽ absq̄ dubitatione ꝙ infantes rite baptizati flumine / sunt baptizati tertio baptismate. Procul hinc cum reputationibus tuis hereticis: que velis nolis dubijs validis sunt subiecte. Nos iterum ⁊ indefesse repetimus / ⁊ repetita simpliciter verba indubie definim⁹. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit cõdemnabitur. Nullus ab hac sentẽtia excipiẽdus est siue magnus siue paruus. Quisquis non baptismaliter credit: siue per seipsuz / si sit adult⁹: siue per alium / si sit paruulus: ipse damnabitur. In ex-
positione super Marcũ ibi Beda. Quid hic dicimus Beda.
de paruulis qui per etatem credere non valẽt? De maioribus nulla questio est. Per alios ergo paruuli credunt in ecclesia / sicut ex alijs trahunt peccata / que illis in baptismo remittuntur. Hec ille. AVTHOR. An forte generalitatem definitionis nõ accipis / sed vis vt baptizatos excipiamus a spiritu sancto? Non ita. Ipi enim credunt ⁊ baptizãtur qui fide media quantũ possunt properant ad baptismum / ⁊ si quandoq̄ exterius baptizari nõ possunt. Unde libro secundo de sacramen.
parte.vi.cap.vij. Hugo. Qui crediderit / inquit / ⁊ bapti- Hugo.
zatus fuerit saluus erit. Ecce ergo dubiũ non est / quin vbi fides est / et baptismus est / salus est. Et quid sequitur? Qui vero non crediderit cõdemnabit̃. Quare ita dicere voluit? Quare nõ dixit: Qui nõ crediderit ⁊ baptizatus fuerit cõdemnabitur / sicut dixit: Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit / saluus erit? Quare? nisi q; credere voluntatis est / ⁊ quia fides credere volenti deesse non potest. Et idcirco in eo qui non credit semper praua voluntas arguitur: vbi necessitas nulla esse potest qui ad excusationem pretẽdatur. Baptizari autẽ in voluntate esse potest etiam quãdo nõ in possibilitate est. Idcirco iuste bona voluntas cũ deuotiõe fidei sue / non despicitur / q̃uis ab eo q̃ð foris est sacramẽto aque percipiendo / articulo necessitatis prepediat̃. Hec ille. AVTHOR. Bene exponit Hugo fidem sacramenti baptismi esse bonã voluntatẽ cum deuotione percipiendi baptismatis sacramentum. Quisquis eñ recte credit tãtam esse sacramenti virtutem vt ea ꝑcepta remissionẽ omniũ peccatorum accipiat / omni mẽtis deuotione ad eã festinat: que vtiq̄ fides ⁊ deuotio per equiualentiã pro baptismate cẽpensatur. Q̃ð ex eo probari potest ꝙ dominus ⁊ institutor baptismi secundũ predicta Augustini / si tali mẽtis angustia vices supplet: ita vt semꝑ verũ sit ⁊ infallibile verũ: ꝙ sine baptismi sacramento null⁹ saluabit̃: q; sine ipo in se / vel sui iustissimo supplemẽto ⁊ signato q̄sq̄ dãnabit̃. Ualde ergo necessario et sub salutis detrimento requirit̃ / q̃ð etiã cũ haberi non potest in se / haberi tamẽ per supplementũ exigit̃. Que

vtiq necessitas a tempore illis edicti Christi stabilis perseuerat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto/non potest introire in regnum dei. Libro de fide ad Petrum. capitu. xxij. Augustinus. Ad regnum

Augusti. diuersis temporibus per sacramenta que ad fidem incarnationis sue Christus instituit: illi puenerunt quos deus gratis nullo bone voluntatis vel boni operis merito precedente saluauit. Et ex illo tempore quo saluator noster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritusancto nō potest videre vel introire regnum dei/ absq sacramento Christi baptismatis preter eos qui in ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinē fundunt/nec regnum celorum potest quisq accipere nec vitam eternam. Q sine in catholica siue in heresi quacunq vel schismate quisq in nomine patris & filij & spiritussancti baptismi sacramentum accepit: sed salutem que virtus est sacramenti non habebit: si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramētum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam redire/non vt sacramētum baptismatis iterum accipiat: sed vt in societate catholica vitam eternā accipiat. Hec ille. AVTHOR. Prefixum est tempus decreti; nullum restat amodo priuilegium liberandis a crimine/ si non regenerentur aqua a tempore illo (dixit Augustinus) quo saluator noster dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Si adhuc authoritatem huius libri refugias/confirmauit eā finalis illa promulgatio legis edite ore Christi ad discipulos/ita inquientis. Docete omnes gentes baptizantes eos/in nomine patris & filij èt spiritussancti. Si omnes gentes/quis tam spiritusancto replēdus erit/ vt se putet ab hac vniuersalitate seclusum? At quia promulgata lex solet pene additione firmari: ideo idem dominus ad discipulos iuxta Marcum ait. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Qui crediderit inquam efficaciam sacramenti in sanguine redēptoris/hic saluus erit. Et qui non crediderit eam renuens tanq superfluam ipse cōdemnabitur. Quare? quia lex ista generalitate sua pfulgens in se in sui promulgatione & in conclusione pene omnem locum excipientibus adimit: omnem precludit instantiam. Da ergo mihi repletum spiritusancto: da sanctificatum ex vtero: sit socius Hieremie: parificetur Joanni: adhuc vt habeat completam gratiam requiritur habere visibile sacramentum. Alioquin dic mihi cur vterq horum cum prius foret repletus spiritusancto ex vtero matris sue: postea tamen vt susciperet signaculū legis circuncisionem accepit? quam locum tunc habuisse nostri baptismi nullus tam imperitus in sacris literis lector/nescit/ vt existimat Augustinus contra Julianum libro sexto. Que tamen multo inferior erat nostro baptismate in munere gratie: que nec omnium peccatorum reatum absterit/nec aperuit ianuas paradisi. Si ergo tēpore isto forent/non obstante baptismo illo flaminis baptizari egerent baptismo sacramēti sensibilis: sicut sanctus Cornelius centurio/aut quātumcunq sanctus catechuminus. Unde plane scribit Homi. xiij. sup Joannem Augustinus dicens. Ad hoc autem viam prebuit dominus Jesus Christus/ne quis arrogans q habeat abundantiam alicui[9] gratie dedignetur baptizari baptismo Christi. Quantumcunq enim catechuminus proficiat/ adhuc sarcinam iniquitatis sue portat. Non illi dimittitur nisi cū venerit ad baptismū. Quomodo non caruit populus Israel populo Egyptiorum nisi cum venisset ad mare rubrum/sic pressura peccatorum nemo caret/ nisi cum ad fontem baptismi venerit. Hec ille. AVTHOR. Ecce quantumcunq catechuminus proficit/adhuc portat sarcinam iniquitatis sue donec veniat ad baptismum. Sed fallitur witcleff in seipso/cum sic obijcit. Iste baptismus spiritus est insensibilis: alius est baptismus Christi in signo sensibili aque. in priori loco trialogi. Quasi diceret. Primus est baptismus spiritussancti. Alius est baptismus in aqua materiali: quasi non etiam spiritussancti. Dicente tamen Christo: si quis nō renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Multo felicior Christianus erat Petilian[9] hereticus/qui adhuc idem distinguens baptisma per tres gradus/ baptismum spiritus deputauit Christo. witcleff.

Libro secundo contra eum responsione. xxxi. Augustinus. Unum dixisti baptismum tribus gradibus consecratum: Aqua/spiritusancto/& igne: tres personas per singula posuisti/Joannem ad aquam/Christum ad spiritum/paraclitum ad ignem. Et infra. Dixisti enim: ipseq ignis paraclitus crepitantibus flammis ardescens in apostolos superuenit: quasi alius sit spiritussanctus quem dedit insufflando in faciem discipulorum/ et alius qui post eius ascēsum in apostolos superuenit. Nunquid ergo duo sunt spiritussancti? Quis hoc vel demētissimus dixerit? Sequitur. Proinde non Christus spiritumsanctum dedit/& ignem paraclitus/vt quasi compleretur quod dictum erat/in spiritusancto & igne: sed idem ipse Christus spiritūsanctum dedit: quem in terra positus suo flatu/in celo autem positus/linguis igneis demonstrauit. Hec ille. AVTHOR. Magis ergo accedit Petilianus euangelio Christi: qui Christo tribuit baptismum spiritussancti: q witcleff qui inter illa distinguens Christo solum concedit baptismum in aqua materiali. Uerumtamē si in vno & eodem baptismate Christi baptismum in aqua/diuidat a baptismo spiritussancti/ sciat baptismum Christi nullum esse qui sit visibile sacramentum/nisi quod inuisibiliter continet gratiam spiritussancti. Aqua enim sola lauacrum regenerationis nostre non est. Accedat verbum ad elementum & fit sacramentum/dicit Augustinus. Et non quelibet aqua/sed que habet gratiā Christi ex illapsu spiritussancti/illa sanat. Supra: dixit Ambrosi[9]. De qua item in Job dicitur: q nō cōfertur tinctis in die coloribus. Super quo decimooctauo libro Moralium Gregorius. Baptisma/id est tinctio dicitur ipsa nostra in aquam descensio. Tingimur quippe: & qui prius indecori eramus deformitate vitiorū/ accepta fide reddimur pulchri gratia et ornamento virtutum. Hec ille. AVTHOR. Non ergo cauillator witcleff effugiet interpretādo/inuisibilem suum baptismum: id est baptismū flaminis/ad spiritum in baptismate fluminis: quia sine illo baptism[9] fluminis nullus est. Quia q̄uis in illo fictus non abluitur ad salutem/ non minus tamen presens est per sufficientiam sacramenti. Etiam in ipso abluto per impressum characterem/ causaliter continet sacramentum: gratiam per se/q̄uis non hanc efficiat in suscipiente. Hec ipsa gratia comparata gratie priori cuilibet qua repletur baptizandus/terminus est et perfectio gratiarum. Gratia spiritus baptismalis precedens quantumcunq sit grandis/ sola conceptio gratiarum est/ista natiuitas: vt supra dixit Augustinus ad Simplicianum. Uide ergo/quātum prodest concipi sine natiuitate/ tantum prodest baptizari baptismo flaminis absq secundo baptismate. Et per baptismum forte primum efficitur/homo aliquantum iustus: isto autem secundo consequitur omnem iustitiam. Idcirco Ambrosius dicit eam omnem iustitiam ex verbo Christi ad Joannem. Sic decet nos adimplere omnem iustitiam. Unde et Paulus hanc iustitiam

Augusti. Aug. Grego.

intellexit ad Romanos dicēs. Justitia enim dei in eo
Haymo. reuelatur ex fide in fidem. Ubi in expositione Haymo.
Justitia dei/id est iustificatio qua iustificat in se creden-
tes/in euangelio manifestatur cum dicitur. Qui credi-
derit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit / id est iustus erit.
Hec est iustitia qua omnes credētes dono patris ac fi-
lij ac spiritussancti iustificant. Que idcirco iustitia dr
dei quia eam impertiendo fidelibus iustos eos reddet.
Hec ille. AVTHOR. Ecce iustitia baptismalis est euā
gelica illa iustitia qua quilibet credens ⁊ rite baptiza
tus/saluus erit/id est iustus: sine qua iustitia reus con-
demnabitur. Quantūcūq ergo illustretur quis spiritu
sancto dei/ante baptismum solū inchoatiue est iustus/
⁊ per tendentiam voluntatis in baptismi visibile sacra
mentum accipit integrum omnis iustitie complemen-
tum. Sic Abraham prius credidit deo et reputatū est
illi ad iustitiam: sed vt impleretur sua iustitia et etiam
in semine suo ad omnes gentes/signaculum circuncisio
nis accepit iustitie fidei. In de baptismo contra Dona
Augusti. tistas libro quarto.cap.xxviij. Augustinus. Conijcere
veraciter possumus quid valeat in paruulis baptismi
sacramentū ex circuncisione carnis quam prior popu-
lus accepit: quā priusq̄ acciperet iustificatus est Abra
ham: sicut Cornelius dono etiam spiritussancti priusq̄
baptizaret donatus est. Dicit tamen apostolus de ipso
Abraham. Signum accepit circūcisionis signaculum
iustitie fidei. qui iam corde crediderat: ⁊ deputatum il-
li erat ad iustitiam. Cur ergo ei preceptum est vt omnē
deinceps infantem masculum octauo die circuncide-
ret: qui nondum poterat corde credere vt ei deputare-
tur ad iustitiā/nisi quia et ipsum per seipsum sacramē-
tum multum valebat? Quod ī filio Moysi per angelū
manifestatum est/ qui cum incircuncisus adhuc a ma-
tre ferretur/ presenti ⁊ euidenti periculo vt circūcidere
tur exactum est/ ⁊ cum factum eēt depulsa est pnicies.
Sicut ergo in Abraham precessit iustitia fidei/ et ac-
cessit circūcisio signaculum iustitie fidei: ita ī Cornelio
precessit sanctificatio spiritualis in dono spiritussancti
⁊ accessit sacramentum regenerationis in lauacro ba-
ptismi. Et sicut in Isaac qui octauo sue natiuitatis die
circuncisus est precessit signaculum iustitie fidei: et q̄
patris fidem imitatus est secuta est in crescēte ipsa iu
stitia cuius signaculū in infante precesserat: Ita in ba-
ptizatis infantibus precedit regenerationis sacramen
tum: et si Christianam tenuerint pietatem/sequit̄ etiā
in corde conuersio: cuius mysterium precessit in corpo-
re. Hec ille. AVTHOR. Igitur si signaculum iustitie
baptismalis circuncisio tantū profuit cum accessit pre
cedenti iustitie: quid designare dicemus? Et si ipsū per
seipsum circuncisionis sacramentum/ tam multum va
lebat: non dubium non euadit periculum qui putans si
bi sufficere qd̄ accepit spiritussancti donum/damnatio
nem sibi certam si sic discesserit non definit. Scio domi
num sanctificare talem quandoq prius inuisibiliter:
sanctificat et homo post per suum ministerium non in
signo sensibili tantum/ sed item in inuisibili dono spi-
ritussancti. Regeneratio enim non fit in aqua tantum:
sed in aqua ⁊ spiritusancto. Qui ergo donum primum
accepit ad hoc accepit: vt se prepararet ad secūdum. In
stinctu enim suo secreto tunc spiritus ammonet q̄ abū
dans sit secuturum donum gratie qd̄ succedet. Unde ⁊
euangelium docet qualiter discipuli spiritūsanctū acce
perant/cum sufflaret in eos Christus et diceret. Acci-
pite spiritūsanctum ⁊c. Sed quāto excellētius ⁊ quasi
inundanter totū gurgitem gratiarum acceperant quā
do eundem spiritum secundo in linguis igneis recepe-
runt? Reuera idem spiritus est / sed longe vberius et
ad remissionem peccatorum efficacius secundo sumi-
tur in sacramento. Nec ignoro tamen aliquando pro-
fuisse quibusdam sanctificationē illam īuisibilem sine
visibilibus sacramentis/sed non ab institutionis tem-
pore sacramenti/sed nec vnq̄ cum sacramento equali-
ter ad deletionem reatus culpe/et ad introductionem
glorie. De hac enim re questionem agit capitu.lxix.in
questionib⁹ Leuitici/Augustinus. Quomodo(īquiēs) Augusti.
Moyses sanctificat ⁊ dominus. Non enim Moyses p
domino/ sed Moyses in visibilibus sacramētis p mini
sterium suum: dominus autē inuisibili gratia per spiri-
tumsanctum/vbi est totus fructus etiam visibilium sa
cramentorum. Nam sine ista sanctificatiōe inuisibilis
gratie visibilia sacramenta quid prosunt? Merito au-
tem queritur: vtrum etiam ista inuisibilis sanctifica-
tio sine visibilibus sacramentis quibus etiam visibili-
ter sanctificamur: pariter nihil prosit? qd̄ vtiq absurdū
est. Tolerabilius enim est/vt quis dicat sine illis istam
non esse/q̄ si fuerit non prodesse/cum in ista sit vtilitas
eorum. Et infra soluit difficultatem. Proinde colligi-
tur inuisibilem sanctificationem quibusdam fuisse at-
q profuisse sine visibilibus sacramentis: que pro tem-
porum diuersitate mutata sunt: vt alia tunc fuerint:
alia modo sint. Uisibilem ergo sanctificationem que
fieri per visibilia sacramenta solet: sine ista inuisibili
posse adesse non posse prodesse. Nec tamen sacramen-
tum visibile contemnendum est. Nam contemptor
eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc
est q̄ Cornelius ⁊ qui cum illo erant/ cum iam inuisi-
biliter infuso sancto spiritu sanctificati apparerent/ba
ptizati sunt tamen. Nec superflua iudicata est visibi-
lis sanctificatio quam inuisibilis iam precesserat. Hec
ille. AVTHOR. Hoc intelligat iste witcleff: qui dicit
nos impudenter presumere q̄ saluationem aut dāna-
tionem hominis ex baptismate definimus: cum bapti
smus alius sit iam inuisibilis ⁊ nobis incognitus: qua
si sic posset operari salutem incognitam nobis sine vi-
sibili baptismate. Audiat Augustinum dicētem q̄ nō
obstāte inuisibili sanctificatione si assit/non est tamen
sacramentum visibile contemnendum: quia contēptor
eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Et li-
bro suo de mysterijs Ambrosius. Ascendisti de fonte. Ambro.
Memento euangelice lectionis. Etenim dominus no-
ster Jesus Christus in euangelio lauit pedes discipu-
lis suis. Quādo venit ad Simonem Petrum ait Pe-
trus. Non lauabis mihi pedes in eternum. Nō aduer-
tit mysteriū: ⁊ ideo ministeriū recusauit/ q̄ grauari hu
militatem serui crederet/si sibi obsequium domini pa-
tiēter admitteret. Cui respondit dominus. Si nō laue
ro tibi pedes nō habebis partem mecum. Quo audito
Petrus. Domine non tantum pedes(inquit) sed ma-
nus ⁊ caput. Respondit dominus. Qui lotus est nō in
diget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Mun-
dus erat Petrus: sed plantam lauare debebat. Habe-
bat enim primi hominis de successione peccatum/quā
do eum supplantauit serpens ⁊ persuasit errorē. Ideo
planta eius abluitur/vt hereditaria peccata soluātur.
Nostra enim propria per baptismum laxātur. Hec ille.
AVTHOR. Hic definit Ambrosius Petrum q̄uis iu
stum ⁊ sanctum/ abluendum tamen aqua baptismi ad
tergendum originale peccatum/si velit habere partem
cum Christo. Ex hoc ergo q̄ visibile sacramentū quis
contemnit accipere/q̄ nec inuisibilem baptismum ac-
ceperit secure possumus definire. Et reuera ipse contē-
nit non solum qui oblatum despicit/sed qui nolit acci-
pere cum possit: ⁊ sic ex hac vita discedit. Unde in fine
libri.iiij.de baptismo contra Donatistas/Augustinus.

August. Ostēditur (inquit) aliud esse sacramētũ baptismi: aliud
cõuersionem cordis / sed salutem hominis ex vtroq; cõ
pleri. Nec si vnum horum defuerit / ideo putare debe-
mus consequens esse / vt ⁊ alterum desit: quia illud sine
isto põt esse in infante: ⁊ hoc sine isto potuit eē in latro
ne complente deo siue in illo siue in isto qd̄ nõ ex volun
tate defuisset. Cum vero ex voluntate / alterũ horum de
fuerit reatu hominem inuolui. Et baptismus quidē po
test inesse vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio aũt
cordis potest quidē inesse nõ ꝑcepto baptismo / sed cõ-
tempto baptismo nõ potest. Neq; enim vllo modo dicē
da est conuersio cordis ad deum / cum dei sacramētum
cõtemnitur. Hec ille. AVTHOR. Hoc iam repetit qd̄
predixit. Nullo modo dicenda est conuersio cordis ad
deum / cum dei sacramētum cõtemnitur. Qualiter autē
contemnitur parum ante exposuit. Cum ex voluntate
alterum horum defuerit / reatu hominē inuolui. Cui er
go volũtate hominis baptismus visibilis deest / ipe rea
tu pene dãnationis constringitur: sicut cui defuerit vo-
luntate conuersio cordis per sanctificationem inuisibi-
lem spiritus.

Ad argumentum de martyrio quo quis posset saluari ante baptismum. Ca. CIIII.

witcleff. Videatur interim argumētũ
quo baptismi necessitatem
euacuat. Certũ / inquit / vide
tur ꝙ hõ martyrizatus pro
Christo: licet nõ irroret noui
ter aqua baptismatis / est sal
uãdus. Ideo videt ꝓbabile
ad illũ sensuz negatiuã Chri
sti intelligere. Hec witcleff.
AVTHOR. Hoc nõ sufficit
nisi etiã affirmatiuam consequenter exponas: quam in
declarationē eius Christus assumpsit. Oportet (iquit)
nos nasci denuo. Que ē ergo prima natiuitas? Illa de
qua item subiecit. Quod natũ ex carne caro est. Que
secunda? Et quod natũ est ex spiritu spiritus est. Quia
Aug. ista est secunda / necesse est vt prima precedat. Igitur di
cit Augustinus cũ ecclesia / ꝙ anteq̃ quis sit natus ne
mo potest esse renatus. Et quare nõ renatus priusq̃ na
tus: si hoc est renatum esse qd̄ est in aqua Christi late-
ris lotum esse? Nũquid pro omnibus hominibus etiã
paruulis in vtero hec aqua effusa est sicut et sanguis?
Nec hoc tantum / sed per multos annos portat homo
suum reatum: si non suscipiat suum baptismum. Immo
q̃uis credat in Christum ⁊ baiulet crucem eius / si non
sit particeps sensibilis lauacri / Christꝰ nõ credit aquã
Augusti. lateris sui nec seipsum illi. Homi. xi. super Joannem in
principio Augustinus. Opportune occurrit vt hodie
audiretis ex euangelio: quia nisi quis renatus fuerit
ex aqua ⁊ spiritusancto non videbit regnum dei. Tem
pus est vt vos exhortemur qui estis catechumini: qui
sic credidistis in Christum / vt adhuc vestra peccata
portetis. Nullus autem regnum celorum videbit one
ratus peccatis. Quia nisi cui dimissa fuerint: non re-
gnabit cum Christo. Dimitti autem nõ possunt nisi ei
qui renatus fuerit ex aqua et spũsancto. Hec ille. AV-
THOR. Sed cur hec dicit ad catechuminos: qui iam
credunt in Christum? Cur improperat ꝙ peccata sua
portent nec dimittantur? Ex sibi dubio renati sunt ex a
Aug. qua lateris Christi ⁊ spiritusancto: de qua intelligitur
negatiua Christi. Sed adhuc ibi infra addit Augusti-
nus. Si ergo Nicodemus de illis multis erat qui cre-
diderant in nomine eius / iam in isto Nicodemo attēda
mus quare Jesus se non credebat eis. Respondit Je-
sus ⁊ dixit ei. Amē amē dico tibi. Nisi quis renatꝰ fue
rit ex aqua ⁊ spũsancto non potest videre regnum dei.
Ipsis ergo se credidit Jesus qui nati fuerunt denuo.
Ecce illi crediderant in eum / sed Jesus non se credidit
eis. Intendat / ⁊ intelligat charitas vestra. Si dixeri-
mus catechumino: credis in Christum? respondet. Cre-
do. ⁊ signat se iam crucē Christi portans in fronte / ⁊ nõ
erubescit de cruce domini sui. Ecce credidit in nomine
eius. Hec ille. AVTHOR. De certo arguit Augusti-
nus catechuminos non esse renatos ex aqua ⁊ spũsan-
cto: quia non sunt nati denuo. Et qualiter hoc cogno-
sceret si renasci foret inuisibiliter nasci ex aqua lateris
Christi Jesu? Argueret enim vnum ignotum per eque
ignotum. Quid enim esset iuxta witcleff denuo nasci /
nisi iã secũdo in fide passionis Christi renasci? Et sic ta
men renati sunt quia credunt: et cruce Christi frõtem
signant. Et tamē adhuc negatiua illa Christi ꝑmanēt
implicati. Unde Jesus non se credit eis: quia denuo na
ti nõ sunt. Sed necesse erat vt Pelagij discipulus scri-
pturam Christi turbaret: quam item magister eius cor
rupit. Pelagius enim ipsam authoritatem Christi ad
heresim peruertebat per regnum: witcleff. per aquam.
Sed iste secũdus eo perniciosius ꝙ cunctis patefecit
aditum ⁊ vite eterne ⁊ regni celestis per aquam inuisi
bilis sanctificationis. Pelagius hoc non audebat / sed
non lotis aqua sensibili paruulis duntaxat vitam con
cessit eternam: regnum subtraxit. Unde de dei regno er
rauit: quia extra ipsum vitam cognouit eternam. Jam
videamus quid arguit. Certum videtur ꝙ homo mar-
tyrizatus pro Christo / licet non irroretur nouiter aqua witcleff.
baptismatis / est saluãdus. AVTHOR. Hoc cõfitet ec
clesia: si in fide dicatur ecclesie: quēadmodum filius eiꝰ
dixit lib. xiij. de ciuitate dei. cap. vij. Augustinus. Nam
quicũq; etiam non percepto regenerationis lauacro ꝓ Augusti.
Christi confessione moriuntur: tantum eis valet ad di-
mittenda peccata quantum si ablucrentur sacro fonte
baptismatis. Qui enim dixit: Si quis nõ renatus fue
rit ex aqua ⁊ spiritusancto non intrabit in regnũ celo-
rum: alia sententia istos fecit exceptos vbi non minꝰ
generaliter ait. Qui me confessus fuerit coram homi-
nibus: confitebor ⁊ eum coram patre meo qui in celis
est. Qui perdiderit animam suam propter me / inueniet
eã. Hec ille. AVTHOR. Attollat witcleff oculos su-
os / ⁊ videat martyres excipiēdos ab hac sentētia Chri
sti. Si quis non renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto
non intrabit in regnũ celorũ. cum intelligantur renasci
ex regeneratione actuali / ⁊ per aliam sententiam Chri
sti esse saluãdos. Qui me confessus fuerit coram homi
nibus ⁊c. Ab hac tamē excipiendi nõ essent / si renasci
intelligendũ esset in aqua effluxa de latere Jesu Chri-
sti. Nã qui potius renascuntur ex aqua lateris q̃ qui
sanguinē suũ fuderũt pro sanguine agni / qui simul ma-
nauit cum aqua de latere? Et tamen dicit non in hac
sententia comprehendendos martyres qui renasci non
possunt ex aqua ⁊ spiritusancto. Ex qua aqua? Si ef
fluxa de latere Christi / iam peccasti. Sed necesse est vt
dicas de aqua elemēti baptismalis / de qua item re ipa
elementi renasci martyres nequaq̃ possunt: qui vo-
lent etiam ꝙ non possunt. Reuera ⁊ sic possunt: quod
per se non possunt. Possunt quidem per baptismi vi-
cariam voluntatem aut passionem supplentem / sed nõ
possunt per ipsam exteriorem ablutionem. Iterum au- witcleff.
diat quid arguit. Certũ (inquit) videt ꝙ hõ martyriza-
tus ꝓ Christo / licet nõ irroret nouiter aqua baptisma-
tis est saluãdꝰ. Quid terminos sancte authoritatis ex
traneas? Quid dicis irroret / ⁊ nõ accipis Christi xbũ
dicens nascatur: aut cũ ap'lo regeneretur? Sic Julianꝰ ver

bum perfundatur extorsit. Si quidem idem intelligas per verbum irroretur qd Christus in verbo renascatur: peto probes assumptum / quia tunc assumis q martyrizatus pro Christo / post presens edictum Christi/licet non regeneretur aqua baptismatis actu vel habitu/aut affectu vel effectu: ipse interim est saluandus. Hoc ego renuo/ hoc tota fides negat ecclesie. Sic enim intelligit ecclesia verbum Christi. Unde et beato latroni (dicit Augustinus) baptismi sacramentum non defuit: quia voluntas affuit non potestas. libro
Augusti. quarto de baptismo/cõtra Donatistas.capi.xxxvij.dicens. Quid autem valeat et quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio/ sine qua tamen latro ille non fuit: quia non eius accipiende voluntas defuit sed non accipiende necessitas: difficile est dicere. Nisi tamen plurimum valeret/non serui baptismũ dominus accepisset. Uerum quia per se ipsa consideranda est excepta salute hominis/cui perficiende adhibetur/ satis indicat q et in malis etiam ipsa integra est: cũ illi: nisi corrigantur/salutem habere non possint. Hec ille. AVTHOR. Ponderãdum est qd dicit: sine corporali sanctificatione baptismi latro non fuit/qui sine voluntate habendi non fuit. Quãq̃ hoc non determinate potuit Augustinus edicere. Mouit autem eum q legislator promisit ipsi regnum: qui tamen non nisi renatis ex aqua et spiritu decreuit a proposito ipsum regnum. Et p hoc supplere docuit habitum animi/vt corpus renatum dici potuit in generali habitu voluntatis. Libro.lxxxiij.
Augusti. questionum questiõe.lxij. Augustinus. Occurrit(inquit) animo latro ille/ cui dictum est. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso/qui nec ipsum baptismum acceperat. Quãq̃ Cornelius et qui cũ eo ex gentibus crediderant spiritumsanctum: etiam priusq̃ baptizarentur acceperint: non tamen video quomodo et ille latro sine spiritusancto dicere potuerit. Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Nemo enim dicit dominum Jesum(dicit Apostolus) nisi in spiritusancto. Cuius fidei fructum dominus ipse monstrauit dicens. Amen dico tibi/ hodie mecum eris in paradiso. Quomodo ergo ineffabili potestate dominantis dei atq̃ iustitia deputatum est etiam baptismum credenti latroni: et pro accepto habitu in animo libero: quod in corpore crucifixo accipi non potest/ sic etiam spiritussanct9 latenter datur ante domini clarificationem. Post manifestationem autem diuinitatis eius manifestius datus est. Et hoc dictum est. Spiritus autem nondũ erat datus/id est nõdum sic apparuerat vt eum datum esse omnes faterentur. Hec ille. AVTHOR. Ecce ineffabili potestate dominantis dei atq̃ iustitia deputatum est baptismum credenti latroni pro accepto habitu in animo libero/ qd in corpore crucifixo accipi non potuit. Non ignoro tamẽ hic qd Augustinus retractat de baptismo huius sancti latronis: sed ad rem propero. Formetur igitur argumentum witcleff de hoc baptismo flaminis in latrone/qd fecit in baptismo sanguinis in martyre. Certum videtur q homo sanctificatus a spiritusancto/ licet nõ irroretur nouiter aqua baptismatis/ si sic decesserit est saluandus. Dicet item ecclesia: si nõ renatus fuerit ex aqua baptismatis in ip̃o corpore/sed tamen mente: et si non actu tamen affectu: et si non affectu expresso tamen habitu libero concepto generaliter in principio fidei / si sic decesserit est saluandus. Quia tunc excludente necessitate potentiam cõsequẽdi iuxta decretum Christi / renatus est ex aqua dico sensibili et spiritusancto: vt videre poterit regnum dei. Si quidem nulla talis voluntas affuit/nam contẽpsit: et quantumcunq̃ sanctificatus aut martyrizatus pro Christo: nõdũ ita sanctificat9 est vt a reatu delicti mũdetur. Ideo Augustinus cum probasset latronem habuisse spiritumsanctum cum diceret. Memẽto mei domine. subiunxit tamen eum habuisse animum baptizandi cum dominus responderet. Amen dico tibi/hodie mecum eris in paradiso. Cum item tunc non differebat a martyre. Arguis ergo sic: q martyrium ad sa- witcleff.
lutẽ nulli prodest nisi iam renato in aqua et spiritusancto. Cõfiteor: sed sicut saluator dixit/ex voluntate efficaci vel ipsa re. Tunc enim baptismi vicẽ supplet martyrium: sicut supra Augustinus exposuit libro quarto contra Donatistas: de baptismo capitulo trigesimosexto dicens. Baptismi sane vicem aliquãdo implere pas- Augusti.
sionẽ de latrone illo cui non baptizato dictum est/ Hodie mecum eris in paradiso/non leue documentũ idem Cyprianus assumit. Quod etiã atq̃ etiã considerãs inuenio non tantum passionem pro Christi nomine/id qd ex baptismo deerat posse supplere/sed etiam fidem cõuersionemq̃ cordis/si forte ad celebrãdum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Hec ille. AVTHOR. Declinauit ergo witcleff a fide quando arguit quenq̃ per martyrium posse saluari sine respectu baptismi: quia sic necessitatẽ eius euacuat. Debuit enim dicere: quia martyrium tunc tãtum sine re baptismi proderit ad salutem/quando vices baptismi supplet martyrium. Hoc autem non permittitur nisi in angustiis temporum negantium potestatem/ cum voluntas auide postulat et dominus baptismi passionem eius vice admittit. Consimilis item ratio in sanctificatione cordis admittitur. Simulq̃ et perpendi debet q tunc baptismus aque non deest: sed adest: quando in martyrio suo vicario/ q̃uis nõ ĩ seipso presens est. Hunc modum Christus habuit cum dixit: Ubicũq̃ duo vel tres fuerint ꝯgregati in nomine meo/ ibi sum in medio eorum. Hunc ergo talem martyrem aut sanctificatum/renatum dico aqua sensibili et spiritusancto/ q̃uis non sint perfusi illo lauacro in seipso. Gerit enim martyrium vices sui maioris: vnde nõ censebitur esse absens. Si quis autem contendat maius Martyriũ
esse martyriũ sacro baptismo: Dici potest/etsi secũdum an maius
se maius est/ secundum tamen q vicariatum gerit sui baptisma-
minoris omnino minus est. Et iterum fateor: ad perqui te.
rendum fastigium premij altioris/ sic maius est baptismo: sed quo ad dilectionem delicti et introductionem regni baptismo laticis sine respectu ad ipsum ipsi par esse non potest. Hoc enim proprium ipsi coniunxit institutor eius cum dixit. Nisi ex aqua et spiritusancto renatus non intrabit in regnum celorum. Mõstrat item hoc ordo quem antiqui patres in remissionibus criminum signauerunt. Unde libro secũdo super Leuiticum Origenes. Audi nunc quãte sunt remissiones peccato Origenes.
rum in euangelijs. Est ista prima: quia baptizamur in De remis-
remissionem peccatorum. Secunda remissio est in pas- sionib9 pec
sione martyrij. Tertia est que per eleemosynas datur. catorum.
Dicit enim saluator. Uerumtamen date que habetis: et ecce omnia munda sunt vobis. Quarta nobis fit remissio peccatorũ per hoc q nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim ipse dicit dominus et saluator Quia si remiseritis fratribus vestris ex corde peccata ipsorum/et vobis remittet pater vester peccata vestra. Quinta remissio est peccatorum / cum cõuerterit quis peccatorem ab errore vie sue/ et saluat animam eius a morte/et cooperit multitudinem peccatorum. Sexta quoq̃ fit remissio per abundantiã charitatis: sicut ipse dominus dicit. Amen dico tibi: remittuntur ei peccata multa/quoniã dilexit multum. Est adhuc septima licet dura et laboriosa per penitentiam remissio peccatorũ cũ

lauat peccator in lachrymis stratum suũ. Et infra. Tu ergo cum venis ad gratiam baptismi vitulum obtulisti: quia in morte Christi baptizaris. Cum vero ad martyrium duceris: hircum obtulisti / qui authorem peccati diabolum iugulasti. Cum autem eleemosynam feceris ⁊c. altare sacrum hedis pinguibus onerasti. Hec ille. AVTHOR. Item in libro de secũdis Epiphaniis recitatis tribus baptismatibus secundum ordinem tẽporum/scilicet Iudaico / Ioannis baptismate/⁊ Christi in lauacro regenerationis/tandem infert Gregori⁹
Greg. Naziãzenus. Nazianzenus. Scio ⁊ quartum baptismum: quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Et infra. Scio adhuc ⁊ quintum baptismum lachrymarũ qđ laboriosius transigitur/sicut ille qui lauat per singulas noctes lectum suum. Hec ille. AVTHOR. Et libro de origine officiorũ capitulo vigesimoquarto Cassiodorus. Tria
Cassiodo. inquit sunt genera baptismi. Primũ baptismum quo sordes peccatorum per regenerationis lauacrum abluuntur. Secundum baptismum/ quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur: quo baptismo etiam Christus baptizatus est. Sequitur. Itaq3 baptisma gemina est figura/vnum quo generamur ex lauacro/alterũ quo consecramur in sanguine. Est ⁊ tertium baptismum lachrymarum quod laboriosius transigitur: sicut ille qui per singulas noctes stratum suum lachrymis rigabat. Hec ille. AVTHOR. Ecce omnes concorditer in ordine remissionum peccatorum: Primam ponunt esse baptismum: et secundam martyrium: ⁊ tertiũ aut septimum ponunt penitentiam. Nec possunt fingere hic ordinem temporis esse seruatum: quia sic in adultis penitentia foret prima/⁊ in multis martyrium. Sed est baptismi ad sequentes ad effectum remissionis peccatorum preferentia naturalis. Sic item Rabanus libro
Rabanus. quinto de naturis rerum. capit. xi. obseruat in istis primum ordinem originis/vt in remissionibus peccatorũ. Secundum euangelium/ prima simpliciter est omniũ baptismus laticis sacramentalis: secunda post hãc est martyrium. Potest tamen in casu maioris esse meriti subire martyrium q̃ expectare baptismum. At si defendenda fides statim postulet defensorem: aut inter illos quorum vnus baptismum differt ad mortem/ alter autem mortem non volet differre cum possit/eligens mori pro fide q̃ dilata morte baptizari in fide. In quo casu stat illud qđ. xiij. libro de ciui. dei/ca. vij. assumit Au
Augusti. gustin⁹. Preciosa in cõspectu dñi mors sanctoꝝ eius. Quid enĩ preciosius q̃ mors ꝑ quã fit vt etiã delicta oĩa dimittãtur/⁊ merita cumulati⁹ augeant? Neq3 enĩ tanti sunt meriti qui cum mortem differre non possent baptizati sunt: deletisq3 omnibus peccatis/ex hac vita emigrarunt: quanti sunt ij qui mortem differre cũ possent: ideo non distulerunt/quia maluerunt Christum cõfitendo finire vitam/q̃ eum negãdo ad eius baptismũ peruenire. Quod vtiq3 si fecissent etiam hoc eis in illo lauacro dimitteretur: q̃ timore mortis negauerant Christum: in quo lauacro ⁊ illis facinus tam immane dimissum est qui occiderant Christum. Hec ille. AVTHOR. Ex his tamen absolute non intendo baptismũ preferre martyrio: sed bono martyri suadeo si non habeat/petere: vel si non poterit/martyrium suum existimare supplementum baptismi.

Q, nudum martyrium sine instinctu sancti spiritus ad baptismum, nec aliqua sanctificatio sancti spiritus baptismum praeueniens sine eo non sufficit ad salutem. Caput. CV.

Non enim ex nuda receptione spiritussancti/aut sãctificatiõe suppositi/arguenda est sufficiens dispositio/ vt quis sit domestic⁹ paradisi. Multo magis ex nudo martyrio pro nomine Christi/ q: vt dicis non est nisi signũ ex suppositione necessariũ antecedens baptismum spiritussancti. Non tam antecedit q̃ sequitur. Quia si sine dilectione dei ⁊ proximi properetur ad martyrium/quid proderit patiẽti? Dicente Apostolo. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam/charitatem autem non habeam/nihil mihi prodest. Et in libro de oratione dominica petitione penultima Cyprianus. Ceterum discordans ⁊ dissidens/ Cyprian⁹. ⁊ pacem cum fratribus non habens/ secundum q̃ beatus apostolus ⁊ scriptura sancta testatur/nec si pro nomine Christi occisus fuerit/crimẽ dissensionis fraterne poterit euadere: quia sic scriptum est. Qui fratrem suũ odit homicida est. Nec ad regnum celorum peruenit/ aut cum domino viuit homicida. Non potest esse cum Christo qui imitator Iude maluit esse q̃ Christi. Quale delictũ est qđ nec baptismo sanguinis potest ablui? Quale crimen est qđ nec martyrio potest expiari? Hec ille. AVTHOR. Ecce iam si nõ excessit witcleff in generalitate sermonis/cum sine exceptione assumpsit ꝑ certo q̃ martyrizatus pro Christo / licet non baptizatus / est saluandus. Cyprianus supponit in casu q̃ nõ. Si (inquit) discordãs/si dissidens/ si pacem nõ habens cum fratribus/nec si pro Christi nomine occisus fuerit est saluandus? Non discordat qui sacramentum baptismatis quo cuncti Christiani concordant/aut negligit aut contemnit? Nonne dissidet? Nonne non habet pacem cũ fratribus? Hoc delictũ (inquit Cyprianus) quale est qđ nec baptismo sangninis potest ablui? qđ nec martyrio potest expiari? Quomodo ergo sic martyrizatus si non irroretur sacramento baptismatis est saluãdus? Nec ad regnum celoꝝ (inquit Cyprianus) talis homicida perueniet. Iam item de spirituali sanctificatione que quandoq3 precedit baptismum fluminis/qđ astruis? Nunquid ipsam vis esse baptismum flaminis/ cuius signum tantum ex suppositione necessariũ esset baptismus fluminis/puta si hec sanctificatio nondum venit? Quia sic Pelagiani quidem arguebant: natum ex baptizatis paruulum non oportere baptizari/eo q̃ apostolum audierunt dicentem. Alioquin filii vestri immundi essent/nunc autem sancti sunt. Quibus respondet in sermone. liij. prime partis sermonum: qui est de baptismo paruulorum contra Pelagianos in fine Au Aug. gustinus. Quomodo/inquiens/accipis/ quomodo intelligis/de fidelibus natum ita sanctum vt baptizari non debeat? Quomodo libet accipias istam sanctitatem. Multi enim modi sunt sanctitatis ⁊ multi modi sunt sanctificationis. Non enim hoc omne qđ sanctificatur ad regnum celorum mittitur. De esca nostra dixit apostolus. Sanctificatur per verbum dei ⁊ orationem. Nunquid q̃ esca nostra sanctificatur non scimus quo mittatur? Disce ergo esse aliquem modum ⁊ quasi vnibraculum quoddam sanctificationis qđ non sufficiat ad perceptionem salutis. Distat: et quid distet deo notum est. Tamen cum filio fidelium curratur ad baptismum. Non sic errent parentes vt putent eum iam fidelem natum. Natum enim possunt dicere/non

renatum. Nam vt noueris quomodo intelligas sancti ficatos filios fidelium: vt modo non queram (quia lon gum est) modum sanctificationis huius ibi habes: & maritũ infidelem ibi habes & vxorẽ fidelem. Sanctifi catur / inquit / vir infidelis in vxore: & sanctificatur mu lier infidelis in fratre. Nunquid quia est ibi forte mo dus aliquis sanctificationis / vt vir infidelis sanctifice tur in vxore fideli: ideo securitatem debet accipere q in regnum celorum intraturus est / & nõ baptizandus / nõ regenerandus / non Christi sanguine redimendus? Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in vxore: & tamen perit nisi baptizetur / sic fideliũ filii & si ad quẽ dam modum sanctificati / pereunt tamen si non fue rint baptizati. Hec Augustinus. AVTHOR. Atten de lector quomodo coniungit vt synonyma / nõ bapti zandus / non regenerandus / non Christi sanguine redi mendus. Et quid valet renasci in aqua lateris Christi: nisi q non baptizatus baptismo Christi sensibili o mnino remanet non renatus: non Christi sanguine vel lateris eius aqua redemptus? Manifeste quoq argu it sanctus pater hic supra / sicut & in vltimo libro de baptismo paruulorũ: q multiplex est sanctificatio spi ritussancti / que sic sanctificata non sufficit ad salutem. Immo ante baptismum quelibet sanctificatio ei⁹ qui reatum originalis peccati contraxit / vmbraculũ quod dam est (vt Augustinus hic loquitur) & modus quidam percipiende gratie per baptismum. Catechumini ergo fore possunt magnã gratiam dei habentes / credentes / iustitiam facientes. Non nego eos sanctos & sanctifica tos & spiritusancto perfusos. Nondum tamen obtinẽt gratiam que sufficiat ad salutem. Quam tamen habi turi sunt / cum peruenerint ad baptismũ. Credunt Chri sto sicut dictum est: sed Christus nõ se credet eis. Et ra tionem assignat super Joannem Homilia. xij. Augusti nus. Ecce illi iam credebant in Jesum: & Jesus non se credebat eis. Quare? quia nondum erant renati ex a qua & spiritusancto. Unde hortati sumus & hortamur fratres nostros catechuminos. Seqtur. Quid faciant vt se credat eis Jesus? Renascãtur ex aqua & spũsctõ: proferat ecclesia qõ parturit. Concepti sunt / educãtur in lucem. Habent vbera quibus nutriantur. Hec ille. AVTHOR. Ecce Jesus nõ se credidit eis: quia nondũ erãt renati ex aqua & spiritu. Quare nõ ex aqua & spi ritu / aqua scilicet lateris Christi / si iam credant in Je sum: si cum Cornelio iustitias faciant: si sanctum spiri tum acceperint: si item deo accepti in orationibus & eleemosynis? Quid adhuc restat vt Jes⁹ se credat eis qui sic credunt in eum? Augusti. iterum soluit. Rena scantur inquit ex aqua & spiritu. Quomodo hoc? Qõ illorum est fecerunt / vt renascant ex aqua lateris Chri sti. Concepti sunt / educantur in lucem. Ad ecclesiã er go sunt remissi de latere Christi gratiam percepturi. Adhuc parti non sunt. Concepti sunt per gratiam / nõ renati in gratiã. Hoc supra dixit Augustinus ad Sim plicianum. Conceptiones gratiarum esse sanctificatio nes omnes preuias: In baptismi lauacro natiuitates. Qõ ergo est sine natiuitate conceptio: hoc est sanctifi catio qlibet aut martyrij deuotio sine baptismo. Obij cis. Sz vbi spirit⁹ domini / ibi libertas. Nõ ergo habet peccatum vt sit seruus peccati qui habet gratiam spi ritussancti. Respondeo ad hoc: gratia est spiritussancti sed initians / in baptismo est perficiẽs. Quomodo Hie remias aut Joannes baptista / ambo sancti & sanctifi cati ex vtero / postea circũcisionis signaculum recepe runt: vt amplius soluerentur a primeuo delicto. Tamẽ descenderunt ad inferos expectantes beatam spem & aduẽtum glorie magni dei. Sanctificati sunt ergo / sed

Augu.

Obiectio.

Respon.

sanctificatione cõceptionis. Si post decretum factum essent / eguissent non dubium sanctificatione regenera tionis. Hanc item sanctificationem vocat Augustin⁹ sanctificationem predestinationis / epistola ad Darda num dicẽs. Deus qui vbiq presens est / & vbiq totus / non in omnibus habitat / sed in eis tantum quos effi cit templum beatissimum suum / vel beatissima templa sua / eruens eos a potestate tenebrarum / & transferens in regnum filij charitatis sue / qõ incipit a regeneratio ne. Et infra. Cornelius quoq anteq regeneratione in corporarẽt huic tẽplo / missum ad se angelũ videt / audit q dicẽtẽ / q exaudite sunt oratiões eius / & eleemosyne accepte. Agit enim hec deus tanq vbiq presens / vel p sanctos angelos suos. Nam illa priusq exiret de vul ua sanctificatio Hieremie q q nonnulli hoc in typũ sal uatoris accipiant qui regeneratione non eguit: tamen etiam si de ipso propheta accipiatur potest & secũdum predestinationem non inconuenienter intelligi. Sicut filios dei appellat euangelium nondum regeneratos vbi Caiphas cũ de domino dixisset: Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo & nõ tota gens pereat. mox euangelium sequutum adiũxit. Hoc autem a seipso nõ dixit / sed cum esset pontifex anni illius prophetauit / quia Jesus moriturus erat pro gente / & non tantũ pro gente / sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Filios dei vtiq appellauit preter hebream gentem in ceteris etiam in omnibus gentibus consti tutos / nõdum fideles / nondum baptizatos. Quomodo ergo dei filios nisi per predestinationem? secundum q apostolus ait: q elegerit nos dominus in templo / ante mundi constitutionem. Illa vero in vnum cõgregatio factura erat eos filios dei. Hec Augusti. AVTHOR. Disce witcleff: disce Sophista euangelii Jesu Christi regenerationem famose dici a doctorib⁹ illam que vi sibiliter fit in sacramento baptismi / non aliam sophisti catã per te in aqua lateris Christi sine sacramento ba ptismi. Ideo incorporatio fidelium ab hac regeneratio ne capit initium. Cornelius accepisse dicitur spiritum sanctum & eleemosyne eius deo accepte &c. anteq re generaretur / non quidem aqua lateris Christi / q: non potuit / nec tũc fuit incorporatus tẽplo Christi: quia an te regenerationem ista gerebantur: quomodo nisi visi bilem? qua regeneratiõe Christus non eguit. Eguit cer te regeneratione flaminis in spiritusancto secũdum q homo: eguit itẽ fluxu aque de latere pprio. Eguit dico pro oportuit. sicut ipse dixit. Quia sic oportuit Christũ pati / & ita intrare gloriam suam. Ante ergo illam rege nerationem aque qua Christus non eguit / nulli preter eum qui non eguit / fideles aut dei filij dici possunt nisi per predestinationem: sicut filij dei dicebantur in euã gelio nondum fideles / nondũ baptizati. Et Hieremias legitur sanctificatus in vtero non ad perfectum nisi se cundum predestinationem. Sed quantum distat prede stinatio a predestinationis termino qui est gloria tan tum hec predestinans gratia a gratia per baptismum adepta. Sed dicis / quid hec ad witcleff? Qui item di cit baptismũ & martyrium / baptismum flaminis prece dere tanq signa. Quia dicit baptismum fluminis nõ nisi ex suppositione necessarium ad salutem: q: dicit sa lutẽ hominis ex eo non nisi reputatiue pendere. Quia dicit paruulum non baptizatum posse saluari: hoc at tento secundum eum q omne possibile est verũ / & deus nihil põt facere nisi qõ facit vel faciet: & ita si paruul⁹ sine baptismo saluari potest / ita saluatur aut de facto saluabitur. Et itẽ quia videtur sibi pbasse p martyriũ aut baptismum flaminis queq saluandum sine bapti smo aque visibilis i aqua lateris Jesu Christi / ecclesia

Aug.

witcleff.

Jesu Christi iam docuit in aqua & sanguine & spũ saluatoris secundũ predestinationẽ quidẽ anteq̃ sint/secundum conceptionis modum quendam cum primos stimulos senserint gratiarum/ad effectum autem salutis eterne non nisi lauacro regenerationis sensibilis renasci posse vel esse fideles. Scimus quidem paruulos fide bona gestantium affectare baptismum. Scimus catechuminos aut cõpetentes multos sanctos iustos orantes differre baptismũ. Scimus excellentiorẽ istis Cornelium & eos qui cum ipso erant spiritu illustratos eximie. Scimus Joannem baptistam spiritusancto repletum ex vtero matris sue. Scio Hieremiam prophetam sanctificatũ priusq̃ exiret ex vtero. Da mihi quotlibet tales/iam qui tamen cum infectione decedant viciate propaginis/& quãtolibet gradu sanctitatis effulgeant/si nõ renati fuerint ex aqua visibili & spiritusancto/regnum celorum adipisci non possunt. Miror ergo solidorum quorũdam questionem/vtrum iustificati recipiant quicq̃ in baptismo: & hi respondent q̃ societatem fidelium: hi vero characterem: audacter dico iã primo eum iustum: quia iustificatum gratis gratia baptismali. Nec erat ante iustus nisi secundum predestinationem aut conceptionem iustitie modo vmbraculi cõparati ad lucem: que prodesse sibi nõ poterat ad salutem/si non post nasceretur iustus ex aqua & spiritu per baptismum.

Quę causa præcipua vt infans moriatur & pereat ante regenerationẽ per aquam. Caput. CVI.

Ipse autem postq̃ omnes a iudicando coercuit/malitiã viri cuẽctus torquet ĩ parẽtes. Et qui vetuit iudicare de paruulo secũdũ fidẽ: non est veritus audacter iudicare parẽtes: tollẽtes deo suũ iudicium contra fidem. (witcleff.) In eodẽ cap. xij. quarti trialogi. Sũt (inquiens) aliqua in potestate parẽtum/licet sint lapsa in preteritũ: propter que iusto dei iudicio est necessarium sic venire. Ideo q̃ definit q̃ nec parentes/nec populus sic peccarunt vt ita eueniat: supra caput sue notitie loquitur/sicut Pica. Credimus enim ex fide q̃ nihil euenit homini post primam gratiã nisi aliqua pars humani generis hoc meruerit/vel demeruerit/sic euenire. Hec witcleff. AVTHOR. Ita necessitatem suam infert vt deus sic iudicet paruulos propter peccata hominũ. At audiatur quid libro de bono perseuerantie citra medium disputat Augustinus. (Augusti.) Neq; enim facto cogitur deus illis infantibus subuenire/illis autem non subuenire/cum sit vtrisq; causa cõmunis. Aut res humanas in paruulis nõ diuina prouidentia/sed fortuitis agi casibus opinabimur: cũ rationales vel damnande/vel liberande sint anime: quãdoquidem nec passer cadit in terram sine voluntate patris nostri qui in celis est. Aut parentũ negligentie sic retribuendum est q̃ paruuli sine baptismate moriũtur vt nihil ibi agant superna iudicia: tanq̃ ipsi q̃ hoc modo male moriuntur/parentes sibi negligentes voluntate propria de quibus nascerẽtur elegerint. Quid dicã q̃ paruulus aliquando anteq̃ illi per mysteriũ baptismatis succurri possit/expirat? plerisq; enim festinãtib? parentibus & paratis ministris vt baptismus paruulo detur/deo tamen volente non datur: q̃m cum paululum in hac vita nõ tenuit vt daretur. Quid est enim q̃ aliquando paruulis infideliũ filiis potuit ne irẽt in perditionẽ/& filiis fideliũ non potuit baptismate subueniri? Certe ostenditur q̃ psonarũ apud deũ non sit acceptio. Alioquin cultorum suorũ potius q̃ inimicorum filios liberaret. Hec ille. AVTHOR. Ecce si parentes aut populus sic peccarũt vt male paruulo sic veniret/cur filius pagani & sordidati idololatre sinitur baptizari ne pereat: & filius deuoti Christiani/immo in medio deuotissimi populi nõ p̃mittitur priusq̃ perierit baptizari? Si negligentiã parentũ accuses: supponit Augustin? parentes properantes alacriter ad baptismum. Si ministros habes infestos/supponit illos esse paratos. Ecce qui dicis nihil euenire homini nisi aliqua pars humani generis demeruit sic venire: iam accusa quos Augustinus nesciat excusare. Aut que pars rogo humani generis nisi pars ipsa delinquẽs hoc ipsum demeruit: vt prima femina primeua seductione periret? Vide ne tu iam supra caput tue notitie locutus fueris/sicut Pica. Sum? in casu Augustini vna cũ tuo: q̃ñ dicit q̃ neq; facto cogitur deus illis infantib? subuenire: illis nõ subuenire: cum sit vtrisq; causa cõmunis. Pone vtrisq; causam cõmunẽ/quãtum est ex parte hominũ/& tũc rationẽ distinctam signes euẽtuũ. Idcirco ĩmediatiorem & priorẽ causam talis effect? assignat in superiore parte iam dicti libri sui Augustinus. Falsum est igit secũdum ea mortuos iudicari que facturi essent si ad viuentes euangeliũ peruenirent. Et si hoc falsum est non erit cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate moriẽtes: hoc in eis eo merito fieri: quia presciuit de? eos si viuerent predicatũq; illis esset euãgeliũ/infideliter audituros. Restat igitur vt solo originali peccato teneanẽ obstricti/& propter hoc solũ eant in damnationem/q̃ videmus aliis eandẽ habentibus causam non nisi per dei gratuitã gratiam regenerationẽ donari/& in eius occulto iusto tamẽ iudicio: quoniã nõ est iniquitas apud deũ: quosdã etiã post baptismũ pessime viuẽdo morituros: in hac tamẽ vita quousq; pereant detineri: qui non perissent/si eis corporis mors lapsum eorum preueniẽs subueniret: q̃m nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis que fuerat/si nõ moreret/acturus. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc loco par ẽs eripitur ab occisione spontanea sue prolis: quã witcleff imponit: dicẽs aliqua fuisse in potestate parentum propter que est necessariũ sic venire/vt scilicet immatura morte preuẽta priusq̃ sacramentaliter baptizetur/vita priuetur eterna. Restat inquit Augustinus vt solo originali (Augusti.) peccato teneantur obstricti/& propter hoc solũ eant in damnationem. Si propter solum peccatũ qđ a primeua trahitur origine/in damnationem eant/immediatorum parentum non stringuntur excessibus/vt s. in dãnationem festinẽt q̃uis aliquo parentum delicto seminaliter possint contrahere vnde difficultatem forsan sentiant ad virtutem: ita vt cum in adultam etatẽ euaserint/clamare cogantur cum apostolo. Non qđ volo bonum hoc facio/sed quod volo malũ hoc ago. Et item velle mihi adiacet/perficere autem nequaq̃. Si tamẽ ad hoc tempus aduersarii tendat subobscura & indigesta sententia. Nouerit tamẽ tutius dixisse Augustinũ/q̃ propter solum originale peccatum eant infantes nõ baptizati in damnationem interminam. Unde ad clarificationem fidei in hac parte/quãtum ab orthodoxis scriptoribus datur intelligi/distincta sunt tẽpora quibus peccata parẽtũ distinctis itẽ modis possint nocere p̃pagini. Primũ tempus ante aĩationẽ fetus: quia tunc infectionem corruptionis caro sentit ex traduce que mentem vt est sibi coniuncta deprauat. Aliud autẽ tempus assignãt postq̃ proles animata ceperit habere vitã propriã. Et tũc nõ cõmaculãt eam hac infectione

aliena peccata/q̄uis eis subueniāt aliena suffragia. Un
de in epistola ad Bonifacium que est in ordine. xij. Au-
Augusti. gustinus. Queris (inq̄t) a me vtrū parentes baptizatis
Questio. paruulis suis noceāt cum eos demoniorum sacrificijs
sanare conantur. Et si non nocent/quomodo eis prosit
cum baptizantur/fides parentum/quorum eis non po-
Respõsio. test obesse perfidia? Ubi respondeo tantam illius sacra
menti salutaris esse virtutem in sancta compage corpo
ris Christi/vt semel generatus per aliorum carnalem
voluptatem/ cuꝫ semel regeneratus fuerit per aliorum
spiritualem voluntatē/deinceps nō possit aliene iniqui
tatis vinculo obstringi: cui nulla sui voluntate ꝯsentit.
Anima enī patris mea est (inquit) ꝛ anima filij mea est.
Sia que peccauerit ipa morietur. Nō auteꝫ peccat ipa
cum parentes omnino nescienti vel quilibet alius ad-
hibet sacrilegia demoniorū. Sed ideo ex Adam traxit
qȝ sacramēti illius gratia solueretur/quia nondū erat
anima separatim viuens. i. altera anima de qua diceret
Et anima patris mea est/ꝛ anima filij mea est: Iā vtiq̄
cum homo in seipō est alter ab eo q̄ genuit effect⁹/pec-
cato alterius sine sua cōsensione nō tenetur obnoxius.
Traxit ergo reatum quia vnus erat cum illo/ꝛ in illo a
quo traxit quando quod traxit admissum est. Nō enim
traxit alter ab altero quando sua vnoquoq̄ propria vi-
ta viuente iam est vnde dicatur/Anima que peccauerit
ipsa morietur. Regnans ergo spiritū in maioribus offe
rentibus ꝛ paruulo oblato remanet cōmunis. Ideo per
hanc societatem vnius eiusdem spiritus prodest offerē
tium voluntas paruulo oblato. Quando autem in par
uulum maiores peccant offerentes eum atq̄ obligare
conantes demonum sacrilegis vinculis/non est anima
vtrorūq̄ cōmunis vt etiam culpam possint habere com
munē. Nō enim sic cōmunicatur culpa per alterius vo
luntatem/quēadmodum cōmunicatur gratia per spiri
tussancti vnitatem. Potest enim ꝛ in hoc ꝛ in illo homi
ne esse vnus spiritussanctus/etiam si inuicem nesciant
per quem sit vtriusq̄ gratia cōis. Nō autem potest spi
ritus hominis esse ꝛ huius ꝛ illius per quem peccante
altero ꝛ altero non peccāte: sit tamē causa communis.
Hec ille. AVTHOR. Liquide satis exponit Augustin⁹
de transfusione peccati/distantias: ꝛ quomodo peccata
parentum paruulis animatis nocere non possunt. Eis
autem qui nondum vita propria viuunt/nocēt: vt eisdē
nondum suppositis separatis. Traxit (inquit) reatum
quia vnus erat cum illo ꝛ in illo a quo traxit. Ergo (in-
quit wicleffista) verum dicitur ꝙ aliqua sunt in pote-
state parentum q̄uis iam lapsa in preteritum/propter
que est necessariū paruulo sic venire: quia ex eis traxit
reatum. Incerta satis ꝓpositio quā assumis: si scꝫ par-
uulis iam animatis aut nondum / parētes fluant in sui
reatum delicti: Et dicit Augustinus/ꝙ eis iam anima-
tis non noceant aliena delicta: saltem quātum ad alie-
nationem ab eterna vita/intellige. Nocent autē adhuc
frequēter quo ad afflictionem tēporalis incōmodi: aut
retardationem a gratia. Sicut item in casu isti⁹ Boni
facij refert se vidisse in libro suo ad lapsos exhortatorio
Cyprian⁹. ad satisfactum/ Cyprian⁹. Presente (inquit) ipō me ac
astante/accipite quid euenerit. Parētes forte fugien-
tes dum trepidi minus consulunt/sub nutricis alimen
to paruulam filiam reliquerūt. Relictam nutrix detu-
lit ad magistrat⁹. Illi ei apud idolum quo populus cō
fluebat/quia carnem necdum posset comedere per eta
tem/panem mero mixtum/quod tamen ꝛ ipsum de im-
molatione pereuntium supererat tradiderūt. Recepit
filiam postmodum mater: sed facinus puella cōmissum
tam loqui ꝛ indicare nō potuit q̄ nec intelligere prius
potuit nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est vt
sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed
puella iā mixta cū sctis/precis nostre ꝛ oratiōis impa-
tiens nunc ploratu concuti/nunc mentis estu fluctua-
bunda iactari/velut tortore cogente quibus poterat in
dicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis
rudis anima fatebatur. Ubi vero solennibus adimple-
tis/calicem diaconus offerre presentibus cepit: ꝛ acci-
pientibus ceteris locus eius aduenit: cepit faciem suā
paruula instinctu diuine maiestatis auertere: ꝛ os labijs
obturantibus premere: calicem recusare. Perstitit ta-
men diaconus: ꝛ reluctanti licet de sacramento calicis
infudit. Tunc sequitur singultus ꝛ vomitus: in corpore
atq̄ ore violato/eucharistia permanere nō potuit. San
ctificatus in domini sanctificatione potus de pollutis
visceribus erupit. Tanta est potestaꝫ domini: tanta est
maiestas: secreta tenebrarūꝫ sub eius luce detecta sunt/
sacerdotē dei nec occulta crimina fefellerūt. Hoc circa
infantem: que ad eloquendum alienum circa se crimen
necdum habuit etatem. Hec ille. AVTHOR. Hec igit
infans sentit nocuisse crimina aliena. Sꝫ hic ingerit se
latior difficultas de cumulatione originalis delicti in
prole ex actuali vitio immediati parentis: attamen ex
nullo parente tantum trahit proles delicti quātum ex
primo Adā. Una est massa damnatiōis antique / ꝛ vna
mors que secundum apostolum per vnum hominem in
trauit in mundum: sicut per vnum Christum hominem
vna vita. Ideo quia mors illa nec maior nec alia fore
potest ꝙ que Ade fuit in origine: quia infinite vt dicaꝫ
fuit malitie/q̄uis per imperfectiorem quandoq̄ ramū
traducatur ī surculū: Sic nec vita cumulatior aut quo
modocunq̄ aucta vel alia potest per sanctū ramum in
baptismo regenerato concrescere: ꝙ illa que per vnum
hominem communiter venit in mundum. Ideo tutius
dixerat Augustin⁹ ꝙ ex Adam traxit paruulus qȝ sa-
cramenti illius gratia solueretur. Nec tamē nego quā
doq̄ contrahere fetum sementa vitiorum ex traduce: ꝓ
que ad peccandum cum adoleuerit reddatur etiā pro-
cliuior: qȝ passim contingit in spurijs ꝛ illicito fedoq̄
concubitu procreatis: sicut habet libro de questionibus Augusti.
noui ꝛ veteris testamēti. quest. xiij. Augustinus. Adde
(inquit) quia difficile de malis nati ꝛ inter nequissimos
educati/vel conuersati/mentem suam temperant ad di
sciplinā dei sequendā. Uide ergo si nō bene actū est cuꝫ
filijs perditorum. Hec ille. AVTHOR. Duo hic dicit
satis differentia. Primo de ex malis natis. Secūdo de
inter nequissimos educatis vel cōuersatis. Primi quā
dā necessitatē generatione ꝯtrahūt. Secundi imitatio
ne contrahunt. Utrisq̄ de alieno peccato connascitur
difficultas. De primis tamen ad presens/quomodo taꝫ
graui sarcina peccatorum premuntur/dei tamē gratia
succurrente nō pereunt: libro suo Enchirid. cap. xxviij. Idem.
disputat Augustin⁹. Neq̄ dixit in iniquitate vel in pec
cato/cum ꝛ hoc vere dici possit: sed iniquitates ꝛ pecca
ta dicere maluit/quia ꝛ in vno illo qȝ in omnes homi-
nes pertransijt/atq̄ tam magnum est/vt eo mutaretur
ꝛ cōuerteretur in necessitatem mortis humana natura
reperiūtur sicut supra disserui plura peccata ꝛ alia pa-
rentum/que etsi non ita possunt mutare naturam/rea-
tu tamen obligant filios nisi gratuita gratia misericor
dia domini subueniat. Sed de peccatis aliorum paren-
tum quibus ab ipso Adam vsq̄ ad patrem suum proge
nitoribus suis quisq̄ succedit/non immerito disceptari
potest: Utrum omnibus malis actibus ꝛ multiplicatis Questio.
delictis originalibus/ qui nascitur implicetur/vt tan-
to peius quāto posterius quisq̄ nascatur? An propter
ea deus in tertiam vsq̄ ꝛ quartam generationē de pec
catis parentum eorum posteris cōminetur / quia iram

suam quantum ad progeneratorum culpas non extēdit
vlterius moderatione miserationis sue: ne illi quib⁹ re-
generationis gratia non cōfertur vi vna sarcina in ipa
sua eterna damnatione premerent: si cogerentur ab ini
tio generis humani omnium precedentium patrum ori
ginaliter pctā contrahere/⁊ penas pro eis debitas pē-
dere? An aliqd aliud de re tanta scripturis sctīs diligē-
tius pscrutatis atq; tractati valeat vel nō valeat repe
riri/temere affirmare non audeo. Hec ille. AVTHOR.
Magnam difficultatem illam quam witcleff innuit as
seuerans commissa parentum paruulos necessitare vt
pereant/iam Augustinus affirmare non audet: sed ma-
gnitudinem illius primi originalis delicti absolute pro
nunciat: dicens eam tantam vt ea mutaretur ⁊ cōuerte
retur in necessitatem mortis humana natura. De cuius
Augusti. item magnitudine cōsequenter adiecit Augusti. Illud
tamen vnum peccatū qđ tam magnum in loco ⁊ habi-
tu tāte felicitatis admissum est/vt in vno hoīe originali
ter atq;(vt ita dixerim) radicaliter totū genus humanū
dānaretur: nō soluitur ac diluitur/nisi per vnū mediato-
rem dei ⁊ hominū hominē Christū Jesum/qui solus po
tuit ita nasci/vt ei nō opus esset renasci. Hec ille. AV-
THOR. Hoc mihi videt/saluo iudicio saniori/esse dicē
dum q radix illa peccati Ade tam excedit crimina sin
gulorum/vt cum in recenter nato cōcurrant/totam rē mi-
noris/vis maioris absorbuit. Et gētes preuaricatrices
tunc sunt secūdum illud Esaie. Quasi stilla situle ⁊ qua
si momentum statere reputate sunt. Omnes gētes qua
si nō sint: sic sunt coram eo/⁊ quasi nihilum ⁊ inane re-
putate sunt ei. Sic enim peccatum illud in sua massa ex
omnibus humanis peccatis constare videt/sicut mors
illius peccati secūdum illud/Et per peccatū mors/oēs
mortes cōplectitur. Secūdum illud. xiij. de ciuitate dei
cap. xij. Augustini. Cum ergo requiritur quam mortem
Augusti. deus primis hominibus fuerat cōminatus si ab eo mā-
Questio. datum transgrederentur acceptum/nec obedientiā cu-
stodirēt/vtrum anime/an corporis/an totius hominis/
Respōsio. an illa que appellatur secunda? Respondendū est: oēs.
Prima enim cōstat ex duabus: ex oībus tota. Sicut
enim vniuersa terra ex multis terris/⁊ vniuersa ecclesia
ex multis cōstat ecclesijs/sic vniuersa mors ex omnib⁹.
Hec ille. AVTHOR. Ita ⁊ vniuersale illud peccatum
ex omnibus: ex quo mors vniuersalia effluxit/que item
cōstat ex omnibus. Non tamen vniformis actualitatis
erant oīa peccata cum primo Ade: sed omnia simul cum
illo erant vnum in origine. Nō enim fiebat aliquod pec
catum actuale posterius: quod ibi nō tunc affuit in pe-
netralibus sue radicis. Quod nō video posse dici de ali
quo citeriore parēte. Non enim proles trahit vniuersa
delicta sua primeua ex immediato parēte/q̄uis p eum
traxerit vniuersa/sicut nec fructus ex fronde oēm sapo-
rem ⁊ virtutem/sed per illā ex radice participat. Nec
cisterna totam aquam hausit ex fistula: sed ex fonte ma
nauit illi per fistulam. Qđ autem ex parēte propinquo
suscipit iniquum/ab eius actuali delicto quoddam
habet exordium. Cuius autem reatus/simul vt ma-
gnum istud abluitur/in generatione deletur: q̄q̄ pe-
nalis lex illa membrorum per aliquod amplius in pro
le supersit. Forsan in tertiam ⁊ quartā generationem vt
Augustinus in nō renatis supputat de reatu. Nec satis
intelligo quid ipsi volunt qui tertiam aut quartam ge
nerationem taxatam referūt pro eo q filij aut nepotes
peccantium patrum qui eis adesse tanto tempore pos-
sunt/ex eorum imitatione multentur: cum peccatum istud
secundum Augustinum ex contractione non ex imita-
tione descendat. Alioquin non ex Adam/sed ex diabo
lo fieret hoc peccatū. Sicut sermōe. li. prime partis ser
monum Augustinus. Propter imitationem dicis: qr Augusti.
primus peccauit Adam? Respondeo: prorsus nō prim⁹
peccauit Adam. si primum peccatorem queris/diabo-
lum vide. Et libro primo de baptismo paruulorum ca. xij.
Hoc vnius delictum si imitationem attēdamus nō erit
nisi diaboli. Sed qr manifestum est de Adam nō de dia-
bolo dici/restat intelligēda non imitatio/sed propaga-
tio peccati. Hec ille. AVTHOR. Non imitatio: tempe
ra negatiuā non principaliter/nō fontaliter: sed propa
gatio ipsa peccati: ppter hoc quod dixit iam supra/de
malis nati ⁊ inter nequissimos educati vel conuersati.

Qr prætermissa necessitate euangelii pro percipiendo baptismo Witcleff assignat necessitatem absolutam erroneam omnium futurorum. Caput. CVII.

Necessitatem ergo quandā fatetur
ecclesia in suscipiendo baptisma-
te. Et necessitatem istam q̄uis ab
intentione remoueat/tamē ad he-
resim suam cōfirmādam per nodu
losas costas witcleff extorquet:
vt cū ecclesia dicere videat qn̄ cō
tra eā est: in p̄dicto. xij. ca. iiij. tria
logi. Non (inquiens) licet fidelib⁹ witcleff.
supponendo baptismū flaminis/baptismum fluminis
omnino relinquere. Sed necesse est data opportunitate
circunstantie ipsum accipere. Et cum omnia que eueni-
unt/de necessitate eueniāt/dici potest/q talis homo nō
potest saluari sine illo baptismate. Hoc tamē cognosci-
mus solum reputatiue postq̄ baptizatio est completa.
Hec witcleff. AVTHOR. Ex hoc vltimo ppēde priora
q scilicet necessitatem baptismi sacramentalis nō con
cludit ex fide/nec ad eā oēs generaliter conatur astrin
gere. Sed hoc (inquit) solum reputatiue cognoscimus.
Quid est q talis homo datus/non pōt saluari sine illo
baptismate/cū tamen prius de nullo vno homine/sed
de singulis sit loquutus? Quare? Quia omnia que eue
nient/de necessitate euenient. Ideo cū fuerat per bapti-
smum saluādus/sicut cōperimus baptizatione cōpleta
sine baptizatione illa saluari non potuit. Non qr dixit
Christus. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiritu san-
cto/nō potest introire in regnum dei. Aut qr dixit Chri
stus. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit/saluus erit: q̄
vero nō crediderit/cōdēnabit. ⁊c. Sed qr dixit witcleff
⁊ non deus. Omnia quecūq; euenīēt/de necessitate eue-
nient. Et qr dixit witcleff. Omne possibile est verum/⁊
de⁹ nihil potest facere nisi quod facit vel quod factu
rus est: idcirco non potest talis/aut talis saluari/si non
lauacro baptizetur/q̄uis alij bene possint. Talis vide- Necessitatū modi.
detur ne vocari doctor euangelicus qui necessitatū mo
dos quos signauit euangeliū abijcit: ⁊ hos quos Pe-
trus Abelardus/⁊ prophanus Diodorus inuenerunt/
assumit. Supra in primo lib. notaui authorē huius ne-
cessitatis heretice fuisse Petrum Abelardum. de quo Petrus Abelard⁹.
Bernardus apud Innocentium papam conqueritur.
Comperi tamen illum non esse primum: immo diu ante
Petrum versatilis erat hec questio inter duos dialecti
cos/Diodorum/⁊ Chrysippum/vt in dialogo suo cōtra
Pelagianos hereticos cito post principiū scribit Hie
ronymus. Inter Diodorum (inquit) ⁊ Chrysippum va- Hierony.
lentissimos dialecticos ista contentio est. Diodorus id
solum fieri posse quod aut sit verū aut verum futurum
sit: ⁊ quicq̄d futurū sit id fieri necesse est. Quicq̄d autē
non sit futurum/id fieri nō posse. Chrysippus vero/⁊ q̄
non sunt futura/posse fieri dicit/vt frangi hoc margari

tum/etiã si id nunq̃ futurum sit.Hec ille. AVTHOR.
Partem vero catholicam sustinebat iste Chrysippus.
Sic em̃ docuerũt logicã fidei orthodoxi patres quãtũ=
cũq̃ logici forẽt subtiles.Unde ⁊ sic distinguit de falso
Augusti. in libro suo de doctrina Christiana.ij.cap.xxxv.egregi⁹
Falsum ⁊ fidelis logicus Augustinus.Possumus(inq̃t) diuide
duplex. re dicẽtes duo genera esse falsi.Unum coꝝ que omnino
esse non possunt.Alterum eorum que nõ sunt ꝗuis esse
possint.Nam qui dicit septẽ ⁊ tres esse vndecim/id di=
cit qđ omnino esse non potest.Qui aũt dicit Calendis
(verbi gratia) Januarij pluisse/ tametsi falsum sit/id
dicit qđ fieri potuerit . Hec ille.AVTHOR. Ecce hec
est doctrina christiana de duplici gñe falsi. vnum est im
possibile:alterum satis possibile/sed est falsum. Nõ er=
go omne falsum impossibile/aut omne possibile erit ve=
rum. Sic em̃ nõ duo genera/sꝫ vnum genus falsi fieret
om̃e falsum.Hec christianorũ est logica/altera pagano=
rum:quã.s.witcleff cõtra Augustinũ ⁊ ecclesiam tenet
cũ Diodoro.Et in proposito de baptismo docet Augu=
stinus Christũ potuisse facere qđ longe meliori causa di
misit.Potuit scꝫ demõstratione mirabili aliquẽ vel ali
quos in ecclesia designasse:qui soli propter eminẽtiam
Aug.lib.v. sanctitatis accepissent baptizãdi ceteros potestatem.
Augusti. lib.vi.de baptismo contra Donatistas.cap.xi.vbi dicit.
Poterat enim si voluisset dñs Jesus baptismi sui pote
statẽ dare alicui vel aliq̃b⁹ precipuis seruis suis/quos
iam fecisset amicos suos:qualibus ait/ Jam nõ dicam
vos seruos/sed amicos.vt queadmodum per virgã flo=
rentẽ demonstratus est Aaron sacerdos:ita in eius ec=
clesia vbi plura ⁊ maiora miracula facta sunt / ꝑ aliqđ
signũ demõstrarent excellẽtioris sanctitatis ministri ⁊
dispẽsatores ministerioꝝ qui soli baptizare deberẽt.Sꝫ
si hoc fieret/ꝗuis eis a dño attributus/tamẽ ipsorũ iã
baptismus diceretur/sicut baptismus Joãnis fuit.Hec
ille.AVTHOR.Ecce deus potuit tales sibi seruos in
eminẽti miraculo ad ministrãdũ eligere:qđ tamẽ deus
nõ fecit/nec melius sic fecisset.Cum aũt glossam suam
manualẽ adduxerit dicẽs:qđ si vult potest:satis osten=
sum est supra ꝙ inutiliter eaꝫ ducit ad presens:quia ca
sus supponit eum potuisse qđ de facto nõ voluit.Et itẽ
nihil ita potest deus qđ si vult potest/secundũ Augusti
Idem. nũ in libro retractationũ.Et in lib . de natura ⁊ gratia
fere ad principiũ/recitãs quẽdã errãtẽ.Prius (ĩquit)
distinguit aliud eẽ querere an possit aliquid esse/qđ ad
solã possibilitatẽ ꝑtinet:⁊ vtrũ ne aliud sit. Hãc distin=
ctionẽ verã esse nemo ambigit.Cõsequẽs em̃ est/vt qđ
est esse potuerit.non est aũt cõsequẽs/vt qđ esse potest/
etiam sit.Quia em̃ dominus Lazarũ suscitauit/sine du
bio potuit:quia vero Judã nõ suscitauit:nũquid dicen=
dum est ꝙ nõ potuit? Potuit ergo si voluisset. Nam si
voluisset/etiam eadẽ hoc potestate fecisset:qua ⁊ filius
quos vult viuificat.Sꝫ hac distinctiõe vera atq̃ mani=
festa quo tẽdat ⁊ quid efficere conetur aduertite. Nos
(inquit)de sola possibilitate tractamus. Hec ille. AV=
THOR.Hic ecce distinctionẽ ꝗuis errãtis viri/nõ ta=
mẽ erroneã/sed veram esse approbat Augustin⁹/scꝫ in=
ter aliquid posse esse/⁊ ipsum esse:⁊ verã esse nemo am
bigit inquit.Et post dicit istã distinctionẽ verã eẽ:atq̃
manifestam:⁊ probat logice.Quia cõsequens est vt qđ
est/esse potuerit:nõ autẽ sic sequitur ꝙ est si possit esse.
Manifeste autẽ interimit Augustinus illã manualem
glossam witcleff:potuit si voluit:quia cũ dicit ꝙ Chri=
stus Judã non suscitauit/statim subijcit/potuit:sed no
luit.Nõ ergo tm̃ potuit qđ voluit:sꝫ etiã qđ noluit po=
tuit:⁊ hoc eadẽ potestate qua potuit etiã quod voluit/
scꝫ Lazarũ suscitare. Stat ergo cũ om̃i indifferẽtia voli
tionis ⁊ nolitionis omnino identitas potestatis . Hui⁹

necessitatis positio/sicut est vetus/ita vetustos respira
re facit errores : vtrum nullus predestinatus potest a
gratia ⁊ charitate regni finalis excidere:nec aliq̃s pre
scitus eã habere ꝑpetuo.Quilibet aũt baptizatus ideo
baptizat vt perpetuo illã possideat:secũdũ illud : Qui
crediderit ⁊ baptizatus fuerit ⁊c̃.Nullus ergo baptiza
tus predestinatus potest post quecũq̃ vel quotcũq̃ fla
gitia a gratia excidere sic suscepta/pro tanto quia qui
saluus erit/non saluus esse nõ poterit.Circa hanc rẽ er
rores quorũdam veterum in lib.xxi.de ciuita.dei.ca.xv. Augusti.
recitat Augustinus.Sunt(inquit)alij ab eterno suppli
cio liberationẽ nec ipsis saltem omnibus hominib⁹ ꝑ=
mittentes/sed tãtũmodo Christi baptismate ablutis:q̃
participes sunt corporis eius quomodolibet vixerint/
in quacũq̃ heresi vel impietate fuerint:ꝓpter illud qđ
ait Christus Jesus.Hic est panis qui de celo descẽdit:
vt si quis ex ipso mãducauerit nõ morietur.Ego sum pa=
nis viuus qui de celo descẽdi.Si quis mãducauerit ex
hoc pane viuet in eternũ.Ab eterna ergo(inquiũt) mor
te necesse est istos erui:⁊ ad vitã eternã quãdocũq̃ per=
duci. Hec ille.AVTHOR. Quãtũ ab istis distet wit=
cleff/ ipe exponat.Isti dicũt ꝙ oẽs abluti Christi bapti
smate participesq̃ corporis eius ⁊ mẽbra facti/quantũ
cunq̃ flagitiosi postea facti perire nõ possunt. Nũquid
witcleff cõcedit? Et iterum qđ cõcludit: Ab eterna er=
go(inquiũt) morte necesse est istos erui. Nunq̃d ita do
cet witcleff? quia qui saluãdi fuerant per baptismũ/ab
illa gratia dicit nõ posse excidere.Sequitur ⁊ alius er
ror ponẽtium istud aliquanto restrictius/non de hereti
cis sed de alijs quãtũcũq̃ impijs intra ecclesiã.Augu=
stinus.Item sunt qui hoc nõ oĩbus habẽtib⁹ baptisma Idem.
tis Christi eiusq̃ corporis sacramẽtum/sed solis catho
licis ꝗuis male viuẽtibus polliceantur:quia nõ solo sa
cramẽto/sed re ipsa manducauerunt carnem Christi/in
ipso ei⁹ corpore ꝯstituti.de quo dicit Apostolus. Unus
panis vnum corpus multi sumus.vt etiam si postea in
aliquam heresim vel etiã in gẽtiliuꝫ idololatriam lapsi
fuerint:tantum quia in corpore Christi/id est in catho=
lica ecclesia/sumpserunt baptismum Christi/⁊ mandu
cauerunt corpus Christi/nõ moriantur in eternum/sed
quãdoq̃ vitam consequantur eternam:atq̃ illa omnis
impietas quãto maior fuerit/nõ eis valeat ad eternita
tem sed ad diuturnitatem magnitudinemq̃ penarum.
Hec ille.AVTHOR.Hec om̃ia fatetur witcleff esse fi=
delia:eo ꝙ nullus prescitus potest rẽ ipsaꝫ attingere sa witcleff.
cramẽti.Res em̃ vtriusq̃ sacramẽti est incorporatio ta
lis mẽbri ad salutẽ eternã.Ideo dicit vt supra protuli=
mus/nullum prescitum percipere verũ Christi corpus/
rem ipsam/sed sacramentum eius extrinsecum:nec itẽ
rẽ sacramẽti baptismi/scꝫ salutẽ eternã. Lib.de fide ad Augusti.
Petrum.cap.xxij.Augustinus.Ideo debet ad ecclesiã
redire/nõ vt sacramẽtũ baptismatis iterũ accipiat: sed
vt in societate catholica vitam eternam accipiat . Hec
ille.AVTHOR.Uita autẽ eterna solis predestinatis
aptat ex gratia/a qua (dicit) nõ possunt excidere:quia
tunc non esset illa/que ⁊ ipsa sola est ratio mẽbrationis
eccl'ie.Ergo ꝑcepto baptismo vel corpore Christi secũ=
dum rẽ ipsam/nullus potest ab illa gratia ĩcorporatio
nis excidere:quia tũc non esset illa.Nec omnis sequẽs
impietas aut casus in heresim/ idololatriam/aut laby
rinthum quãticũq̃ flagitij/preparat eum ad eternum
damnationis interitum:quia talis euẽtus est ei impos=
sibilis etiã penes deum.De p̃scito vero supponit econ=
trario/sicut habet ter dãnata conclusio.ccxlviij.Infans
p̃scitus ⁊ baptizatus necessario viuet diutius ⁊ pecca=
bit in spiritumsanctum:ratione cuius merebitur vt ꝑ=
petuo cõdẽnetur:⁊ ita nullus ignis potest eum cõburere

re ꝑ hoc tēpore vel instāti. Hec witcleff. AVTHOR. Quam turpis sit hec dictio contra fidē de omnipotētia dei ⁊ itē de libero arbitrio hominis/quis nesciat Christianus? Sed vt opposita iuxta se posita magis appareāt: adducatur in medium quod de hac re in lib. de bono ꝑseuerantie. cap. xxi. sentētiat Augustinus. At(inquiēs) non dicam q̄m sit possibile deo aduersas ⁊ auersas in fidem suam conuertere hominū volūtates: ⁊ in eorū cordibus operari: vt nullis aduersitatibus cedant/nec ab illo aliqua tentatione superati discedāt: cū possit ⁊ qđ ait Apostolus facere/vt non eos permittat tentari supra id quod possunt. Ut ergo id non dicam/certe poterat illos de⁹ presciēs eē lapsuros/anteq̄ id fieret auferre de hac vita. Hec ille. AVTHOR. Ecce tu dicis q̄ iste prescitus baptizat⁹ ⁊ infans necessario viuet diutius vt peccet ad mortem. Augustin⁹ plane dicit q̄ nō: quia potuerit deus(inquit) presciens ipsum lapsurū eē/anteq̄ id fieret auferre de hac vita. Sed dicis: si sic fieret/nō esset prescitus. Fateor: in casu illo: sed nō sic fiet: ideo sustinet Augustinus effectus cōtingentiā/necessitatem tuam absolutā contemnēs. Ex fide eīn prescitus potest esse predestinatus/q̄uis sic non sit futurus. At inquis: predestinatio dei ergo est fallibilis. Nequaq̄: sed cū certitudine predestinationis diuine stat cōtingētia in effectu: sicut cū necesse esse creatoris stat vertibilitas creature. Falluntur eīn in hoc negotio respicientes ad pauca: ⁊ humane traditionis principijs quibus semel iuuenes imbuti sunt/pronū semꝑ mergētes aspectum. Attollant vel semel fidei oculos/⁊ discant hunc futurum euētum humane salutis inter tria versari. Habet enim predestinationē diuinam pro principio: futuritionē ipsam secūdū liberū arbitriū dei gratie cōforme ꝑ termino/⁊ dei potentiam infinitam agentē vel deferentē semꝑ illimitate comitantē vtrūq̄. Predestinationi eīn dei omnino derogat qui certitudinē eius tollit/aut vsquequaq̄ q̄ falli possit admittit: ⁊ eque creaturam a seipsa suspendit/qui cōtingētiā actuū adimit/⁊ vertibilitatē eius in necessitatē cōmutat. Potētia vero creatoris certissima sine preiudicio certe presciētie: potest secundum idipsum qđ in creatura futurum est: aut itē nō futurum/vt sibi placet/efficere. Predestinationi tamen eius nihil potest surripi: quia omnino fixa est/⁊ secūdū eam nullus perire potest qui predestinatur ad gloriam. Et sic intelligi habet illud qđ Augustinus ait libro de fide ad Petrum. ca. xxxv. dicēs. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites: oēs quos vasa misericordie gratuita bonitate deus facit ante cōstitutionē mūdi in adoptionem filiorum dei/predestinatos a deo: neq̄ perire posse aliquē illorum quos deus predestinauit ad regnum celorum: nec quēq̄ illorū quos non predestinauit ad vitā vlla posse ratiōe saluari. Predestinatio eīn illa gratuite donationis est preparatio qua nos Apostolus ait ꝑdestinatos in adoptionē filiorum per Jesum Christum in ipm. Hec ille. AVTHOR. Bene dicit nō perire posse aliquē illorū quos deus p̄destinauit ad regnū/secūdū id qđ predestinationē ipsam respiciunt. Attamē secundum se perire possunt ⁊ ruere: vt idem Augustinus supponit lib. de predestinatione sanctorū circa medium/dicens. Cur autē hic tenuerit casurum iustum quē priusq̄ caderet hinc posset auferre: iustissima oratio: sed inscrutabilia sunt iudicia ei⁹. Hec ille. AVTHOR. Ecce de⁹ prius potest auferre iustum q̄ cadat: sed inscrutabili iustitia eius non hoc faciēs detinet donec cadat. Si ergo sine detrimēto iustitie sue deus iustum detinet in hac vita vsq̄ ad iniustitiam: quare sine detrimēto predestinationis sue fixe non potest deus detinere in hac vita adoptionis sue filiū quousq̄ sit nō filius? Inter hec/scilicet

Augusti.

Idem.

Augusti.

omnino fixum ⁊ omnino contingens/illimitata semper adest diuina potētia/que sicut predestinatio diuina humanis casibus nō ligat. Idcirco in primo libro dixi lōge alijs regulis vtendum esse cum in diuine predestinationis aut p̄sciētie eius casibus conuersamur/q̄ in puerorum obligationibus solebamus: propter admixtionē extraneā summi necessarij ⁊ vltimi ꝯtingētis. Ita vt semꝑ in responsionibus post casum inter verū de facto/⁊ verum solum possibile admissum in casu: fiat distinctio: vt si de facto sit verum solū futurum q̄ Joānes saluabit: ponatur tamen q̄ peccet/⁊ illo peccato discedat: Si proponatur: cōcedam cū expressa adiectione q̄ non cōcedo hoc simpliciter/sed ratione positi tanq̄ verū possibile tm̄/nō tamē sic futurū: quia alioquin cōcessum simpliciter/diuine predestinationi simpliciter repugnaret. Quod omnino sane fidei aduersari/lib. i. de natura anime ad Vincentium tradidit Augustinus. Noli (inquiens) dicere/noli credere/noli docere/quos dominus predestinauit ad baptismum/predestinationi eius eripi posse ⁊ ante defungi q̄ in eis fuerit qđ omnipotēs predestinauit impletum/si vis esse catholicus. Nescio eīn que hic potestas contra potestatē dei/casibus datur/quibus irruētibus qđ ille predestinauit fieri nō sinatur. Hec ille. AVTHOR. Ex hic percipi potest q̄ ars ista obligatoria diebus Augustini in materia de dei predestinatiōe vsu coaluit/⁊ per indiscretam obseruantiam regularū cogebant responsales diuine predestinationi occurrere propter casuum potestatē. Nescio(inquit Augustinus) que hic potestas contra potestatē dei casibus tribuat. Oīs eīn potestas diuine predestinationi cōtraria amputatur/quando vnicuiq̄ propositioni tantū vere possibili/hec nota coniūgitur alijs prout de facto vere sunt concessis simpliciter. Nec logicā hanc tanq̄ nouam rideant witcleffiste quousq̄ doceant quare magister eorum witcleff etiā inter necessitates suas erroneas coactus sit inter verum de possibili/⁊ verum de facto/hac vti cautela ⁊ dicere/si deus voluerit. Sicut ipē dicit. iij. libro trialogi. cap. viij. Et nunquid magis pertinēter dicitur de Joāne p̄destinato de facto q̄ in casu posito est decessurus in mortali de possibili posito/q̄ si deus hoc vult? Hoc tamē seruato ꝑ absolute vero qđ est de facto futurum: quia hoc diuine prescientie est determinatum obiectum/prout in fine libri cōtra sermonē Arrianorū dicit Augustinus. Deum se futurū nūq̄ presciuit: quid est autē presciētia nisi futurorum sciētia? Hec ille. AVTHOR. Illi ergo qui oppositū eius quod deus prescit de facto futurum concedunt in casu posito/tanq̄ de facto sit futurum: ipsi ad mentē Augustini propter possibile casualiter positum/destruunt dei presciētiam. Unde in predicto loco subdit contra Vincētium Augusti. Tua(inquit) ista sunt verba: habēdam dicim⁹ (inquit) de infantibus istiusmodi rationē qui p̄destinati baptismo vite p̄sentis anteq̄ renascantur in Christo p̄ueniūtur occiduo. ergo ne p̄destinati baptismo vite p̄ntis anteq̄ ad eum p̄ueniant p̄ueniuntur occiduo: ⁊ p̄destinaret deus qđ futurum non fuisse nesciuit/vt eius aut predestinatio frustraretur: aut p̄scientia falleretur? Hec ille. AVTHOR. Ex modo arguēdi patet q̄ propositionē de inesse simpliciter intellexit Augustinus: qđ in principio dixerat nullos diuine p̄destinatiōi eripi posse/id est non posse cōcedi sic simpliciter. Unde p̄destinationi ereptos quis intelligat? quia sic semꝑ de post nude arguit de inesse: vt q̄uis sic ponatur in casu ⁊ concedatur velut possibile absolute/tamen non sic dicendum est/quod statim prescito vero opponitur. At de prescito infante ad baptismum/q̄uis in casu posito preueniri possit occiduo: non tamen hoc concedo futurum/etiā post

Augusti.

Idem.

Augusti.
Alr. Qm̄.

Augusti.

Al. p̄sciuit

casum admissum:quia de facto ei⁹ oppositum est verū futurum. Cōcedo tamē illud tanq̃ possibile futurum/⁊ hoc deus simul cum determinato futuro prescivit. Et ī presciētia divina bene cōveniunt ꝙ deus cognovit hoc de facto futurum/⁊ de possibili nō futurū. Unde ⁊ neutrum illorum futurorū nescivit deus in modo suo fore futurum/vt eius predestinatio frustraretur:aut presciētia falleretur. Certe hec duo simul futura deus omnino non prescit/sꝫ hoc esse futurum/⁊ hoc non esse futurū/sed omnino alterū illorum deus nescit esse futurum. Et sic in hac via stant predicti casus Augustini de predestinatione sanctorum quos ipse libenter admittit.

Qꝫ baptismus aquę tollit omne delictum mortale,& veniale,& omissiōis quodcūq̄, induens perfecte nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Cap.CVIII.

PRimus effectus sancti baptismatis in magna portione sustollitur quando plena indulgētia omniū peccatorūꝫ ipsi negatur:⁊ fit vis de venialibus omissionis. Inter conclusiones ter dānatas.ccviij. Baptismus delet omne peccatū origiale/vel actuale:mortale aut veniale quod invenit:sꝫ de veniali omissiōis nō oportet. Hec witcleff. AVTHOR. Quō ergo sacramētū est perfecta abolitio veteris hominis/si baptismus sui delicti ruinas non implet? Ubiq̄ satagit(sicut predixi)in perfidia superare Pelagiuꝫ. Nam Pelagiani hunc articulum pro damnato habebant/ꝙ non omnia peccata in baptismate tollebātur/sicut scribit in lib.i.ↄtra duas epistolas Pelagianorū.cap.xiiij. Augustinus. Eos (inquit) qui dicunt etiam baptisma non omnia peccata delere/cōdemnamus: quia scimus plenam purgationē per ipa mysteria conferri. Augustinus respondit. Hoc dicimus ⁊ nos:sed paruulos quoq̄ per ipsa mysteria prime nativitatis ⁊ obnoxie successionis vinculis solui:nō,dicitis vos. Propter qȯ de ecclesia Christi que hoc antiquit⁹ tenet/oportet vt sicut alij heretici segregemini ⁊ vos. Hec ille. AVTHOR. Vide nunc witcleff Pelagianos istos cōcedere/dicentes baptisma sanctum nō oīa peccata delere/simpliciter cōdemnatos:quia scimus(inquiunt)plenam purgationeꝫ per ipsa mysteria conferri. At Augustinus/hoc inquit dicimus ⁊ nos. Ergo qui dicitis non plenam purgationē sed vix semiplenā conferre baptisma/dum venialia omissionis excipitis/multo magis q̃ Pelagiani oportet de ecclesia sitis cū hereticis segregati. Nolit hoc dictum imputare catholicis/nisi mania Pelagianorum voluerit annotari. Julianus enim Ecclauensis cū suis sic imposuerunt ecclesie quasi dixisset baptismum non oīa peccata auferre sed radere:ita vt radices delictorum teneantur in carne. Quod dicit pro cōcupiscentia carnis/que seminarium videtur esse sequētium delictorum. At libro primo cōtra duas epistolas Pelagianorum.cap.vij. Augustinus. Dicūt etiā(inquit) baptisma non dare omnē intelligētiam peccatorum/nec auferre crimina:sed radere:vt omnium peccatorum radices in mala carne teneanẗ. Augustinus respondet. Quis hoc adversus Pelagianos nisi īfidelis affirmet? Dicimus ergo baptisma dare omniū indulgētiam peccatorum/⁊ auferre peccata non radere:nec vt oīm pctōꝝ radices in mala carne teneantur quasi rasorū in capite capillorum vnde crescant iterum resecanda peccata. Nam ⁊ istam similitudinē cōperi sue illos adhibere calumnie/tanq̃ hoc nos sentiamus atq̄ dicamus. Sed de ista cōcupiscētia carnis falli eos credo vel fallere/cuꝫ qua necesse est vt etiam baptizatus:⁊ hoc si diligētissime proficit ⁊ spiritu dei agitur:pia mēte cōfligat. Hec ille. AVTHOR. Nō ergo ecclesie patres tales abrasiones peccatorum admittūt/vt ablatis maioribus minora remaneant. Dicimus(inquit Augustin⁹)baptisma dare oīm indulgentiam peccatorū ⁊ auferre peccata non radere. Si ergo omnium peccatorum fert baptismus indulgētiam/non potest ibi remanere veniale omissionis:ne nō omnium/sed omnium preter talium fiat in baptismo remissio peccatorū. Nec licet ab illa vniuersali sententia ista excipere nisi eadē licētia possit alius cuꝫ volet mortale omissionis excipere. Sed attēdamus scripturā sanctam quid in hac re definiat. Leviti.vi.scribitur. Sicut in peccato offertur hostia/ita ⁊ pro delicto vtriusq̄ hostie lex vna erit. Si eñ genus locutionis attēdim⁹/peccatum commissionis reatum intimat. Delictū negligētie vel omissionis culpam notat. Utriusq̄ tamē lex vna erit:quia in novo testamēto gratia dei in sacramētis simul tollit vtrūq̄/saltem que tollit peccatū ea lege aufert delictum. Unde in libro questionum Levi.cap.xv. dissolvens predicti textus ambiguum/sic loquitur Augustinus. Queritur inter delictum ⁊ peccatum que sit differētia:quoniā si nulla esset/nullo modo diceretur:quomodo qȯ est pro peccato ita ⁊ id quod pro delicto. Cuius enim lex eiusq̄ sacrificium nihil distet/quia lex est vna eorum/tamē ipa duo quorum vnum est sacrificium id est peccatum ⁊ delictum si inter se nihil differrēt/⁊ si vnius rei duo nomina essent/nō curaret scriptura tam diligēter cōmēdare vnum esse vtriusq̄ sacrificium. Fortassis ergo peccatum est perpetratio mali:delictū aūt derelictio boni:vt quēadmoduꝫ in laudabili vita aliud est declinare a malo/⁊ aliud est facere bonum:qȯ admonemur/dicente scriptura:Declina a malo ⁊ fac bonum: Ita ⁊ in damnabili/aliud est declinare a bono/⁊ aliud facere malum:vt illud delictum/hoc peccatū sit. Nam ⁊ ipsum vocabulum si discutiatur/quid aliud sonat delictum nisi derelictum:⁊ qui deliquit quid dereliquit nisi bonum? Et infra. Potest etiam videri illud esse delictū quod imprudēter/id est ignorāter. Peccatū qȯ ab sciēte committitur. Huic differētie vidētur testimonia cōsonare divina. Delicta q̄s intelligit? Et illud. Quoniā tu scisti imprudētiā meā. Continuo q̄ppe secutus adiūxit. Et delicta mea a te non sunt abscondita.velut alio mō repetēs eandē sentētiā. Nec ab eadē ratione discordat Apostoli dictum. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Hinc eñ ꝙ preoccupatum dicit imprudētem lapsum esse significat. Peccatum vero ad scienteꝫ pertinere apostolus Jacobus tanq̃ definiēs ait. Sciēti igitur facere bonum ⁊ non facienti/peccatum est illi. Sed siue ista/siue illa/siue aliqua alia differētia sit peccati ⁊ delicti/nisi aliqua esset differētia non ita loqueretur vt diceret. Quomodo pro peccato ita ꝓ delicto lex vna est eorū. Indifferēter autē plerūq̄ dicunẗ/vt pctm̄ noīe delicti/⁊ delictū noīe pcti appelleẗ. Neq̄ eñ cū dicit in baptismo fieri remissio peccatorum/nō fit etiā delictorum:nec tamē vtrunq̄ intelligitur. Sic ⁊ dominus ait pro multis effundi sanguinē suum in remissionē peccatorum. Nunq̄d quoniā nō ait ⁊ delictorum/ideo q̄sq̃ dicere audebit in sanguine ipsius nō fieri remissionem delictorum? Item in eo quod scriptuꝫ est apud Apostolum. Nam iudicium q̄dem ī vno ī condemnationē. Gratia vero ex multis delictis ī iustificationem. q̄d aliud q̃ nomine delictorum ⁊ peccata cōprehēsa sunt? Hec ille. AVTHOR. In toto isto passu q̄d aliud Augustinus īsinuat nisi peccata omissionis que appellat delicta/ea-

Witcleff.

Augusti.

Idem.

Augusti.

Peccatū.
Delictum

Augusti.

dem legis oblatione deleri qua peccata omissiõis que
peccatorum nomine censebantur/esse deleta? Et sic in
nouo testamento eodem sacramento baptismatis ⁊ ho
stia sanguinis simul nomine peccatorũ omĩa tollebant
delicta. Nec faciẽda est vis de minoribus delictis que
virtute tanti sacramẽti sorbentur in maiorib⁹. Lib.vi.
Augusti. contra Julianum.cap.xi.Augustinus. Nec nos dubita
mus quia baptismate delictum omne mundatur:si re-
nascẽdo q̃sq; mũdatur. Q̃d eñ non amittit nisi regene
ratio/nõ cessat trahere generatio.Hec Augustin⁹. AV
THOR.Ecce in baptismate omne delictum mundat̃.
Siue ergo delictũ est omissionis piaculũ/siue in eo etiã
commissum omne peccatum includitur/sicut veruz est/
⁊ Augustinus supra/hoc docuit:omne veniale omissio-
nis vitium potius in magno omisso laxari intelligitur
q̃ peccata cõmissa. Peccata enim minora eiusdẽ gene
ris conueniẽtius includuntur in suis maioribus q̃ omni
no alterius generis tãta peccata. Et iterum si instet p
minoribus peccatis omissionis witcleff/quia minora
sunt:rogo quomodo signabit vnum minus q̃ est ignorã
tie peccatũ in paruulo? Unde ⁊ Psalmista. Delicta iu
uẽtutis mee ⁊ ignorãtias meas ne memineris domine.
Et nũq̃d sanctitas sacramẽti hoc exigit vt ⁊ ipa purge
tur? Libro primo de baptismo paruulorũ cap.xliiij. Au
Idem. gustinus. Illam recẽtium natorum profundissimã igno
rãtiam videamus:ex qua ad istam nõ permãsuram bal
butiẽtem fatuitatẽ tãq̃ ad sciẽtiam locutionẽq; tendẽ-
tes perficiẽdi venerũt. Illas inquã cõsideremus tene
bras mẽtis vtiq; rationalis/in q̃bus ⁊ deum ignorant
prorsus/cuius sacramẽtis etiam cum baptizantur obsi
stũt. In has quero vnde ⁊ quãdo submersi sunt? Sequi
tur. An nullum est ignorãtie malum/⁊ ideo nec purgan
dum? Et quid agit illa vox: Delicta iuuentutis mee ⁊
ignorãtias meas ne memineris? Etsi eñ damnabililio
ra peccata sunt que ab scientibus cõmittuntur:tamẽ si
ignorãtie peccata nulla essent/nõ hoc legerem⁹ q̃d cõ-
memoraui. Delicta iuuẽtutis mee ⁊ ignorãtias meas ne
memineris.Hec ille.AVTHOR. Magnũ igit̃ est istud
ignorãtie malum/⁊ ideo restat esse purgandum . Nam
si ignorãtie peccata nulla essent/nõ ad ea tergẽda psal
mographus sic oraret:Delicta iuuẽtutis mee ⁊c. Dãna
biliora tamẽ peccata sunt que a sciẽtibus cõmittuntur
dicit Augusti.sed nõ ideo sunt ista nulla:⁊ ideo nec pur-
gãda. Quasi diceret:si forẽt aliqua/purgarentur. Qua
hostia? Sicut superior lex docuit eadẽ qua tollũtur pec
cata/que a scientibus cõmittũtur. Eadẽ eñ lex est pec-
cati ⁊ delicti:cõmissi ⁊ omissi:maioris ⁊ minimi.alioqn
baptizatus nõ esset perfecte iustus ex baptismo . Quo
cõtra dicit Apostolus ad Roma.iij. Nũc autez iustitia
dei manifesta est sine lege : testificata a lege ⁊ pphetis.
Dicit: Nũc aũt/id est in nostro tẽpore/p baptismũ. Un-
Haymo. de ibi in expositione Haymo. Iustitia in Christo est re-
uelata ⁊ data sine lege/id est sine obseruatione legali:
quia nulli lex secundum mysteria ⁊ sacrificia traditur
iam obseruãda:sed dicitur/Qui crediderit ⁊ baptizat⁹
fuerit saluus erit.hoc est iustus erit. Sequitur. Testifi-
catur a lege ⁊ prophetis. Iustitia baptismatis qua iu-
stificamur testificatur per legẽ dum dicitur. In nouissi-
mis diebus circũcidet dñs cor tuum.id est auferet pec-
cata tua:⁊ iustificabit te per baptismum.Hec ille.AV-
THOR. Perfectam ergo iustitiã cõsequũtur homĩes
per baptismum:pfecte aũt iusti nõ sunt quibus põt im-
putari delictum. Nec est p differẽtias omissionis ⁊ com
missionis/venialis aut mortalis exemptio procurãda.
Quia sic in baptismate plena fit indulgẽtia criminum
vt si sic baptizati decedant/trãseant ad hanc ecclesiam
vbi nõ est macula siue ruga. In expositione sua sup illo

Jacobi. Uides quoniã fides cooperabatur operibus il
lius.tangẽs predictũ textum Apostoli/Beda. De hoc Beda.
testimonio Paulus ad Romanos firmissime disseruit/
manifestissime dicẽs. Quia tanta est virtus fidei vt sta-
tim pceptis eius mysterijs iustũ de impio facere possit
hominẽ. Sequitur. Hoc quoq; tẽpore si quis nuper ad
fidẽ veniẽs baptismũ susceperit/⁊ proponẽs se toto cor
de deo seruire ⁊ preceptis eius obedire/ moxq; de hac
luce migrauerit/iustificatus vtiq; fide sine operib⁹ emi
grauit:quia tẽpus operandi vnde fidẽ probaret/ipo in
quẽ credidit deo disponente/non habuit.Hec ille.AV-
THOR. Et in de baptismo paruulorum lib.i.cap.xvij.
Augustinus. Ceterum quis ignorat q̃ baptizatus par Augusti.
uulus si ad rationales annos veniẽs nõ crediderit: nec
se ab illicitis cõcupiscẽtijs abstinuerit/nihil ei prodest
quod paruus accepit? Uerũtamẽ si percepto baptisma
te de hac vita emigrauerit / soluto reatu cui originali-
ter erat obnoxius/pficietur in illo lumine veritatis q̃d
incõmutabiliter manẽs in eternum iustificatos presen
tia creatoris illuminat. Peccata eñ sola separãt inter
homines ⁊ deum/que soluũtur Christi gratia : per quẽ
mediatorẽ reconciliamus cum iustificat impium . Hec
ille. AVTHOR. Hec est ergo nõ defecta/nõ semiplena
sed plena indulgentia criminum:quam quilibet iustifi-
catus ex fide in baptismo consequit̃: cũ qua scz iustus
possit sine sorde reputari ĩter iustificatos illos q̃s p̃sen
tia creatoris illuminat. Et quia nõ est peccatum nisi se
paret a deo:⁊ sola peccata separãt inter hoĩes ⁊ deum:
nullum restabit baptizato peccatũ/quin soluitur Chri-
sti gratia per eum qui iustificat impium. Sicut eque di
cit ad hũc effectum Apostolus ad Romanos.iij. Iusti-
ficati(inquit)gratis per gratiam ipsius p redemptionẽ
que est in Christo Jesu. Ubi notãter in expositiõe Hay
mo. Gratis dicit.i.sine vllis precedẽtib⁹ meritis. Uerbi Haymo.
gratia. Uenit q̃s ad baptismũ/nihil boni vnq̃ fecit/ba-
ptizatur/statimq; iustificat̃. Ecce gratis iustificat̃ p gra
tiã/id est per donũ dei : ⁊ hoc per redẽptionez que est in
Christo Jesu/nõ ĩ opib⁹ legis. Redẽptio nr̃a qua sum⁹
redẽpti/⁊ per quã iustificamur/passio Christi est. Que
iuncta baptismo iustificat hominẽ p fidẽ/ ⁊ postmoduz
per penitẽtiã. Ita eñ mutuo illa duo sunt cõiuncta vt
vnum sine altero nõ possit hominẽ iustificare. Naz neq;
fides dominice passionis sine aqua baptismatis homi-
nem mundat/nisi forte in martyrio q̃d pro baptismate
accipitur:neq; aqua baptismi sine fide dominice passio
nis purificare hominẽ valet. Iungant̃ ergo simul/sicq;
prestabunt perfectam redemptionẽ/perfectamq; mun-
dationẽ. Ita neq; Iudeus neq; gẽtilis/suis iustificatur
operibus/cuz vterq; sit preuaricator sue legis: Iudeus
videlicet naturalis ⁊ scripte: Gẽtilis aũt naturalis:sed
redẽptione qua Christus nos redemit suo sanguine/⁊
fide ⁊ aqua baptismatis qua quisq; renatus/si statim
obierit / saluabit̃ i vita.Hec ille.AVTHOR. Ecce que
supra distinxim⁹ in vno cõgregata fasciculo. Gratis iu-
stificamur ĩ baptismo ab omĩ delicto. Si ergo remane
ret veniale omissionis non gratis tollendum/ per gra-
tiam dei sed nostris operibus: abbreuiata foret in illo
gratia dei : ⁊ nostra opera gratie preferenda . Non est
enim medium : quia aut gratia dei/aut nostra merita
per gratiam dei tollunt delicta. Secundo habes q̃ fi-
des dominice passionis que est per te ex baptismo flu-
minis/nisi iuncta baptismo fluminis nõ soluit delicta.
Tertio item si martyrium ante baptismum mundat ho
minem:hoc est quia supplet locum baptismi/quo q̃sq;
sic iustus redditur / sic abluitur/ q̃ si obierit ea forma
saluabitur.

Q; est aliquis character baptismatis, confirmationis, & ordinis, vt docet ecclesia, & vbi hoc fundatur. Caput.CIX.

Docuit nos semꝑ a primeua fidei institutiōe mater ecclesia q̄ modo ex sacramētorum quorundam acceptione relinquitur in Christi mēbris signaculū saluatoris: qd̄ expresso noīe voluerūt appellare characterē. Sz q̄ fundamēta characterum sacramēta in mētib⁹ sanctis nō diligit/ parum est si fundationem aut fructū istoꝝ contemnat.

Character.

wiclef. Quarto trialogi.ca.xv. Quidā multiplicāt in ordinibus ꝛ sacramentis multis characteres: sed istoꝝ fundationē ꝛ fructū nec in scriptura sacra/ nec in ratione considero. Hec wiclef. AVTHOR. Primo vt īnotescat fundatio huius signaculi/ restat fixe determinare quid sit de quo loqui intendimus.

Character quid. Ipsum enī est sanctitas q̄dam nostris impressa mentibus/ secundum quā adepti baptismatis sacramētum a nō suscipiētibus discernamur. quo fundato de suis fructibus differem⁹. Hec sanctitas vel sanctitatis signaculum propter fixam ꝛ indelebilē eius moram in anima per fortez impressionem ab agente causatam/ ꝛ expressionem figure quam gerit apto vocabulo/ a patrib⁹ appellatur character: que est figura per inustionē ferri causata in pecore vt indelebiliter notam exprimat possessoris. Cum autem pro ferro characterizante accipitur/ secunda syllaba eius scribēda est cū e secūda vocali.

Hierony. Cauteriū legendum putem. Unde in libro interpretationis sue triformis/ Hieronymus. Charecter ferrum coloratum quo note pecudibus inuruntur. Character grece forma dicitur latine. Hec ille. AVTHOR. Alias dicitur figura secundū dicētes ꝙ vbi nos dicimus de deo filio ꝙ sit figura substātie eius/ in greco habetur ꝛ character substantie. Procedētes igitur ad fundationem eius/ legibus canonū nō donamur/ quibus tamē omni mēte subijcimur: tantum ne cedamus locum calumniāti heretico ꝙ legibus humanitus adinuētis sacramenta nostra fundātur: ꝛ nō ex deo sed ex hominibus baptismus noster ꝛ fides tota dependeat. Cū re vera nō ex se sed ex deo ꝛ traditione apostolorum cōtinuata vsq; ad tēpora sua canones hoc sanxerūt. dicēte sancto Petro in canonica. Non enim volūtate humana allata est aliquando prophetia/ sed spūsancto inspirati/ locuti sunt sancti dei homines. Qd̄ mirū doctor vere subtilis non aduertit in hoc sicut in alijs nesciens (vt dicit) aliā auctoritatē scripture vel antiquitatis adducere nisi ecclesie sic determinātis ex nouo. Si beatus Augustin⁹ habuisset hūc modum probandi vnicum baptismum contra Donatum/ aut dei gratiam contra Pelagium/ aut vnum principium omnium cōtra Manicheum/ aut cōsubstantialitatē filij dei contra Arrium: ꝙ facile disputasset: sz ꝙ difficile cōclusisset hereticis. Nec tamē oēs authoritates tam viuaces/ tam claras intulit vt nō aliquis versut⁹ ꝛ defensor proteruus eas declinare valuerit. Sed ideo valuerunt quia robur acceperunt ab apostolorum fide primeua. Sed quomodo (inquis) ita probas tuū characterē? Quia sic vniuersa iā olim sanxit ecclesia. Ideo ab apostolorū traditione venisse nos credimus. Sed proba scriptis/ inquis. Hoc mirum est ꝙ iubeas: cum Damasceni scripta vel Dionysij paruipēdas: ꝛ dicis magis credendum ecclesie. De moribus (inquis) Manicheorum euangelio non crederem nisi crederem ecclesie. Errore forsan scriptoris cōtra epistolam fundamēti volebat dixisse: tamē īdubie ita credo. Et eo potius quia ecclesia taz Augustini ꝙ Damascen⁹/ Dionysij/ ꝛ priscorum patrū sensus in sententia semꝑ tenet. Ita enī ecclesia quātūcūq; grādis vno loco collecta vl' tēpore necesse habet vti authoritate patruz/ ꝑ quos ab apostolorū tēporibus fides antiqua ad se vsq; traijciat vt nō suo modo sensu gloriari videatur cum hereticis: ꝛ illi⁹ satyrici voce formare decreta: Sic volo/ sic iubeo/ sit pro ratione voluntas. Juuenalis

Lib.v. cōtra Donatistas. cap. xxvij. Augustinus. Qd̄ aūt nos admonet vt ad fontem recurramus/ id est ad apostolicaz traditionē/ ꝛ inde canalem in nostra tēpora dirigamus: optimū est ꝛ sine dubitatione faciēdum. Hec ille. AVTHOR. Attamē ꝛ si nusq; ita reperiatur scriptum/ si scripta patrum oīno non dissonēt ꝛ vniuersa vel maioris partis ecclesie consuetudo sic habeat/ ab apostolorum traditione venisse credatur. Augusti.

Idem. Ibi supra. ca. xxiiij. Augustinus. Apostoli autem nihil exinde preceperunt: sed consuetudo illa que opponebatur Cypriano ab eoruz traditione exordium suscepisse credenda est/ sicut multa q̄ vniuersa tenet ecclesia: ꝛ ob hoc/ ab apostolis bene precepta creduntur: q̄ꝙ scripta non reperiantur. Hec ille. AVTHOR. Magnum ergo robur habet pro declarāda antiqua fide ecclesie ipsa cōsuetudo intelligēdi vel fidem tradēdi/ vbi scriptorum monimēta vacauerint. Magis ergo scriptū testimonium roborat ꝛ auget fidē vbi in sanctorum patrum libris sine ambiguitate prospicitur. Sed ipsa cōsuetudo est animata fides eccl'ie/ hec signata. Ita ergo iuuante Christo fundamēta scripturarum aperiam ea que pia fides non abnuet/ ꝛ concors sanctorum patruz ꝛ ecclesie canonum cum consensu fidelium populorum attestatio roborabit. Apostolus Paulus de hoc signaculo loquens ad Ephesios cap. iiij. Nolite contristare spiritumsanctum dei in quo signati estis in diem redēptionis.

Hierony. In quo textu in annotationibus Hieronym⁹. In quo signati estis in die redēptionis. Symboluz spiritussancti in die baptismi accepistis: nouum signaculū habere cepistis. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ litera apostoli Pauli ad primeuos credētes signaculū illud sanctitatis cōmemorat eos accepisse in die baptismati.

Haymo. Unde itē in expositione Haymo. In quo signati estis/ id est sigillati/ ꝛ assignati estis deo in die redemptiōis. Sequit. Id est ī die baptismatis. Hec ille. AVTHOR Ecce item sigillum quod ante signaculuz dictum erat: ꝛ exponēs Hieronymus vocat illud symbolum spiritus sancti: quod symbolum secundum ipsum in libro interpretationis triformis est placitum siue pactum hominis cum deo. Ex pacto ergo hominis cum deo signaculum dei sanctū datur homini baptizato. Et ad quid: nisi ad aptandum cum gratijs ꝛ reliquis donis spiritussancti? vt quasi per arram ad solutionē veniat pleniorem/ ꝛ tunc tandem ad plenissimam. s. gloriam beatorū: quā item sub nomine pignoris idez Apostolus exprimit populis. ij. Corinth. i. Qui autem confirmat nos vobiscū in Christo: ꝛ qui vnxit nos deus/ ꝛ qui signauit nos de⁹ ꝛ dedit pignus spiritus in cordibus nostris. In quo refertissimo Apostoli cōpilantur signacula ꝛ characteres triplicis sacramenti que dat deus per se in mente credentium: q̄uis non secundum ordinem quem modo tenemus. Unde super eū textū in expositione Haymo.

Haymo. Qui vnxit nos gratia spiritussancti. i. q̄ dedit nobis remissionē pctōꝝ ꝑ gratiā spūssancti. Et subaudis. Deus verus est. In veteri testamento sacerdotes ꝛ reges vngebantur oleo. In nouo autem omnes fideles vngunt: non tantū oleo visibili/ quantum inuisibili/ gratia videlicet spiritussancti in baptismate. Et per manus impositionē fiunt reges animarum/ ꝛ sacerdotes populoruz/

vt sanctificẽt eos. iuxta quod Petrus ait. Uos autem estis genus electum/regale sacerdotium. Et qui signauit nos sibi/dãdo signum suum nobis. Dum enim dixit Christus: Sicut misit me pater/⁊ ego mitto vos: signũ suum in eis posuit: ⁊ dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Pignus est proprie qđ propter rem creditã datur. Sed hic Apostolus pignus pro arra posuit: q̄ ideo datur vt certus sit de promisso/⁊ qđ minus deest ꝯpleatur. Nos ergo pignus siue arram accepimus: gratiam videlicet spiritussancti in baptismate/vt certitudinẽ ⁊ securitatẽ de promissione eterne patrie habeamus. Hec ille. AVTHOR. Is ergo textus Pauli mõstrat ad literam quomodo in cõfirmatiõe/in vnctione siue baptismatis siue ordinis signat nos deus signo illo quod signaculum vel symbolum/quidam sanctitatem christianitatis appellant: quidã characterem/sed ipsa sunt signacula. Thesaurum signatũ hic Apostolus vocat pignus/vel melius arram (dicit Haymo) qȝ arra nõ repetit a tradente/sed semꝑ ꝑmanet cũ sumente: Pignus autẽ repetitur debito persoluto. Cui item Hieronym⁹ consonat in cõmẽtario. Et prima parte sermonũ/sermo
Augusti. ne. xxi. Augustinus. Eandẽ quippe rem interpretes dicere voluerunt: interest tamẽ aliquid in loquẽdi vsu inter arram ⁊ pignus. Pignus eñ quãdo datur: cum datum fuerit propter quod pignus datum est/pignus auferetur. Sequitur. De ipso precio das aliquid/⁊ erit arra nõ pignus: qđ sit cõplendum/nõ quod auferendum. Hec ille. AVTHOR. Idcirco item hoc signuȝ vel character/q̄uis sit gratia spũssancti in baptismo vel alio sacramento percepta: nõ tamẽ est res sacramẽti que sumentem faciat deo gratum. Hec enim gratia non continuo a sumente tenetur: vel nõ ab vniuersis Corinthijs tenebatur: quorum multi pseudoapostolis coherentes ab eis item sponte baptizati sunt: nec gratiã hanc etiã in baptismo certissime receperũt. Sed nec in chrismate sancto: quemadmoduȝ tractat illũ textũ psalmi/ Sicut vnguẽtũ in capite. li. ij. ꝯtra Petilianũ respõsio
Augusti. ne. cv. Aug. dicẽs. In hoc vnguento sacramentũ Chrismatis vult interpretari. Quod quidẽ in genere visibilium signaculorum sacrosanctũ est: sicut ipse baptism⁹. Sed potest esse ⁊ in hominibus pessimis/in operibus carnis vitam consummantibus/⁊ regnum celorũ non possessuris: ⁊ ideo nec ad barbam Aaron/nec ad oram vestimenti eius/nec ad vllam cõtextionem vestis sacerdotalis pertinentibus. Hec ille. AVTHOR. Hec est inquam gratia/quã vt sigillum pignoris dedit dominus in cordibus nostris/siue pignus ipsuȝ vel arra ibi sit/siue non. Ideo Apostolus post vnctiõnẽ subiecit vtrũq̄/ primo dicẽs: qui signauit nos/⁊ deinde subiecit: ⁊ dedit pignus spũs in cordib⁹ nr̃is. Et q̄ ergo pignus spirit⁹ sit gratia baptismalis in fructu/nõ tamen sic est signaculum quo signatur/nec hanc gratiã per vniuersos certificasset Ephesios/quibus Paulus ait. cap. i. In quo ⁊ credẽtes signati estis spiritu promissionis sancto/qui est pignus hereditatis nostre in redẽptionẽ acquisitionis. Unde in expositione epistolarũ Pauli Ambrosi⁹.
Ambrosi⁹ Signum (inquit) habẽtes redẽptiõis atq̄ hereditatis future/spiritumsanctum datum post baptismuȝ. Redẽpti eñ heredes designati sunt: si in regeneratione ꝑdurent: vt fides preuia veniam: sancta vero conuersatio ꝑdurans cum fide coronã mereat. Hec ille. AVTHOR. Ecce quomodo credẽtes signati sunt per spiritum sanctum datum post baptismum/vtputa in sacramẽto confirmationis/⁊ non tm̃/sed in redemptiõe sunt heredes designati: vt si in regeneratione perdurarẽt/tunc fides preuia veniã in remissionem pctõꝝ: sancta quoq̄ cõuersatio que est fructus confirmationis/perdurans cũ fide coronam mercatur. Iste cõditiones nõ essent dicẽde de gratia gratũ faciẽte: quia illa simpliciter prebet veniã peccatorum. Est ergo signum illius gratie/per spirituȝ sanctum impressum mẽti baptizati fidelis: aut etiã cõfirmati: que vtiq̄ gratia cõcipitur quasi in sinu anime signato charactere vt sigillo. Queadmodum textum illum Pauli. ij. Corinth. i. Et qui vnxit nos deus ⁊ qui signauit nos/exponit Hierony. Signauit nos (inquiẽs) Hierony.
spiritusancto/vel chrismate. Et dedit pignus spiritus ĩ cordibus nostris. Illud signatur qđ aliquid ĩtrinsecus continet preciosum. Pro arra Christi gratiam: omnis autem arra pro magnitudine precij dari solet. Quantũ ergo preciũ est cui⁹ tãta est arra? Hec ille. AVTHOR Attende quo expositio ambulet. Illud (inquit) signat quod aliquid intrinsecus continet preciosum. Quid est illud quod signatur? Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Corda ergo signantur quia continẽt aliq̄d preciosum. Pignus spiritus est illud preciosum quod item est arra. Pro arra (inquit) Christi gratiam. Habemus hic precium contentum Christi gratiam: habem⁹ continens cor hominis/siue mẽtem: habemus ⁊ signaculum cõtinẽtis. Sunt ergo hec tria seorsum. Habem⁹ etiam signatorem spiritumsanctum. Habemus officiuȝ signature limitatum in regeneratiõe spiritussancti/vel chrismate. Habemus ⁊ precium quod finaliter respicit signaturam/sc; gloriam vltimã. His sex numeratis patet q̄ istud signaculũ est aliud quid a spiritusancto vel visibili sacramento vel effectu sacramẽti/qđ est gratia: quia est signaculum gratie vel sigillum spiritussancti ĩ officio mentis impressum: gratiã inesse designans ⁊ gloriam repromittẽs: que etiã cadente gratia non recedit. Sed tũc locum habeat/qđ demon territus dixit. Uas vacuũ/sed signatũ. Qđ aũt isti dicũt sigillũ/Ambrosi⁹
Ambrosi⁹ idem intelligẽs dicit transcriptionẽ gratie/epistola ad Uercellenses cito post principiũ dicẽs. De baptizatis vtiq̄ dictum liquet. Ipsi enim accipiunt hereditatem qui baptizantur in morte Christi/⁊ consepeliuntur cuȝ Christo/vt cum Christo resurgãt. Ideo heredes dei/coheredes Christi sunt. Heredes dei/quia trãscribitur in eos dei gratia. Coheredes Christi/quia renouantur in vitam ipsius. Hec ille. AVTHOR. Ecce propter hereditatẽ dei capiendã per baptismum trãscribitur in fideles dei gratia. Quid aliđ est characterizat? vbi iam est qđ quidam clamant nõ reperiri characterẽ talem in libris veterum patrum/aut si inueniatur vocabulum/nõ tamen ad illum effectũ/vt iam ponit ecclesia? Sicut in libris contra Donatistas primo ⁊ sexto. Audiatur modeste de libro secũdo contra Parmenianũ post mediũ
Augusti. Augustinus/dicens. Si eñ aliqui furtim ⁊ extra ordinẽ in monetis publicis aurum/vel argẽtuȝ/es percutiẽdo significauerint/cũ fuerit deprehensum/nõne illis punitis aut indulgẽtia liberatis cognitũ regale signum thesauris regalibus cogetur? Aut si quisq̄ siue desertor siue qui nunq̄ militauit/nota militari priuatum aliquem signet: nõne vbi deprehẽsus fuerit/ille signat⁹ ꝓ desertore punitur/⁊ eo grauius quo ꝓbari potuerit nũq̄ omnino militasse: simul secum punito/si cuȝ prodiderit audacissimo signatore? At si forte illum militie characterem ⁊ corpore suo non militãs pauidus exhorruerit/⁊ ad clemẽtiã imperatoris cõfugerit: ac pace facta ⁊ ĩpetrata venia iã militare ceperit/nũq̄d hoĩe liberato atq̄ correcto character ille repetit ac nõ poti⁹ agnitus approbatur? An forte minus haberẽt sacramenta Christiana q̄ corporalis hec nota? Cum videam⁹ nec apostatas carere baptismate: quibus vtiq̄ per penitentiam redeuntibus non restituitur: ⁊ ideo amitti nõ posse iudicatur. Hec ille. AVTHOR. Aspiciatur intra cu

tem hec gemina Augustini figura: an non indelebilis character christianorum exprimitur. Nõ inquis/sed totum hoc de visibili sacramento potest intelligi. Transeunter intendunt qui sic existimant. Attende primum exemplum pro baptismate positum/de signatore monete. Secundum pro cõfirmatione/de milite. Ad militiã enĩ spiritualem roboratur qui inungitur. At ĩ primo exemplo tria ponuntur in ordine/signator/percussio/& regale signum/vt correspondeant alia tria/scilicet baptizator q̃uis perfidus/perfido signatori: baptizatio eius in visibili sacramento/percussioni eris sensibili. Cui respondet iam tertium/quod est regale signum. Dic rogo si nosti: aut audi iterum Augustinum dicentem/q̇ iste signator aurum aut argentum/es percutiendo signauerit. Aurum vel argentum informe est homo sine baptismo difformis: es factus iam christianus: percussio eris baptizatio illa visibilis. Si signum ex percussione impressum est etiam sacramentum: binum ergo est ibi baptismi visibilis sacramentum. Non habes quod recte aut rationabiliter dixeris/nisi dixeris signum ex percussione/characterẽ ex baptizatiõe impressuz. Hic item in exemplo cõfirmationis est character militis/qui denuo desertori militi post indulgentiam non iteratur: q2 imperdibiliter tenebatur: dicit Augustinus. Hec est ergo ratio ponendi characterem. Si enim sacramentum ex preteritione sua tãtum fundaret signum huiusmodi discretiuũ/& semp̃ sine amissione tenendũ: cur sacramẽtum altaris non statim visum a non consecrato pane discernitur? Cur sacramentum matrimonij hanc feminam statim aspectam non prodit esse vxorem? aut cur vtrunq; repetitur sacramentum? Habet ergo forte retinaculum in mente characterem omne initerabile sacramentum/cuius vigore non amittitur vnq̃/& cuius facie q̃uis inuisibili semper proditur sacramentũ. Quod ex superiori dicto Augustini satis elucet/cuz dicit. An forte minus herent sacramenta christiana q̃ corporalis hec nota? Inhesio autem sacramentorum non est preteritio tantum: quia si heret manet: si preterit non expectat. Nec est in corpore sed in mẽte/qua agente non iteratur sacramentum/quia non perdebatur: etiam nec p̃ fictionem/nec per heresim/aut quodcunq; graue peccatum. Sic nõ heret aliqua gratia gratum faciens. Nec est ergo sensibilis forma sacramenti vel actus qui preterit: nec est gratia fructus sacramenti qui sic inheret: sed forma sic impressa vt imperdibiliter hereat hec sanctitas sacramenti. Sic enim alias appellat Augustinus hoc idem signaculum siue characterẽ. Item in eodem libro secundo cõtra Parmenianum cito post Augustinus.

August.

Consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corrigendam/sanctitatem autem sacramẽtorum in nullo esse violandam. Constat eam in peruersis & sceleratis hominibus/siue in eis qui intus sunt/siue in eis qui foris sunt/impollutam atq; inuiolabilem permanere. Et q̇ dicuntur eam mali polluere/quantuz in ipsis est dicuntur/cũ illa impolluta permaneat. Sed in bonis permanet ad premium: in malis permanet ad iudicium. Hec ille. AVTHOR. In isto item processu quis non clare viderit conditiones huius signaculi? Tam est indelebile semel impressum/vt in ipsis damnatis maneat ad vindictam/in sanctis celi ad gloriam. Et iterum ipsa sanctitas non polluitur a prophanis. Sed cum pollui dicitur/quantum in ipsis est/intelligatur/inquit Augustinus. Hec igitur sanctitas sacramenti/quam sic appellat Augustinus/& quidam citeriores sic dicunt loco characteris: sicut Parrhisiensis libro de sacramẽtis. Hec inquam sanctitas si sit gratia remissionis que est fructus & res sacramẽti/qualiter in damnatis remanet? Si est extrinsecus forma sensibilis qualiter remanet in beatis: maxime priusq̃ corpora resumpserint sensibiliter baptizata? Est ergo sanctitas character quem deus in baptismo impressit menti hominis/per hominem baptizati. sicut ibidem bene post dicit Augustinus.

August.

Nemo (inquiens) accipit sine dante: sed quod attinet ad baptismi sanctitatem: adest deus q̃ det/& homo qui accipiat: siue per seipsum deo donante siue per angelũ/siue per hominẽ. Hec ille. AVTHOR. Huc item accedit quod idem Augustin⁹ in epistola ad Donatum dicit ĩ ordine epistolarũ .xliiij.

Idem.

Vos (inquiẽs) oues/estis oues Christi/characterem dominicuz portatis in sacramẽto quod accepistis: sed erratis & peritis. Nõ ideo vobis displiceam⁹/quia reuocamus errãtes. Hec ille. AVTHOR. Et in tertia parte sermonum. sermone .cxvij. de Petro & Paulo/qui incipit/Istum nobis diẽ/idez sic ait.

Augusti.

Attẽdite fratres mei. Pasce (inq̇t) ouiculas meas: pasce agnos meos: pasce oues meas. Nũq̇d dixit tuas? Pasce bone serue oues dñicas habẽtes dñicũ characterẽ. Nũq̇d enĩ Paulus p̃ nobis crucifix⁹ est? Aut ĩ noĩe Petri aut Pauli baptizati estis? Ergo pasce oues/ablutas baptismo ei⁹/signatas noĩe ei⁹/redẽptas sanguine ei⁹. Hec ille. AVTHOR. Ecce characterẽ dñicũ oues dñicas distinguẽtem: & ecce iterum signaturã sub noĩe domini. Signatas (inquit) nomine eius. Quid est iste character qui iam in pereunte cognoscit? Gratia fructus sacramẽti? Non: quia in pereunte ipsa non est. Si autem sacramẽtum visibile est: ipsum tunc exigo sacramentum in quo sacramentum istud accipitur. sic enim dixit. Characterem dominicuz portatis in sacramento quod accepistis. Et tunc sacramentum dominicum in seipso sacramento perceperãt. Ex his in pluribus patet euidẽter ratio patrum quam tenent de charactere. Quem item sic Augustinus frequẽter appellat/vt ĩ epistola ad Bonifacium de correctione Donatistarum.

Idem.

Plus (inquiẽs) habet iuris q̇ in eis dominicus character agnoscitur: qui ĩ eis quos suscipimus/nec tamẽ rebaptizam⁹/minime violatur. Sic enĩ error corrigẽdus est ouis/vt non in ea corrumpatur signaculum redemptoris. Neq; enĩ si regio charactere quisq̃ a signatore desertore signetur & accipiat indulgẽtiam: atq; ille redeat ad militiam: ille autem esse in militia in qua nondum erat incipiat: in aliquo eorum character ille rescinditur/ac potius in ambobus agnoscitẽ/& honore debito/quoniam est regius/approbatur. Hec ille. AVTHOR. Et ibidem permodicum ante finem idem Augustinus.

Idem.

Quare me (inquit) non baptizas vt abluas a peccatis? Respõdeo (inquit Augusti.) Quia nõ facio iniuriam characteri imperatoris: cum errorem corrigo desertoris. Hec ille. AVTHOR. Et in lib. vi. cõtra Donatistas de vnico baptismo. cap. i. idẽ ait.

Idem.

Habere & dare & accipere baptismi sacramẽtũ satis illuxit pastorib⁹ ecclesie catholice toto orbe diffuse/p̃ quos postea plenarij cõcilij authoritate originalis cõsuetudo firmata est: etiã ouẽ q̃ foris errabat & dñicuz characterẽ a fallacib⁹ depr̃datorib⁹ suis foris acceperat/venientẽ ad christiane vnitatis salutẽ/ab errore corrigi/a captiuitate liberari/a vulnere sanari/characterẽ tñ ĩ ea dñicũ agnosci potius q̃ ĩprobari. Qñq̇dẽ ipm characterẽ/m̃ri & lupi & lupis infigũt. Hec ille. AVTHOR. Baptismi q̇dẽ sacramẽtũ exteri⁹/sz nõ vltimũ fructũ ei⁹ gratiã baptismalẽ/solet Augu. & alij p̃res vllibi dicere esse fixũ: sed ipsum characterẽ vel signaculũ baptismale impressum vel infixum esse dicũt. Non intelligũt ergo characterẽ eorũ alterutrũ. Et lib. ij. cõtra Petilianũ in fine Augu.

Augusti.

Nõ vestrũ est q̇d destruere metuimus/sed Christi/quod & in sacrilegis per se sanctum est. Nã venientes a vobis

recipere nō possum⁹/nisi qđ vestrū est destruamus. Destruimus eñ perfidiam desertoris: nō destruimus characterem imperatoris. Hec ille. AVTHOR. Ecce qđ etiā in sacrilegis per se sanctum est non destruimus: qđ est character imperatoris: nō est gratia sacramēti: quia illa nō est in sacrilegis. Nec est extrinsecū sacramentū: quia cū fuerat de successiuis/iam nō per se est: quia nec est. Et super canonicā primā Joānis homil. iiij. Augustinus. Ecce accepit sacramentū natiuitatis homo baptizatus/sacramētū habet/ & magnū sacramentū/diuinū/sanctū/ineffabile. Cōsidera quale & nouū hominem faciat dimissione oīm peccatorū. Attēdite tamen in corde si perfectū est ibi quod factū est in corpore: videat si habeat charitatem vt tunc dicat/ natus sum ex deo. si autem non habet/characterem quidem impositum habet/sed desertor vocatur. Hec ille.

Augusti.

Quis est fruct⁹ talis characteris sacramēti. Caput. CX.

Querit item quis sit fructus hui⁹ signaculi siue characteris sacramenti. Querit hūc fructum iste iste wiclefff/nesciens lignum bene plantatū esse ita vt semp̄ det fructum in tēpore suo. Dicemus fructum ei⁹ bipertitū gratia dei optima/qđ est pater luminū. Aliū qui disponit nos ꝑpter deū: aliū item propter nos. Fructus huius signaculi disponens nos ad deum est/quia per modum electionis characterizat & figurat nos ad gratiose complenda diuina mandata/& aptat nos ad omnes sanctificationes & sacramētales cōsecrationes in posterum. Unde. ij. cap. ecclesiastice hierarchie Dionysius. Hoc (inquit) est initium venerandorū mandatorū sacre operationis: & ad aliorum sacrorum sermonū & sacrorū operū susceptibilem opportunitatem formās animales nostras habitudines. secundum translationem antiquam. Sanctus Thomas habet sequēs Vercellensem. Formās & quasi figurās nostrum interiorē hominē ad susceptionē & habitudinē aliarum doctrinarum & operationum & sanctificationū & studium & contemplationem diuinorum. Sequitur. Baptismus vero qui in diuinū esse nos regenerat/principiū est & quasi fundamētū ipsius dilectionis ꝑ quam implent̄ mandata. Hec ibi. AVTHOR. Baptisma ergo tanq̄ regeneratiuum fidelium/& dans eis premium esse diuinū/format habitudines mentis nostre: & quod idem est/characterizat: quia secūdum Hieronymum libro interpretationis triformis/Character grece/forma dicit̄ latine/& figurat hoīem nostrū interiorē ad quodlibet opus sctm̄. Hec est aptior authoritas/& a sctō Dionysio ꝑ ꝓbatione characteris q̄ truncata & longe que sita ne de ꝑpe argueret. Sic eñ ponit̄ character ipressus effectus sacramēti disponēs & ꝓuocās ad gratiam sanctitatis: si tā hoc dicat̄ dici posse de sacramento/secūdū q̄ sic informet & figuret aīam ad gratiā sctitatis. Et nōne istud facit eucharistia? nōne penitētia? secūdū effectū sacramēti/disponūt animā ad gratias ampliores. Et qs vnq̄ dixit de istis sacramētis q̄ ab eis signati sum⁹/aut q̄ in die cōicationis vel vnctiōis extreme nouū signaculū habere cepim⁹? aut tūc signati simus/ aut pignus spūs sit datū in cordib⁹ nostris? Qñ vnq̄ dixit Augustin⁹ nos regis nostri portare characterē ꝑpter sacramētū Eucharistie siue cōiugij? De baptismo dicit hec Apl̄us: de cōfirmatione & de ordine q̄ in illis signant̄ aīe nostre & mētes figurant̄: & accipiūt noua signacula: de ceteris sacramētis nō dicit. Aliud est ergo signum qđ imprimit baptism⁹/vnctio/siue ordo: & alterius generis sanctitas q̄ sit illa cōiugij/aut item penitentie. Hec eñ amitti vllo modo nō potest/quia violabilis non est: & hoc ex impressione figure vel signaculi quod suscepit. Hanc autem veritatem videtur sic intelligere Damascenus dicēs. Peccatorum quidem remissio omnibus similiter per baptismum datur: Gratia autem spiritus secundum proportionem fidei/& prepurgationis. Igitur nunc quidem per baptismum primitias spiritus accipimus: & principium alteri⁹ vite fit nobis regeneratio & sigillum & custodia & illuminatio. Hec ille cap. i. lib. iiij. AVTHOR. Hic nobis nō dedit Damascenus (inquit opponens) q̄ per baptismum fiat nobis sigillum. Nec etiam dicit Damascen⁹ q̄ per baptismū fit nobis custodia vel illuminatio/& tamē causaliter dicuntur hec tria. Nō enim est baptismus illuminatio fidei per essentiam/nec ipsa custodia preceptorum idētitice: sicut patebat in Simone Mago / Anania/ & Saphira. Sed baptismus causat in nobis lumen fidei / & aptat ad custodiam mandatorum per gratiam. Cur nō item causat vel imprimit baptizato sigillum cui⁹ aspectus sit in laudem glorie dei pro acquisitione istius ad fidem Christi? secundū illud Apostoli ad Ephesios primo. Credētes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre in redemptionem acquisitionis in laudem glorie ipsius. Ubi in expositione Ambrosius. Laus glorie dei est cum multi acquirūtur ad fidem/sicut gloria medici est si multos curet. Ideoq̄ ad gloriam dei pertinet: quia gentes vocauit/vt salutis sue medelam consequerentur per fidem promissam Judeis/signum habentes redemptionis atq̄ hereditatis future/spiritumsanctum datuꝫ post baptismū. Hec ille. AVTHOR. Ille qui nouit quomodo spiritussanctus est pignus nostre redemptionis/vel arra/solum causatiue per gratiaꝫ/bene item nouit quomodo baptismus est nobis signum vel signaculū quo signati sumus Christo in laudem glorie ipsius. Et est congruentia valida de signaculo circūcisionis/que fuit nostri baptismatis directa figura. Congruit enim vt figure ad veritatem & vmbre ad corpus sit discreta proportio/non quidem in effectu vltimo oīno proximo: & sicut de remissione originalis culpe vel huiusmodi: sed distinctio de effectu ex ea parte qua sacramenta sunt. Jam ex ea parte qua circuncisio extitit sacramentum/non inuenitur conuenire nostro baptismati/nisi in impressione signaculi. Illud ergo necesse est inuenire in nostro baptismate vt conformis sit figure. Fiebat enim circuncisio in corporis parte pusilla & vili: Baptismus in toto vel parte potiori. Fiebat item circuncisio cultro petrino/aut rigido ferro: Baptismus in fluxibili elemento. In his ergo nulla proportio: sed circuncisio impressit figuram discretiuam fidelis a perfido: signū inquam ab ipso sacramēto & effectu eius remoto oīno distinctū/scilicet cicatricē in carne. Congruum igitur est vt etiam baptismus imprimat signum a se distinctum relinquendum in mente. Alias secundum se quomodo precelleret in efficacia baptismum Joannis? quod vtiq̄ signum erat in baptizatis/sed signaculum non effecit. Unde super illum textū Actuum/Si spiritumsanctum accepistis credentes. in expositione. libro primo. Beda. Hoc est si post baptisma manus impositionem qua spiritussanctus dari solet / accepistis. Joannes baptizauit baptismo penitentie. Non hoc baptismo (inquit) remissionem peccatorum donare: sed penitentiam tantum potuit docere. Nam sicut signum circuncisionis signaculum in patriarchis fidei quam gerebant / extiterat: ita & hoc lauacrum populus penitens quasi singulare signaculū

Fructus characteris.

Dionysi⁹.

Damasce.

Ambros.

Beda.

sue deuotionis accepit:qđ tamē ipm figuraliter etiam
Christi baptisma quo remissio darež ostēderet.Hec ille.
AVTHOR.Nota/dicit signū circūcisiōis fuisse signa
culū fidei:nō dicit circūcisionē fuisse ipm signaculuꝫ:qꝛ
fuit sacramentū.Baptismū vero Joānis dicit fuisse ip
sum signū deuotiōis in populo ꝛ baptismatiꝫ christiani.
Quia baptismus Joānis nō de se fuerat sacramētum/
nec causauit characterē separatū.Characterizat ergo
baptismus Christi in mēte:sicut ꝛ circūcisio characteri
zauit in carne.Vtrūqꝫ sacramentū/vt susceptores suos
patēter distinctos ostēdat/ꝛ ea causa maxime. In cuiꝰ
signum quando erant Judei cū seipsis quadraginta an
nis in deserto/nō circuncidebātur.Restat ergo necesse
est vt aliquo sacramēto causetur per impressionē signa-
culi cōsimilis nota discretionis in populo Jesu Christi.
Vnde.iiij.lib.sentētiarū.cap.de circūcisione/hāc innuit
Damascenꝰ.Circūcisio(inquit)ante legē data est Abra Damasce.
he:post benedictionis repromissinem distinguens inter
ipm ꝛ eos qui ex ipso/ꝛ q̄ in domo eiꝰ generabanž/a gē
tibus cum quibus conuersabantur.Et manifestū/quo-
niam quādo in eremo quadraginta annis Israel solus
secundum seipm conuersatus est:non cōmixtus aliꝫ gē-
ti/quotquot in eremo nati sunt non circuncisi sunt . Cū
autē Jesus transire fecit eos Jordanem/circūcisi sunt:
ꝛ secunda lex circuncisionis facta est.In Abraham enī
data est lex circuncisionis:deinde quieuit in eremo qua
draginta annis.Rursus secūdo dedit dominꝰ Jesu Na
ue legem circuncisionis post transitum Jordanis:sicut
in libro Jesu Naue scriptū est.Sequitur.Pro his aūt
constituit filios Israel quos Jesus circūcidit:propter-
ea quia geniti incircūcisi fuerāt per viā. Quare signuꝫ
erat circuncisio discriminās Israel a gentibus cum qui
bus conuersabantur.Typus autem baptismatis erat.
Sicut enim circuncisio non membrum abscidit corpo-
ris/sed superfluitatē inutilē:ita p sanctum baptismum
peccatum circūcidimus.Peccatū aūt manifestum est
q superfluitas ꝯcupiscētie est/ꝛ non vtilis concupisciē
tia.Impossibile est nequaq̄ concupiscere vel finaliter
sine gustu voluptatis esse:sed quod inutile est volupta-
tis.s.inutilis concupiscentia ꝛ voluptas/hoc est pecca-
tum/quod circuncidit sanctū baptisma/tribuēs signū/
honorabilem crucem in fronte:non a gentibus discrimi
nans nos(Omnes enī gentes baptismate polite sunt ꝛ
signo crucis sigillate sunt) sed in vnaquaqꝫ gente fide-
lē ab infideli distinguēs.Veritate itaqꝫ apparēte inuti-
lis est typus ꝛ vmbra. Quare superfluum est nunc cir-
cuncidi/ꝛ contrarium sancto baptismati. Hec ille. AV-
THOR.Ecce tota ratio circuncisionis/vt per figuram
stigmatis ibi relicti posset dei seruus a pagano secū cō
uersante discerni . Si cum nullo conuersež:nec haberi
requiritur.Ita(inquit)ꝛ baptismo peccatum circunci-
dimus/quod est effectus eius remotꝰ.Tribuit (inquit)
nobis signum honorabile/scilicet crucem in fronte:ꝛ il
le est effectus eius propinquus:nec tn̄ in illa patente
corporis parte que oculis prominet/sed magis in verti
ce rationis/non distinguens nos a gentibus quasi na-
tionem ꝛ separatam progeniē/sicut fecit Israel:sed ma
gis infidelem separans a fideli.Et has conuenientias
ex eo fundat q typus baptismatis erat circuncisio.
¶Alius itē fructus istius characteris est propter.nos
vt scilicet in prospectu huiꝰ signaculi diuinas vltiones
euadamus/ꝛ malignorum spirituum impetus decline-
mus:ꝛ rursus omnium bonorum spirituum amicitias ꝛ
iuuamina consequamur.Hoc vtiqꝫ ne aliquando desine
ret/in vtroqꝫ testamēto nouo ꝛ veteri signatum est.Eze
chielis.ix.Transi per mediam ciuitatem in medio Hie
rusalē:ꝛ signa Tau sup frontes virorū gementium ꝛ do
lentiū sup cunctis abominationibꝰ q̄ fiūt in medio eiꝰ.
Et dixit illis/audiēte me/Trāsite p ciuitatē sequentes
eum ꝛ percutite:non parcat oculus vester . Sequitur.
Omnem autem super quem videritis Tau/ne occida-
tis.ꝛ a sanctuario meo incipite.Simile huic Apocaly.
vij.Nolite nocere terre ꝛ mari/neqꝫ arboribus/quousqꝫ
signemus seruos dei nostri in frōtibus eorum. Vnde su Hierony.
per predicto Ezechieř.in expositione in glossa Hierony Tau.
mi . Tau litera extrema in antiquis Hebreorū literis/
quibus vsqꝫ hodie vtuntur Samaritani:crucis habet
similitudinem: que in Christianorum frontibus frequē
ter figuratur/cuius munitione signatur . Senem/ado-
lescentulum ꝛ virginem/paruulū ꝛ mulieres interficite.
Omnes isti pereunt si absqꝫ Christi signaculo se aliqđ
esse credūt.Hec ille.AVTHOR.Ex quo loco scripture
huius signaculi tam fructus annotaž q̄ necessitas.nec
tam ista q̄ qualitas.Nō tantū enī crediž esse talis cha
racter in genere:sed vtiqꝫ figura crucis in specie/quam
mēte gerimꝰ a die baptismatis p impressionē sanctispi
ritus:dicēte Paulo ad Ephesios.In quo credentes si
gnati estis spū ꝓmissionis sctō.Vbi in annotationibus Anselmus
suis Anselmꝰ.Signati (inq̄t) estis.i.diuisi a grege dia-
boli per spm̄sctm̄/signo crucis . Hec ille . AVTHOR.
Hoc enī signū minio agni sanguinis rubricatum in edi-
bus animarum nostrarum prospectum ab angelo exter
minatore solos christianos defendit.secūdū illud Exo.
xi.Erit autē sanguis vobis in signum in edibus in qui-
bus eritis/ꝛ videbo sanguinem/ꝛ transibo vos/nec erit
in vobis plaga disperdens/quando percussero terram
Egypti.Et bn̄ infra.Nullus vestrū egrediaž ostium do
mus sue vsqꝫ in mane.Transibit enim dominus percu-
tiēs Egyptios.Cumqꝫ viderit sanguinem in superlimi
nari ꝛ in vtroqꝫ poste/transcendet ostium/ꝛ non sinet p-
cussorem ingredi domos vestras/ꝛ ledere.Si autem in
figura hoc contingebat illis:quid est veritas/nisi q si-
gno dominice passionis liniuntur singuli facti in bapti
smate christiani/vt ab angelo vastatore qui vno vitio
totum genus trucidauit humanum/inspecto sacrosan-
cto charactere tuti fiāt?Sicut in eodem loco in Isago-
gis suis Isidorus.Sanguine agni liniuntur Israelita- Isidorus.
rum postes/ne vastator angelus audeat inferre perni-
ciem.Signātur ergo signo dominice passionis in fron-
tibus fidelis populi ad tutelam salutis:vt hi soli ab in
teritu liberentur:qui cruore dominice passionis corde ꝛ
fronte signati sunt.qui etiā opere loquunž. Signatum
est sup nos lumē vultus tui dn̄e. Hec ille. AVTHOR.
Sine tali signo nouit deus q̄ sunt eius:nō dubiū.Sine
tali itē signaculo potuit certificare spiritꝰ ꝛ tutores ꝛ
vīdices vt hos liberarēt:hos punirēt.Sꝫ tn̄ ꝓpter nos
qn̄qꝫ corꝑalibꝰ signis/qn̄qꝫ spūalibꝰ admonēdos signa
cōstituit:sicut ꝛ orare ꝛ sacrificare ꝛ docere sensibiľr/q̄
uis ipe corda hoīm ꝑlustrare potuit sine strepitu corpo
rali.Nemo igiž hoc signū dn̄ici characteris paruipen-
dat/q̄ hoc signo solo a die mala liberari desiderat. Tot
enī scripture nō sinūt cassatū ire qđ ꝑdicāt:q̄s fructus
se satis ꝓducit in huiꝰ signi fidē cōtra Demetrianū x- Cyprianꝰ.
sus finē sctūs ꝑsul Cyprianꝰ . Succēdi ꝛ cremari alie-
nigenas ꝑcinit dn̄s.i.alienos a diuino gn̄e ꝛ ꝓphanos
spūaliter nō renatos/nec dei filios factos.Euadere enī
solos posse q̄ renati ꝛ signo Christi signati fuerint/alio ī
loco deꝰ loquitur:quando ad vastationē mundi ꝛ inte-
ritum generis humani angelos suos mittens grauius
in vltimo comminatur dicēs . Vadite ꝛ cedite ꝛ nolite
parcere oculis vestris:nolite misereri senioris neqꝫ iu-
uenis:ꝛ virgines ꝛ mulieres ꝛ paruulos interficite vt
perdeleantur. Omnem autem super quem signum scri
ptum est/ne tetigeritis.Quod autem sit hoc signum/ꝛ

qua in parte corporis positũ/manifestat alio in loco/ di cens. Trãsi per mediã Hierusalē/ꝛ notabis signũ super frontes virorũ:q̃ ingemũt ꝛ merent ob iniquitates que fiũt in medio ipoꝝ. Et ꝙ ad passionē ꝛ sanguinē Christi pertineat hoc signum: ꝛ ille saluus atꝗ incolumis seruet/q̃squis in hoc signo inuenit:itidē dei testimonio cõprobat dicētis. Et erit sanguis in signo vobis super domos in q̄bus ibi eritis:ꝛ videbo sanguinē ꝛ protegã vos/ꝛ nõ erit in vobis plaga diminutionis cũ percutiã terrã Egypti. Qđ aũt occiso agno precedit in imagine/implet i Christo secuta postmodũ veritate. Et illic percussa Egypto/Judaicus pp̄ls euadere nõ nisi in signo ꝛ sanguine agni potuit:ita ꝛ cũ vastari ceperit mũdus ꝛ percuti:q̃squis in sanguine ꝛ signo Christi inuentus fuerit/solus euadit. Hec ille. AVTHOR. Videtis quãta sit necessitas nõ solũ sacramēti sꝫ ꝛ signaculi baptismalis. Quia sicut nõ suffecit sanguinē agni fundedere nisi ex eo postes essent liniti:ita nec Christi sanguine ꝑ baptismũ animã dilui/nisi retineat vestigiũ huius signi. Nec ita requiritur ad salutē oīs sacramēti charactere habētis characterē/q: nec omnino ad salutē habētis/de necessitate requiritur sacramētũ. Eius em̄ sacramenti signũ exigit ad salutē si ꝛ ipm̄ sacramentũ sic exigat adesse. Nec tamē omne sacramentũ causat in suscipiēte characterē/sed solũ tale qđ notãter distinguit familiã in cõparatione ad dñm:sicut habet sup quartum Carmelita noster walsinghã. Sola(inquiēs)tria sacramēta characterē imprimũt/scꝫ baptim⁹/confirmatio/ꝛ ordo/quia triplex distinctio sufficit in exercitu bene ordinato:scꝫ distinctio totius exercit⁹ ab alijs/distinctio militũ a peditibus/distinctio ducis a ceteris. Per characterē baptismalē distinguit totus exercit⁹ totius ecclesie ab exercitu diaboli. Per characterē cõfirmationis distinguunt deputati ad certamē spirituale ꝯtra fidei ꝑsecutores a cõmuni pp̄lo. Per characterē ordinis distinguunt duces a reliquis/q: ordinati ad ministrandũ sacramēta deputant vt sint duces in pp̄lo. Hec ille. AVTHOR. Ex his sequit ratio cur hec sacramēta nõ iterant/q: manēt semꝑ in seipsis:cum manēt in effectu suo proximo/scꝫ signaculo fidei/qđ est character. Attamē nõ defuerũt/q̃ dicerēt manere baptisma/sed nõ manere sacerdotiũ vel ordinē:q: ius dandi baptisma amitteret. Potuit motiuũ placuisse isti witcleff:q: talis ꝑderet om̄e ius ad bona dei:eo ꝙ nihil põt dñs dare inimico suo capitali. Respõdet aũt lib.ij.ꝯtra Parmenianum post mediũ Augustinus. Jllud qđ quidã eorũ veritate deuicti dicere ceperũt: Baptismũ quidē nõ amittit q̃ recedit ab ecclesia:ius tñ dãdi amittit:multis modis apparet frustra ꝛ inaniter dici. Primo/quia nulla ostēdit causa cur ille qui baptismũ ipm̄ amittere nõ potest/ius dandi potest amittere. Vtrũꝗ enim sacramentum est/ꝛ quadã cõsecratione vtrũꝗ homini dat:illud cũ baptizat:istud cũ ordinat:ideoꝗ in catholica vtrũꝗ non licet iterari. Nam siquando ex ipsa parte venientes etiam prepositi bono pacis correcto errore/correcti sunt:ꝛ si visum est opus esse vt eadē officia gererēt que gerebant/nõ sunt rursum ordinati:sed sicut baptismus in eis/ita ordinatio mansit integra:quia in precisione fuerat vitium/quod vnitatis pace est correctum/non in sacramentis:que vbicunꝗ sunt/ipsa sunt. Et cum expedire hoc iudicatur ecclesie/vt prepositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi nõ administrent/non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur:sed manent super eos: ideoꝗ non manus eis in populo imponuntur:ne non homini sed ipsi sacramento fiat iniuria. Hec ille.

walsingham.

Augusti.

De sacramento confirmationis, quomodo sit de necessitate salutis, & qualiter regulariter ministratur. Caput. CXI.

Confirmationis venerabile sacramentũ est appropriate quodãmodo spiritussancti donũ: in ipo enim roboratur qui in baptismate nascit. Circa qđ igit iste witcleff tãto periculosius errat:quanto hoc ipso cõtra spiritũsanctũ/cuius est signaculũ/manifestius verbũ dicit:nec tantũ verbũ/aut vnum verbũ/sed quattuor/sic collecta.iiij.trialogi capite.xiiij. Nõ(inquit)video ꝙ gñaliter sit hoc sacramētũ de necessitate salutis fidelium. Nec ꝙ pretēdētes se cõfirmare pueros regulariter hos cõfirmēt. Nec ꝙ hoc sacramētum sit specialiter episcopis Cesareis reseruatum. Et vlterius videtur mihi ꝙ foret plus religiosum ꝛ conformius modo loquendi scripture/negare ꝙ nostri episcopi dant spiritumsanctum/vel cõfirmant vlterius sancti spiritus datione. Hec witcleff. AVTHOR. Ad primũ dirigens oculos/de necessitate huius sacramēti/hoc vnũ video dicēdũ/ꝙ in ambiguo verbi sui generaliter latebras querit:cum estimem eum absolutam illam propositionem sine illa adiectione cõcedere. Saltem respõdeamus/vnde edificemus fideles tam esse cõfirmationem sacramentum necessarium q̃ est charitatis diffundende signaculum. Jn baptismate enim charitas infunditur:in cõfirmatione ꝛ episcoporum manus impositione diffunditur. Unde ꝛ hoc sacramentum directe intellexit Apostolus/cum diceret/Charitas dei diffusa est in cordibus vestris ꝑ spiritũsanctũ qui datus est nobis. Hoc enim plane sic intellectum a patribus in tertio libro de vnico baptismo/cõtra Donatistas.cap. xiiij. dilucidat Augustinus dicēs. Spiritus aũt sanct⁹ qui in sola catholica ꝑ manus impositionē dari dicit: nimirũ hoc intelligi maiores nostri voluerunt qđ Apostolus ait. Quoniã charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũsanctũ qui datus est nobis. ipa est em̄ quã nõ habēt qui ab ecclesie catholice cõmunione precisi sunt. Hec ille. AVTHOR. Ecce spiritussanctus datur per manus impositionē. Cur tu dicis in. iiij. magis religiosum fore hoc negare/ꝙ epi nostri dãt spm̄sctm̄? Si dicas episcopos nostros non dare/sed dñm per manus impositionē epi/aliud dicas. Sic ergo intelligēda est regula illa Apl̄i iuxta traditionē maioꝝ nostroꝝ in ecclesia Christi/ꝙ regulariter ꝑ manus ĩpositionē epi diffusa est charitas dei i cordib⁹ nr̄is ꝑ spm̄sctm̄. Quare ꝙ dixisti secũdo ꝙ ꝑtēdētes sic facere regulariter nõ cõfirmãt? Aut veritas illa apostolica nõ est v̄itas regularis vl̄ regulariter vera? Ecce si illud sensibile miraculũ sequeret manus impositionē iam/quod olim regulariter sequebatur/sensuũ necessitate deuict⁹ affirmares regulariter etiã nũc spiritũsanctũ dari. Sed fortior est ratio fidei q̃ sensus. Ergo si fidelis esses de regulari tali sequela iã nõ diffideres. Jn iã ꝑdicto libro Augustinus. Nec enim(ait)temporalibus ꝛ sensibilibus miraculis attestantibus modo datur spiritussanctus sicut antea dabatur/ad commendationem rudis fidei/ꝛ ecclesie primordia dilatãda. Quis em̄ nũc hoc expectat

witcleff.

Augusti.

Idem.

vt ij quibus manus ad accipiendum spiritumsanctum
imponit̄ repente incipiāt linguis loqui? Sed inuisibili
ter ꝛ latēter intelligit̄ p̱ vinculū pacis eoꝝ cordibus di
uina charitas inspirari vt possint dicere/Qm̄ charitas
dei diffusa est in cordib⁹ nostris p̱ spm̄sctm̄ q̄ datus est
nobis. Hec ille. AVTHOR. Ecce q̄uis sensibilia mira
cula nō iam testent̄ per impositionē manus spiritūsan-
ctū dari/latenter tamē intelligit̄ cordibus nostris dari
ita vt possimus dicere qꝛ charitas dei diffusa est in cor-
dibus nostris. Quomō possem⁹ sic de inuisibili dei do-
no presumere propter man⁹ impositionē/nisi regulari-
ter sequeret̄? Nec opponas huic fidei Augustini exce-
ptionē aliquā de cōtingēti crimine vel fictione p̱sone/
nisi dixeris te nescire quātū distet semp̱ ꝛ omnino verū
a regulariter esse verū. ¶ Sed reuertamur ad primum
vt de huius sacramēti necessitate dicam⁹. Fuerūt olim
in ecclesia qui cōtra huius exigentiā arguebāt. Aut (in
quiūt) nō totū dei donū in regenerationis fonte cōcepi
mus: aut cōfirmatio sequēs est inutilis. Quib⁹ satisfe-
cit Melchiades papa precessor Syluestri decreto suo
Melchiades. secūdo capite dicēs. Quia diximus q̄ man⁹ impositio ꝛ
cōfirmatio ei q̄ iam regeneratus in Christo est/cōferre
aliq̄d possit/forte cogitet sibi aliquis. Quid mihi pro-
dest post mysteriū baptismatis/mysteriū cōfirmantis?
Aut quātū video nō totū de fonte suscepim⁹: si post fon
tē/adiectione noui generis indigem⁹. Nō ita dilectissi-
mi: attēdat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo
vt cū imperator quēcūq; militū receperit in numerum
nō solū signet receptū/sed etiam armis cōgruētibus in
struat pugnaturū: ita in baptizato bn̄dictio illa muni-
tio est. Dedisti militē: da ei adiumēta militie. Nūq̄d p̱-
dest si q̄sq̄ parētū magnā paruulo cōfert facultatē/ni-
si prouidere studeat ꝛ tutorem? Ita paraclitus/regene
ratis in Christo custos ꝛ cōsolator ꝛ tutor est: ideo dicit
sermo diuinus/Nisi dn̄s custodierit ciuitatē/invanū vi
gilāt q̄ custodiūt eā. Ergo spūssanctus q̄ sup̱ aquas ba
ptismi salutifero descēdit illapsu/in fonte plenitudinē
tribuit ad innocētiā: in cōfirmatione augmētū prestat
ad gratiā: quia in hoc mundo tota etate victuris inter
inuisibiles hostes ꝛ pericula gradiēdū ē. In baptismo
regeneramur ad vitā: post baptismū ꝯfirmamur ad pu
gnā. In baptismo abluimur: post baptismū roboramur.
Hec ille. AVTHOR. Textus antiq̄ hui⁹ patris aper-
tus est: q̄ de tuis ep̄is cesareis vt tu blasphemas eo nō
est/q̄ dotationē Cesaris vnico succedēte Syluestro p̄-
cessit. Ideo vtrūq; sacramentū est necessariū: baptisma
primo/ꝛ ꝯfirmatio subsequēs/vt sequēs preaccepta bo
na defendat ꝛ roboret. Nō est em̄ solidus cibus inutilis
homini: qꝛ prius lacte suo paruulus bonos artus ꝛ ful
cimēta suscepit. Qꝛ solidus cibus ideo necessarior erit
quo simplr̄ meli⁹ est habere fortia ꝛ robusta q̄ qualia-
cūq; mēbra. Inde in antiquiori ecclesia tāta hui⁹ sacra
mēti putabat̄ necessitas vt plen⁹ christian⁹ nō cēseret̄
Urbanus. q̄ nōdū man⁹ impositionē accepit: sicut nec pueros te-
neros plenos hoīes quousq; vires hoīm habeāt dicere
assolemus. Vn̄ in decreto suo cap. vij. sctūs ille Urban⁹
papa/magister sctē Lucie. Oēs (inq̄t) fideles p̱ manus
impositionē episcoporū spiritūsanctū post baptismū ac
cipere debēt/vt pleni christiani inueniant̄. De spūsancto
accepim⁹/vt spūales efficiamur: qꝛ aīalis homo nō per
cipit ea que sunt spūs dei. Quia cū spūssanctus infun-
ditur cor fidele ad prudētiā ꝛ cōstātiā dilatat̄. De spiri
tusancto accepimus vt sapiamus inter bonum malūq;
discernere/iusta diligere/iniusta respuere: vt malitie ac
sup̱bie repugnem⁹/vt luxurie ac diuersis illecebris resi
stamus. De spūsctō accepimus vt amore eterne glorie
ꝛ ardore succēsi/erigere a terrenis mentē ad superna ꝛ
diuina valeamus. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝛ iste pa-
pa. xvi. a beato Petro secundū catalogū Augustini/
Cesareus papa nō fuerat: qui p̱ necessitate hui⁹ sacra-
mēti determinat ꝛ limitat hāc manus impositionē epi Cōcilium
scopis. Itē ex cōcilio Laodicēsi versus finē dicit̄. Opor Laodicēse
tet eos q̄ baptizant̄ post lauacrū chrisma celeste perci-
pere/ꝛ regni Christi participes inueniri. Hec ibi. AV-
THOR. Trāsumpta sunt hec capitula ex annoso libro
decretorū pontificū. Itē ex cōcilio Aureliensi. Ut ieiu- Cōcilium
ni ad confirmationē veniant perfecte etatis: vt moneā Aureliē.
tur cōfessionē facere prius/vt mūdi donū spūssancti va
leant accipere. Et qꝛ nunq̄ erit christianus nisi in cōfir
matione ep̄ali fuerit chrismat⁹. Hec ibi. AVTHOR.
Bene notat iste canon vt nisi mundus accedat ad hoc
sacramētū/spiritū suscepturus paraclitū: quia spiritus
sanctus effugit om̄e fictum/nec habitat in corpore sub-
dito peccatis. Ideo adulti oēs confessi procedēt etiam
post baptismū: ꝛ tandē consonanter alijs scribit q̄ nun
q̄ erit christianus. i. plenus christianus q̄ supuiuit nisi
in cōfirmatione episcopali fuerit chrismatus. In lib. ij.
de sacramētis parte. vij. cap. iij. Hugo. In gestis pōtifi- Hugo.
calibus legitur q̄ Syluester papa cōstituit vt baptiza
tum presbyter in vertice chrismate liniat propter occa
sionē quidē mortis: ne forte p̱ absentiā episcopi ꝛ diffi-
cultatē eum cōsequēdi/sine manus impositione bapti-
zatū ab hac vita migrare cōtingeret. Quod quidē om̄i
no periculosum esset. Quia sicut in baptismo remissio
peccatorū accipitur/ita per manus impositionē spiri-
tus paraclitus datur. Illic gratia tribuit̄ ad peccatoꝝ
remissionē: hic gratia datur ad cōfirmationē. Quid au
tē prodest si a lapsu erigeris/nisi etiā ad stādū cōfirme
ris? Propterea timēdū est ijs q̄ per negligētiā amittūt
ep̄i presentiā/ꝛ nō suscipiūt manus impositionē/ ne for
te p̱pterea dānent̄/quia festinare debuerūt/dum potue
rūt. Propter eos em̄ q̄ articulo tēporis preueniunt̄/ in
stituta est illa qua sacerdos baptizatū statim ī vertice
linit sacri baptismatis vnctio: vt in hoc ip̄o ostēdat̄ quā-
tum sacramentū istud ad salutē necessariū sit/cū tā sol-
licite vniuersis cauet̄ ne forte sine ip̄o ab hac vita sub-
trahant̄. Manifestū est autē q̄ primis tēporibus om̄is
vnctio chrismatis p̱ solos pōtifices fiebat. Hec ille. AV
THOR. Quanta est ergo consequēdi necessitas sacra-
mēti quādo Syluestro ꝛ patrib⁹ videbat̄ adesse dāna-
tionis periculū ijs qui morte preuēti accipere sacramē
tum crassa negligētia omiserint? Ideoq; quātū poterāt
laxabant sacerdotibus potestatem vngendi in vertice
baptizatos/vt vbi principali non possent/vicaria vn-
ctione succurrerent.

Q̄ sacramento confirmationis regulari- ter confertur spiritussanctus. Cap. CXII.

Nouatus. Nouatiz enim Nouatiane heresis
principē quid aliud a spiritusan-
cto seclusit/ꝛ spiritui subiecit im-
mūdo/nisi abbreuiatus baptism⁹
ꝛ euacuate confirmationis ecli-
psis? Unde ī libro ecclesiastice hi
Eusebius. storie Eusebius Cornelium papā
Cornelius papa. introducit scribentem in epistola
ad Fabianum Antiochenum epi
scopum de eodē Nouato: ꝛ est libro sexto/ capite trige
simoquinto. Addit hoc: q̄ idem ipse Nouatus in iu-
uentute spiritu immundo vexatus sit: Et cum tem-
pus aliquantum consumpsisset apud exorcistas/egri-
tudinem incurrerit grauem/ita vt desperaretur/ꝛ q̄
iacens in lecto pro necessitate perfusus sit: nec re-
liqua in eo que baptismum sequi solent solenniter

adimpleta sint: nec signo chrismatis consummatus sit.
Unde nec spiritũsanctũ unq̄ potuit promereri. Deniqꝫ
(inquit) cũ priuata quadã gratia diligeret ab episcopo/
⁊ vellet eũ ordinare presbyterum: clerus vero omnis ⁊
q̄plurimi ex laicis prohiberẽt dicẽtes nõ licere clericũ
fieri eum qui necessitate positus in lecto gratiam conse
cutus nõ sit: episcopum ab omnibus specialẽ gratiã po=
poscisse vt sibi hoc de isto vno concederet. Hec ille. AV
THOR. Illud aũt qd̃ secũdo adiungit: ꝙ/vt dicit/non
videat ꝙ pretẽdẽtes se confirmare pueros regulariter
hos ꝯfirmẽt: Quis nesciat eũ hoc dicere quia est ĩ hac
parte plenarius Donatista: vt in capite huiꝰ libri mul
Witcleff. tis claret capitulis? Et idcirco secũdũ ipm̃ põt esse du=
plex obstaculũ/ne regulariter sacramẽtantẽ comitetur
effectus. s. ipsius ministri pretẽdentis ꝯferre/aut susce
pturi malitia/vel forte prescietia. Sed breuiter est vtrũ
qꝫ soluendũ: q: ab olim vtrũqꝫ censebat hereticũ. Pri=
mum scꝫ ne effectum sacramenti obtruncaret malitia
ministrantis/innumera pene patrũ dicta cõdẽnant. At
Donatistas inuentores huius heresis/⁊ dictis Cypria
ni se tegẽtes/ex dictis eiusdẽ Cypriani ⁊ authoritatibꝰ
quas adduxit lib. v. ꝯtra Donatistas. cap. xx. sic arguit
Augusti. Augustinus. Certe Joannes apostolus apertissime di
cit. Qui odit fratrẽ suum in tenebris est vsqꝫ adhuc. Et
iterum. Qui odit fratrẽ suum homicida est. Cum ergo
tales intus baptizãt quos in maliuola dissensione fuis
se Cyprianus ipe commemorat: quomodo aquam mun
dat ⁊ sanctificat homicida? Quomodo benedicũt oleũ
tenebre? Si autẽ deus adest sacramẽtis ⁊ verbis suis ꝑ
quales libet ministret: ⁊ sacramẽta dei vbiqꝫ recta sũt:
⁊ mali homines q̃bus nihil possunt vbiqꝫ peruersi sunt.
Sequitur. Cur aũt ad verba que procedũt ex ore homi
cide/possit tamẽ deus oleum sanctificare: ⁊ in altari qd̃
heretici posuerunt nõ possit: nescio. Nisi forte quẽ cor
Ar. signũ. hominis fallaciter conuersum intus nõ impedit: lignũ
fallaciter positum impedit foris quo minus sacramen=
tis suis adesse dignetur/nullis hominũ falsitatibus im
peditus. Hec ille. AVTHOR. Hoc vltimũ arguebat ꝓ
pter quosdã illorum ponentium quedã scelera propter
que ministris talibus deus cũ sacramẽtare pretẽderẽt
non adesset. Mitius errabant isti q̄ witcleff/qui nullũ
scelus excepit. Cõtra vtrosqꝫ tamẽ currit Augustinus
dicẽs. Si deus. i. quia adest sacramẽtis ⁊ verbis suis ꝑ
quales libet ministrẽt: ⁊ sacramẽta dei vbiqꝫ recta sunt:
ergo tũc regulariter cõferunt. Cõtra hoc (inquiũt) dicit
euãgelium. Scimus quia peccatores deus nõ exaudit.
Augusti. Hec ibi Augustinus. Si ergo ad hoc valet qd̃ dictũ est
in euãgelio/Deus peccatores nõ audit: vt per peccato
rem sacramẽta non celebrent: quomodo exaudit homi
cidam deprecantẽ vel sup aquã baptismi/vel sup oleũ/
vel sup eucharistiã/vel super capita eorum quibus ma=
nus imponunt? Que tamẽ omnia ⁊ fiunt ⁊ valẽt/etiam
per homicidas. i. per eos q̃ oderunt fratres. Etiã in ipa
intus ecclesia: cũ dare nemo possit qd̃ nõ habet/quomo
do dat homicida ministrãs spiritũsanctũ? Et tamẽ etiã
intus ipe baptizat. Deus ergo dat etiã ipo baptizante
spiritũsanctũ. Hec ille. AVTHOR. Ex authoritate Cy
priani videtur cõcludere tanq̄ certum ꝙ deus dat/ho=
micida ministrante spiritumsanctum: ⁊ sic exaudit ho=
micidam benedicentem oleum/⁊ manus imponentẽ/ꝙ
sacramẽta non sunt homicide nec verba/sed dei. Nolit
ergo witcleff negare deo regularitr effectum suum ꝓ
pter ministrum pretensum: sed ⁊ dicat witcleff aut ali=
quis sectator eius vtrum aliquem baptizare vel vnge=
re poterit. Si nõ potest/sine causa minister sacramẽto=
rum dei est. Si potest/⁊ tũc nunquid peccator non est?
Petilia. Magister eius Petilianꝰ sic solebat exprobare catho
licos. Oleum (inquit) peccatoris nõ vnget caput meũ.
At cõtra lib. ij. cõtra Petilianũ/rñsione. ciiij. Augusti.
Sed dic/si audes/non sum peccator. Ille quippe ait/ Augusti.
Oleum autem peccatoris. Quicquid eñi in te vel leuis
peccati fuerit inuentũ/vnde ostẽdis nõ pertinere ad id
qd̃ dictũ est: Oleum peccatoris? Quero eñi vtrum ores
oratione dominica: si nõ ores ea oratione qua dñs orare
discipulos docuit? Unde aliã didicisti pro maioribꝰ me
ritis tuis excedentem merita apostolorũ? Si autem sic
oras vt ille magister docere dignatꝰ est: quomodo dicis
Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus de
bitoribus nostris? Neqꝫ eñi de illis peccatis hoc peti=
mus que nobis in baptismo dimissa sunt. Ergo ista ver
ba oratiõis aut non te ꝑmittũt esse dei deprecatorẽ/aut
aperiũt pctõrẽ. Eant nũc ⁊ osculent tibi caput qui abs
te baptizati sunt/quorũ capita oleo tuo perierunt. Hec
ille. AVTHOR. Passim sunt ista ⁊ ꝯtra witcleff sine
sollicita declaratione eo lenius audienda quo constat
clarius cõtra eũ sicut cõtra Donatistã quẽlibet milita
re. Petilianus eñi qui noluit vngi caput suũ oleo pctõ
ris/cũ tamẽ ipe cõfirmare pretẽderet alios: cõuincitur
eorum capita oleo pctõris inungere aut orationẽ domi
nicã abiurare. Quo ad impedimẽtum sacramẽti cõfir=
mationis pro peccato inuncti facit argumentum iacta Petilia.
bundi Petiliani quod statim submittit. Unguẽtum (in
quiẽs) concordie sic in fratribus laudat Dauid/Ecce q̄
bonum ⁊ q̄ iucundum habitare fratres in vnum/sicut
vnguentum in capite ⁊c̃. At ibi respõsione. cv. Augusti Augusti.
nus. Uerum dicis. Nam illud sacerdotium in figura
corporis Christi habebat vnctionem qd̃ vnitatis com= Christus.
page fit saluũ. Nam ⁊ ipe Christus a chrismate appel
latur. i. ab vnctione. Hũc Hebrei dicunt messiam: qd̃ ver
bum punice lingue cõsonũ est/sicut alia hebrea permul
ta ⁊ pene omnia. Et bñ infra. Et in hoc vnguẽto sacra=
mentum chrismatis vult interpretari: quod quidẽ in ge
nere visibiliũ signaculorũ sacrosanctum est/sicut ipe ba
ptismus. Sed potest esse ⁊ in hoibus pessimis in operi=
bus carnis vitã cõsumẽtibus/⁊ regnũ celorũ nõ posses
suris: ⁊ ideo nec ad barbã Aaron/nec ad orã vestimenti
eius/nec ad vllã cõtextionẽ vestis sacerdotalis ꝑtinẽti
bus. Hec ille. AVTHOR. Iã oñi diligẽtia notet qd̃ di
xerit dei seruus. Hoc (inq̃t) vnguẽtũ est sacramẽtũ chri=
smatis/qd̃ põt esse ⁊ in hoibus pessimis/in operibꝰ car
nis vitã cõsumẽtibus. Ergo in flagitiosis ⁊ mortali pec
cato detẽtis. Sed q̃d ampliꝰ? Et regnũ celorũ (inquit)
nõ possessuris: ⁊ ideo nec ad barbã Aaron/nec ad oram
vestimẽti eius/nec ad vllã cõtextionẽ vestis sacerdota
lis pertinẽtibꝰ potest esse Chrismatis sacrosctm̃ signa=
culũ. Sic enim supra exposuit/in illo sacerdotio caput
Christũ/barbã fortiter predicãtes/orã vestimẽti primi=
tiue religiosos eccłie sua oĩa dimittẽtes ꝓ Christo. Sꝫ
extra hos nec ad aliquã cõtextionẽ vestis scti sacerdo
tij pertinẽt/q̃ tñ sacrũ signaculũ chrismatꝭ in se habẽt/
q̃ in regnũ celorũ intraturi nõ sunt/dic vtrũ presciti nõ
sunt. Ergo nec actualis iniustitia/nec ipa (vt tu dicis)
prescientia/vsquequaqꝫ impediunt quo minus confer=
re sacramenta conantes conferant quod intendunt. Ex
quibus oĩbus vide si nõ tam ꝓ nobis q̄ pro se bene ex Augusti.
premissis statim ibi cõcludat Augustinꝰ. Ubi (inquiẽs)
positurus es que apłs enumerat/manifesta opera car=
nis? q̃ sunt (inq̃t) fornicatiões/imũditie/luxurie/idolo=
seruitꝰ ⁊c̃. Seq̃t. Et nulli ne apud vos luxuriosi/nulli
auari/nulli ꝑtinaciter inimicitias exercẽtes/nulli ꝯtẽ=
tiosi/emuli/aĩosi/dissensionibꝰ studẽtes/inuidi/ebriosi/
comessationibꝰ vocãtes/nulli ne apud vos tales vngũ
tur: ⁊ ĩ his intus noti manifestiqꝫ moriunt? Si nullos
dicis: quoniã studio contentionis aperte mentiris: vide

he de talibus ipse sis. Si autē ab huiuscemodi remotꝰ
es/nō corpis separatiōe sed vite dissimilitudine/⁊ tales
turbas circum altaria vestra gemens cōspicis:quid di
cemꝰ/quia oleo sancto vncti sunt/ ⁊ sicut apostolus li-
quida veritate cōfirmat regnū dei nō possidebunt? Nū-
quid barbe Aaron ⁊ ore vestimēti eius sacrilega iniu-
ria faciēda est/vt ibi eos ponēdos arbitremur? Absit.
Discerne ergo visibile sanctū sacramētū qđ esse ⁊ in bo
nis ⁊ in malis potest/illis ad premiū/illis ad iudiciū:
ab inuisibili vnctione charitatis/que propria bonorum
est:discerne ista:discerne. Hec Augustinꝰ. AVTHOR.
Ecce quot flagitiosi etiā regnū dei non possessuri/sacro
chrismate vncti sūt:nec tm̄ vncti(sic eñ vel a seipsis vl
a q̄bus vellēt/possent accipere)sed sic vncti sunt/sic sa
cramētaliter ꝯfirmati/vt eis vere corde cōuersis posset
sufficere ad salutem. Quid ergo obest antistitibus ne
possint confirmare regulariter qđ pretendunt/etiam si
non finis eueniat expectatus?

Qualiter Christus chrismate sit vnctꝰ, & fideles ex eo christiani chrismate vncti.

Caput.CXIII.

VUlt witcleff ad nihilū dedu
cere oēs gētes i vnctionibꝰ
Christianis:non in sacramē-
to cōfirmationis solū sʒ ba-
ptismi ⁊ ordinis:qr Christus
non fuit sic in sua psona chri
smatꝰ. Lib. suo. ij. de sermōe
dñi in mōte. cap. xiij. Christꝰ (Witclefl.)
(inquiēs)exēplar totius ec-
clesie nō fuit in psona sua ta
liter cōfirmatus:nec in baptismo suo chrisma huiusmo
di/sed aquā simplicē requisiuit:nec sic dedicauit eccle
sias:sʒ epi hoc capiūt ex singulari opere Salomonis.
Et sic difficultat ecclesia ifideliter ꝓpter solēnizationē
talis ꝯsuetudinis itroducte. Hec witcleff. AVTHOR
(Sic.) Magna vis eius stat in crine illius exilis aduerbij sic.
Quid si iterato dicā? Nec fuit Christus sic baptizatꝰ
vt christianꝰ aliq̄s post eū:qr nos oēs sumꝰ baptizati ī
remissionē peccatoꝝ nostrorū. Ipse Christꝰ nō sic:nec
fuit Christus taliter natꝰ vt nos:qr ipse de virgine:nos
de corruptis. Nec Christus erat sic maritatus vt nos.
Quid amplius? Ergo ne infideliter difficultat ecclesia
ꝓpter cōsuetudinē baptismi nostri/natiuitatis nostre/
despōsationū quoq; fideliū ꝯiugū taliter itroductarū?
An fidelius arguēdū est? Caput nostrū Christus vnctū
est/teste scriptura multiplici/sed vnguēto supexcellēti
spūsscti:quo nullū attigere pōt mēbrorū. Sed igit quā
tū possumꝰ cōformemur. Curramꝰ in odore vnguētorū
eius:⁊ ex parte capiamꝰ in mysterijs qđ nequaq̄ valea
mꝰ ex toto. Hoc multo fidelius dicit:nō eñ caret cōtu-
macia q̄ sic arguit. Christꝰ nō sic fuit vnctus vt ego/vt
acciperet spm̄ sctm̄:ergo ego istā vnctionē ꝯtēnā? Chri
stꝰ ei nō p pdicationē euāgelij fuit iductꝰ vt crederet.
Ego ergo p euāgelij auditionē iduci me volo vt credā.
Sed Christus vnctꝰ erat teste Paulo ad Hebreos pri
mo ex illo Psal. Unxit te deus deus tuus oleo letitie.
Et itē teste sctō Petro Actuū. x. Quō vnxit eū dñs spi
(Beda.) ritusctō ⁊ virtute. Sup q̄ textu in expositiōe Act. lib.
i. Beda. Alia editio dicit sicut vnxit eū deus. pdicauit
ergo Joānes Jesum sicut vnxit eū deus spūsctō. Tūc
vtiq; cū dicebat. Ipse vos baptizabit in spūsctō. Et ite
rū. Qr vidi spm̄ descēdētē q̄si colūbā sup eum. Hec ille.
AVTHOR. Et deinceps describēs horā vnctiōis Chri
sti primeuā trāsumit sibi sententiā Aug. xv. de trinitate.

ca. xxviij. vbi dicit Aug. Manifestiꝰ de illo scriptū est in (Augusti.)
actibus Apostolorū/qm̄ vnxit eū deus spūsctō. Nō vti
q; oleo visibili sed dono gratie:qđ visibili significat vn
guento quo baptizatos vngit ecclesia. Nec sane vnctꝰ
est Christus spūsctō quando sup eum baptizatū velut
colūba descēdit. Tūc eñ corpus suū.i.ecclesiā suā pñ-
gurare dignatꝰ est:in qua pcipue baptizati accipiūt spi
ritūsctm̄. Sed ista mystica ⁊ inuisibili vnctione tūc in-
telligēdus est vnctꝰ qn̄ verbū dei caro factū est.i.quan-
do humana natura sine vllis pcedētibꝰ bonoꝝ operum
meritis/deo verbo est in vtero virginis copulata/ita vt
cū illo fieret vna psona. Ob hoc eñ cōfitemur natū de
spūsctō ⁊ virgine Maria. Absurdissimū est eñ vt creda
mꝰ eū cū iā triginta annoꝝ esset(eiꝰ eñ etatis a Joāne
baptizatꝰ est)accepisse spm̄sctm̄:sʒ venisse ad illud ba-
ptisma sicut sine vllo omnino pctō/ita non sine spūsctō.
Sic eñ de famulo eiꝰ ⁊ pcursore ipo Joāne scriptū est. (Joannes)
Spūsctō replebit iam inde ab vtero matris sue. qm̄ q̄ (Baptista.)
uis seminatꝰ a patre/tñ spm̄sctm̄ in vtero formatꝰ ac-
cepit:q̄d de hoīe Christo intelligēdū est vel credēdū:cu
ius carnis ipa ꝯceptio nō carnalis sʒ spūalis fuit? Hec
ille. AVTHOR. Intēdit Augustinꝰ manifestū efficere
q Christus nō tunc primo vnctus dñi fuit:vñ Christus (Christus.)
dici possit quasi chrismate vnctꝰ:qn̄ spūssctūs in corpo
rali colūbe specie cū baptizaret descēdit/ne sine spiritu
sctō totis triginta annis mā̄sisset:sed cū fomēto ⁊ ope-
re inuisibili spūsscti carnis indumētū assumpsit. Ipe ḡ
Christus nūq̄ sine vnctiōe pmā̄sit:re ipa ⁊ dono pfecto
vnctiōis nostre. Propter hoc eñ ab ipo Christo autho
ritatē ⁊ rē vnctionis sacramētalis assumpsimꝰ sicut in
figurā huiꝰ discipulos post cenā factā in mōte oliuarū (Beda.)
legitur eduxisse. Uñ lib. vi. sup Lucā. cap. vi. Beda. Et
egressus ibat secūdū cōsuetudinē i mōtē oliuarū:secuti
sunt aūt eū ⁊ discipuli. Sequit. Et pulchre sui corporis
⁊ sanguinis mysterijs imbutos in mōtē oliuarū discipu
los educit:vt oēs i morte sua baptizatos altissimo scti
spūs chrismate ꝯfirmādos eē designet:q̄ dicere possint
cū psalmista. Signatū est sup nos lumē vultꝰ tui dñe:
dedisti letitiā in corde meo. Et de q̄bus apte subiungit
A tēpore frumēti vini ⁊ olei sui multiplicati sunt. Hec
ille. AVTHOR. Christus igit author legis q̄uis ipse
visibili chrismate pūnctꝰ nō legit:omnes tamen Chri-
stianitatis sue cultores postq̄ baptizati sua morte fue-
rint/altissimo scti spūs chrismate cōfirmādos instituit:
Et signās locū Beda Psalmistā adiūgit dicētem: q si
gnatum est super nos lumen vultus tui domine. Nō re
cte ergo colligunt dicētes in confirmatione nōn fuisse
oleum vnctionis vel chrismatis in primitiua ecclesia/
sed ad acceptionē spiritussancti fuisse tm̄ manus impo
sitas. Jam eñ videri poterit:q ab institutione Christi/
vnctio chrismatis ortū habet. Nec tm̄ ꝓpter hāc figu
rā quā diximꝰ:sʒ ex re ipa comitāte figurā. Uñ in exhor
tationibꝰ suis. sermone. xvij. q̄ incipit/Ut ego pctōr. Ce (Cesarius.)
sarius. Christū(inq̄t)vnctū interpretari sapiētiū fideliū
nullus ignorat:vnctos nō nisi sāctos viros ⁊ deo satis
dignos semper fuisse manifestum est:nec alios q̄ ꝓphe
tas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnū fuit ipsiꝰ
vnctionis mysteriū vt in Judaico pplo nō oēs illud:sed
satis pauci de plurimis mererētur accipere:⁊ hoc vsq;
ad aduentum domini nostri Jesu Christi. Ex quo tēpo- (Christiani)
re credentes illi ⁊ illius baptismatis sanctificatione
purgati/non aliquanti sicut sub lege prius fuerant:sed
omnes in prophetas ⁊ sacerdotes ⁊ reges vnguntur.
Cuius vnctionis/quales esse debemus/admonemur ex
emplo/vt in q̄bus tā sctā est vnctio/sit nō minꝰ sctā cō
uersatio. Ex sacro eñ vnctiōis huiꝰ ⁊ Christi ⁊ christia
noꝝ omniū.i.in Christo credētiū/vocabulum descendit

⁊ nomen. Hec ille. AVTHOR. Ecce a tempore Christi credentes in Christū nō aliquāti sed omnes Christiani sunt uncti: ⁊ ex hoc unctiōis sacramēto vocabulū christianorū fluxit/ ⁊ nomen. Adhuc vt secretiora pādamus/
Chrismatis cōsecratio nō tm̄ huius chrismatis vnctio sed ⁊ cōsecratio fluxit a Christo. Unde in Decreto secūdo Fabiani pape ⁊ mar
Fabianus tyris. cap. vnico dicit. In die illa quādo dn̄s Jesus post q̄ cenauit cū discipulis suis/ ⁊ lauit pedes eorū sicut a sanctis apostolis pdecessores nostri acceperūt nobiscꝫ reliquerunt chrisma conficere docuit. Ipsa eīm ablutio pedum/ nostrū significat baptisma/ qḋ sancti chrismatis vnctione perficitur atcꝫ cōfirmat. Nā sicut ipsius diei solēnitas p singulos annos ē celebrāda: ita sancti chrismatis cōfectio p singulos annos est agēda: ⁊ de anno in annū renouāda: ⁊ fidelibus tradēda. Quod qdem sacramētū est p singulos annos in iam dicta die innouandum/ ⁊ vetus in sanctis ecclesijs cremandum. Hec ille. AVTHOR. Iste est Fabianus quē vna cū Sebastiano solēnizat ecclesia: ad quē itē vt refert Hieronymus excusatoriam epistolā pro se scripserat Origenes. Et hic dicit predecessores suos ab apostolis accepisse q̄ sacramentū chrismatis in die sancte cene Christus instituit. Et quo ad illam traditionē ab aplis ꝓuenit cū Fabiano Dionysius. iiij. cap. ecclesiastice hierarchie secundum
Dionysius. trāslationē Joānis Sarraceni. vbi dicit. Uñ sicut reor secūdū intellectū hierarchicū vt est a deo traditū diuini nostre hierarchie duces venerādissimā istam sanctificationē vnguēti perfectionē ex re perfecta realiter nomināt. AVTHOR. Diuinos duces intēdit apostolos. vn
Idem. de secūdū trāslationē Uercellēsis Thome scribit. Unde apostoli secūdū diuinā inspirationē hoc sacramētū ex re perfecta realiter vocāt vnguēti perfectionē: tanq̄ hac vocatione laudātes eam dei ꝑfectionem alterutro intellectu. s. actiue ⁊ passiue. Est eīm Christi perfectio ⁊ secundū q̄ homo est sanctificari: ⁊ secūdū q̄ deus est sanctificare/ ⁊ ꝑficere ea q̄ ꝑficiunt. Hec ille. AVTHOR. Ecce apli ipsi inspirati ad hoc a deo vocauerūt hoc sacramētū vnguēti ꝑfectionē. Nemo igit dicat/ q̄ vult eē fidelis/ q̄ sacramētū cōfirmationis fiebat sine vnctiōe p solā manus impositionē a Christo ⁊ apostolis. Non enim minus manus imponit qui vngendo imponit. Et
Fabianus itez hoc cōsequēter affirmat ibidē Fabianus dicēs. Ista a sanctis apostolis ⁊ successoribus eorū accepimus/ vobiscꝫ tenēda mādamus. Hec sancta romana ecclesia ⁊ Antiochena/ a tēpore apostolorū custodit. Hec Hierosolymorū ⁊ Ephesiorū tenet ecclesia. In quibus apostoli residētes hec docuerūt: ⁊ vetus chrisma incendi ⁊ nō amplius q̄ vno anno vti ꝓmiserūt: atcꝫ deinceps nouo frui ⁊ nō veteri iubētes docuerūt. Si quis ergo his obuiare tētauerit/ omnē sibi per nos ⁊ per oēs recte intelligētes indulgentie aditū intelligat obseratū. Hec ille. AVTHOR. Nō ergo poterit eē recēs obseruātia quā oēs iste eccl'ie aplice ab aplis acceperūt ⁊ retinēt. Nō facile reperies aliquē de antiqs in hac re scribentē nisi huiusmodi statū recolat vnctionis. Unde ⁊ successor Petri in epl'a tertia ad vniuersos Clemēs. Accedat q̄ vult
Clemens. ad sacerdotē suū: ⁊ ipse det nomē suū atcꝫ ab eo audiat mysteria regni celorū: ieiunijs frequentibus operā imp̄dat: ac semetip̄m in oībus ꝓbet: vt tribus mēsibus iā ꝯsummatus in die festo possit baptizari. Baptizat aūt vnusq̄scꝫ in aquis perennibus nomine trine beatitudinis inuocato sup se/ perunctus primo oleo p orationē sanctificato vt ita demū p hec cōsecratus possit recipere locū cum sctis. Hec ille. AVTHOR. Nota q̄ dicit baptizatū p̄unctū prīo oleo p orationē sanctificato: ita q̄ ip̄a cōfectio chrismatis/ sicut dixit Fabianus/ ab ip̄a primeua origine eccl'ie ortū habet. Cur aūt in canone noui testamē ti expresse nō ponit: que causa: nisi/ vt de alijs pluribus mysterijs fidei dicēdū est/ nō oīa ibi exprimi potuisse: ⁊ de nō scriptis traditionibus hāc esse vnā. Qz si arguas ideo nō tūc fuisse oleū chrismatis in sacramēto cōfirmationis sed tm̄ manus impositionē/ qz ista passim legit: de vnctione siletur/ sic iterum argui posset q̄ nec regularis erat tunc primo impositio manuum: qz ipsi. cxx. homines rem ipsam (scꝫ spiritūsanctū) acceperāt sacramenti. Lib. secūdo cōtra Parmenianū versus finē Au
Augusti. gustinus. Ideo dixit de meo accipiet. Exēplo suo Joannes ipse testat ⁊ tot sancti anteq̄ dei filius homo fieret ⁊ postq̄ surrexit ⁊ ascendit in celū: centū viginti homines qui simul cōgregati fuerāt/ quos nullo hoīe in terra manum imponēte de celo veniēs spiritussanctus impleuit. Et cōstituto iā ordine ecclesie Corneliū Cēturionē ante ipsum baptismū/ ante impositionē manus/ cum eis qui cū eo erāt eodē spiritu repletū/ Petrus ipse miratus est. Nemo ergo accipit sine dāte: sed qḋ pertineat ad baptismi sanctitatē adest deus q̄ det/ ⁊ homo q̄ accipiat: siue p seipsum deo donāte/ siue p angelum / siue p hominē/ siue per Petrū/ siue p hoīem iniquum. Hec ille. AVTHOR. Ecce i tot simul hoīes venit gratia spiritussancti sine impositione manus mortalis/ ⁊ rē cōfirmationis sacramentalis induerāt. Cornelius quocꝫ instituto iam ordine ecclesie eodē modo ante omne sacramētum suscepit effectū: sed ne iā ꝯstitutū ordinē ꝯtēnere videret subijt sacramēta. Nec id tm̄/ sꝫ vt eundē spiritū quē q̄si gustare iā cepit/ plenius i baptismo ⁊ fortius in ꝯfirmatione sentiret. Queādmodū dulci quodā tenore verbi nuper baptizatū alloquit in sermone primo de sacramētis sacer Ambrosius dicēs. Uenimus ad fontē: ingressus es. Considera quos videris: quid locutus sis cōsidera: repete diligenter. Occurrit tibi leuita: occurrit tibi presbyter. Unctus es quasi athleta Christi: quasi luctā huius seculi luctaturus. Professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur habet qḋ speret: vbi certamē ibi corona: luctaris cū seculo sed coronaris a Christo. Hec ille. AVTHOR. Et de sacramēto chrismatis. libro de mysterijs circa medium idem: Ambrosius. Ambrosius
Ascendisti (inquit) ad sacerdotem/ considera quid seculum sit. Nōne illud quod ait Dauid: Sicut vnguētum in capite qḋ descēdit in barbā/ barbā Aaron? Hoc est vnguentum de quo Salomon ait. Unguētum exinanitum nomē tuum: propterea adolescētule dilexerūt te ⁊ attraxerunt te. Quante hodie renouate anime dilexerunt te domine Jesu Christe: dicētes/ attrahe nos post te: in odore vestimentorū tuorum currimus/ vt odorem resurrectionis hauriāt. Quare hoc fiat intellige: quia oculi sapientis in capite eius. Ideo in barbaz defluit: hoc est in gratiam iuuentutis/ in barbaz Aaron: vt fias electum genus sacerdotale/ preciosum. Omnes enim in regnuz dei ⁊ sacerdotiū vngimur gratia spirituali. Hec ille. AVTHOR. Ex quibus liquere potest virtus sanctissime vnctionis/ quantum sanctis visa est patribus Extreme vnctionis virtus.
preciosa: q̄q̄ insipidis hereticis pene pareat otiosa: qz si solo baptismo quisquis statim emigret saluabitur: audeo tamen dicere q̄ multo tutius ab incursione inuisibilium hostium multocꝫ gratius exiret hinc/ se obuium faciens beatis spiritibus si frontem panderet insignitam in liquore chrismatis/ signaculo viue crucis. Et procul omne dubium si superuixeret hoc sentiret. Inde non inutiliter monuit Christianos capi. ij. sui de Melchiades.
creti papa Melchiades dicēs. At si cōtinuo trāsituris sufficiūt regenerationis beneficia: victuris tamē necessaria sunt ꝯfirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pacē beati seculi recipiēdos. Cōfirmatio armat ⁊ instruit ad agones mūdi huius ⁊ plia reseruādos.

Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia
immaculatus peruenit ad mortē/ cōfirmatur morte:q;
iā nō potest peccare post mortē. Hec ille. AVTHOR.
Valde autem notandū cēseo qđ iste Papa nunc dixit
iam baptizatum confirmatū morte:quia iam nō potest
peccare post mortem. Declarat plane quid est confir-
mari Christianū / institui scilicet spiritualib⁹ armis vt
firmat⁹ in Christo nō peccet. Infructuosus ğ witcleff
Witcleff. in verbis qui verbum confirmationis impingit: quasi
episcopi conarētur confirmare spiritumsanctum. Vi-
det mihi(inquit)plus religiosum ⁊ cōformius modo lo
quendi scripture/negare ꝙ nostri episcopi dant spiritū
sanctum vel confirmant vlterius sancti spiritus datio-
nem. Hec ille.ca.xiiij. AVTHOR. Sic intelligas ⁊ tu
totā ecclesiā dicere. Verbū aūt illud qđ in tue pseustis
dolo didiceras/ tuū est aut illius. Nos aūt dicimus ho
minem confirmari per sancti spiritus sacramentū ⁊ ho
minis mysteriū vt in percepto dono roboretur aut ma
neat. Episcopus vero si confirmare dicatur hoc fit si-
mul cum spiritusancto/ sicut instrumētū cum principa
li agente:hominē firmare sic dicitur/sicut alias diceba
tur sacramenta cōficere vel alia consecrare. Sicut etiā
dixit supra Melchiades mortē hominē cōfirmare: cur
non sic cum spiritusancto posset episcopus? Dare aūt
cum spūmsanctū/ vel eius dationem roborare pseustis
tua dixit insipiēs. Nam si vis audire loquentem eccle-
Augusti. siam:ipse tibi dicet. lib.xv.de trinitate.cap.xxviij. Au-
gust. Neqꝫ enim aliquis discipulorum dedit spūmsan-
ctū. Orabant quippe vt veniret in eos/quibus manus
imponebant/non ipsi eum dabant. Quem morē in suis
prepositis etiam nunc seruat ecclesia. Deniqꝫ ⁊ Simō
magus offerens apostolis pecuniam non ait: Date et
mihi hanc potestatem vt dem spūmsanctum:sed cuicū
qꝫ(inquit)imposuero manus accipiat spiritūsanctum.
Quia neqꝫ scriptura superius dixerat: Videns aūt Si
mon ꝙ apostoli darent spūmsanctum.sed dixerat. Vi-
dens aūt Simō ꝙ per impositionē manuū apostolorū
datur spiritussanctus. Propter hoc ⁊ dominus ipe Je
sus spiritūsanctum non solum dedit vt deus: sed etiam
accepit vt homo. Et bene infra. In eo etiam qđ de illo
scriptum est ꝙ acceperit a patre promissionē spiritus
sancti/⁊ effuderit/vtraqꝫ natura mōstrata est/ ⁊ huma
na scilicet ⁊ diuina. Accepit quippe vt hō/effudit vt de
us. Nos autem accipere quidem hoc donum possum⁹
ꝓ modulo nostro/effundere aūt sup alios nō vtiqꝫ pos-
sum⁹:sed vt hoc fiat deum super eos a quo id efficit in
uocamus. Hec ille. AVTHOR. Ecce peritior erat Si-
mō magus iste ꝙ witcleff se exhibet de fide catholica.
Ipse nulla via secūdū Augustinum putauit apostolos
dedisse spūmsanctū: nec ideo sua pecunia hoc cōpara-
re proposuit: sed tm̄ vt quibus ipse manus impone-
ret acciperent spūmsanctū:⁊ hec erat recta fides. Nec
vsquequaqꝫ increpatur in eo. Unde lib.de naturis re-
Rabanus rum.v.cap.xi. Rabanus. Impositio manus ideo fit vt
per manus benedictionem aduocatus spiritussanctus
inuitetur. Tūc eīm ille paraclitus post mundata bene-
dicta corpora libens a patre descendit/⁊ quasi sup ba-
ptismi aquam tanꝙ super pristinam sedē recognoscēs
requiescit. Nam legitur ꝙ in principio aquis superfe
rebatur spiritussanctus. Hec ille. AVTHOR. Hic be-
ne dicit impositionem manus ideo fieri/ vt per benedi
ctionem sanctus spiritus inuitetur non imperiose do-
netur. Et accipit hoc Rabanus ab illo qđ in lib. inter-
pretationis sue triformis ait Hieronymus. Manus im
positio ideo fit/vt per benedictionem/ aduocatus inui
tetur spiritussanctus. Hec ille.

Qꝫ solis episcopis licet chrismate vnge-re baptizatos sacramēto confirmationis, & ibi qualiter errauerit Armacanus.

Caput.CXIIII.

Deinceps autem cōtentionē sol-
uendam puto/quā witcleff cō-
tra antistitum potestatē instau
rat:quia ipsis solis facultas ad-
iacet confirmādi sacramēto te-
nus fideles. predicto cap. xiiij.
quarti trialogi. vbi ex pte pseu Ar. iunxe-
stis arguendo inuexerat. Si(in rat.
quit) pcise ex textu isto cōuinci witcleff.
tur.s.quia Joannes et Petrus iponebant manus sup
illos/⁊ acceperūt spūm/confirmationem esse appropri
andam episcopis:oportet ꝙ si ipsi imponant super cō-
firmatos suos man⁹ / spūmsanctum acciperēt/ sed ista
spiritussancti acceptio nec docet in signo sensibili nec
etiam ratione. Et tūc respōdet in phrenesi. Nec inquit
video ꝙ hoc sacramētum sit specialiter episcopis Ce-
sareis reseruatū. Hec witcleff. AVTHOR. Hinc deuo Magister
tus frater ⁊ magister Guilelm⁹ in lib.suo cōtra trialo- Guilelm⁹.
gum edito: dicit eū hunc errorem sicut ⁊ multos alios
ab Armacano emūxisse Richardo libro suo.xi.de que
stionibus Armenioꝝ.cap.iiij.vbi eum sustinere videtur
quātū est ad euāgelica ⁊ apostolica dicta/inquit. Qua
liter autem dicant Romana decreta non querit. Mirū
aūt videtur ꝙ Romana decreta/ quomodo in apostoli
cis scripturis fundātur nō querit: ⁊ Armeniensiū here
sim ad scripturas sanctas/ quō cōcordāt satagit inue-
nire. In codē cap. Habet etiā hoc tota ecclesia/iquit/
Grecorum et Armenioꝝ ꝙ omis conferens baptismū
statim confirmat. Et sic erat in primitiua ecclesia post
tempora apostolorū: sicut tradit beatus Dionysius in
de ecclesiastica hierarchia. Hec ille. AVTHOR. Or-
dine suo respondeamus ad ista. Primo quantū ad Ar
menios congrue satis facit. Nam vbi nisi inter hereti-
cos fundaret errorem? Verūtamē quātum repperi/Ar
menij chrismate vngunt in baptismo/sicut nos/sed con
firmationis sacramētum plane negant. Unde ⁊ compu
tat error Armenioꝝ.xx.secūdū ꝙ scribit in libro suo de
heresib⁹ dñs Guido Carmelita. Vicessimus error(inqt) Guido
ꝙ ad verum baptismum vltra formā debitam verboꝝ Carme.
requiritur ꝙ baptizatus inungatur chrismate:⁊ sumat
corpus Christi. Et ideo non baptizant paruulos suos
ante octo dies. Et tunc liquefaciunt accidentia sacra-
menti in aqua ⁊ vino ⁊ ponūt intra os paruuli. Vicessi-
mus primus error ꝙ varie baptizant/ quidam in aqua
quidam in vino/ quidam in lacte: nec formam verborū
generaliter obseruant/sed aliquis dicit euāgelium. Ve
nit Jesus ad Joannem. Alius dicit. Vox domini super
aquas.⁊ aliter prout voluerint. Negant Philippū dia
conum baptizasse. Negāt sacra ꝯfirmatiōis/⁊ extreme
vnctionis. Alius celebrat cū duobus calicibus ali⁹ cū
vno:vt placuit. AVTHOR. Nō igit Armenij in bapti
smo confirmāt:ꝙuis chrismate vngant qui sacramentū
confirmationis expresse renuūt. Si ğ Greci hoc faci-
unt/ errori eorum imputari potest: quia consuetudinē
quam in principio exigente necessitate conceperāt nō
deponunt. In primordijs eīm ecclesie cūctis fidelibus
pene singula licuerunt. Unde in expositione super illo
Pauli ad Ephesios. Ipe dedit quosdā apostolos. Am Ambro.
brosius. Non inquit per omnia cōueniunt scripta apo
stoli ordinationi que nunc est in ecclesia:quia hec inter
ipa primordia sunt scripta. Sequit. Deniqꝫ apud Egy

ptum presbyteri consignant/ si presens episcopus non est. Hec ille. AVTHOR. Ecce de questionibus noui et
Augusti. veteris testamenti cap. ci. Augustinus. Nunquid et diaconos et ministros nostros dicit episcopos? nō vtiq3: q2 multo inferiores sunt. Et infra. Nam in Alexandriam et per totam Egyptū si desit episcopus consignat presbyter. Hec ille. AVTHOR. Adhuc autem facto suo videtur isti greci/quis errent/fateri apud episcopos esse prerogatiuam signādi perunctos/ quos signare nō audent presente episcopo/cum baptizare possint et eucharistiam celebrare. Fateor si licite vngerent presente antistite consignarent. Cum autē dicit Armacanus q2 omnis conferens baptismum statim confirmauit/ et hoc in primitiua ecclesia post tēpora apostolorum: Hoc adhuc restat probandum si baptizans esset sacerdos/ non episcopus. Qđ autem Dionysiū ducit in testem ptra eum est. Non enī supponit in toto illo capitulo baptizare queq3 nisi Hierarcham hoc est episcopū. Unde in capite illius capituli Dionysius. Postea vnguentum
Dionysi9. Hierarcha sumēs supponit diuino altari circūuelatum xij. alijs sanctis clamantibus cunctis sanctissima voce sanctam inspirationis deo acceptor prophetarum melodiam. Et super ipsum sanctam orationem adimplēs/ sanctissimis sanctificandorum perfectionibus ipso vtitur ad oēm fere Hierarchice pfectiōis opationē. Hec ille. AVTHOR. Hoc dicit p sanctificatiōe chrismatis quo
Thomas. semper vtitur episcopus in omni pene episcopali operatione. Thomas. Chrismate episcopus vtitur pene ad omnē Hierarchicam operationē. Et in fine capituli Joannis Sarraceni. Qū sicut reor et mādatiuo baptisterio vnguento in cruciformibus missionibus superfundens Hierarcha sub visum agit contemplatiuis oculis vsq3 et ad ipsam mortē per crucem Jesum pro nostra rege-
Thomas. neratione descēdentē. Thomas. Episcopus in fonte baptismi superfundens chrisma in forma crucis commemorat spiritualib9 oculis dominū Jesum vsq3 ad mortem per crucem se demersisse pro nostra regeneratione. Sequit. Sed et ipi baptizato vnctio sancti chrismatis gratiam donat per aduentum spiritussancti. Hec ille. AVTHOR. Igitur tā in principio q3 in fine patet eū semper assumere episcopum in opus baptismi qui sanctificet primo chrisma ac demum vtatur eo in sanctificatione fontis/ et postea ad baptizatum vngendū/ac pene in omni coopatione episcopi: vt sicut dicit ibi/in sanctificandis altaribus etc. Ita quoq3 libro suo secūdo de
Ambrosi9. sacramētis supponit Ambrosius dicens. Nunc disputemus quid sit qđ dicitur baptisma. Uenisti ad fontem descendisti in eum. Attēdisti summū sacerdotē/ leuitas presbyteros in fonte vidisti. Et tandē in fine. Ergo mersisti. Uenisti ad sacerdotem. Quid tibi dixit? Deus (inquit) pater omnipotēs qui te regenerauit ex aqua et spiritusancto/concessitq3 tibi peccata tua / ipse te vngat in vitam eternam. Uide vbi vnctus es: in vitam (iquit) eternam. Hec ille. AVTHOR. Siue ista sit vnctio baptismalis/siue alia sacramentalis: attende quem sacerdotem assignet vngentem. Attendisti (inquit) summum sacerdotē/leuitas/ et presbyteros: aliū ergo innuit summum sacerdotem ab illis presbyteris. Et in epistola ad
Firmian9. Cyprianum Firmianus. Quando omnis potestas et gratia in ecclesia sit constituta / vbi president maiores natu: qui et baptizandi et manum imponendi et ordinandi possident potestatem: hereticum sicut ordinare non licet/nec manum imponere: ita nec baptizare. Hec ille. AVTHOR. Hieronymus itē in Joanne et in Christo figuratiue exponit baptismū et chrismatis vnctionē: baptismum attribuēs sacerdoti minori in persona Joannis: et vnctionem episcopo/ vice Christi, in commen-

tario Marci. textu. Et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. vbi dicit. Quod cōsum- Hierony.
matur per spōsum initiatur per paranymphum. Unde catechumini/hoc est instructi/incipiunt per sacerdotes et chrismant p episcopū. Hec ille. AVTHOR. Aliud est ergo sacramentū inchoationis gratie: qđ potest incūbere sacerdoti: aliud sacramentum cōsummationis et confirmationis in gratia/qđ tanq3 fortiori et firmiori incubuit episcopo. Deinceps descendit Armacanus ad Philippum diaconum/vnum ex. vij. et ibi inuenit eū baptizasse Samaritanos/sed nullaten9 pfirmasse. Qđ
quia ecclesiastice et catholice cause proficit/molit occasiones īuenire ne faciat. Ex causa (iquit) Samaritanos noluit confirmare: quia anteq3 poterat eos confirmare monitus est vt obuiam iret eunucho: sicut sequitur ibi statim. Hec ille. AVTHOR. Ista fuga mendax est et vana: quia non tam repente predicauit et baptizauit tantam gētem: fecitq3 tot miracula per dies plurimos paraliticos curans et claudos: ita vt gaudium magnū fieret in illa ciuitate: simulq3 cum tantus populus baptizatus esset quem ante dementasset Simō magus/tunc et ipse Simon baptizat9 erat et adhesit Philippo. Ex toto hoc tempore quare non potuit in fine baptismi/sicut mos erat cunctis (vt dicis) tunc temporis saltem aliquos confirmasse? Non enim fuit illo raptu sic preuentus: quin multos et post multos Simonē potuit baptizare: et post baptismum socialem cum Simone ducere comitatum. sic enim dicit textus. Cū baptizat9 eēt adherebat Philippo. Et videns signa et virtutes magnas fieri stupens admirabatur. Maxime cum confirmationis officium sit inter omnia sacramenta breuissimum. Cum hoc item/secundum ordinem textus anteq3 raperetur Philippus venerūt apostoli confirmare gētem Samarie. Et tūc demum sequitur: quomodo angelus domini locutus est ad Philippum etc. Ideo aliter
respondet, Aut/inquit/ q2 opus suū in illa ciuitate magna Samarie voluit per apostolos cōsummari p actū confirmationis. AVTHOR. Ita dicimus/sic voluit: et eo magis voluit q2 oportuit: quia ipse confirmare non potuit. Aut si potuit q̄uis hoc noluit cur ipse solus inter omnes baptistas illius temporis hoc officium apostolis reseruauit? Ipsa fides scripture hunc intellectū fudit in patribus: q3 q3 isti wiclefistē videat eē fundamētum satis leue. Unde in expositiōe sua sup illud actuū:
Miserunt ad illos Petrum et Joannem. Beda. Pulchre hoc Arator exponit. Sepe sibi sociū Petrus facit esse Joānem. Ecclesie quia virgo placet. Notandū autem q2 Philippus qui Samarie euāgelizabat/ vn9 de septem fuerit. Si enim apostolus esset/ipe vtiq3 manum imponere potuisset / vt acciperent spiritūsanctū Hoc enim solis pōtificibus debetur. Nam presbyteris siue extra episcopum siue presente episcopo cum baptizant chrismate baptizatos vngere licet: sed qđ ab episcopo fuerit consecratum/non tamen fronte ex eodem oleo signare: qđ solis debetur episcopis cum tradūt spiritum paraclitū baptizatis. Hec ille. AVTHOR. Hec sanctior est expositio: hec fides sanior et pulchrius textui correspondens. Ideo non confirmauit Philippus Samaritas quos baptizauerat: q2 ipsi nō licuit iā existēti diacono potestatē vsurpare maiorib9 reseruatam. Simulq3 notādū q2 Beda hic inseruit decretum Innocentij illius magni de quo tam festiue loquitur Augustinus q2 damnasset Pelagium cum diceret. Nam presbyteris seu extra episcopum etc. Et est capit. ij. decreti ipsius primi ex decretis pontificum. vbi dicit. De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio q3 episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdo-

Armacanus. Armacanus. Beda. Innocēti9.

tes:pontificatus tamẽ apicem non habent.Hoc autem
pontificibus ſolis deberi/ vt vel conſignent vel paracli
tum ſanctum tradant:non ſolum cõſuetudo eccleſiaſti=
ca demonſtrat:verum illa lectio actuum apoſtoloꝝ que
aſſerit Petrum ⁊ Joannẽ eſſe directos qui nõ baptiza
tis traderent ſpũmſanctum. Nam preſbyteris/ ſeu ex=
tra epiſcopũ ſeu preſente epiſcopo cum baptizant chri-
ſmate baptizatos vngere licet:ſed qȯ ab epiſcopo fue-
rit conſecratum:nõ tamen frontem eodẽ oleo ſignare:
qȯ ſolis debetur epiſcopis:cum tradunt ſpũm paracli-
tum.Hec ille.AVTHOR. Iſte ſanctus Papa non cõ
firmat hic propoſitũ ex Romano decreto/ ſed nec ex ſo
la conſuetudine ab olim traducta/ ſed in illa ſerie ſcri-
pture Actuũ quã noſtri moderni vmbram tenere querẽ
tes/non intelligunt : quia conceptus patrum dedignã
Witcleff. tur videre vel negligunt.Deridenter obijcit witcleff in
eodem.xiiij.quarti trialog. Videtur enim/ inquiens/ſi
textus iſte adeo ponderatur/ꝙ oportet ad confirmatio
nem Papam loco Petri accedere:et plus ſpecula-
tiuum prelatum loco Joannis. Nec debent dedignari
de iſto officio plusq̃ Petrꝰ dedignabatur ꝙ a ceteris
apoſtolis fuit miſſus. Hec witcleff. AVTHOR. Nec
dedignatio impedit/ nec neceſſitas viget Papam cun
cta facere per ſe que cũ alijs habet cõmunia/ſed equus
arbiter vnicuiqꝫ quod ſuũ eſt ⁊ poteſtatis tribuit ⁊ ho-
noris. Aut numquid dedignabatur Petrus baptizare
Cornelium ⁊ domum eius:quia cum preſens eſſet non
ipẽ voluit baptizare/ſed iuſſit fieri ꝑ miniſtros? Actuũ
x.Reſpondit Petrus. Nunquid aquam quis prohibe
re poteſt vt non baptizentur hi qui ſpũmſanctum acce=
perunt/ſicut ⁊ nos? Et iuſſit eos in nomine Jeſu Chri-
ſti baptizari. Ecce iuſſit eos baptizari/ non baptizauit
eos ꝑ ſe/ immo nec dedignabat̃ ſurripere miniſtris ſuũ
Ambroſiꝰ officium/exponẽte ſic locum illum in expoſitiõe ſua ſu-
per epiſtolã primã ad Corinth.textu.Non enĩ miſit me
Chriſtus baptizare ſed euangelizare. Ambroſio. De=
niqꝫ apoſtolus Petrus credentem Cornelium cũ ſuis
iuſſit baptizari : nec dignatus eſt miniſtris aſtantibus
hoc opus facere. Si enim defuiſſent ipſe hoc ageret ne
ceſſitate cõpulſus. Quanto ergo melior his ſit quos
illi venerabantur/oſtendit: ⁊ non tamẽ hoc ſuo nomini
decerni permiſit.Hec ille. AVTHOR.Ecce duplicem
rationem quare Petrus nõ dignatus eſt miniſtraliter
baptizare.Primo vt deferret miniſtris ſuum exercitiũ.
Secundo vt oſtenderet his extraneis fidei ſuã eminen
tiam ad ſaluatoris honorem: ⁊ quãto melior et dignior
eſſet his quibus iubere potuit:quos tamẽ illi ad vene=
rationem habebant.Non ergo dedignanter Papa di-
mittit epiſcopis ſuis officium vnctionis/ ſed dignatur
non facere eis aſtantibus qui habent hoc officium cuꝫ
Papa cõmune. Et quanto melior eis ſit iubendo illis
quos ceteri venerantur/non arroganter oſtendit:q: nõ
hoc ſuo nomini/ſed Jeſu Chriſti/cuius vice preſidet/de
cerni ꝑmittit.Et correſpõdenter ad hoc primũ ſuper eo
Hierony. dem textu.Non enim miſit me Chriſtus baptizare/ſed
euãgelizare.ĩ libro annotationũ epiſtolarũ Pauli Hie
ronymus.Non vſurpauit minora facere qui poterat of
ficia implere maiora: ſicut hodie epiſcopus ⁊ ſuũ ſi vo=
luerit/⁊ diaconi poteſt implere miniſteriũ.Hec ille.AV
THOR.Poteſt ergo Papa baptizationis vt vnctio=
nis agere ſacramentum/ſed non vſurpat iſtud minus ꝗ
Haymo. poteſt implere maiora.Et in predictũ textum.Non enĩ
miſit me baptizare ⁊c̃.in expoſitiõe ſua Haymo.Pau-
lus ſupple maxime predicationi inſiſtebat/ ſicut alij a-
poſtoli:diſcipuli vero eius baptizabant.Sic legimꝰ ꝙ
Petro veniente ad domum Cornelij poſtq̃ cecidit ſpi
ritusſanctus ſuꝑ omnẽ domum eius: precepit eos Pe=
trus a ſuis diſcipulis baptizari. In primordio etenĩ fi
dei omnes fideles baptizabãt:⁊ non ſolum viri/ſed etiã
⁊ mulieres ſiquando neceſſitas ĩminebat. Hec ille.AV
THOR.Sed mouere poſſet qȯ Innocẽtius/hic ſupra
ſcribit:epiſcopos tradere ſpiritum paraclitum baptiza
tis:contra dixit Auguſtinus iam ſupra ꝙ nullus apo=
ſtolorum dare potuit ſpũmſanctum. Sed q̃uis non ita
regulariter habeat mos ſcripture/interdũ tamẽ qȯ ho=
mo tanq̃ inſtrumentũ agendi deo coagit: etiam facere
dicitur:ſecundum illud Chriſti de miraculorũ operatio
ne ad diſcipulos.Et maiora horũ facietis.Bonum igit̃
cenſes ſecundũ modum quem habet eccleſia/ caſte pro
ferre ⁊ raro:ꝙ homo det vel tradat ſpiritũſanctũ/tunc Spũmſanctũ quatenus det hõ
maxime cum ſonare poterit ad dationem per poteſta=
tem vel imperium:qȯ ſonat in blaſphemiã:q̃uis inter=
dum ſic dici poſſit vt ſonat tãtũ obſequiũ aut inſtrumẽ
talem concurſum. In libro primo de ſpũſancto capi.vi.
Ambroſius.Deus dat ſpũmſanctuꝫ.Non enĩ humanũ Ambroſiꝰ
hoc opus / neqꝫ ab homine datur: ſed inuocat̃ a ſacer=
dote vt a deo tradatur/in quo dei munus miniſteriũ ſa
cerdotis eſt.Nã ſi Paulus apoſtolus indicauit ꝙ do=
nare ſpũmſanctum ipẽ ſua authoritate non poſſet/⁊ in
tantum ſe huic officio imparem credidit/ vt a deo nos
ſpiritusancto optaret impleri : quis tãtus eſt qui huiꝰ
traditionem numinis ſibi audeat arrogare? Itaqꝫ apo-
ſtolus votum precatiõe detulit:nõ ius authoritate ali=
qua vendicauit:nec imperare preſumpſit.Hec ille.AV
THOR.Bene declarat ſacer Ambroſius huius datio
nis vel traditionis ambiguũ/dicens/ qȯ a deo traditur
dei munus eſt/miniſterium ſacerdotis.Et apoſtolus vo
tum precatione detulit/non imperare preſumpſit.Hoc
modo tradere dicit Innocentius: ſicut etiã aſſumit ipẽ
nomine tenus lib.ij.de origine officioꝝ.cap.vltimo.Iſi
dorus dicens. Cũ audiſſent autem qui erant Hieroſoly
mis apoſtoli:quia recepiſſet Samaria verbum dei/mi= Iſidorus.
ſerunt ad illos Petrum ⁊ Joannem. Qui cũ veniſſent
orauerunt ꝓ eis vt acciperent ſpiritumſanctum. Non=
dum enim in vllum coꝝ deſcẽderat: tantum vero bapti
zati erant in nomine domini Jeſu. Tunc imponebant
illis manus:⁊ accipiebant ſpiritũſanctum.Spiritũ au
tem ſanctum accipere poſſumus: ſed vt detur dominũ
innocemus.Hoc autem quod poſt baptiſmũ fit/quẽad-
modum ſanctus Papa Innocentius ſcripſit/ſubijciã.
Dicit enim non alij q̃ epiſcopo fieri licere. Nam preſ-
byteri licet ſint ſacerdotes:pontificatus tamẽ apicem
non habent.Hoc autem ſolis põtificibus deberi:vt cõ-
firment/vel vt paraclitum ſpũmſanctum tradãt. Et ꝙ
id non ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat:verũ
etiã ſuperior illa lectio Actuũ apoſtolorum/que aſſerit
Petrũ ⁊ Joannẽ eſſe directos ꝗ iã baptizatis traderẽt
ſpũmſanctum. Nam preſbyteri ſiue extra epiſcopos/ſi
ue preſentibus epiſcopis baptizent/chriſmate baptiza
tos vngere licet : ſed qȯ ab epiſcopo fuerit conſecratũ:
non tamen frontem ex eodem oleo ſignare: qȯ ſolis de
betur epiſcopis cum tradũt ſpiritum paraclitum. Hec
ille. AVTHOR. Cur gaudenter vterqꝫ magnus do-
ctor decretum Innocẽtij magni cõplectitur Iſidorus
atqꝫ Beda? Et vterqꝫ cum Innocentio authoritatẽ cõ
firmationis miniſterialis appropriat ſolis epiſcopis/
fundatam in illa lectione ſcripture in qua witcleff ⁊
Armacanus appropriationem illam fundare neſciunt/
ſicut ſcribunt.Et qȯ dicit Armacanus/nõ ibi dici apo= Armacanus.
ſtolos Hieroſolymis miſiſſe Petrum ⁊ Joannẽ vt eos
confirmarent:plane dicit Innocẽtius ꝙ ſic.Illa(inqt) Innocẽtiꝰ
lectio Actuum apoſtoloꝝ aſſerit Petrum ⁊ Joãnem
eſſe directos:qui iam baptizatis traderẽt ſpiritumſan-
ctum.

Ad Armacani argumētum de Anania ꝙ non contulit Paulo spiritumsanctum cōfirmando per primam impositionem manuum suarum. Caput. CXV.

Armacanus. ARguit item de Anania qui non erat institutus episcopus/ ꝙ ipse imposuerit manus cōferentes sacramentum confirmationis: quia imposuit/ inquit/ manus Paulo vt reciperet spiritūsanctū. Si vero quisq̃ dixerit hanc impositionem manuū Ananie super Paulum non fuisse sacramentū confirmationis/ cum per illam fuerit repletus spiritusancto/ vt ibi dicitur: dici poterit ꝙ nec alij quibus apostoli leguntur manus imposuisse hoc sacramentū acceperant. Hec ille. AVTHOR. Et ex hoc currit ad vidēdum si tunc recepit sacerdotiū. Parcit iste doctor ordini scripture nesciens ꝙ posset aliquis dicere/ nec propter cōfirmationem/ nec ordinem recepit manuū impositionē protunc: sed potius propter sanitatē: de qua ait Christus in Marco. Super egros manus imponēt ⁊ bene habebunt. Aut propter penitentiā agendā. Primo qꝛ dñs apparuit in visu Ananie. Vidit/ inquit/ virū Ananiā noīe introeuntem ⁊ imponentē sibi manus vt visuz recipiat. Ex quo patet non hanc impositionē manuū/ que ē ꝯfirmatio sacramētalis/ ab Anania recepisse primariam: sed illam que fuit propter doctrinā fidei consequendam iure catechuminoꝝ ⁊ ꝯpetentium/ ⁊ demū propter sanitatem habendā. Unde ⁊ sequit̃. Saule frater dñs Jesus misit me qui apparuit tibi in via/ vt videas. Et tunc ex post. Et implearis spūsancto/ vtputa per baptismū. Et ceciderunt/ inquit/ ab eius oculis tanq̃ squame/ ⁊ visum recepit. Non dicitur hic aliqua ex parte: ⁊ impletus est spūsancto. saltem si res aliter habeat/ aliter oportet vt probet. Pro secunda impositione manuū ad penitētiā scribit. lib. v. de vnico baptismo contra Donatistas cap. xxiiij. quomodo manus imponebantur correctis venientibus ab heresi/ Augustinus dicens. Manus autem impositio si nō adhiberetur ab heresi venienti tanq̃ extra omnē culpam esse iudicaretur. Propter charitatis autē copulationem: q̄ est maximum donū spiritussancti ⁊c. manus hereticis correctis imponitur. Hec ille. AVTHOR. Hec autem manus impositio que fiebat correctis fuit tantū penitentialis: quia confirmationis siue ordinis sacramēta iterare nō licet: sicut nec baptismum vt habetur supra de charactere. Q̄ autem iste doctor dicit incōueniēs magnum/ suscepisse Paulum tunc sacerdotium ante baptismū: verum dicit. Et ita inconuenienter dixit ipsum suscepisse tunc spiritūsanctum per confirmationē. Q̄ autem innuit formidando/ Ananiam illum laicum esse non alicuius ordinis clericum/ eo ꝙ simpliciter discipulus dicitur: nescio quid iuuat eum. Videtur tamē in sacerdotio ecclesie eum fuisse/ ex illo Augustini in questionibus Luce. questiōe. xlij. de decē leprosis: vbi dicit. Augusti. Deniq; ⁊ Paulus voce domini audita/ Quid me persequeris? Ego sum Jesus quē tu persequeris. ad Ananiam tamē missus est/ vt illo sacerdotio q̄ in ecclesia constitutū est sacramentū doctrine fideiq; perciperet. Hec ille. AVTHOR. Ecce dicit Paulum missum ad Ananiam: vt illo sacerdotio q̄ in ecclesia cōstitutum est: perciperet sacramentum. Quomodo hoc/ si esset laicus nec sacerdos? Qꝛ si item esset episcopus: quia tūc tēporis inter ascensionem domini ⁊ predicationē Pauli rari erant sacerdotes nisi forent episcopi/ de sacramēto confirmationis Armacani briga suspenditur: q̄uis non definiā sacramentum cōfirmationis debere preire baptismū saltem in Paulo/ sed sacramentū ab eo percepit in sacerdotio ecclesie ꝯstituto. Nec valet si Cornelium ⁊ suos duxerit ad exemplū: quia hoc tunc priuilegium erat gētibus: q̄ nunq̃ reperit̃ euenisse Judeis/ prout asserit in expositiōe Actuū libro primo. textu Cecidit spiritussanctus super eos qui audiebant verbum dei. Beda dicens. Ne baptisma gētibus tradere dubitetur: spiritussancti testimonio confirmat ipsas lauacri aquas/ quas sanctificare solet/ nouo ordine precurrentis. Quod semel in testimoniū fidei gētiū/ nunq̃ vero in Judeis euenisse reperit̃. Hec ille. AVTHOR. Non ergo recepit spiritūsanctum Paulus per primā impositionem manuū Ananie/ ante susceptionē lauacri baptismalis: quia hoc tantū semel factum est in testimonium fidei gentium: in Judeis vero nunq̃: qꝛ de eorum vocatione ad fidem non erat dubiū. Judeus autem erat Paulus. Quāta vero dubitatio ⁊ admiratio flagrauit inter discipulos pro hac vocatione Cornelij in tantū vt cogeret̃ Petrus declarare se per illapsum spiritussancti: testatur litera sequens. Actuū. xi. Et assumit Augustinus. xv. de trinitate cap. xx. Ex quibus liquet adhuc nec Ananiā vel aliū citra episcopos in illis ecclesie initijs imposuisse manus quibuscūq; ad sacramentaliter cōfirmandū. Si autem licuisset omnibꝰ presbyteris aut diaconis: dicat nobis vel Armacanus vel wicleff/ cur nulli licuit de. lxxij. discipulis quos Christus omnisciens elegit: quē non fallebat electio? Qꝛ si ex eis alicui hoc licuit/ probent ab operis executione licentiam. Cōtra autem Joannes Papa precessor sancti Gregorij in pricipio decreti sui ex libro decretorum pontificū. Joannes episcopus vniuersis episcopis per Germanie ⁊ Gallie prouincias ꝯstitutis in domino salutem. Sequit̃. Perlatum est ad sedem apostolicam emersisse ⁊ denuo reuiuiscere prohibitū ⁊ funditus extirpatū tam a sancto Damaso/ q̃ a sancto Leone viris apostolicis/ eo ꝙ quidam coepiscopi vltra modum suū progredientes donū sancti spiritus per impositionem manuū tradant/ ⁊ alia que solis pōtificibꝰ debentur contra fas peragant: presertim cum nullum ex lxxij. discipulis quorū speciem in ecclesia gerunt legatur donum sancti spiritus per manus impositionē tradidisse. Qꝛ autem solis apostolis eorūq; successoribus proprij sit officij tradere spiritūsanctum/ liber Actuū apostolorum docet. Et bene infra. Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis: qꝛ recepit Samaria verbum dei: miserunt ad illos Petrū ⁊ Joānem. Qui cū venissent/ orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritūsanctum. Nondum enī in quēq̃ illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine dñi Jesu. Tunc imponebant manus super illos: ⁊ accipiebant spiritūsanctuz. Non igitur (vt iam dictum est) aliquē ex. lxx. licet pauci essent apostoli ad hoc opus perficiendū direxerunt: sed Petrum ⁊ Joannem apostolos ad manus impositionem miserūt: quorum vicem episcopi in ecclesia gerunt. Q̄ illi non fecerunt: facere nolite: ne dissimiles eis ⁊ indigni eorum successione ⁊ eorum ministerio esse videamini. Hec ille. AVTHOR. Si huius decreti authoritatē nec Armacanꝰ/ nec wicleff credere ducat dignum: saltem rationi cedant decreti aut aliter eam soluant. Proponit decretum. lxxij. non sacramētaliter cōfirmasse. Proponit eos speciem presbyterorū sub episcopis gessisse maiorum: nō autem diaconorum tātum vt dicit solus wicleff. Q̄ illi nō fecerunt: nolint facere qui non sunt episcopi. Et sic stat ritus ecclesie solis

Beda.

Joannes Papa.

Al. corepiscopi.

Augusti.

Hugo. presulibus semper saluus: prout lib.ij. de sacramentis.
parte.vij.colligit Hugo. Manus/inquiẽs/ĩpositio que
vsitato nomine confirmatio vocatur: qua Christianus
vnctione chrismatis per impositionẽ manus in fronte
signatur/ solis episcopis apostolorũ vicarijs debetur/
vt Christianũ consignent ⁊ spũm paraclitum tradant:
sicut in primitiua ecclesia spiritũsanctũ per impositio-
nem manuũ dandi soli apostoli potestatem habuisse le
guntur. Hec ille. AVTHOR. Congruentia vero facti
est quia iuuenem instituere potest pertinere ad iunio-
rem. Jam vero virum factũ ad robustum statum proue
here/non est opus alterius q̃ potẽtis. Baptizandi ca-
techumini ac iam nouelle fidei/sunt paruuli in Chri-
sto secũdũ apostolum. Ipsos ergo formare in paruulos
per baptismum posset minor sacerdos: in virorum aũt
speciem robustorũ quis proueheret nisi maior/ siue de
baptismo ad confirmationẽ/siue qd̕ plus est/de iam vi
ris factis/patres plebis statuere sacerdotes? Propter
hoc igitur inoleuit antiquitus mos dicendi sacramen-
tum confirmationis maius esse baptismo: quia a maio-
ri potestate prestatur maioribꝰ: prout habet in decreto
Melchiades papa. cap.ij. Melchiades Papa. De his vero super quibus
rogasti vos informari/ vtrum maius esset sacramentũ
manus impositio episcoporum/an baptismꝰ: scitote vtrũ
q̧ magnum esse sacramentum. Et sicut vnum a maiori
bus fit ⁊ a summis pontificibus/qd̕ a minoribus perfi-
ci non potest: Ita maiori veneratione venerandum est.
Sed ita coniuncta sunt hec duo sacramenta: vt ab in-
uicem nisi morte preueniente non possint segregari/ ⁊
vnum sine altero rite perfici non potest. Nam vnũ pre-
ueniente morte saluare sine altero potest: aliud autem
non potest. Unde scriptum est. In diebus illis/dicit do
minus/effundam de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Ad
uertamus diuitias summe bonitatis. Qd̕ in confirmã
dis Neophytis manus impositio tribuit singulis: hoc
tunc spiritussancti descensio in credentiũ populos/ do-
nauit vniuersis. Hec ille ex lib. decretorũ pontificum.
AVTHOR. Iste/vt dixi/posset ꝓbare aliquid penes
witcleff: si personas non acceperit: eo q̧ erat vltimus
de pontificibus non dotatis. Et Christus dicit q̧ sacra
mentum nostre confirmationis a solis maioribus/scili
cet episcopis fit: qd̕ a minoribus perfici nõ põt. Quan
do ergo parcet blasphemijs suis witcleff/ ne dicat vl-
tra solemnitatẽ istam motione diaboli introductam vt
populus in fide ecclesie illudatur ⁊ episcoporum solẽni-
tas atq̧ necessitas plus credat? Parcat istis blasphe
mijs/cedat opprobrijs. Et rationes eius vento citius
disperdentur. Omnes eñi sunt Donatiste: quas semper
eadem forma ⁊ vno ore cuculino per nubila intonat si-
ne fine/opere epistolari/sermone scilicet. Si episcopus
in confirmatiõe ⁊ ceteris suis sacramẽtis que sine fun
datione scripture sibi appropriãt: cõfert gratiam: qua-
re nõ simplex sacerdos: qui in merito maior fuerit apd̕
deum ex maiori merito sacramẽta conferens dignior?
Item quilibet simplex Christianus quãtũcũq̧ laicus
potest mereri alteri quãtumcũq̧ nobili quo ad mũdũ
suam primã gratiam: sicut potest eundem debite bapti
zare. Quare ergo non confert illam gratiã que ad spi-
ritussancti infusionem ⁊ fidelis ministrationẽ consequi
tur? Hec ille. AVTHOR. Ecce Donatista ⁊ plusq̃ Do
natista hic. Donatus enim hominũ meritis baptismũ
assignat: sed non passim omnibus laicis/q̃uis maioris
meriti hominibus. Nec audit iste witcleff vnq̃ fidem
Augusti. Christi/quomodo centies per os insonet Augustini di-
centis. Cum eñi tantum valet baptismus per hominẽ
contẽptibilẽ: quantũ per apostolũ datus: ita nec illius/
nec illius/sed esse cognoscit Christi. Hec ille. lib.v. ꝯtra

Donatistas.cap.xij. AVTHOR. Jam arguas quousq̧
q̧ Christo Jesu sua tuleris sacramẽta. Si eñi sacramẽ-
ta sequerẽtur hominũ merita: nõ essent sic Christi: quin
etiam hoĩm sacramenta: sicut predicatio virtuosa Jo-
annis: aut oratio deuota Marie: quas dei gratia ⁊ suis
meritis faciunt esse suas. Sed quis vnq̃ dixit fidelis
baptismum suum/ citra Christum? aut confirmationẽ
suam: etiam secundũ aliquam partem? Hac ergo ratio
ne nec simplex sacerdos: nec deuotus laicus/põt q̃uis
meritis suis maior/conferre gratiam confirmãdo/ que
episcopis reseruatur. Sed si iste textus Actuũ (inquit
witcleff) adeo ponderatur: videtur q̧ oportet ad cõfir- witcleff.
mationem Papam loco Petri accedere/et plus spe-
culatiuũ prelatum loco Joannis. ibi in trialogo. AV-
THOR. Quasi diceret consequenter: nullus heretico
rum witcleuistarũ poterit eẽ Christi traditor nisi sum
mus sacerdos illorũ witcleff: sicut Judas apostolus.
Sed he truffe ꝯsequũtur eos qui fidẽ sacramẽtaliũ ad
ministrationũ humanis meritis/et non Christi gratie
comparãt ministrorum. Unde lib. de mysterijs cito post
principium/Ambrosius. Non/inquit/merita persona- Ambrosiꝰ
rum consideres: sed officia sacerdotũ. Et si merita expe
ctes sicut Heliam considerans/Petri merita expecta
to/vel Pauli/q̃ acceptũ a domino Jesu hoc nobis my
sterium tradiderunt. Ignis illis visibilis mittebat vt
crederent: nobis inuisibilis operatur qui credimus. Il
lud ad figuram/nobis ad cõmonitionẽ. Crede ergo ad
esse dominũ Jesum inuocatum precibus sacerdotũ qui
ait: Ubi fuerint duo vel tres cõgregati in noĩe meo ibi
⁊ ego sum. Quanto magis vbi est ecclesia/vbi myste-
ria sua sunt/vbi suam dignatur presentiam impertiri?
Hec ille. AVTHOR. Attẽde Christiane ⁊ fidelis ani
ma/sacram fidem quã exponit Ambrosius. Crede (in-
quit) adesse dominũ Jesum inuocatum precibus sacer-
dotum: ⁊ vbi mysteria sua sunt: ibi crede dignatur suã
presentiã imptiri. Fuge ergo ꝓcul: ne audias witcleff witcleff.
cum vlulat velut lupus ⁊ dicit: qd̕ implicatur blasphe
mie: quoscũq̧ episcopos taliter confirmãtes ex pactio
ne dei spiritũsanctum dare. in illo quarto trialogi. AV
THOR. Blasphemando mentiris: sed dicimus mini-
stros eos esse/cum ex pactione dei per quoscũq̧ episco
pos fideliter confirmãtes/spiritussanctus datur. Et ad
hoc firmandũ dixit Ambrosius. Crede adesse dominũ
Jesum ⁊c̃. Non/inquit/ sed per boni meriti homines.
Contra te exordium suũ fecit Ambrosius dicens. Non
meritum personarũ consideres/ sed officia sacerdotum.
Ergo si ministrorum consideranda sunt officia non me
rita: cur non per quoscũq̧ episcopos taliter confirman
tes/spũssanctus datur? Quo ad ritus in confirmatio-
ne de peplo ponendo ⁊ tollẽdo per sacerdotes: quos de
liramenta dicit in prefato sermone: ⁊ infundabiles in
scriptura: Cur ad tantum furit impietas hominis: vt
etsi fiant fieri non possint ob reuerentiam sacramenti/
aut congruentiam qualitatũ contingentium sacramẽ-
to? vt si propter aquã baptismi postea ablutus suscipi-
at vestem candidam: quid dissonat post vnctuositatem
sancti chrismatis/q̧ vnctus alliget sibi peplum/⁊ post
statutos dies sacerdos vnctis manibꝰ illud resoluat?
Et rationem assumat Christianus sic fidelis/quã fide-
lis assignat.ij.lib. de sacramentis parte.vi.capi. finali
Hugo. Solent/inquiens/quidam querere quanto tem Hugo.
pore debeant vnctionem chrismatis obseruare in capi
te: vt scilicet capita nõ lauent: qui accipiũt manus im-
positionem absq̧ tempore baptisterij? Quibus respon
deri potest/conueniens esse vt tanto tempore aduẽtus
spũssancti/apud vnũquẽq̧ qui cum accipit/ celebretur:
quanto tempore generaliter ab ecclesia celebratur ad-

uentus spiritussancti/super apostolos/ hoc est septem diebus. Et merito. Quia sunt septem dona spūssancti: et in septem comitibus ad hospitem suum spūssanctus venit: dignum est vt habeat vnusquisq̄ diē suū: et vnicuiq̄ in die suo cōuiuium preparetur. Alium diē habet sapientia: alium intellectus: alium consilium: aliū fortitudo: alium scientia: alium pietas: alium timor. Talia conuiuia Christus apud suos hospites exercet. Talia et spūssanctus. Hec Hugo.

De sacramēto ordinis quinquepertiti: & q̄ a primeuis ecclesię fuerunt plures duobus ordinibus Christi ecclesiæ designati. Caput. CXVI.

Ordo. — Ordo est/sacramēta ministrantium habitudo legitima cuiq̄ ministerij sui ratiōe cōueniēs. Et hoc modo non intelligitur nomen ordinis qđ vsu sanctorū etiam suppositis in religiōe degentibus / sicut et altaris ministris ab antiquo fuit et ē vsq̄ nūc generaliter applicatū sicut scribit Homil. ij. super librum Numerorū vet⁹ presbyter Origenes dicens. Putas ne qui sacerdotio fungūtur/ et in

Origenes. — sacerdotali ordine gloriantur: secundum ordinē suū incedāt et agāt omnia que in illo ordine dignum est? Similiter autē et diaconi putas secundum ordinē ministerij sui incedūt? Et inde est q̄ sepe audiuimus blasphemare homines et dicere. Ecce qualis episcop⁹: aut qualis presbyter/ vel qualis diaconus? Nōne hec dicūtur vbi sacerdos vel minister dei visus fuerit in aliquo contra ordinem suum viuere / et aliquid contra sacerdotalem vel leuiticum ordinem gerere? Quid autē de virginibus dicam/ aut de cōtinentibus/ vel omnibus qui in professione religionis videntur? Nonne si quid inuerecūdum vel petulans: si quid proteruū gesserint: arguit eos continuo Moyses et dicit? Homo secundum ordinē suum incedat. Agnoscat ergo vnusquisq̄ ordinem suū/ et quid sit dignū eo ordine quem suscepit intelligat. Et ita libret actus suos: ita et sermonem suū: incessum quoq̄ ipsum et habitum moderetur/ vt cum ordinis sui professione cōueniat. Ne audiat dici ad se a domino. Quia propter vos nomē meum blasphematur inter gentes. Hec Origenes. AVTHOR. Hic assignat ordines ecclesie p̄sbyter Origenes/ vocās ordines eorū qui ad altaris ministerium secundum officiorum genera consecrantur/ ordines item continentium/ ordines virginū/ ordines item in religione omniū professorū: nec tamen cum istis annumerat ordinem imperialē et militarem/ quos dicis melius his omnibus eē fundatos. Omēs hi pleno nomine ordines sunt: et secundum ordinem loqui/ orare/ ministrare/ vestiri/ et singula agere cōstringūtur. Omnes enim hi vsq̄ ad admirationem regine Saba regem ambiunt Salomonē. Sed ordo primus ministrorum altaris: quorū est ordinatio sacramentorū: tractatum suū per se exigit in presenti: maxime vt de manu exactoris soluatur. Qui sint ordines religiosorum mendose blasphemat witcleff: q̄ nō vsq̄ post trecētos annos post ascensionē Christi fuerāt instituti: cum iste Origenes qui eos ore patulo ordines approbat: centenarium dñi vixerit secūdum. Itaq̄ mendacium eius circa istos ordines detegamus. Primo q̄ ab institutione Christi et apostolorū suorum eos effecit alienos: in

lib. de Papa capit. xi. Modo seruatur vt euangeliū: q̄ — witcleff.
sint. v. ordines celebrati. In tempore autē apostoli nō erāt nisi duo ordines ad ordinationem ecclesie/ scilicet diaconus et sacerdos/ vt patet legenti epistolas Pauli. Ex veteri vero testamēto et nouo debent esse septem ordines. Ideo electio quinarij medij videt̄ figurare fidelibus q̄ primus numerus superbus. s. quinarius facit vestros p̄positos taliter variare. Et ex trialogi ca. xiij. Unum audacter assero: q̄ in tempore Pauli in primitiua ecclesia/ suffecerūt duo ordines clericorum/ scilicet sacerdos atq̄ diaconus. Hec ille. AVTHOR. Inter ista duo quedā est loquēdi distantia. Qđ primo dicit in tempore apostoli fuisse nisi duos ordines ad ordinationem ecclesie/ falsum est/ mendosum est. Qđ dicit secundo: in tempore Pauli in primitiua ecclesia suffecerunt duo ordines clericorū: verbū eius est dubiū. Si enī tempus primū Pauli designet et primitiue ecclesie primeua initia: forsan non ab re dicit: quia hoc item in canone cōceptum est distinctione. lx. Nullus in episcopum. Sed adhuc non diu superest Paulus quo non affluentius prouidetur/ nec prolixo tractu temporis sub hac penuria ministrorum sudat ecclesia. Scimus oēs in ipis primeuis ecclesie nec fuisse diaconos/ sed ad ministrandum mēsis esse conductos. Omnia enim in ipso principio promiscue agebātur a singulis/ et sicut ecclesie erant sine distinctione cōfuse/ sic ordinatio ministrorū ambigua. Declarat hec omnia in expositione sua preclara super epistolā ad Ephe. super hunc textū. Et ipse

dedit quosdam apostolos etc. magnus pater Ambrosi. — Ambrosi⁹
dicens. Postq̄ omnibus locis ecclesie sunt constitute et officia ordinata: aliter composita res est q̄ ceperat. Primum enī omnes docebāt: et oēs baptizabant: quibuscūq̄ dieb⁹ vel temporibus fuisset occasio. Nec enī Philippus tempus quesiuit aut diem quo eunuchus baptizaretur: neq̄ ieiuniū interposuit. Neq̄ Paulus et Sylas tēpus distulerūt quo custodem carceris aperti baptizarent cum omnibus suis. Act. xvi. Neq̄ Petrus clericos habuit: aut diem quesiuit quādo Cornelium cū omni domo eius baptizauit. Nec ipse/ sed iussit fratribus qui cum ipso ierant ad Corneliū ab Joppe. Adhuc enī preter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs et multiplicaretur/ omnibus inter initia cōcessum est et euangelizare et baptizare et scripturas in ecclesia explanare. At vbi oīa loca circūplexa est ecclesia: cōuenticula cōstituta sunt et rectores et cetera officia ecclesijs sūt ordinata: vt nullus de clero auderet/ qui ordinatus non esset/ presumere officium qđ sciret non sibi creditū vel cōcessum. Et cepit alio ordine prudētia gubernari ecclesiastica. Quia si omnes eadem possent/ irrationabile esset: et vulgaris res et vilissima videretur. Hinc ergo est vnde nunc neq̄ diaconi in populo predicant/ neq̄ clerici vel laici baptizant: neq̄ die quocūq̄ credentes vngūtur nisi egri. Ideo non per omnia cōueniunt scripta apostoli/ ordinationi que nunc est in ecclesia: quia hec inter ipsa primordia sunt scripta. Hec Ambrosi⁹. AVTHOR. Sic valedicamus dictioni witcleff: q̄ in tempore apostoli non erant nisi duo ordines: immo in tempore apostoli Petri nisi vnus ordo. s. sacerdotum. Diaconi enī postmodum ordinati sunt in subsidium sacerdotū. Sed hec inter ipsa primordia sunt confusa: postea sunt redacta ad ordinē et per officia distincta. Et hoc honestius erat vt sicut mundus ab esse confuso/ pulchrificatus distinctus est in species: ita ecclesiastici officij inhonesta cō

fusio decorem accipit in distinctione ordinum: et pudorem redimit vilitatis. Sic enim dicit Ambrosi⁹. Si omnes eadem possent: irrationabile eet et vulgaris res et vilissima videretur. Nam et ipsi witcleff obijciet orthodoxus. Nunquid nō deo/ cū deus verbo hunc creauit mundū/ suffecerūt duo homines ad cultum huius mundi? Quid ergo voluit super seipsum extendere generis humani propaginē postea vsq; in infinitum? Et nunquid in tempore Christi/ suffecerunt apostoli et discipuli? At quid ergo volebant apostoli supra institutionem Christi augmentare diaconos ad onus ecclesie? Egra sunt hec motiua et rudis populi laicatum olentia. Diceret nāq; vir doctus/ q quicquid facit deus in natura creata: facit reducendo de imperfecto ad perfectū. Sic enī mundū fecit: sic facit ecclesiam: sic secundum etates diuersas mores hominū recompēsat. Unde super Actus apostolorū textu. Deus qui mūdum fecit. Beda. Paulatim enim/ inquit/ fides crescit/ vt cum supra hominē fuisse videretur deus esse crederetur. Quid enī interest quo quisq; credat ordine? Non in principijs perfecta queruntur/ sed de initijs ad ea que perfecta sunt peruenitur. Hec ille. AVTHOR. Ecce qui dicis q in tēpore Pauli suffecerūt duo ordines. Quid ergo? Et item forsan suffecerunt quinquaginta ordinati pro toto seculo Christianis. Et nunquid modo sufficerent? Sed/ qd amplius est/ tunc erāt principia: in quibus perfecta nō habētur: sed ab illis ad ea que perfecta sunt perueniť. In cuius signū hoc ipsum qd defuit a perfecto: in ipso tempore apostolorū est perfectum. Nec ipse apostolus Paulus prius ab hac vita migrauit. In tempore enī eius erat ordinum paucitas: et in tempore eius ordinū est instituta pluralitas. In tempore eius ministrantiū erat inordinata congeries: et in tempore eius pulcherrime vernabatur ecclesia per series ministrorū. At vbi ex textu litere accipis diaconos institutos Actuū. vi. noli putare q in diaconos subito eruperunt ex laicis: sed scito eos prius functos esse ordine lectoratus: sicut exponit locū illū in libro Retractationū super Actus/ textu. Hos statuerunt ante cōspectū apostolorū/ et orātes imposuerunt eis manus/ Uenerabilis Beda. Nō illi qui statuerūt eos: sed apostoli imposuerunt eis manus. Etenī cōmunis quidē dispensatio exigebat vt ministri pro viduis eligerētur viri. Uerum vbi inuēti sunt qui digni ad hoc mysterium esse viderētur: crescēte gradatim (vt solet) prouidentia concilij salutaris: placuit eosdem lectores ipsos altaris quoq; sacri ac dominici sanguinis/ sicut et refectionis menseq; cōmunis multitudini credentium ministros ordinari. Hec ille. AVTHOR. Ita ergo prius erant isti septem iam diaconi instituti in ordine lectoratus. Et probat hoc consequēter ibi in textu dicente q orātes imposuerunt eis manus. Quia hoc non fit nisi prius absolutis et electis de cōmuni cetu fideliū: dicens. Qd probatum est verbo/ qd dictum est/ q orantes imposuerunt eis manus. Hoc etenim proprium est eorū qui de cōmuni fidelium numero ad sacrosancti altaris promouentur officium. Hec ille. AVTHOR. Si ergo ante ad aliquod officiū altaris promoti nō essent: statim nec manus impositionem diaconij suscipere potuissent. Que ratio Bede nō valeret: nisi tunc in ipso apostolorū tempore fuisset hec ecclesie regula. Nec enī subdiaconus/ aut quisq; eo inferior manus accipit impositionē episcopi secundum Isidorum et Hugonem: sed ex subdiacono in diaconum promouendus est. Et lib. de institutis clericorum capi. viij. Rabanus. Hi/ inquit/ cū ordinantur: non suscipiūt manus impositionē sicut sacerdotes et leuite: sed patenam tantū/ et calicem de manu episcopi: et ab archidiacono scyphum aque cum aqua/ manile/ et manutergiū. Hec ille. AVTHOR. At inter lectores quia confuse omnia agebātur/ potuit latere subdiaconus tanq lectorum eximius. Unde et Clemēs Papa successor Petri et comes et ipo superstite per eum institutus est Papa: et ideo adhuc et Paulus superfuit. Ipse ibi de subdiaconis facit memoriā: epistola sua tertia ad vniuersos. Si (inquiēs) nobis episcopis nō obedierint oēs presbyteri/ diaconi/ ac subdiaconi/ ac reliqui clerici cuncti/ omnesq; principes/ tam maioris ordinis q et inferioris atq; reliqui populi tribus et lingue nō obtēperauerint non solum infames/ sed extorres a regno dei et consortio omniū fideliū ac liminibus sancte dei ecclesie alieni erunt. Hec ille. AVTHOR. Item successor eius decreti sui primi. cap. ij. Anacletus. Episcopus deo sacrificans testes secum habeat et plures q alius sacerdos. Sicut enī maioris honoris gradu fruiť/ sic maioris testimonij incremēto indiget. In solēnioub⁹ quippe diebus/ aut septem/ aut quinq;/ aut tres diaconos/ q eius oculi dicūtur: et subdiaconos atq; reliquos ministros secum habeat: qui sacris induti vestimentis a fronte et a tergo et presbyteri e regione dextra leuaq; contrito corde et humiliato spiritu: ac prono stent vultu custodientes eum a maliuolis hominibus/ et consensum eius prebeant sacrificio. Hec ille. ex antiquo lib. decretorū pontificū. AVTHOR. Si superbia Cesarea hos gradus inuenit iuxta calūniā superbissimi witcleff: dicat Anacleto: dicat Clemēti: dicat apostolis Petro et Paulo/ vt enarrent quādo et quomodo super his ordinibus statuendis/ dedit eis verum cōcilium: et interpretetur ipe nobis Cesareā ipsam superbiam/ quā mentitur episcopis. Nūquid dixisset aptius: q gratia dei exemplaris in veteri testamento suggessit eis formā inueniēdi hos ordines? Non/ inquit/ in dicto de gradibus cleri ecclesie militantis. Quia non claret fidelibus q in lege aliqua fuerunt de clero alij ordines q diaconi atq; sacerdotes. Hec witcleff. AVTHOR. Ubi ergo sunt cantores et psalmiste quos sub tāto vno numero Regū Paralipomenōq; volumina nominatim exponunt a Dauid in templi ministeriū istitutos? Ubi Natinnei qui et subdiaconi nostri modo/ quos Esdras cū sacerdotibus et leuitis annumerat? primo Esdre. vij. capi. Uobis notum facimus de vniuersis sacerdotibus et leuitis/ cantoribus/ ianitorib⁹/ natinneis/ et ministris dom⁹ dei huius: vt vectigal/ et tributū/ et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Si autem hec laica officia computes: cur cu3 gradibus cleri inter ministros dn̄i recitantur/ et non sicut Paulus scenefactor omittitur/ dimittuntur? Cum cementarij/ lignarij/ et focarij/ de quibus post fit sermo: his prioribus cōiunguní/ qui ad ministeriū templi quotidie seruierūt: disce cū nescias cantorum et psalmistarū ministerium templi fuisse non populi. De quibus ecclesiasticus dicit. In Dauid stare fecit cantores contra altare: et in sono eorum dulces fecit modulos: et dedit in celebrationibus decus. Ubi in celebrationibus officium eorum est: nō est vulgare: sed sanctum et separatum. De quibus in primo prologo super psalteriū. Hieronymus. Dauid filius Iesse cū esset in regno/ quattuor elegit qui psalmos facerent: scilicet Asaph/ et Eman/ Ethan/ et Ydithun. Octoginta octo ergo dicebant psalmos: et ducenti suppsalma/ et citharam percutiebat Abiud/ cum Dauid reduxisset arcam in Hierusalem post annos. xx. Sequitur. De tribu autem Leui. cclxxviij. mille viros. Ex quibus quattuor principes preesse cantionibus instituit Asaph/ Eman/ Ethan/ Ydithun: vnicuiq; eorum diuidens. lxxij. viros succlamantes laudem domino cātionum. Et vnus qui-

Beda. Beda. Beda. Rabanus Clemens. Anaclet⁹. Hierony.

dem eorum feriebat cymbalum: alius citharam: alius tuba cornea exultans. In medio autem eorum stabat: tenens ipse psalterium. Arca autem antecedebat vij. choris: ⁊ sacrificium vitulus. Populus aūt vniuersus sequebatur post arcam. Hec ille. AVTHOR. Ecce isti ministri templi seorsum a populo statuti ⁊ electi: nisi q̄ in medio eorum continebatur psalmista rex. vnde ⁊ ipsi dicebātur vulgo prophete regis / sicut in secūdo Paralipomenō. Stabant in ordine suo iuxta preceptum Dauid / ⁊ Asaph / ⁊ Eman / ⁊ Ydithun prophetarum regis. Ubi in Hebraicis questionibus Hieronymus. Ideo / inquit / prophete regis vocabātur: quia cū Dauid rege canebāt. Hec ille. AVTHOR. Uerūtamē hunc ordinem etiam psalmiste nostri supplent in ecclesia: sicut in lib. ij. de officijs cap. xij. Isidorus. Psalmorum. i. canticorum principes vel authores Dauid siue Asaph extiterunt. Isti em̄ post Moysen psalmos primi composuerunt ⁊ cantauerunt. Mortuo autē Asaph filij eius in hūc ordinem subrogati sunt a Dauid. Erāt q̄ psalmiste per successionem generis / sicut ⁊ ordo sacerdotalis. Ipsiq̄ soli continuis diebus in templo canebant: candidis induti stolis / ad vocem vnius respōdente choro. Ex hoc veteri more: ⁊ ecclesia sumpsit exēplum nutriendi psalmistas / quorū cantibus ad affectū dei mentes audientiū excitant̄. Hec ille. AVTHOR. Isti psalmiste lectores itē sūt (vt reor) ordinis idētitate ⁊ officio: q̄ nec tūc vacabāt aut neglectui ducebant̄: ita vt ad tēpora Christi hic ordo permansit in tēplo. Quo item ordine ⁊ officio functus est Christus propter originem leuitarum quā duxit ex matre. Tunc scilicet cū quodam die sabbati intrauit secūdum consuetudinē in synagogā: ⁊ surrexit legere. Et tradit⁹ ē ei liber Esaie. Et vt reuoluit librum inuenit locū vbi scriptum erat. Spiritus dn̄i super me / ꝓpter qđ vnxit me: euāgelizare pauperib⁹ misit me / p̄dicare captiuis remissionē. Luce. iiij. In quem locum lib. primo de baptismo paruulorum cap. xxxij. Augustinus. Attende / inquit / illud eiusdem prophete: qđ de se complerū: lectoris etiā functus officio in synagoga ipse recitat. Spiritus domini sup me: propter qđ vnxit me: euangelizare humilibus misit me. Hec Augustin⁹. AVTHOR. Uide tu / q̄ Christus tunc est functus lectoris officio: qđ passim sibi tūc sub cultu iudaici templi licere nō potuit: nec libellum quasi ad hoc assuetus oblatum sibi sponte cepisset nisi aptitudine generis intellecta ex sacerdotū institutione polleret hoc ordine. Non enim cunctis Iudeis hoc in templo suo vel synagoga publica adhuc in captiuitate permittitur. Et est ista deductio Lincolniēsis in libro imputato ipsi quem transtulit: qui dictus est Suidas. Huic itē dicto Augustini cōcorditer scribit in sermone pro synodo Isidorus. Auribus ⁊ cordi consulere debet lector. Hoc officium dn̄s in propria persona ostēdit / quando in medio seniorum: librum Esaie prophete aperiens distincte ad intelligendum legit. Spirit⁹ domini super me: ad euangelizādum pauperib⁹ misit me / ⁊ cetera que in eodem sequūtur capitulo. Hec ille. AVTHOR. Subdiaconi quoq̄ nostri / sicut dixi / ministri erant in templo Nathinnei dicti: de quibus ibidē Isidorus: ⁊ sequitur eū Hugo. Subdiacones (inquit Isidorus) q̄ apd̄ Grecos Hypodiacones vocant̄ / in Esdra inueniuntur: appellanturq̄ ibi Nathinnei. i. humilitate domino seruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael qui in euangelio Ioānis diuina proditione cōmonitus saluatorem meruit confiteri. Sequitur. Deniq̄ isti / oblationes in templo dn̄i suscipiunt a populis. Isti obediunt officijs leuitarum. Isti quoq̄ vasa corporis ⁊ sanguinis Christi diaconibus ad altare offerunt.

Hierony.

Isidorus.

August.

Suidas.

Isidorus.

Isidorus.

De q̄b⁹ quidē placuit patrib⁹ / vt q̄ sacra mysteria sumunt / ab omni carnali immūditia sint liberi: iuxta qđ illis propheta dicente iubetur. Mundamini qui fertis vasa domini. Hec ille. AVTHOR. Ecce isti ordines dicti sunt iuxta Isidorū etiā in lege veteri / nec huiusq̄ ministerij aut ordinis dignitatem amittunt. Sic em̄ dicit de psalmistis siue lectoribus: Filij eius in hunc ordinem subrogati sunt a Dauid. Et de subdiaconib⁹ cōsequenter. Ex eorū / inquit / ordine fuit ille Nathanael. Cur ergo nō erant hi ordines in lege vtraq̄? Unde primo Esdre. xi. sic ordinate scribuntur. Habitauit autem vnusquisq̄ in possessione sua in vrbibus suis Israel: sacerdotes / leuite / Nathinnei. Et infra. Preceptū quippe regis super eos erat / ⁊ ordo in cantoribus per dies singulos. Et in ca. xiij. Ecce ibi erant ante eum reponētes munera / ⁊ thus / ⁊ vasa / ⁊ decimā frumenti / ⁊ vini / ⁊ olei / ⁊ partes leuitarum / ⁊ cantorum / ⁊ ianitorum / et primitias sacerdotales. Omnes ergo hi tūc sicut ⁊ nūc ponebant numerū in ordine cum sacerdotibus ⁊ leuitis: tam quo ad ministerium: q̄ quo ad victum. Nondū dixi item in lege veteri bipertitum ordinem sacerdotū: summorū. s. ⁊ inferiorum / quorum primi describūtur in Ezechiele seruasse excubias in custodijs templi: secundi in ministerium altaris ante faciem templi. Quē locum literaliter scrutās vltima Homilia super Ezechielem / Gregorius. Prius (inquit) nobis querendū est: qui sunt maioris ordinis sacerdotes. Utrum ij qui in custodijs excubant tēpli / an ij qui in ministerio altaris. Sed quia paulopost subditur: Altare erat ante faciem templi: aperte ostēditur: illos esse maioris ordinis sacerdotes / qui in custodijs templi excubabant: quia profecto in altari qđ est interius ministrant. Hi autem qui ad altare / qđ ante faciē templi est / excubant: tanto inferiores sunt: quāto in exterioribus ministrāt. Hec ille. AVTHOR. Ecce non vnum / sed duos ordines sacerdotū in lege antiqua: quos bene distinxit secundum officiorū ratiōes ad literā: quia summi sacerdotes / ministrabāt interius: hi vero inferiores ad altare ante faciem templi. Et hi etiam ab apostolorum temporibus ⁊ institutione hactenus in ecclesia perseuerant: q̄uis ambiguitas noīm fefellit witcleff: ne hoc sciret. Qualiter clare patet exponente nobis Ambrosio textum illū Pauli ad Ephesios. Et ipse dedit quosdā apostolos quidē quosdam prophetas: alios vero euangelistas: quosdā vero pastores ⁊ doctores ⁊c̄. Ubi dicit. Apostoli episcopi sunt. Prophete vero explanatores sunt scripturarū q̄uis inter ipsa primordia fuerint prophete: sicut Agabus ⁊ quattuor virgines prophetantes: sicut continetur in actibus apostolorum: sed propter rudimenta fidei cōmendanda. Nūc autem interpretes prophete dicuntur. Euāgeliste diaconi sunt: sicut Philippus. Qui q̄ non sint sacerdotes / euangelizare tamē possunt sine cathedra: quēadmodum ⁊ Stephanus ⁊ Philippus memoratus. Pastores possunt esse lectores: qui lectione saginent populum audientē: quia non pane tantum viuit homo: sed in omni verbo dei. Magistri vero exorciste sunt: quia in ecclesia Christi compescunt ⁊ verberant inquietos: siue hi qui lectionibus incumbētes infantes solebant imbuere: sicut mos Iudeorum est / quorum traditio ad nos transitum fecit: qui per negligentiam absoleuit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur qui propter reseratū occultum scripturarū sensum prophetare dicitur / presertim cū future spei verba depromit: qui ordo potest esse presbyteri. Hec ille. AVTHOR. Nititur Ambrosius sanctos ordines fundare in officijs approbatis orientis ecclesie. Et q̄uis p anticipationē episcopos enumeret: nō tamē in eorum

Gregori.

Ambros.

Predicandi ratio.

subrogat loca/sed ipsos dicit eosdem forma dignitatis ecclesiastice ⁊ ordinis potestate: puta epos nr̃os apostolos:presbyteros nostros/prophetas:diacones.euangelistas:lectores nostros/pastores:Magistros scholarum/exorcistas. Nec his enumeratis euacuabũtur alij

Acolyti. sed in his possunt intelligi ceteri nõ expressi. Qualiter ordo acolytatus tempore sancti Pauli fulsit in Onesimo:sicut veriores codices habẽt in argumẽtis proemialibus super primam epistolam ad Thessalonicenses ⁊ secundã:vbi dicitur. Hos collaudat apostolus scri

Argumẽtum. bens eis ab Athenis per Titum ⁊ Onesimũ acolytũ. Et argumẽ.in epistolam secundam. Scribit hanc; epistolam ab Athenis per Tychicum ⁊ Onesimũ acolytum. AVTHOR. Similiter in canonibus apostolorũ est capitulum.xlij.Episcopus:aut presbyter:aut diaco

Canõ apostolorum. nus alee atq; ebrietati deseruiens aut desinat:aut certe damnetur. Et cap.xliij.Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciẽs/aut desinat:aut a cõmunione priuetur. Hec ibi. AVTHOR. Nec dedignentur witcleffiste isti hunc librũ sanctorum canonum in hanc authoritatem vetustatis assumere: quem sanctus Joannes Chrysostomus inter authẽtica deputat:appendẽs magna veneratiõe sententiam quandam eius:de libro octauo canonũ:vt legere potes librũ eius super Matheum operis imperfecti. Homil.liij. Depravantib⁹ autem hereticis sanctos canones decreto ecclesie in epistola Pelagij liber cẽsetur apocriphus: his quinquaginta capitulis vt seriose ponuntur in libro decretorũ pontificum duntaxat exceptis. Tandẽ ac finaliter q̃d dicemus ad witcleff: cũ scribit in dicto de gradib⁹ mi

witcleff. litãtis eccl̃ie. Videt (inq̃t) irrationabile ⁊ infundabile q; ecclesia militans sit cum tribus ordinibus onerata. Quid inquam dicemus preter hoc: ad volũtatem sponsi/necesse est vt ministri numerentur ecclesie. Si enim pauciores esse iusserit/frequentia est tollenda. Si vero tot esse preceperit:quis est witcleff/ qui contra patrẽfamilias murmuret de ministris cui per nouem ordinũ choros milia milium ministrant in gloria/⁊ decies centena milia coassistunt: Consulo si non vis nouem ordines clericorum in ecclesia quousq; simus angelis coequales:sponse Christi ministrare velle cu; Rabano:saltem dum in hoc mũdo septemplici tempore voluimur pro septemplici gratia sancti spiritus amplexanda/septem ordines clericorum admitte cum Isidoro: maxime si tibi dicat Christum sponsum ecclesie sic mandas

Isidorus. se. in sermone illo magno de synodo qui intitulat de excellentia sacrorum ordinum.vbi. Hec/inquit/ officia septẽ gradib⁹ sunt distincta:quia sancta ecclesia septiformis gratie est munere decorata. Hec officia in ꝓpria persona dominus noster ostendit:⁊ ecclesie sue exhibenda reliquit:vt forma que precessit in capite/representaretur in corpore. Hec ille.

Q; tẽpore apostoli distinctio fuit episcopi a simplici sacerdote. Ca.CXVII.

Vt probet paucitatem ordinum ecclesie quã intendit:as

witcleff. sumit witcleff cõtra sacros antistites argumentũ. Dico inquiens/q; in tempore apostoli fuit idem presbyter atq; episcopus. patet.ij.ad Timotheũ tertio.et ad Titum primo. Et idem testatur ille profundus theologus Hie

Di.lxxxv. ronymus:vt patet.lix.distinctione.capitu. Olim.quarto trialog. witcleff.capit.xv.AVTHOR. Dixi ad ista superius libro secundo. Quia autẽ totiens in opusculorum suorum angulis ad mala varia ingerenda idem replicat:⁊ complicat vernaculũ argumẽtum: cordis venas incipit aperire:vt aliquid respondeamus blasphemijs frequẽtatis. Incepimus ibi dicere q; heresis eẽt olim cuiusdam Aerij sic docẽtis: nullam esse distantiã Aerius. presbyteri ab episcopo:vt scribit Augustinus libro suo de heresibus. Hoc autem percepto circuit ac querit witcleff soluere se ab alijs vinculis. Sed male fila precipiens se fortius implicat. ca.xi.de Papa in fine. Ab witcleff. sit(inquit)logicum credere dictum illud Augustini repugnare decreto Hieronymi:q; olim idem fuit episcopus ⁊ sacerdos. Olim enim erant pauci episcopi atq; idonei:qui seclusi a seculo non propter mundum/sed ꝓpter deum ⁊ amorem ecclesie curam pastoralis officij perfecerunt. Et sic error esset hodie negare presbyterũ ab episcopo nulla differentia discerni: cum multi presbyteri instructi ĩ lege domini viuãt sancte:⁊ multi episcopi ignari legis dei viuãt contrarie. Ideo necesse est esse differentiam sacerdotũ. Hec ille. AVTHOR. Ecce propter minus credentes qualiter vertit dicta sanctorum: quibus trufis querit euadere: sapiens sibi visus/ si stultus dicere videatur. Sacerdos(inquit)a sacerdote discernit:quia lasciuus a continente:ab ignaro sciolus:ab idiota idoneus: ⁊ sic necesse est esse differẽtiam sacerdotum.quasi diceret. Ideo fuit Aerius ille hereticus:quia dixit nullam esse differẽtiam inter sacerdotes inmorib⁹. Quis vnq; pro hac heresi damnabatur: Quis tam demens vnq; hoc dixerit: Ad stylum Augu stini te verte:⁊ vide si hoc sapiat qđ finxisti: cum dicit. Augusti. Aeriani ab Aerio quodam dicti sunt: qui cum eẽt presbyter/doluisse fertur q; episcopus non potuerit ordinari:⁊ in Arrianorum heresim lapsus propria quoq; dogmata addidisse. Sequitur. Dicebat eñ presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. Hec ille. AVTHOR. Hic non imputat Augustinus dixisse Aerium presbyterum ab episcopo/scilicet presbyterum a presbytero in nullo differre: sed presbyterum ab episcopo nulla differẽtia debere discerni. Debita est ergo differẽtia presbyter ab episcopo discernẽdus. Et nunquid per bonos mores ⁊ malos mores: Et nunquid debitu; est episcopo esse ignarum legis dei: vt viuat contrarie instructis presbyteris: Nunquid talis debet esse differentia sacerdotum:quam quia nõ ponebat Aerius cẽsetur hereticus: Et nunquid item doluit ipse q; talis nõ potuit ordinari episcopus:id est ignarus sacerdos: Presbyter eni; erat:sicut Augustinus dicit. Cur ergo doluit q; vlterius ordinari non potuit: Aut quis alius sacerdos esse per ordinationem voluit quẽ ipse facere semetipsum non potuit: Vidistis iam fatuitatem eius mendacem. Sed absit(inquit)logicum credere dictu; illud Augustini repugnare decreto Hieronymi. Et ego dico: absit christianum credere dictum illud Hieronymi concorditer dicere heresi infamis Aerij.in lib.heresum Augustini. Et iterum absit credere Hieronymum hoc sensisse cum witcleff:cõtra totam ecclesiam ⁊ seipsum. Ipse enim discernere docet inter episcopum ⁊ sacerdotẽ/sicut inter Aaron ⁊ filios eius. epistola.xxxv. Hierony. ad Nepotianum de vita Clericorum/dicens. Quod Aaron ⁊ filios: hoc esse episcopum ⁊ presbyteros nouerimus:vnus dominus/vnum templum/vnũ etiã ministerium. Et supra habuit. Esto subiect⁹ põtifici tuo/⁊ quasi anime parentem suspice. Hec ille. AVTHOR. Require exodi leuiticiq; codices vt meditari possis tãtam aut forsan nõ minorem distantiam inter Aaron summum pontificem et filios eius sacerdotes minores / secundum classes vicis sue distinctos: quantum

nunc inter episcopum et alios inferiores presbyteros videre non sustines. Monstrare volebat Hieronymus argumento legis hoc Heliodoro fuisse debitum qđ sua sit: scilicet esse subiectum suo pontifici. Ad qđ firmandum. Q̄ Aaron (inquit) ⁊ filios eius hoc esse episcopū ⁊ presbyteros nouerimus: id est sic preminere episcopū ⁊ sic subijci sacerdotes: scilicet non tanq̄ seruos domino: sed quasi filios patri: ⁊ ministrationis sue prepositio. Hec ecce tradidit nobis Hieronymꝰ. Ipse docet episcopum venerandum a populo iuxta preceptū apostoli q̄uis item dyscolus sit ⁊ proterat pedibꝰ gregē Christi. In cōmentario super Micheam libro .ij. textu. Nolite credere amicis neq̄ sperare in ducibus. Hieronymus. *Hierony.* Duces populi mei me nescierūt: filij stulti sunt et non intelligentes. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autem facere nescierūt. Duces quidem (ait) mei vocabantur ⁊ duces populi mei: sed quia nescierunt me: ⁊ opere vocabulū destruxerūt: propterea filij stulti sunt/ ⁊ non intelligentes prudentiam. Ob hoc tm̄ scientiam habent vt subijciant sibi simplicem gregem/ ⁊ proterāt pedibus suis: benefacere ⁊ regere nescierunt populum. Nolite credere in ducibus: non in episcopo: non in presbytero: non in diacono/ non in qualibet hominū dignitate. Nec hoc dico ꝙ in istiusmodi gradibus in ecclesia non debetis eē subiecti. Quicūq̄ .n. maledixerit patri/ aut matri morte moriatur. Et apostolus docet prepositis in ecclesia obediendum. Sed ꝙ aliud sit honorare duces/ aliud spem habere in ducibus: honoremꝰ episcopum: Presbytero honorem deferamus: assurgamus diacono: et tamen non speremus in eis: quia vna ⁊ certa spes est in domino. Hec ille. AVTHOR. Ecce gradus distinguit Hieronymus: docet distātias: episcopi/ scilicet a simplici sacerdote: ⁊ item a diacono: ⁊ modos ponderat honorandi sub interminatione geminate sententie veteris ⁊ noue legis. Excipit tamen iuxta formam scripture ne spem habeamus in ducibus/ episcopis scilicet/ presbyteris/ aut qualibet hominū dignitate. Et per hoc reducit nos ad originalem causam distinguendi ⁊ preficiēdi episcopum multis presbyteris. Quam autem causam/ ipse aperit in primo ca. Olim. *Hierony.* in cōmentario super epistolam ad Titum. textu. Oportet episcopuz sine crimine esse. vbi dicit. Idem est ergo presbyter qui episcopꝰ. Et anteq̄ diaboli instinctu studia fierent in religione: ⁊ diceretur in populis: Ego suz Pauli: ego Apollo: ego autem Cephe: cōmuni presbyterorum consilio ecclesie gubernabantur. Postq̄ autē vnusquisq̄ eos quos baptizauerat putabat suos non Christi: in toto orbe decretum est/ vt vnus ex presbyteris electis supponeretur ceteris: ad quem omnis cura ecclesie pertineret/ ⁊ schismatum semina tollerētur. Hec Hieronymus. AVTHOR. Distingue causas rerum ⁊ tempora. Ipsa primeua confusio sacerdotū peperit schismata: schismata blasphemias contra Christum. Sequitur distincta ordinatio sacerdotū: ⁊ eradicātur schismata. In Christi nomine resonat omnis lingua. Primum tempus ante studia schismatum. Secūdum tempus vniuersalis confessionis ⁊ laudis nominis Iesu Christi per orbem: per preferentiam sup multos presbyteros vnius antistitis. Quid prefers tēpus tempori: vetus nouo: periculis grauidum/ liberato? Et primum dicis apostoli: quasi non ita esset secundū. O librator temporum inequalis. Bonum erat cū apostolo sentire. Sed cur tibi schismata placēt ⁊ hereses q̄ apostolo nō placebant? Pro te ⁊ tui similibus Poeta dixit. *Flaccus.* Laudamꝰ veteres: sed nostris vtimur annis. Quid ergo peperit primum tempus in quo sacerdotum erat confusio? Nunquid dicit Hieronymus ꝙ tunc peperit instinctu diaboli studia schismatum? Et super illud prime Corinth. Ego plantaui/ Apollo rigauit. in expositione Ambrosius. *Ambrosiꝰ* Tanta (inquit) discordia in populo erat vt multa essent studia diuersarum partium. Hec ille. AVTHOR. Et hoc quia spem suam ponebāt in homine: sicut supra dixit Hieronymꝰ. Et super psal. lxxv. versu. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis. *Augusti.* Augustinus. Fratres/ inquit/ hoc dictum est ne quisq̄ vestrum velit spem suam ponere in homine. Sequitur. Qui vero sic accessit ad deum: vt in illo habitet deus: displicent illi omnes qui in illo non ponunt spem suā. Propterea datum est quoddā exēplum cū ipsos apostolos sibi diuiserunt: ⁊ in schismata ierunt. Quid dicebant? Ego Pauli: ego Apollo: ego Cephe/ id est Petri. Hos plangit apostolus ⁊ dicit eis: diuisus est Christus. Et se elegit quem apud ipsos contēneret. Hec ille. AVTHOR. Hoc ecce tempus est qđ laudas: tēpus calumnie fidei: tempus surreptionis glorie Iesu Christi/ ⁊ pene ad gētilitatem vsq̄ retrogradum. sicut in expositione super illud prime Corinth. Nam cum emulatio in vobis ⁊ cōtentiōes sint/ nōne carnales estis? *Ambrosiꝰ* Ambrosius. Indignitatis (inquit) causam ostendit: quia de homine qui sperat auxiliuz/ carnalis est. Qui aūt spreta humanitate de deo sperat: spiritualis est: quia deus spiritus est. Cum eñ quis dicat: Ego sum Pauli: aliꝰ autem: Ego Apollo: nōne homines estis? Sicut enim gloriantes in deo ⁊ de ipso gratiam sperātes dij dicuntur: deo adoptati: ita ⁊ in homine gloriantes/ et homines ⁊ carnales sententia dei concludit atq̄ ait. Ego dixi dij estis. Vos autez sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit ne forte putaretur per inuidiā magis personas illorum destruere: ostendens magnū errorem ⁊ ad dei contumeliam pertinere: quando deo predicato: gloria datur hominibus. Quid ergo minus est a gentilitate dū adhuc aliquid de hominibus speratur? Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis. Hec ille. AVTHOR. Vide ꝙ pene gentilitatis idololatriā induxit hec presumptio sacerdotum: cum non episcopum inter se maiorē agnoscerent: ⁊ quilibet ad partem suam populi desipientis gloriaz laudis attraxit. Idcirco (dicit Hieronymus) in toto orbe decretum est: vt vnus ex presbyteris electis superponeretur ceteris ad quem omnis cura ecclesie pertineret: ⁊ schismatum semina tollerentur. Nec hic intelligendum existiment witcleffiste ꝙ ante tempus istud nō fuerit episcopus a presbytero segregatus gradu ⁊ officio. Alioquin dicat witcleff: cur querat Hieronymus quomodo pretermisso presbytero de episcopo ad diaconem instruendum preteruolauit apostolus/ prime ad Timotheum tertio: in annotationibꝰ. textu *Hierony.* Diaconos similiter pudicos. dicēs. Similiter irreprehensibiles/ vt episcopi eligātur. Queritur/ cur de presbyteris nullam fecerit mentionem. Sed etiam ipsos in episcoporum nomine comprehendit: quia secundus immo pene est vnus gradus. Sicut ad Philippenses episcopos ⁊ diaconos scribit: cum vna ciuitas plures episcopos habere non possit. Et in actibus apostolorū presbyteros ipse iturus Hierosolymam congregauit. quibus inter cetera. Videte (inquit) gregem quo vos spiritussanctus ep̄os ordinauit. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc loco videtur docere. Hieronymus ꝙ tempore sancti Pauli fuit distinctio ep̄i a presbytero minori: quia in vna ciuitate non tunc poterant esse multi episcopi: sed in vna ciuitate Ephesi poterāt eē multi presbyteri. Eteñ q̄ presbyter secundus ab ep̄o gradus est aut q̄uis pene non tamen plene idem gradus existit. Sed quia in episcopi noīe ꝓpter vicinitatem ordinis

frequenter intelligit: ideo pluries vicissim alternāt vocabula. Quod nunq̄ facit diaconus propter remotam sui distantiam ab altero ordine. Qualiter in libro de questionibus noui et veteris testamēti.cap.ci. August. Nō em̄ (inquit) qualiscūq; honor est antistiti dei seruire in ecclesia duntaxat. Et sacerdos totius honoris ecclesiastici dignus habetur. Maior enim ordo intra se et apud se habet et minorē. Presbyter et diaconi agit officium: et exorciste et lectoris. Presbyterū autem intelligi episcopum probat apostolus Paulus quando Timotheum quem ordinauit presbyterum / instruit qualē debet creare episcopum. Quid est enim episcopus nisi primus presbyter? hoc est summus sacerdos. Nūquid et ministros diaconos nostros dicit episcopos? nō vtiq; quia multo inferiores sunt. Hec ille. AVTHOR. Maior ergo ordo quia intra se minorem continet: officium eius habet et explet: sed nō e contrario. Episcopus autem presbyterum cōtinet ipsa re. Presbyter nō re ipsa totū epm̄: sed ordinis noīe. Et in expositiōe epistole ad Ephe. cōcordat Ambrosius dicēs. In episcopo omnes ordines sunt: quia prim⁹ sacerdos est. Hic est princeps sacerdotum et propheta et euāgelista et cetera adimplēda officia ecclesie in ministerio fidelium. Hec ille. AVTHOR. Tangens vero predictam difficultatem Hieronymi quō Paulus omittens presbyteros de episcopo transit ad diaconū: cum instruit Timotheum: cōcordat omnino Hieronymo in expositione sua eiusdē epistole / Ambrosius dicēs. Post episcopū tn̄ diaco natus ordinē subijcit. Quare? nisi quia episcopi et presbyteri vna ordinatio est? Vterq; em̄ sacerdos est: sed epūs primus est: vt omnis episcop⁹ sit presbyter nō tn̄ oīs presbyter episcopus. Hic.n. episcopus est qui inter presbyteros primus est. Deniq; Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat / episcopus erat. Vnde et quemadmodum episcopū ordinet ostendit. Neq; enim fas erat aut licebat vt inferior ordinet maiorem. Nemo enim tribuit qd̄ non accepit. Hec ille. AVTHOR. In toto isto progressu docet Ambrosius quomodo olim erat idem episcopus et sacerdos: qd̄ ait Hieronymus: et tamen qualiter eodē tempore maior erat episcopus sacerdote. Ideo idem episcopus et sacerdos: quia ordinatiōe idem. Quia episcopi et presbyteri (inquit) vna ordinatio est. Sed ideo alius gradus et maior episcopi q̄ presbyteri: quia primus inter presbyteros tunc erat episcopus. Augustinus dixit. Quid est episcopus nisi primus presbyter? hoc est summ⁹ sacerdos. Sicut Timothe⁹ eo erat episcopus q͞ nullus ante eū erat sacerdos. Aliter (inquit) non poterat episcopum ordinasse ad mandatum apostoli. Et ratio Ambrosij. Quia non erat fas tunc nec licebat vt maiorē tunc ordinaret inferior. Erat ergo tūc episcop⁹ maior et reliquus omnis sacerdos inferior. Et iterū. Nemo tribuit qd̄ non accepit. Quid ex hoc vult nisi q͞ inferior sacerdos non potest creare episcopū: q͞ nunq̄ accepit episcopatū? Non ergo sic idem tunc episcopus et sacerdos / q͞ eo episcopus quo sacerdos: sicut wicleff aberrat. Sed quid mutatū erat circa ordinationem episcopi in sequēti tempore: qd̄ notat Hieronymus cuȝ dicit. Postq̄ vnusquisq; eos quos baptizauerat / etiam decretū est vt vnus ex presbyteris elect⁹ superponeret. Et eū declarat in expositiōe sua sup epistolam ad Ephesios textu: Ipse dedit quosdā apostolos. Ambrosius. Timotheum presbyterū a se creatū Paulus episcopū vocat: q͞ primi presbyteri episcopi appellabantur vt recedēte eo sequēs ei succederet. Sequit. Sed quia sequentes presbyteri inceperunt indigni inueniri ad primatus tenendos: immutata est ratio prospiciente concilio: vt nō ordo sed meritum crearet episcopum multorum sacerdotum iudicio constitutum: ne indignus temere vsurparet: et esset multis scandalum. Hec ille. AVTHOR. Jam videtis hoc esse qd̄ Hieronymus dixit postmodum decretum esse / vt vnus a presbyteris electus superponeret ceteris. Et q͞ prior consuetudo secundum quā non meritum: sed ordo antiquitatis creauit episcopum: vt recedente priore statim sequens foret episcopus: ita vt tunc idem foret eē primū sacerdotem et episcopum: quia ordinatio alia nō accessit: fuit multis populis scandali ratio tam propter indignitatem q̄ temeritatem vsurpantis. Nec enim modicum scandalū plebium / nec pusilla temeritas vt docerent homines dicere. Ego Pauli. Ego Apollo. Nō vt prehabitū est / ab institutione illa et idētitate episcopi et sacerdotis inualuit tunc: et inualescit item nūc vbi inter hereticos dogmatis illius forma surrexerit: sicut inter Aerios wicleuistas dicētes īter epos et sacerdotes nullam debere discretionem esse: dicentes sicut itē in heresi Nouati erratum est / et notat Eusebius lib. vi. ecclesiastice historie.cap.xxxiij. sub authoritate Cornelij in epistola ad Fabianum Antiochenum. vbi dicit. Cum fratribus semper iurare solitus sit Nouatus episcopatū se omnino non cupere: subito ex improuiso / velut nouum plasma episcopus apparuit: scilicet q̄ disciplinam et instituta ecclesiastica vindicabat / episcopatū quem non a deo acceperat presumebat. Tribus nanq; episcopis simplicissimis hoīb⁹ et oīm ignaris de remota parte Italie adhibitis / immo poti⁹ subtili ab eo circūuentiōe deceptis / imaginariā magis q̄ legitimā ab eis extorquet manus impositionem. Ex quibus tamē vnus continuo ad ecclesiam redijt confessus peccatuȝ suum: et in cōmunionem laicam populo etiam pro hoc interueniēte susceptus est. In loco vero reliquorū duorū qui Nouato manus imposuerant / ordinati sunt alij epi et missi. Is ergo qui euāgeliū vindicabat / nesciebat in ecclesia catholica vnū episcopū esse debere vbi videbat ipse presbyteros quadraginta / et sex diaconos / et vij. subdiaconos / septē acolytos: quadragita et duos exorcistas: et lectores cū ostiarijs quiquagita et duos: viduas cum indigentibus mille quingentas: quos oēs deus alit in ecclesia sua. Hec ille. AVTHOR. Totum recitaui ab integro ne volentibus scire principium et progressum episcopationis huius Nouati / q̄uis imaginarie: quicq̄ deesset: et consequentius tunc sciretur cur intulit q͞ is qui sic euangelium vindicabat / nesciebat in ecclesia catholica vnum episcopum esse debere. Quasi dicat: huius rei nescientia vel forsan incuria laxauit ipsi frenum erroribus. Quo contra q̄uis episcopus esset / vnum tamen sciuit in ecclesia debere esse episcopum / in expositione sua super epistolam primam ad Timotheum / textu. Vt scias queādmodum oporteat te in domo dei conuersari. pius et pacatus Ambrosi⁹. Scribo tibi vt scias quomodo ecclesiam ordines que est domus dei: vt cum totus mundus dei sit / ecclesia tamē domus eius dicatur: cuius hodie rector est Damasus. Hec ille.

Augusti. — Ambrosi⁹ — Ambrosi⁹ — Ambrosi⁹ — Cornelius — Ambrosi⁹

Q͞ nō fuit quis eo in gradu & ordine ecclesiastico altior quo humilior & ecclesię seruitiuior, sed ab electione & institutione primęua ecclesię erat differētia graduum & honorum.

Caput.CXVIII.

Confusionis author cur iam non
confunditur dicere in tẽpore apo
stolorũ nulla fuisse distincta/non
episcopum a presbytero: nõ Pa
pam in mundo ad distinctionem
eius: Cardinalium quoq; ac Pa
triarcharũ Episcoporum? ⁊ simi
lia in predicto. xv. cap. iiij. trialo-
gi. Sed certum ipsi videtur q̃ su
perbia Cesarea hos gradus adinuenit. O bone Jesu
quid Paulũ distinxit a Tito in gradu? Quid Titum
a Luca vel Apollo: quãdo misit illos probare Corin-
thios. ij. Corinth. viij. vbi dixit Titum socium suũ: quia
erat episcopus: Lucã vero ministrũ Titi/⁊ Apollo/fra
tres suos. Misimus (iquit) cũ illis ⁊ fratrẽ nostrũ quẽ
probauimus in multis sollicitum esse: nũc vero multo
sollicitior est confidentia multa in vos: siue ꝑ Tito qui
est socius me⁹ ⁊ ĩ vobis adiutor: siue fratres nostri apo
stoli ecclesiarũ glorie Christi. Ubi in expositione Am-
Ambrosi⁹ brosius. Titum ideo socium suũ vocat: quia ⁊ ipse epi-
scopus erat: cui ministeriũ dedit notum in omnibus ec
clesijs ipsius prouincie. Quibus addit ⁊ tertiuz fratrẽ
probatũ in multis bonis operibus atq; sollicitũ. Hec
ille. AVTHOR. Hunc ministrum Titi vocat Lucam
euangelistam in illo loco: in lib. annotationũ Hierony-
mus. Missus autẽ cum illo est frater: cuius laus est in
euangelio/per omnes ecclesias. Hoc de Luca intelligi
tur qui laudem in euangelio conscribẽdo habere vide-
tur pre ceteris: qui etiã Actus apostolorũ preter euan
geliũ scripsit. Hec ille. AVTHOR. Ecce distinctio gra
duum in ecclesia primitiua. Lucas est euangelista pre-
cipuus: sed q: non est episcop⁹/minister ordinatur epi-
scopi/puta Titi. Titus itẽ q̃uis episcopus: nõ tamen
episcopus summus: sed habet capitalẽ episcopũ Pau
lum apostolum. Et Ambrosius ministeriũ istorũ expri-
Ambrosi⁹ mens lib. ij. de officijs. cap. xij. Quid (inquit) Heliã at-
q; Heliseum loquamur? Licet nõ expresse Heliseuz mi-
norem scriptura significauerit: aduertimus tamẽ ⁊ col
ligimus minorem fuisse. In actib⁹ eñi apostolorum Bar
nabas Marcũ assumpsit: Paulus Sylã/ Timotheũ/
⁊ Titum. Sz illis superioribus videmus diuisa officia
vt seniores cõsilio preualerẽt: iuniores ministerio. Ple
runq; etiã virtutibus pares/ dispares etatibus sui de-
Joannes lectantur copula: sicut delectabantur Petrus ⁊ Joan
iunior. nes. Nam adolescentẽ legimus in euangelio Joannez
⁊ sua voce: licet meritis ⁊ sapiẽtia nulli fuit seniorũ se-
cũdus. Hec ille. AVTHOR. Biformes copulas senio
rum ad iuuenes informat Ambrosius. Secũdũ officia
quidẽ primã distinguit: ita vt seniores mandent ⁊ con-
sulant: iuniores ipsi ministrent. Sic aũt assignat copu
lã patriarcharũ nostrorũ Carmelitarũ/ Helie senioris
iubẽtis/⁊ Helisei discipuli ministrãtis. Sic itẽ in acti-
bus apostolorum: Paulus assumpsit Sylã: Paul⁹ quo
q; Timotheũ ⁊ Titũ/ apostolus episcopos/ senior pa-
ter/filios ⁊ ministros. Secũda copula Petri ⁊ Joan-
nis fuit potestate equaliũ/etate tamẽ impariũ. Quot
quot ergo tunc erãt episcopi: capitales episcopos ha
bebant apostolos primos Christi: secundũ illud prime
ad Corinth. xij. Quosdã quidẽ posuit deus in ecclesia
Ambrosi⁹ primũ apostolos. Ubi in expositione Ambrosius. Ca-
put itaq; in ecclesia apostolos posuit: qui legati Chri-
sti sunt: sicut dicit idẽ apl'us. Pro quo legatiõe fungi-
mur. Ipsi sunt episcopi: firmãte istud Petro ⁊ dicẽte
inter cetera de Juda. Et episcopatum eius accipiat al
ter. Hec ille. AVTHOR. Ueniat blasphemus noster ⁊
dicat ⁊ criminet gradus istos quos in summo diluculo
oriẽtis ecclesie iam fundauimus. Lucas est in ministri
gradu ad Titum episcopũ/q̃uis summus euangelista
⁊ comes peregrinationis Pauli per ecclesias ordina-
tus. Titus item subiect⁹ Paulo ⁊ apostolis tanq̃ ca-
pitalibus episcopis. Inter apostolos primus extitit ⁊
caput Petrus/vt supra alias est probatũ. Quomodo Petrus.
ergo in temporibus apostolorum nõ fuit adinuenta di-
stinctio Pape aut patriarcharum/episcoporumq; vel
similiuz? Si certus sis q̃ supbia Cesarea hos gradus
adinuenit in istis fundẽt te scripture: dicta tua/patrũ
dicta corroborent: ac sanius maledicta tam crebra cõ-
pescãt. Scio glossã tuã: habes ꝑ manib⁹ vt dicas. Hec
distinctio graduũ non fuit maioritatis mundane scdm
modernorum ambitũ p̃latorũ: sed quiscũq; foret hũilior ⁊
ecclesie seruitiuior ipe/gradũ altiorem habebat. False
meretricãtis hypocrisis: frons picea ⁊ depicta: vt lau
de virtutũ ministros virtutis exterminet ad comparã-
dum sanctos sanctis. apostolos apostolis: si ausi sim⁹
nos prouocas. Nos aũt nõ tracti filo: tã cito sequimur
irritantem: sed sine preiudicio principũ fidei de sancto-
rum splendoribus conferamus. Quis inter apl'os hu-
milior illo qui dixit: Utinã sustineretis modicũ q̃d insi
piẽtie mee. ⁊ Ut min⁹ sapiẽs dico. ⁊ In isipiẽtia dico.
Et dum loqueret de Christi apparitionibus. Uisus est
(inquit) Cephe/⁊ post hoc vndecim: deinde plusq̃ quin
gentis fratribus simul: deinde Jacobo: deinde aposto-
lis oĩbus. Nouissime autẽ omniũ tanq̃ abortiuo visus
est ⁊ mihi. Ego eñi sum minimus apostolorũ/q̃ nõ sum
dignus vocari apostolus. Unde in sermone. xxxix. ter-
tie partis. Augustin⁹. Audi Paulũ. Ego sum (inquit) Augusti.
minimus apostolorum. Et alio loco. Ego nouissimus apo
stolorum ⁊ minimus/⁊ nouissimus tanq̃ fimbria de ve
stimento domini. Quid tam exiguum: tam nouissimũ:
q̃ fimbria? Hac tamen tacta mulier a fluxu sanguinis
sanata est. Immo: dico iste erat magnus. In minimo
grandis habitabat ⁊ tanto minus a se magnum exclu
debat: quãto magis minor erat. Audi istũ dicẽtẽ. Su-
per quẽ requiescet spũs me⁹? super humilẽ ⁊ quietũ ⁊
trementẽ verba mea. Ideo altus habitat in humili/vt
humilẽ exaltet. Hec ille. AVTHOR. Quis item inter Augusti.
apostolos operiosior: vel vt tecũ nõ tã prudenter q̃ mi
litariter loquar/seruitiuior? Sicut Augusti. iocatur cũ
Dioscoro in epistola ad eũdẽ. Ut militariter loquar li
teriores libẽter sufflãt/inquit. Quis inquã seruitiuior
aut (in termino apostoli) quis sollicitior eo qui cum di-
xisset se minimũ ⁊ abortiuũ/statim subiũxit. Sz abũdã
tius illis oĩb⁹ laboraui. Et alibi. Nihil minus feci ab
ijs qui sunt supra modũ apostoli. Unde Homil. iij. Au- Augusti. de Paulo
gust. Quasi eñi in vniuersum mundũ ipse gyrãs sic ꝑ-
turbabat: sic currebat: sic oẽs ĩ regnũ dei festinabat in-
ducere/docẽdo/pollicẽdo/meditãdo/timorãdo: ꝑ ipis/
cũ ipisq; supplicãdo: ⁊ terrẽdo demones: ⁊ corruptores
animarũ fugãdo: aliquãdo epistola/aliqñ p̃sentia/nũc
sermone: nunc rebus: ꝑ discipulos/ꝑ semetipm conaba
tur erigere labantes: stãtes vero firmare: humi iacen-
tes attollere/sanare contritos: torpẽtes oleo exhorta-
tionis animare/inimicis insonare terribiliter: hostes
viuaciter intueri more optimi cuiusdam ducis ⁊ medi
ci: artis sue instrumenta gestantis. Protector ipse bel
lantium. Ipse sedulus egrotorum minister: et vnus o-
mnium officiorum personas exercitu vbiq; custodiẽs.
Nec in spũalibus solũ: sed in carnalib⁹ quoq; plurima
sollicitudinis ac prouidentie sue documenta prestabat
Hec ille. AVTHOR. Is inquã tã sollicitus: tam ope-
rosus in ecclesia Christi: qualiter nõ argumẽto tuo est
oĩbus apl'is altior cũ sit sollicitior in labore: ⁊ nõ min⁹
in omni humilitate deiectior? Nihil minus feci (iquit)
ab ijs q̃ supra modũ sunt apostoli/tãetsi nihil sum. No

potuit ꝓ hūilitate de se mētiri apostolus. Nemo id pie
cogitet. Minimus ergo apostolorū erat Paulus:et in
cōparatione Pauli/alij erāt supra modū apostoli:cuꝫ
tamē plus oībus laborauit. Et nemo illoꝝ ad tantū de
iectus vt Paulus/qui tanq̄ nihil est factus. Sed reue
ra hoc solum arguens ex principijs hostis nostri: sicut
omnes apostolos Paulo nō preferimus quoꝝ se dixit
minimū:q2 vocatione postremum vel tempore:ita Pe
trum et omnes apostolos Paulo nō postponimus q̄-
uis Paulus Petro deiectior ⁊ plus oībus laborauit.
Unde in expositione sua sup eundē locū.ij.ad Corinth.
Ambrosi⁹ Supra modū apostoli. Ambrosius. Hoc erāt(īquit)qđ
⁊ apostolus Paulus. Hoc ergo dicit/ ꝙ minor non est
Paulus/neq̄ in predicatione/neq̄ in signis faciēdis/
apostolis precessoribus suis:non dignitate/ sed tēpore.
Nā si de tempore prescribendū putetur ante cepit Jo-
annes predicare q̄ Christus. Et nō Christus Joannē/
sed Joannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudi-
cat deus. Deniq̄ prior secutus est Andreas saluatoreꝫ
q̄ Petrus: ⁊ non tamen primatum accepit Andreas
sed Petrus. Hec ille. AVTHOR. Hoc plane mōstrat
eos scripturarū ignaros qui tollunt inter apostolos o
mnē primatū Petro:nisi forsitan vocationis aut tēpo
ris/cū constet Andreā Petro suo germano vocatione
priorem:⁊ tamē nō primatū accepit Andreas/sꝫ in Pe
trus/dicit Ambrosius. Ergo velint/nolint/Petrus pri
mitatem dignitatis accepit: nec tantū virtutis prima
tum:vt dicit witcleff:q2 humilior/aut alijs seruitiuor.
Quia ad hoc ꝓbandū indubie ipsi deficit fundamen-
tum/cū inter oēs apostolos Andreas laudet vt sum
me mitis:Paul⁹ vt summe laboriosus. Et tamē vltra
vtrūq̄ est Petr⁹ primas. Est ergo alia prioritas digni-
tatis:que tn̄ nō est/vt witcleff garrit/maioritas mūdia
lis:aut quā superbia adinuenit Cesarea. Nec etiā secū
dum mensurā eximie humilitatis imposita:vel iugem
pensam laboris/secundū quam Petrus supra mitem
Andream/dilectū Joannem/animosum Thomam/co-
gnatum Christi Jacobum:⁊ plus omnibus laborātem
Paulum primatū accepit: sed secundū causam Chri-
sto cognitam ad bonum suorum fidelium. Ipse eñ hos
gradus inuenit:quando Petro primatum dedit super
apostolos:⁊ oēs apostolos pretulit Timotheo ⁊ Tito
⁊ Apollo deuotis episcopis. Ipsisq̄ iam factis episco
pis subiecit Lucam ⁊ Marcum/Stephanū/Nicolaū/
Philippum ⁊ alios diaconos cōministros. Miranda
ergo proteruia malignātis heretici ꝙ hos gradus nō
posset prospicere pro institutione distinctaꝫ graduū pre
dictorū: sed currit ad gradus Cesareos: quos nec no-
Cesarum uit edicere. Nihil eñ simile inter Cesares quo ad insti
presulum tutionem coꝝ(dico istis gradibus)adinuenit. Cesares
imperia. seipsos intruserunt in regna:sicut primus Julius in se
natum. Antistites eligūtur. Cesares ceruices cruentāt
vt regnent:isti vngūtur vt seruiāt. Cesares manus vio
lentas in hominem iaciunt:presules sacras ⁊ pacatissi
mas man⁹ īpositas eis ꝑ bñdictiōe suscipiūt. Que oīa
⁊ similia ab antiqua sanctorum patrum et Christi for-
ma in sua institutione/nō a Cesarum presumptione se-
quūtur. Sic enim de manuū impositione in cōsecratio-
ne episcopi.ij.lib.de origine officiorum. capi.v. scribēs
Isidorus. Isidorus. Episcopum(inquit)latine superintendētem
possumus dicere: vt intelligat non se episcopū qui non
Man⁹ im prodesse/sed preesse dilexerit. Q2 vero per manus im-
positio. positionem a predecessoribus dei sacerdotibus epi or-
dinātur:antiqua est institutio. Isaac.n.patriarcha san
ctus ponēs manū suā sup caput Jacob bñdixit ei. Si-
militer ⁊ Jacob filijs suis. Sꝫ ⁊ Moyses sup caput Jo
sue manū suā iponēs dedit ei spūꝫ virtutis ⁊ ducat⁹ in

populo Israel. Sic ⁊ superimpletor legis ⁊ propheta
rum dominus noster Jesus Christus:per manus impo
sitionem apostolis benedixit: sicut in euangelio Luce
scriptuꝫ est. Et perduxit eos trās Bethaniam ⁊ eleua
uit manus suas ⁊ benedixit eos: factumq̄ est cum be-
nedixit illis discessit ab eis. Et ipsi reuersi sunt in Hie-
rusalem cum gaudio magno. Et in actibus apostoloꝝ
ex precepto spiritussancti Paulo ⁊ Barnabe ab apo-
stolis manus imposite sunt ad euāgelizandū. Hec ille.
AVTHOR. Ab his initijs ecclesia formam sumpsit
manus imponendi presulibus consecratis: nusq̄ a Ce-
sare. Jesus eñ Christus dominus ⁊ magister noster sic
in sua persona consecrauit apostolos suos episcopos.
Unde in lib.de questionibus noui ⁊ veteris testamenti
cap.xcvij. Augustinus. Nemo(inquit)ignorat episco- Augusti.
pos saluatorem ecclesijs instituisse. Ipse enim priusq̄
in celos ascenderet/imponens manum apostolis:ordi-
nauit eos episcopos. Hoc apostolus sancto spiritui de
putat cum dicit. Attēdite vobis ⁊ omni gregi in quo
vos spiritussanctus posuit episcopos/regere ecclesiaꝫ
domini Jesu. Hec ille. AVTHOR. Unctionem quoq̄
suam episcopi in consecratione non a Cesare: sed a san
ctis patribus ⁊ apostolorum temporibus acceperunt.
Unde in epistola tertia ad vniuersos/Clemēs. Prim⁹ Clemens.
pontifex Aaron chrismate compositionis perunctus/
princeps populi fuit: ⁊ tanq̄ rex primitias ⁊ tributuꝫ
per capita accepit a populo:⁊ iudicandi plebem sorte
suscepta de mundis ⁊ immūdis iudicabat. Sed ⁊ si ali
us ex ipso vnguento perunctus est/virtute inde conce
pta/etiam ipse rex/aut propheta/ aut pontifex fiebat.
Q2 si temporalis gratia ab hominibus composita tan
tum valuit: intelligite iam quantum sit illud vnguen-
tum qđ a domino de virgulto vite prolatum est:cū hoc
qđ ab hominibus factum est:tam eximias inter homi
nes conferat dignitates? Quid enim in presenti secu-
lo propheta gloriosius? pontifice clarius? rege subli-
mius? Omnis eñ pōtifex sacro chrismate perunctus/
⁊ in ciuitate cōstitutus/scripturis sacris eruditus/cha
rus ⁊ preciosus hominib⁹ oppido eē debet. Quē qua-
si Christi locū tenentē honorare omnes debent:eiq̄ ser
uire/⁊ obedientes ad salutē suā fideliter existere:scien
tes ꝙ siue honor/siue iniuria que ei defertur/in Christū
redundat/⁊ a Christo in deū. Audire ergo eū attētius
oportet ⁊ ab ipso suscipere doctrinā fidei: monita aūt
vite a presbyteris inquirere: a diaconibus vero ordinē
discipline. Hec ille. AVTHOR. A quibus ecce exem-
plaribus episcopoꝝ vnctio inoleuit/vides:que ⁊ digni
tatē eis tribuit/⁊ in summo gradu supra mediocres ꝑs
byteros collocauit. Adhuc agebātur hec apostoloꝝ tē
poribus. Superstite eñ Petro ⁊ per hoc Paulo pōti
ficatū adeptus est Clemēs. Q2 si ritum istū traxisset a
Cesare ⁊ gētilib⁹:quāto citius restitisset ei Paulus in
faciē q̄ Petro ꝓpter circūcisionis ritū quē detulit a
Judeis? Hec eñ sancte vnctiōis forma nō tā corporis
est fomentū q̄ aīe:⁊ a lōgo euo nr̄is vsibus repromissa.
secundum illud Hieremi.xxv. Confluent ad bona domi
ni super frumēto ⁊ vino ⁊ oleo. In quem locum lib.vi.
sui cōmentarij: Hieronymus. Laudabunt liberatorem
suum in monte Sion hoc est in ecclesia:⁊ confluent ad Hierony.
bona domini / rerum omnium abundantiam: que non
frugibus ⁊ cibis carnis istius: sed in virtutum varieta
te sentitur:super frumēto et vino:de quo conficitur pa
nis domini ⁊ sanguis eius:⁊ oleo in quo bñdictio san-
ctificationis ostenditur:dicente scriptura. Unxit te de
us oleo letitie pre consortibus tuis. Ut autem scia-
mus benedictiones has nequaq̄ ad corpus / sed
ad animam pertinere: sequitur. Eritq̄ anima eo-

rũ quasi hortus irriguus. Hec ille. AVTHOR. Eucharistiã ⁊ vnctionẽ in hoc loco docet Hieronym⁹ figuraliter repromissam. In oleo (inquit) in quo benedictio sanctificationis ostẽditur: nõ tam consignationis episcopi iam nouiter baptizati/ ꝙ̃ vnctionis presbyteri/ ⁊ consecrationis episcopi et omnis vsus: quem in oleo sancto frequentãt ecclesie. Omnis.n. hec vnctio nõ ad corpus vt olim/ sed ad spũ3 ptinet irrigãdũ. Similiqꝫ ⁊ witcleff animaduertere potest ꝙ non intendit Hieronymus panem eucharistie/ panem materialem: cum dicat panem domini ex frumento confectum: quia supra dixit ꝙ hec promissio domini nõ in frugibus ⁊ cibis carnis istius/ sed in virtutum varietate sentitur. Et posterius probat ex textu istas benedictiões nequaꝙ̃ ad corpus: sed ad animã pertinere: per hoc qđ dicit. Erit anima eoꝝ quasi hortus irriguus. Hoc modo ergo apostoli distinctos gradus in ecclesia statuerũt: inter quos episcopos vngi/ ⁊ manus impositione cõsecrari docebant.

Qꝫ gradualis distantia episcoporum inter se, & aliorum sacerdotum & ordinum ab apostolorum temporibus sit inuenta. Caput. CXIX.

rificauit fieri pōtificē. Ubi igitur inthronizatus est ait. Aaron enim inthronizatus est multotiēs/vt cū floruit virga: et quādo ignis descēdit/et disperire facit eos qui insilire sacerdotio volunt. Unde ergo a propheta hoc ostendit nihil habet sensibile/nihil visibile: propterea a prophetia/a futuris firmat. Sed qui locutus est ad eū Filius meus est tu/ego hodie genui te. Quid igitur ad filium? hoc vtiq aliquis ait: precōstructione/ quoniam a deo inthronizatus est: sicut in alio loco dicit: Tu es sacerdos in eternū secūdū ordinē Melchisedech. Ad quē autē dixit hoc? aut quid est secūdum ordinem Melchisedech? Nullus a Christo alius. Omnes enim sub lege erant: omnes sabbatizabant: omnes circumcidebantur. Nullum vtiq habet/quis aliū ostēderet? Hec ille. AVTHOR. Plane detexit Chrysostomus mētem apostoli in dicēdo signa sacerdotij Jesu Christi. Et primum signum ponit q nō assumpsit sibi honorē sacerdotalē: et hoc est cōmune debitum omnibus sacerdotibus: sed vocatus a deo nō insensibiliter/sed vtiq sensibiliter/vt sacerdotium suum constare possit hoībus. Sicut Aaron qui nō sic erat vocatus a deo/quin constitueretur p hominē. Et dei vocatio fuit hominibus pro eo sensibiliter et pluries intimata: sicut virga cum florebat: et quando ignis descendit: et seditiosos expulsit. Sic probat apostolus Christū fuisse a deo patre vocatum ad sacerdotium sensibili voce in baptismo/cum diceret. Hic est filius meus dilectus. Et iterum in ps. Tu es sacerdos in eternum secūdum ordinē Melchisedech. quod de solo Christo posset intelligi. Ceteri enī sacerdotes legis erāt secundum ordinem Aaron. Et sacerdotes noui testamēti non sunt sacerdotes in eternum: Christus ergo solus sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech. Hanc expositionē plane consequitur in sua expositione super eodem

Ambrosius loco textus/Ambrosius. Disputare (inquit) aggreditur quomodo quis ad sacerdotium accedere debeat. Nec quisq sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq Aaron. Hic etiam percutit sacerdotes honoris cupidos et sacerdotij auidos: nō p salute populi/sed propter ambitionē seculi. Igitur Aaron vocatus est a deo: signo florentis virge demonstratus est sacerdotē a deo esse electum/etiam et incendio eorum qui eius pōtificatui inuidere voluerūt. Sicut ipse Christus nō semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Hoc est qd in euāgelio ipse ait. Non enī a meipso veni: sed ille me misit. Et iterum. Si ego glorifico meipsum/gloria mea nihil est. Est enim pater qui glorificat me. Notandum est q glorificare et honorare et clarificare: tria quidem verba sunt/sed vna res est: qd grece dicitur Δοξαζειν. Sed interpretatum est varietate aliter atq aliter positum in latino. Quod in euangelio dictum est glorifico: hic apostolus nominat clarificationē. Clarificatus est g filius a patre quando super baptizatum vox patris audita est de celis. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacuit. Hec ille. AVTHOR. Totus et simul currit cū Chrysostomo exponēs semp cum eo quomodo a patre etiam sensibiliter promotus est ad honorem sacerdotij. Et qualiter apostolus in predicto verbo percutit sacerdotes legales ingerētes se et insilientes secundū Chrysostomum anteq vocarentur. Et quomodo Christus in oppositū huius erroris nō semetipm clarificauit vt pōtifex fieret. i. nō seipsum honorauit: sed ille qui locutus est ad eum. Filius meus es tu/ego hodie genui te. Est ergo sacerdos Caiphas vel Anna: qui seipsum proprio intrudit animo ad honorē/nō autē secūdū ordinē Aaron vel Melchisedech: quia seipsum male ingerit non vocatus. Dicis: imo vocatus insensibiliter a deo. Unde libro de papa cap. ij. Patet cum deus cōmunicat creature/non refert siue in signo sensibili siue inspiratione interna deus potestatem talē cōmunicauerit creature/q: oportet omnino q insensibiliter cōmunicet/siue sacramentum sensibile affuerit siue non. Unde vana est cōtētio quando et quomodo apostoli facti fuerant sacerdotes. Hec witcleff. Ecce expresse fortificat heresim Dathanice vsurpationis sacerdotij/p inspirationem priuatā? Non refert (inquit) siue in signo sensibili siue inspiratione interna deus potestatē talē cōmunicauerit creature. Non ligatur lege ista apostoli: q nemo sumit sibi honorē: sed qui vocatur a deo tanq Aaron: cui nō suffecit cōmunicatio potestatis per inspiratione internam vt fieret sacerdos legalis/nisi vocetur item a deo in sensibili signo florētis virge. Numeri. xvij. Sed nec saluator noster Christus nisi in sensibili et audibili multis viris voce paterna. Quē seipsum facit? Deū transcēdit et homines. Profecto sacerdos iste vel pōtifex witcleffista/nullius ordinis sacerdos est nec Aarō / nec Melchisedech sed supstitiose potius ambitionis Juliani apostate. de quo. vi. lib. historie tripertite. cap. i. scribit Cassiodorus. Huic igitur figmentum Christianitatis qd habebat abiecit/et dum circuiret diuersas vrbes aperiēs tēpla idolis offerebat: et semetipsum paganorum pontificē nominabat. Hec ille. AVTHOR. Iste ecce deo Cesar odibilis/iste author et fautor vester o witcleffiste / primo vos docuit ambire pontificium/sacerdotium vsurpare: qui seipsum paganorum pontificē nominabat. Et mos iste inter hereticos inoleuit. velut lib. suo cōtra hereticos/qui incipit/Cum moueat dominus. Cyprianus ait. Hi sunt qui se vltro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione preficiunt: qui se prepositos sine vlla ordinationis lege constituūt: q nemine episcopatum dāte episcopi sibi nomen assumunt: quos designat in psalmis spiritussanctus: sedētes in pestilētie cathedris: pestes et lues fidei/ serpētis ore fallētes/et corrumpēde veritatis artifices/venena letalia linguis pestiferis euomētes: quorum sermo vt cancer serpit: quorū tractatus pectoribus et cordibus singulorum mortale virus infundit. Hec ille. AVTHOR. Certū est ergo q catholicus sacerdos nullus esse potest nisi a deo vocetur ad sacerdotiū per electionē sensibilē et humanam. Unde in glossa sua sup illud verbū/Qui vocatus est a deo tāq Aarō/ Anselmus. Qui recte eligitur/a deo vocatur. Hec ille. AVTHOR. Et hec vocatur prophetia iuxta Paulum ad Timotheū. iiij. Noli negligere gratiam que est in te: que data est tibi per prophetiam. Ubi Ambrosius. Prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Hec ille. AVTHOR. Et itē hec pars pbatiōis est episcopalis/sicut idē Paulus de diaconis ibi ait. Et hi autē probētur primum: et sic ministrēt. Ubi in libro annotationum Hieronymus. Nō solum episcopi sed et hi ante ordinationē probari debēt. Hec ille. AVTHOR. Si ergo primū oportet p ordinātes eligi ordinatos: et quasi prophetatos esse pro bonis et probis viris priusq ministrēt: ne assumant sibi honorē nō vocati: tanq Aaron: quis tam audax contradictor esse potest apostolice huius legis/vt per vitam suam quam somniat esse sanctā putet se a deo ad hoc officium inspiratum: et vltra Christum Jesum insensibiliter ordinatum? Non audio glossare volentes magistrum suum witcleff/q sic vel sic intelligat/et q dixerit libro de Papa q nullus temere debet cōfidere in insensibili ordinatione dei. Scio sicut solito dixi dicta sua et scripta semp in ambiguis esse/sicut antiquorum vatum et deorum oracula/vt sic intelligatur a suis: et sic possit fugere corā nostris. Audio magis Christum monētē fideles suos de his lupis cauere.

Margin notes: witcleff. — Cassiodo. — Cyprianus. — Al. ptact. — Anselmus — Ambrosius Propheta. — Hierony. — Al. xbis.

A fructibus (inquit) eorum cognoscetis eos. Ita denique in
terpretādus est witcleff quid sentit in verbis/sicut pra

witcleffistarū error de laicis.

cticatū esse cernimus penes discipulos. Apud eos (vt
fertur) nō refert siue clericus ministret sacramenta/siue
laicus: immo siue vir/siue femina. Ipse eñ scripsit/ipse
dixit: sequatur Christum in moribus: & secure posset cō-
fidere ꝙ deficiēte prelato/sit a Christo legitime ordina
tus. Ipse dixit: ipē scripsit de officio pastorali. ca. xx. ꝙ
sacramētorum ministratio est opus laicale in signis iu
daicis. O quid de hoc viro dixisset Paulus qui tantā
instituit in sacerdotis ordinatione cautelā: & in ordinan
tis expectatione censurā. Manus (inquēs) cito nemini
imposueris. Et cur nō cito cum quis ordinetur? si saltē
sit bone vite/nō refert. Exponit hūc locum. ij. lib. de offi

Isidorus.

cijs. ca. v. Isidorus. Jam vero ꝙ seculares viri nequaꝙ
ad ministerium ecclesie assumant/eadē authoritas apo
stolica monet/& dicit. Manus cito nemini imposueris.
Et iterum. Nō Neophytum/ne in superbiā elatus pu-
tet se/non tam ad ministerium humilitatis ꝙ ad mini-
strationē secularis potestatis adeptum: & cōdēnatione
superbie sicut diabolus per iactantiā deijciatur. Quo-
modo eñ valebit secularis homo sacerdotij magisteriū
adimplere/cuius nec officiū tenuit: nec disciplinā agno
uit? Aut quid docere poterit: cū ipē nō didicit. Hec ille.
AVTHOR. Q. si nec vir secularis/iuxta hāc legē apo
stoli/ordinari permittitur vt ministret: quis tantum au
deat blasphemare cum witcleff vt opus non iam secu
lare sed penitus laicale ministrationē sanctorum sacra
mētorum esse pronūciet? Audiuerim eñ interim cōpa-
rationē fieri inter sacramēti alicuius administrationē/
puta baptismi & euangelij predicationē/& hanc secūdā
prime preferri/authoritate apostoli Pauli: quē nō mi-
sit Christus baptizare/sed euangelizare. Unde lib. iij. cō

Augusti.

tra Petilianum. cap. liij. Augustinus. Uidete quid de
ipso Paulo sentiatis: qui dixit. Non eñ misit me Chri
stus baptizare/sed euangelizare. Huc accedit quia inci
pit esse potior Apollo qui baptizando rigauit/ꝙ Pau
lus qui euangelizādo plantauit: cum sibi officiū patris
erga Corinthios ob hoc vēdicet/nec eis qui post illum
ad eos venerant/hoc nomē cōcedat. Ait eñ. Si decem
milia pedagogos habeatis: sed non multos patres. In
Christo Jesu p euangelium ego vos genui. Quibus
alio loco dicit. Gratias ago deo ꝙ neminē vestrum ba-
ptizaui: nisi Crispum & Caium & Stephane domum.
Genuerat itaque illos nō p se sed p euāgelium: qui etiā
si sua quereret/non que Jesu Christi/& inuitus hoc face
ret sine sua mercede/tamē pecuniam dominicā dispēsa
ret: quā licet malus nō malā nec inutilē bene accipiēti
bus faceret. Sequitur. Forma sacramēti datur p bapti
smum: forma iustitie per euāgelium. Alterum sine alte
ro nō perducit ad regnum celorum. Uerūtamen pfecte
baptizare etiam minus docti possunt: perfecte etiā euā
gelizare mlto difficilioris & rarioris est operis. Ideo do
ctor gētium plurimis excellentior/euāgelizare missus
est nō baptizare: quoniā hoc p multos fieri poterat: il-
lud p paucos inter qs eminebat. Hec ille. AVTHOR.

Predicatoris excellentia.

His quinque rationib9 bene probat Augustinus eminē-
tius esse predicare ꝙ baptizare. Primo quia Paulus
cū erat eminētior ceteris fuit missus euangelizare/alijs
relictis baptizandi ministerio. Secūdo quia per euan-
geliū fiebat Paulus pater Corinthijs/ceteri pedago
gi. Tertio/quia p euangelium datur iustitie forma: p ba
ptismū forma sacramēti. Quarto/qr baptizare possunt
minus docti/predicare nō nisi periti. Quinto/quia pre
dicare paucorum est & virtus rara/baptizare cōpluriū.
Hic tamē nō est dictum sacramēti huius administratio
nē esse opus laicale: nec Apollo laicus qui baptizando
rigauit/quos Paulus predicando plantauit. Et in ex-

Haymo.

positione eiusdē epistole in eodē loco Haymo. Magis
electus est vt euangelizaret ꝙ baptizaret: quia plus est
euangelizare ꝙ baptizare. Omnis eñ qui euangelizat
potest & baptizare: sed nō omnis qui baptizat idoneus
est euangelizare. In episcopo omniū ordinum dignitas
est. Caput eñ est ceterorum mēbrorum. Et apostolus q
pontifex erat/omnes gradus ecclesiasticos in se habe-
bat: ideoque baptizare & euangelizare poterat: sed maxi-
me predicationi īsistebat: sicut alij apostoli: discipuli ve
ro eius baptizabant. Hec ille. AVTHOR. Ecce nō oīs
q baptizat idoneus est euāgelizare: & ideo plus est euā-
gelizatio secūdum quartam causam Augustini & quin
tam. Sed quia dicis sacramētum esse opus laicale: tan
tum de baptismo legi ꝙ fuit cōmune opus laicorū: sed
in primitiuis ecclesie. Unde ꝯsequēter subijcit ibi Hay

Idem.

mo. In primordio etenim fidei oēs fideles baptizabāt:
& nō solum viri sed etiam mulieres/ siquādo necessitas
imminebat. Sed ne tantum ministerium vilesceret: aut
non recte a simplicioribus impleret: crescēte numero fi
deliū per vniuersas ciuitates & villas decretū est a san-
ctis patribus/vt tm̄ episcopus & presbyter baptizent:
& si necessitas fuerit diaconi. Hec ille. AVTHOR. Hic
habes ecce baptismum opus saltē operatum a laicis:
& habes statim propter causas per patres presbyteris
reseruatum. Nec tamē diceres si recte proferres opus
laicale fuisse: sicut nec religiose religiosus quisꝙ face-
ret: si tecū erraret. Ipsum eñ errare nō est opus religio
sum/ꝙuis religiosus aberret. Sic disce mi witcleff re-
ctius loqui: & dic baptizare non esse opus laicale/ꝙuis
laicus baptizaret. Potest item haberi predicatio com
parata ad ministrationē sacramētorum/sicut actus sacer
dotij potioris ad sacerdotiū eo inferius. De qb9 in Eze
chiele figuraliter legit. Et dixit ad me: Hoc Gazophyla
ciū qd respicit viam meridianā sacerdotū est/qui excu
bant in custodijs tēpli: porro gazophylaciū/ quod respi
cit ad viam aquilonis/sacerdotum erit qui excubant

Gregorius

ad ministerium altaris. In quē locū homil. vltima sup
Ezechielē Gregori9. Prius nobis querēdū est qui sunt
maioris ordinis sacerdotes. Utrum ij qui ī custodijs ex
cubant tēpli: an ij qui in ministerio altaris? Sed quia
paulopost subditur: Altare erat ante faciē tēpli: aperte
ostēditur illos esse maioris ordinis sacerdotes qui ī cu-
stodijs tēpli excubant: quia profecto in altari quod est
interius ministrant. Hi aūt qui ad altare qd ante faciē
tēpli est excubant/tanto inferiores sunt quanto in exte
rioribus ministrant. Querēdum ergo iam nobis est qui
sacerdotes sint qui tēplum custodiunt: & qui ad ministe
rium altaris excubare phibētur. Sequitur. Qui itaque
sacerdotes sunt qui tēplum dei custodiunt: nisi ij q oran
do/predicando/spiritualibus actibus inuigilando san
ctam ecclesiam a malignorum spirituū immissionib9/
a prauorum suasionibus/ab hereticorum erroribus de-
fendunt? An non custos fuerat tēpli qui laboris sui pas
siones enumerās dicit. In labore & erumna/in vigilijs
multis/in fame & siti/in ieiunijs multis/in frigore & nu
ditate. Et infra. Sunt autē minoris ordinis sacerdotes
qui ad ministerium altaris excubāt: qui videlicet adiu
torium peccata delinquētium subtiliter inuestigāt: & vi
tam carnalium corrigunt: atque ad hoc vsque perducunt/
vt per lamēta penitētie quasi incēdant carnē in sacrifi
cio/quam prius viuere permiserāt in peccato. Hec ille.
AVTHOR. In hoc loco expositionis Gregorij potes
intelligere ꝙ ab Ezechielis textu eliciebat ad literam
alium ordinē sacerdotij maioris/& aliū minoris. Et de
maiori ordine fuisse Paulum: qui tēpli custodijs excu-
babat: & ceteros hucusque sacros antistites q orationib9

⁊ predicationi plebis insistunt: de minori vero ceteros sacerdotes ꝗ altari exterius ante faciē tēpli deseruiunt ⁊ plebis reformationi per penitētie sacramētum: ⁊ per apertas correptiones vt res petit seipsos exercent. Videat nunc witcleff vtrum hoc vltimum sit opus laicale in signis iudaicis.

Contra witcleff improbantem ordinationes clericorum per episcopos: volentemꝗ ꝙ interna spiratione dei, clerici insensibiliter ordinentur. Caput.CXXIII.

Molitur fortiter cōtra fidē sacramēti ordinis propter culpaȝ presulis ordinantis: tractatu de ordine christiano.ca.iij. Hinc (inquiēs) supponitur ꝙ episcopi instituēdo presbyteros / ⁊ fingēdo ꝙ dāt eis spiritū sanctū / nō dicunt in hoc veritatem euangelicam / siue fidē. Itē.ij. libro de sermone domini in mōte. cap.ij. Error in homine ordinante posset esse tātus ꝙ deus nō cooperaretur cum illo / dando ordines quos sic fingit. Sequitur in fine. Cum ergo non ex fide vel ratione pōt deduci ꝙ deus concurrit regulariter ad perficiendum opus cuiuscūꝗ prelati / ⁊ specialiter cesarei / videtur mirabile / ꝙ homines istud accipiant tanꝗ fidem. Inter alias autem sophisticationes quibus diabolus illudit hominibus vt falsum tāꝗ fidem accipiant / hec est vna. Hec witcleff. AVTHOR. Qꝫ si quis interroget qualiter alias ordinentur: Respondet in primo loco: ꝙ Christus per spiritumsanctum vere sine fictitia / thesaurum spiritualem militanti ecclesie partietur. Hec witcleff. AVTHOR. Ut consonet prius dictis: ꝙ non refert siue in sensibili signo / siue inspiratiōe interna deus potestatem talem communicet creature: immo magis vt patribus suis vetustis hereticis Massilianis ꝯueniat. De ꝗbus in libro.c.heresum.heresi.lxxx. Damascenus.

Damasce. Neꝗ (inquit) in baptismate ecclesie vel clericorum ordinationibus sanctum spiritum credunt omnino recipere baptizatos / nisi ipsorum orationib⁹ laboriosis cōmunicauerint. Et accipere vtiꝗ quandam ⁊ sine baptismate sancti spiritus communicationem si permanere cum ipsis voluerint / ⁊ illorum erudiri presbyteris: quibusdam dicentibus ipsis: quoniam in fide spiritumsanctum confitemur / ⁊ nō in sensu. Repromitti etiam ipsis per eam que cum ipsis orationem / tradendum fore sensum spiritus. Hec ille. AVTHOR. Nonne ita witcleff deponit necessitatem baptismi / quia baptismo flaminis necesse est baptizari / sine quo alij nequaꝗ prosunt: ⁊ iste est insensibilis? Et sic de ordine: ꝙ necesse est deuȝ insensibiliter ordinare. Ideo modicum refert de ordinatione sensibili / sicut Massilius iste dicit. In fide spiritū sanctum confitemur non in sensu. Participat witcleff duplicem heresim Massilianorum: dum negat spiritum sanctum regulariter dari in ministratione sensibili. Hoc iuncto: ꝙ propter culpam antistitis ordinati negat spiritum sanctum ordinatis ab eo dari: quod est heresis Achaicorum a capite: vt in glossa videre potes sup salutatione prime epistole ad Corinthios: dicentium ꝙ reputarunt se ideo meliores quia a melioribus sacramenta susciperent. Et in hunc textum / Hoc autem dico qḋ vnusquisꝗ vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli ⁊c.

Haymo. Haymo. Apud Corinthios emerserant heretici post decessum apostoli: maxime ij qui ex circuncisione erāt Iudei credētes: qui quoscunꝗ baptizabant suos esse dicebant filios / baptizātes eos in nomine suo: ⁊ illi qui ab eis baptizabantur / gaudebant se vocari filios eorum a quibus baptizati fuerant. Credentes vero qui erant fidem ⁊ doctrinam apostoli tenentes / dicebant. Ego sum Christi. qḋ vtiꝗ bene dicebant: quia sic est dicēdum. Similiter factum est quodam tempore quando exurrexit Donatus / ⁊ Nouatus heretici: qui quoscunꝗ poterāt ab ecclesia expellebāt / ⁊ rebaptizabant / ⁊ dicebāt suos esse illos: ⁊ illi gaudebāt se appellari Donatistas ⁊ Nouatianos. Hec ille. AVTHOR. Vides vnde witcleffistarum heresis de laudando sacramentum / si susciperet a meliori / habet originē. Ab istis eñ Achaicis primo fluxerat in Donatum ⁊ Nouatum: demum per Nouatum serpsit in witcleff. Quem fontem amarum per immissionē salis terre / repurgat in vno riuulo Donatistarum. lib.v. de vnico baptismo cōtra Donatistas.ca.xxi.

Augustinus dicēs. Quomodo exaudit deus homicidā deprecantē: vel super aquam baptismi / vel super oleum / vel super capita eorū quibus manus imponitur? Que tamen omnia fiunt ⁊ valēt etiam per homicidas. i. per eos qui oderunt fratres / ⁊ baptizant intus in ecclesia ipsa. Cum dare nemo possit quod non habet / quomodo dat homicida spiritumsanctum: ⁊ tamē intus etiā ipse baptizat? Deus ergo dat ipso baptizante spiritumsanctum. Hec Augustinus. AVTHOR. Hec plane conterunt professionem witcleff: hec asserunt exaudire deum homicidam deprecantē super capita eorum quibus manus imponitur: ⁊ per homicidam huiusmodi / dat deus (inquit) spiritumsanctum. Nunquid sine fide ⁊ sine ratione Augustinus hoc dixit? Et iterum tractatu.v. sup Ioannē Augustinus. Nō exhorreat columba ministerium malorum. Respiciat domini potestatem. Quid facit tibi minister malus vbi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus preco / vbi beniuolus est iudex? Hec ille. AVTHOR. Sed dic mi witcleff si nō sit ex fide credēdum ꝙ deus concurrit regulariter cum prelato ordinare conante / ⁊ dare spiritumsanctum ordinatis: cur forma traditur manus impositionis / ⁊ non precibus mysticis? Si ista sit forma sufficiens cur non habebit effectū? Et hoc consequenter declinat predicto loco de sermone domini in monte. Catholici (inquit) credunt ꝙ ꝓpterea Christus horam ⁊ formam qua suos apostolos ordinauit episcopos / non expressit.cap.ij. de Papa. Videtur mihi vanum nimis discutere quando apostoli baptizabantur / ordinabantur in sacerdotes / vel sacramenta alia ministrauerāt siue receperāt / vltra qḋ est in euāgelio expressatuȝ. Sciuit eñ Christus ꝙ infideles christiani signa querētes / ad sacramēta sēsibilia / dimissa re sacramēti nimis attēderēt: ideo de ministerio sacramētorum huiusmodi fecit modicam mētionē. Sed vt ego credo insensibiliter sine sacramēto sensibili tāꝗ prim⁹ magister ordinauit suos apostolos sacerdotes. Hec witcleff. AVTHOR. Videtis quomodo cōtra sensibilem ordinationē arietat: ⁊ infideles signa querentes que in eis credunt christianos appellat. Sed pro ordinatione Christi sensibili sensibiliter incedamus: querētes primo cur apostoli formam sensibilis ordinationis inuenerāt / si nō a magistro suo Christo ipsam acceperāt? Paulus ⁊ Barnabas manus īpositionē sub prece mystica tūc susceperant: cū fiebāt apostoli. Septē itē diaconis cum ordinarētur / orantes apostoli manus imponūt. Apostolus itē Paulus sup hac re instruēs Timotheū dat ipsi regulam plenam cum dicit. Noli negligere gratiā que est in te / que data est tibi ꝑ prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Quam exponens super eadem epistole parte Ambrosius ait. Intētū vult hūc esse ⁊ dedictū exercitio lectionis / vt omni cura diligentiaꝗ hoc enitatur vt exhortetur ⁊ doceat. Et infra. Non enim po

Marginal notes: Witcleff. — Augusti. — Augusti. — witcleff. — Ambros⁹

terit facere/qui nec docere dignatur. Gratiam tamē da ri ordinato per prophetiam ꝛ manuum impositionem. Prophetia est/qua eligitur quasi doctor futurus ido neus. Manus impositionis vero verba sunt mystica: q̄ bus confirmatur ad hoc opus electus/accipiēs autho ritatem/teste consciētia sua/vt audeat vice dn̄i Jesu sa crificium deo offerre. Hec Ambrosi⁹. AVTHOR. Per pende singula vt scribuntur. Monet apostolus Timo theū vt exhortetur ꝛ doceat: quia non potest facere qui nec dignatur docere/dicit Ambrosius. ꝛ subiungit. Gra tiam tamen ordinato dari per prophetiam/id est proba tionem aptitudinis ꝓ futuro/ꝛ manuum impositioneꝫ cum precibus institutis. Nota ꝙ dicit/gratiam tamen dari ordinato. Quid refert tamen? hoc qd̄ statim predi xit: ꝛ si ordinans non dignetur docere. Si transgressor fuerit episcopalis officij/si negligens/si torpēs/ꝛ preua ricator existens sponsionis facte: tamē per gratiam tra ditur ordinatis/quia dei est ordinatio nō hominis ordi nantis: sicut dixerunt Achaici de baptismis: Ego sum illius aut ei⁹. Nec dicit q̄sq̄ catholicus: Ego sum pres byter Joanninus/ aut Petrinus: quia a Joanne ordi natus vel Petro. Sed omnes presbyteri witcleff / di cuntur propter heresim witcleffiste. Orthodoxi omnes sacerdotes sunt Christi: quia quocunq̄ ordinante siue bono siue malo/ordinatis Christus infundit gratiam ꝑ seipsum. Et in suo pastorali/quod est de obseruātijs epi scoporum/versus finē Ambrosius. Semel adijciēs fra trem perquiro episcopuꝫ/ne quid a probamētis veridi cis pretermisisse videamur. Quis dat episcopaleꝫ gra tiam? deus an homo? Respōdes sine dubio/deus: sed ꝑ hominē tamen dat deus. Homo imponit manus: Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dextrā ꝛ deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat or dinem: ꝛ deus tribuit dignitatē. O iustitia: o equitas? Si homini pecunia datur: qui nihil in ordine amplius operatur/nisi solū seruitiū quod ei creditur: cur deo to tum negatur qui per ipsum ordinem tibi largitur? Ju stum ne tibi videtur vt seruus honoretur/ꝛ dominus in iuriam patiatur? Et iniuste accipiat sacerdos pecuniā: ꝛ deus patiatur ab hoīe iniuriā? Hec ille. AVTHOR. Hic ecce supponit Ambrosius episcopum simoniacum ꝛ q̄ ꝓ ordinādo accipiat iniuste pecuniā/hoc nō obstā te/dicitq̄ ꝑ ipsum deus largit̄ ꝛ ordinē: ꝛ satis ꝑspicue de certo/quid facit ibi episcopus/ꝛ quid tribuit deus. Signa item ꝙ Paulus dixit Timotheū accepisse gra tiam ordinationis per probationem suam ꝛ impositio nem manuum. Ergo Paulus ordinauit episcopum cū sensibilibus signis ꝛ verbis. Quod item signauit infra dicens: secunde ad Timotheum primo. Resuscites gra tiam dei que est in te per impositionem manuum mea rum. scilicet ad episcopatum/dicit Hieronym⁹. Et hāc formam consecrandi presbyterum vel episcopum tradi dit Timotheo: ponderans semper probationem ordi nandi/ꝛ impositionem manuū suarum. i. ad Timotheū v. Manus cito nemini imposueris/neq̄ communicaue ris peccatis alienis. Ubi in annotationibus suis Hiero nymus. Manus cito nemini imposueris/nisi talē inue neris qualem dixi: neq̄ communicaueris peccatis alie nis/vt nō ꝓbat⁹/fuerit ordinat⁹. Hec ille. AVTHOR. Et in expositiōe eiusdem epistole super illum locū Am brosius. Sub testatione ergo ea que ad ordinationeꝫ ec clesie mandat custodiri/precipit nihil fieri sine preiudi cio: ne facile aliquis accipiat ecclesiasticam dignitateꝫ nisi prius de vita eius ꝛ moribus fuerit disputatum/vt dignus approbetur minister / aut sacerdos cōstituatur. At non postea/si reprehensibilis videatur/peniteat for te principem populi nō ad liquidum preiudicasse quid

Ambrosi⁹

Hierony.

Idem.

Ambro.

mereretur quē improbabiliter ordinauit. Nec illum eu ius peccata ad suspitionem venit/ordinandum ne: cō maculetur ordinator vitijs ꝛ delictis ei⁹. Si ergo omni no latentia sunt delicta/immunis erit rector/quia con scientia eius libera est. Suspitio enim trepidum facit. Peccat enim si non probat: ꝛ sic ordinat. Hec ille. AV THOR. Hec est forma apostolica pro ordinationibus sacerdotum/probare/ꝛ deinceps manuum impositione ordinationis gratiam ministrare. Hanc custodiendam Timotheo commendat: nō simpliciter sed sub testatio ne. Testor (inquiēs) coram deo ꝛ Christo Jesu/ꝛ electis angelis/vt hec custodias/sine preiudicio nihil faciēs in aliam declinando partem. Attende molem censure/pō dus authoritatis adiecte/vt hec Timotheus nō variet instituta. Hec inquam que statim infert. Manus cito nemini imposueris. Sic supra dicit Ambrosi⁹. Sub te statione ea que ad ordinationem ecclesie mandat/prect pit custodiri. Non est ergo leuis iniuria/hanc apostoli cam legem de ordinando contemnere. Ad manus ergo impositionem episcopi necesse est veniat ordinādus ad mentem Pauli sic iniungentis episcopo. Manus cito nemini imposueris. Aliter si vita sancta ꝛ iusta ꝛ sequi Christum in moribus per insensibilē ordinationē Chri sti/quam quisq̄ sibi finget/secure efficit sacerdotem: q̄d monet Paulus episcopum ne cito man⁹ imponat? q̄d iubet probare primum ordinandos/ꝛ tunc ministrare ꝑ mittere? Quomodo certificare potuerit Timotheum ꝙ habuerit gratiam ordinationis episcopi per prophe tiam. i. ꝑ probationem suam/ꝙ esset bonus pastor futu rus: ꝛ per impositionem manuuꝫ suarū? Uincitur ergo plane/vincitur hostis ecclesie witcleff: quia iuxta regu lam istā apostoli: nemo ordinatur episcopus vel sacer dos/aut item diaconus quantūcunq̄ sublimatus ꝛ ido neus insensibiliter reputatus a Christo: nisi sensibili ter institutus ab episcopo ꝛ impositione manuum eius ordinationis gratiam sensibiliter consecutus. Que itē gratia regulariter ministratur/quia alioquin exceptio nem eius apostolus intimasset. Maxime cuꝫ sit tam re gulare ꝛ publicum sacramētum: quod sine exceptione Christus instituit: vt cum secundum legem suam quis regulariter ordinatur/gratiam ordinatiōis regulariter consequatur. Unde lib. de questionibus noui ꝛ veteris testamenti. cap. xciij. Augustinus. Illud autem ꝙ ins sufflasse in discipulos dominus legitur post dies pau cos resurrectionis sue/ꝛ dixisse: Accipite spiritumsan ctum: ecclesiastica potestas intelligitur esse. Quia enī omnia in traditione dominica per spiritumsanctū agū tur: idcirco cum regula eis ꝛ forma traditur huiusmo di discipline/dicitur eis: Accipite spiritumsanctum. Et quia vere ad ius ecclesiasticum pertinet/statim subiecit dicens: Cuius tenueritis peccata/tenebuntur. Si cui⁹ remiseritis peccata/remittuntur eis. Inspiratio ergo hec quedam gratia est/que per traditionem infunditur ordinatis: per quam commendatiores habeantur. Un de apostolus dicit ad Timotheum. Noli negligere gra tiam que est in te/que data est tibi per impositionē ma nuum presbyteri. Semel ergo fieri oportuit vt de cete ro traditio ista non sine dono spiritussancti esse credere tur. Sicut enim in saluatore forma data est visibiliter vt post baptismum spiritussanctus credentibus de ce tero inuisibiliter dari non ambigeretur: ita ꝛ in su pradicta causa forma data est in principio / vt ex eo traditioni ecclesiastice spiritussanctus infusus creda tur. Hec ille. AVTHOR. Gloria tibi trinitas: que sic i spirasti tuum seruulum Augustinū/vt sub eius calamo plene stemus instructi qualiter vera fides sacramenti contra patrem mendacij/in filiolo eius witcleff/ pleno

Augustin.

Augustini laus.

robore perseueret. Ubi iam mendaciũ witcleff ꝙ dixit
Christum nõ expressisse horã vel formam qua suos apo
stolos instituit sacerdotes? Augustin⁹ plane signat ho=
ram ⁊ formam. Horam quãdo post paucos dies resurre
ctionis peracte insufflauit discipulis. Formam quando
insufflando dedit eis gratiam spiritussancti dicens. Qu
ius tenueritis peccata ⁊c. Et ideo inquit adhuc cum ab
episcopis regula et forma traditur ordinatis/dicit eis.
Accipite spiritumsanctũ. quia omnia in traditione do=
mini per spiritumsanctũ aguntur. Et hec inspiratio est
gratia quedã/non quidem gratum deo faciẽs: sed vt cõ
mendatiores habeantur / inquit Augustinus: ẜm illud
Noli negligere gratiã ⁊c. Hanc item gratiã semel datã
dicit: vt de cetero semper in ordinatione dari non ambi=
geretur seu dubitaretur. Et probat hoc de vtroq; sacra=
mento/confirmationis ⁊ ordinis. dicẽs. Forma data est
in principio: vt ex eo traditioni ecclesiastice spiritussan=
ctus infusus credat. Necessario ergo perfidus est apud
quẽ non tantũ nõ creditur sed negatur: non tantũ datio
gratie sed ⁊ forma dandi: quã etiam visibiliter dedisse/⁊
sic sensibiliter saluatorem affirmat/ne per insensibilem
dationẽ suam ⁊ precationẽ priuatã sui Massilij witcleff
nobis vnum sue ordinationis ignarum cõsecret sacerdo
tem/sicut subtili schemate simul ridet eos ⁊ arguit: ex=
ponens illum textum Esaie. lviij. Si abstuleris de me=
dio tui cathenam. in cõmentario li. xvi. Hieronymus in
Hierony. quiẽs. Plerĩq; nostrorũ ad ordinationem hoc referunt
clericorum/que nõ solum ad imprecationem vocis: sed
ad impositionẽ impletur manus: ne. s. (vt in quibusdam
risimus) vocis imprecatio clandestina clericos ordinet
nescientes. Qui sic intelligunt: assumant testimonium
Pauli scribentis ad Timotheũ. Manus cito nemini
imposueris/neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Nõ
est enĩ peccatum leue mittere margaritas ante porcos:
⁊ sanctum dare canibus: ⁊ ordinationem clericatus ne=
quaꝙ sanctis ⁊ in lege dei doctissimis/sed asseclis suis
tribuere/⁊ vilium officiorum ministris: qđq; his dedeco
rosius est/muliercularũ precib⁹. Hec ille. AVTHOR.
Hic habes ꝙ nõ ad imprecationem vocis solã/ sed etiã
ad impositionem manus sacramẽtum ordinis adimple
tur: ⁊ sic omnino per sensibile signum. Et se risisse dicit
ꝙ vocis imprecatio clandestina clericos ordinet nesciẽ
tes. Quãto magis insensibilis motio arbitrata esse per
eũ tñ qui se igereret esse spiritussancti? Quis nisi puer
insensatus talia diceret? Qui enĩ inter homines sensibi
liter ministrabit: necesse est ꝑpter homines sensibiliter
ordinetur. Ita enĩ dominus Jesus instituit: ita apostoli
omnes ordinationis formam tenebant: ⁊ Paulus regu
lam apostolicam tradidit Timotheo. Et ita quoq; disci
pulus eius Dionysius in. v. ca. Ecclesiastice hierarchie
describit ordinationẽ seorsum episcopi/ aliorsum presby
Dionysi⁹ teri dicẽs. Hierarcha ad hierarchica ductus ambos pe
des inclinans ante diuinum altare/ super caput habet
tradita a deo diuina eloquia et hierarchicam manum.
Et hoc modo a perficiẽte ipsum hierarcha sanctissimo
inclinationibus perficitur. Sacerdos autẽ ambos pe=
des inclinans ante altare super caput habet hierarchi
cam dextram: ⁊ hoc modo a perficiẽte ipsum hierarcha
sanctificis inuocationibus sanctificatur. Minister vero
vnum pedem inclinans ante altare super caput habet
perficientis ipsum hierarche dextram. Unicuiq; ipsorũ
autem cruciformis signatio fit/a perficiente hierarcha
⁊ ẜm vnumquenq; precatio sit/et perfectiuum osculum
osculante omni sacerdotali viro presente ⁊ perficiente
hierarcha eũ qui ad aliquẽ dictorũ sacerdotaliũ ordinũ
erit perfectus. Hec ille. AVTHOR. Que idcirco iam
adducta sunt: vt sciri posset/ apostolica forma traditio=
nis ordinum esse in signis sensibilibus. vbi etiam plane
patet a tempore apostolorũ semper fuisse distinctos gra
dus episcopi ⁊ sacerdotis: simul ⁊ correspondisse eis for
mas in consecratione distinctas. Quid aũt vnumquod
q; signum denunciet: ipse Dionysius exponit / maxime
de manus impositione quid significet/dicẽs. Hierarche Dionysi⁹.
autẽ manus impositio simul quidẽ manifestat perficiẽ=
tis principalem protectionẽ/sub qua sicut pueri sancti
circũsepiunt. Thomas. Impositio vero manuũ episco= Thomas.
pi significat ꝙ Christus eos quos perficit pricipaliter
protegit tanꝙ pueros: ⁊ custodit paterne/ipsis impar=
tiens habitum ⁊ virtutẽ sacerdotalem/⁊ conterens con
trarias virtutes. Hec ille.

De prælatis præscitis perpetuo suspensis ab officio ordinãdi, iuxta Witcleff qualiter sentiendum & loquendũ. Cap. CXXIIII.

ESt altum secretũ quod wit
cleffiste sibi cõseruãt/ vt illuc
fugiant tanꝙ ad arcem in ne
cessitate tutissimam: prescien
tia ipsa dei. Inter sermones
epistolares/sermõe sexto. Se witcleff.
cunda conclusio. Prelatos p̃
scitos deus suspendit perpe=
tuo tam ab officio ꝙ a benefi
cio quod occupãt in ecclesia
militãte. patet sic. Quicũq; tales prelati iniuste faciũt
extra gratiã predestinationis quicquid fecerint: sed de⁹
suspendit de iure suo quẽcunq; in illo casu positum: quo
non possit beatitudinẽ promereri: ergo conclusio vera.
AVTHOR. Hec est spes illorum/hanc rationem erro=
neam ab eorum cordib⁹ nemo tollit. Si q̃s assumptas
propositiones repellat/confirmant ex hoc quod sequit.
Nam constat ex fide / ꝙ quilibet prescitus in illo casu witcleff.
ponitur in quo ex dei absoluta potentia non posset bea
titudinem promereri: quia aliter foret possibile presci=
tum esse beatũ. Hec witcleff. AVTHOR. Indubie hoc
non tantũ constat ex catholica fide quantũ constat ex
sophismate. Nec tantũ ex sensu euangelico: quantũ pen
det ex sensu composito. Quia vt puer didici/si sic cõclu
deres/aliter prescitum aliquem possibile foret esse bea=
tum: concederent hoc fideles. Sed soluamus logicam
⁊ festinemus ad fidem. Soluitur enĩ si propositio sancti
Joannis in medium conferatur. i. Joan. iij. Omnis qui
natus est ex deo non facit peccatũ: q: semen eius in ip̃o
manet: ⁊ non potest peccare: quia ex deo nat⁹ est. Pro=
ni essent witcleffiste exponere semen istud de gratia pre
destinationis diuine/⁊ natiuitatem de amore dei actua
li cum beneplacita volũtate: vt sic confici posset ꝙ nul=
lus predestinatus ad vitam posset peccare ad mortem.
Sed absit sensibus nostris hec heresis. Primo: quia si
quilibet non potest peccare natus ex deo: quomodo idẽ
Joãnes hic dicit: Si dixerimus quia peccatũ nõ habe=
mus/ipsi nos seducimus? Peccatũ ergo habet qui non
potest peccare. Qui nõ potest peccare natu: peccatum
habet in actu. Sic predestinatus qui ex hoc habet ne
peccare possit finaliter/potest peccare finaliter. Quali
ter prescitus ex malo suo est decessurus in crimine: po=
test tamẽ si velit auxiliante deo non sic decedere. Discu
tiens aũt hoc dictum sancti Joannis Homilia. v. super
illã canonicam/Augustinus. Est (inquit) non parua que
stio quomodo dicat in ista epistola. Qui nat⁹ est ex deo: Augusti.
non peccat. Et quomodo in eadẽ epistola superius dixe
rit. Si dixerimus/quia peccatũ nõ habemus: nos ipsos
seducimus: ⁊ veritas in nobis non est. Quid facturus

est quem vterq; sermo ex eadem epistola in medio coar-
ctauit? Et bene post/ soluit dubiū. Fortassis inquit secundum
quoddam peccatum dixit non peccat: ⁊ non secundum
omne peccatum. vt qđ ait/ Qui natus est ex deo nō pec
cat/ certum quoddam peccatum intelligas: quod non
potest admittere homo qui ex deo natus est. Sequitur.
Qđ est hoc peccatum? facere contra mandatum. Qđ
est mandatum? Mandatum nouum do vobis: vt vos di
ligatis inuicē. Hec ille. AVTHOR. Hec expositio va-
let ad fidem. Quantū autem ad logicam ⁊ versutiam re
fellendam: vt modo paulo prediximus: in lib. de natu-
Augusti. ra ⁊ gratia cito post principium/ idem Augustinus. Il-
lud inquit quod dictum est/ non potest peccare: pro eo di-
ctum esse ac si diceretur/ non debet peccare: non impro-
banda mihi videt huius assertio. Hec ille. AVTHOR.
Sic super predictam canonicam Homilia. iiij. exponēs
hunc textum. Omnis qui manet in ipso nō peccat. Au-
Augusti. gustinus. Inquantū inquit in ipso manet: intantum nō
peccat. Hec ille. AVTHOR. Et in sermōe de septuage-
sima: qui incipit. Magna mihi consolatio. Bernardus.
Bernar. Omnis qui natus est ex deo non peccat/ id est non per-
manet in peccato: quia conseruat illum vt peccare non
possit ea que falli non potest generatio celestis. Sequi-
tur. Sed generationē illam quis enarrabit? Quis po-
test dicere: Ego de electis sum: ego de predestinatis sum
ad vitam eternam? Et īfra. Propterea data sunt signa
quedam ⁊ indicia manifesta salutis vt indubitabile sit
eum esse de numero electorum in quo ea signa perman-
serint. Hec ille. AVTHOR. Ecce Bernardus dicit nō
peccat/ id est non permanet in ipso peccato. Et ꝙuis ex-
ponat illam generationem celestem de predestinatione
que conseruat hominem ne peccare possit: hoc dicit ta-
men sub conditione predicte permanentie que indubita
biliter respicit patriam. Sic eī concludit: indubitabi-
lem cū esse de numero electorū in quo ea signa pmanse
rint. i. ꝙdiu pmanserint. Non absolute pnunciat cū pec
care nūc: aut hoc finaliter esse impossibile: sed nō sic. i. p
manenter vsq; in finē posse peccare in quo ea signa per-
māserint. Et sub alijs item terminis eandē auctoritatē
Joannis exponit similiter dicens. Non peccare in spe ⁊
respectu filiationis dei future ꝙuis peccet iam: ⁊ filius
seculi sit in re. ⁊ secundo lib. de baptismo paruulorū ca.
viij. Augustinus. In ceteris vero spe sicut salui/ sicut in
Augusti. nouati: ita ⁊ filij dei. Re autem ipsa: quia nondum salui
ideo nondum plene innouati: nondum etiam filij dei: sed
filij seculi. Proficimus ergo in renouationem iustamq;
vitam per quod filij dei sumus: ⁊ per hoc peccare omni
no non possumus/ donec totum in hoc transmutet etiā
illud per quod adhuc filij seculi sumus. Per hoc enim
⁊ peccare adhuc possumus. Ita fit vt ⁊ qui nat⁹ est ex
deo non peccet: et si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus nos ipsos decipiamus/ ⁊ veritas nō sit in nobis.
Consumetur ergo quod filij carnis ⁊ seculi sumus: ⁊ per
ficietur quod filij dei ⁊ spiritu renouati sumus. Hec ille.
AVTHOR. Bene conuenit expositioni eius priori.
Inquantū in Christo manet intantum non peccat: quia
intantum filius dei est. Nec tamen excusat eum a toto:
quia inquantū filius seculi est peccat ⁊ peccare potest.
Q2 si hoc etiam potest predestinatus ad vitam non
obstante saluationis instantia: cur non sic dicam/ presci-
tum meritorium quicꝙ posse facere/ ꝙuis sit prescitus
ad penam? Non tamen propter logicos dicam sic abso
lute facturum in finem/ stante prescientie sue nota: sed
ꝙ sic absolute possit mereri etiam vsq; in finem opitulā
te dei gratia. Horrendum nimis censeo imputare quo-
cunq; modo clementissimo domino nomen implicans
causam eternam damnationis humane. Idem quoq; vt
detur dicere. Iste homo saluari non potest: nec quicꝙ
operari meritorium vite eterne propter notam prescien
tie quam contrahit ex deo vero. Sicut qđ Manicheus
erranter dicit/ omnem hominem secundum carnem ori-
ginem ducere de diabolo: cum non sic faciat nisi imita-
tione. secundum illud Joannis. Qui facit peccatum ex
diabolo est. vbi Beda. Qui facit peccatum ex diabolo Beda.
est: non carnis originem ducendo ex diabolo: sicut Ma-
nicheus impijssime de cunctis credit hominibus: sed
imitationem vel suggestionem peccandi sumendo ab il
lo. Hec ille. AVTHOR. Hec dico pro sophistico casu
witcleff de prescito: ꝙ in illo casu ponitur in quo non
potest beatitudinem promereri. Certum est in eo casu:
vt supra: inquantum est permansurus ad mortem: ⁊ vt
est filius seculi ⁊ non filius dei: ⁊ tamen in eo casu poni-
tur in quo potest beatitudinem promereri: quia est libe
ri arbitrij: ⁊ potest mereri gratiam dei/ quia prescientia
ipsa (vt supra dixi/ in primo libro) non plus necessitat
eum siue causat ad demerendum finaliter/ ꝙ mea me-
moria vel meus intuitus. Unde tertio libro de libero ar
bitrio cap. iij. Augustinus. Non (inquit) quia dei pre- Augusti.
scientia est necesse est fieri que prescierit: sed tantummo
do quia prescientia est: que si non certa prenoscit vtiq;
nulla est. Quia (nisi fallor) non continuo tu peccare co-
geres quem peccaturum esse prescires: neq; ipsa pre-
scientia tua peccare eum cogeres: ꝙuis sine dubio pec-
caturus esset. Hec ille. AVTHOR. Preter hos enim
errores quos sustinet error item verbi witcleff et mo-
dus dire locutionis in hac re est simplicibus vltra mo-
dum seuus et pijs indomitus: vt patere potest videnti
quinq; errores loquentium in materia de prescientia et
predestinatione: quos in libro de bono perseuerantie
versus finem rectificat Augustinus. Quando enim di- witcleff
cit omnem prescitum esse in illo statu in quo ex dei po-
tentia absoluta non potest mereri beatitudinem: quid
sequitur nisi quicquid fecerit siue bonum siue malum:
saluus esse nō poterit? Hoc autem seuius est ꝙ quod in
intulit Pelagianus quisꝙ dicens. siue talis currat/ si- Pelagia.
ue dormiat/ quod eum presciuit qui falli non potest/ hoc
erit. Currit/ intelligit forma dicentis Apostoli. Sic cur
rite vt cōprehendatis. At Augustinus. Redargui inqt Augusti.
videtur prescientia dei/ quam certe negare non possunt:
si dicatur hominibus/ siue curratis siue dormiatis/ qđ
vos presciuit/ qui falli non potest/ hoc eritis. Dolosi au-
tem vel imperiti medici est etiam vtile medicamentum
sic alligare vt aut non prosit aut obsit. Sed dicendū est
sic currite vt comprehendatis: atq; vt ipso cursu vestro
ita vos esse precognitos noueritis: vt hominis segnitia
repellatur. Hec ille. AVTHOR. Magis durum est ver witcleff
bum witcleff dicentis: etiam de potentia dei absoluta
saluus esse non poterit: ꝙ quod deus presciuit hoc erit.
Hoc enim secundum ꝙuis durum est: tamen verum est.
Primum autem non tam seuum est ꝙ hereticum: ideo
nec dicendum: non tantum/ vt hominis segnitia repel-
latur: sed etiam ne fides catholica dispendium patia-
tur.

Q2 gratia prædestinationis non est dicenda de ecclesiastico more: sed non prędestinati vere conficiunt, & vera sacramenta ministrant. Cap. CXXV.

Witcleff.

SEd trāseamus ad primum/vbi dicit/ꝙ prelatos prescitos deus suspendit perpetuo tam ab officio q̄ a beneficio. Probat hoc:quia quicunq̧ tales prelati iniuste faciunt extra gratiam predestinationis quicquid fecerint. Primo sciendum esset quid gratiam, ipsam predestinationis esse velit. Ecclesiastice locutionis formam non sapit/gratiam predestinationis predestinationem describere:cum gratia potius sit predestinationem consequēs vt effectus. Certificat nos circa medium primi libri sui de predestinatione sanctorum melior theologus Augustinus. Quod dixi salutē religionis huius nulli vnq̄ defuisse qui dignus fuit: et dignum non fuisse cui defuit : si discutiatur et queratur vnde quisq̧ sit dignus? non desunt qui dicant/voluntate humana. Nos autem dicimus gratia vel predestinatione diuina. Inter gratiam porro ⁊ predestinationem/ hoc tm̄ interest/ ꝙ predestinatio est gratie preparatio. Gratia vero iam ipā donatio. Qđ itaq̧ ait Apostolus. Non ex operibus:ne forte quis extollatur. Ipsius em̄ sumus figmentum creati in Christo Jesu in operibus bonis. gratia est. Quod autem sequitur. Que preparauit deus vt in illis ambulemus. predestinatio est: que sine prescientia non potest esse. Potest autem sine predestinatione prescientia. Predestinatione q̄ppe deus ea presciuit que fuerat ipse facturus. Unde dictum est. Fecit que futura sunt. Prescire autem potens est etiam que ipse non facit : sicut quecunq̧ peccata. Sequitur. Quocirca predestinatio dei que in bono est gratie est/ vt dixi:preparatio. Gratia vero est ipsius predestinationis effectus. Hec ille. AVTHOR. Plane separat predestinationem a gratia:tanq̄ causam ab effectu. Ignarus ergo witcleff probatur huius fidei alme predestinationis diuine:quando vocat eam gratiam cum non sit gratia nisi data. Q̄ꝙ dicat supra in sermone.v. ꝙ inter gratias/gratia predestinationis est potior cuȝ deus quēcunq̧ predestinatum semper eque diligit:licet sit varietas in dilecto:⁊ ab illa gratia nemo potest excidere: sicut nemo potest desinere esse predestinatus a deo/licet ex īfinitate libertatis diuine multi qui de facto sunt predestinati:possunt esse non predestinati. et post. Et sic est duplex gratia. Una subiectiue in deo : q̄ est deū creaturam rationalem gratis diligere:⁊ illa est eterna. Alia est autem subiectiue in creatura rationali:que est illam esse gratam deo:⁊ omnem talem gratiam oportet incipere ⁊ a priori gratia mensurari. ⁊ sic quidam intelligūt illud Joannis p̄mo. De cuius plenitudine nos omnes accepimus gratiā ꝓ gratia. Hec witcleff. AVTHOR. Istam locutionem pro parte sustineo si paciscaris in modo loquendi cum ecclesia:si conueneris Augustino. Ipse enim Augustinus hac vtitur logica:vt nolit vitā eternam vel aliud quicq̄ dici gratiam nisi ei cui datur. Ut ergo est in deo tātummodo subiectiue : qualiter erit gratia? Et ideo vtrāq̧ gratiam exponit in creatura subiectam/vbi dicitur gratiam pro gratia. libro de gratia ⁊ libero arbitrio. bene ante medium Augustinus. Itaq̧ charissimi vita bona nr̄a nihil aliđ est q̄ dei gr̄a. Sine dubio ⁊ vita eterna que bone vite reddit̄: dei gratia est. Et ipsa enim gratis datur: quia gratis data est illi cui dat̄ sed illa cui dat̄ tantūmodo gratia est : hec aūt q̄ illi dat̄ quoniā premiū eius est/gratia est pro gratia tanq̄ merces pro iustitia:vt verum sit/quoniam verum est/ꝙ reddet vnicuiq̧ deus secundum opera eius. Utrum autem legerimus in libris sanctis gratiam pro gratia/forsitan queritis? sed habetis euangelium secundū Joannem tanta luce clarissimum:vbi Joannes Baptista de domino Christo dicit. Nos autem ex plenitudine accepimus et gratiam pro gratia. Ex eius itaq̧ plenitudine accepimus pro modulo nostro tanq̄ particulas nostras vt bene viuamus/ sicut deus partitus est mensuram fidei : quia vnusquisq̧ propium donum habet a deo / alius sic : alius autem sic : ⁊ ipsa est gratia. AVTHOR. Attende quid dicat/ ideo (inquit) est gratia quia gratis datur/cui illa datur:⁊ illa cui datur tantummodo gratia est / ⁊ ex plenitudine eius accepimus et gratiam pro gratia:quia proprium donū habet vnusquisq̧:⁊ ipsa est gratia. Cum ergo sit tantum illi gratia cui datur:quomodo erit gratia illa predestinatio quam subiectiue ponis in deo? Et re vera non in nobis/ sed in deo est occulta. Juxta ꝙ idem Augustinus habet super psal. cl. in tractatu vbi dicit. Predestinatio nostra non in nobis facta est/sed in occulto apud ipsum in eius prescientia. Tria vero reliqua in nobis fiunt:vocatio/ iustificatio/glorificatio. Uocamur predicatione penitentie. Sic enim cepit dominus euangelizare. Agite penitentiam:appropinquabit enim regnum celorum. Justificamur in opere misericordie et timore iudicij. Sequitur. Glorificati transimus in vitam eternam. Hec ille. AVTHOR. Ecce tria vltima in nobis sunt/ predestinatio sola in deo. Non est autem gratia nisi nobis/ iuxta precedens:nō est ergo predestinationis gratia vt est in deo solo:immo bene distinguitur ab omni gratia sicut ab effectu vt primo diximus omnium. Consonat autem Augustino tractans hunc textum Joannis. Nullus potest venire ad me:nisi fuerit ei datum desuper a patre meo. Chrysostomus. Non turbant me neq̧ stuporem inferūt qui non credunt. Noui hoc desuper anteq̄ factum esset: noui quibus dedit pater. Cum autem audieris quoniā dedit / non predestinationem simpliciter existima : sed illud crede/quoniam qui tribuit seipsum dignum vt acciperet/ille suscepit. Hec ille. AVTHOR. Ecce datum patris non vult Chrysostomus existimare predestinationem. Omnis enim gratia datur secundū predicta Augustini. Illa ergo que est secundum te subiectiue in deo non est gratia predestinationis. Illa autem que est subiectiue in creatura data ipsi/non est predestinatio:quia non datur secundum vtrunq̧ doctorem. Falsa ergo est distinctio per te data de duplici predestinatione data ⁊ non data. Dignitas ergo huiusmodi prelati quo ad deū ⁊ religionis sue salutem aptius attendatur sicut distinguit Augustinus/penes gratiam vt predestinationem diuinam/q̄ penes predestinationis gratiam. Et quid infert? Q̄ꝛ p̄latos prescitos deus suspēdit perpetuo tā ab officio q̄ a bn̄ficio. Cur hoc? Q̄ꝛ iiuste facit q̄cq̄d facit extra gratiā predestinationis. Supponat̄ ita esse. Sed nunquid si faciat factum est quod pretendit? Aliud est enim non facere:aliud nō bene facere : quod facit tamē. Mouet hoc dubium in posteris ⁊ respondet. Ex isto mussitant quidam tam de seipsis q̄ prelatis alijs si vere conficiunt:vel sacramenta aliqua administrant. Ad qđ solebam dicere ꝙ sicut fidelis non debet de talibus nimium mussitare/sic non debet partem affirmatiuam talium vt fidem accipere : sed citra fidem ex bonis operibus vel malis partem sequentem tanq̄ probabilem reputare. Quia certus sum/ꝙ nec auctoritas nec ratio subducta reuelatione necessitat ad vnam partem disiunctiue vel aliam. Hec witcleff. AVTHOR. Sub obscuris terminis quantum videtur abscondit Donatum. Ecce dubium est istud: Si mussitantes isti cetériq̧ prelati vere sacramenta conficiunt vel ministrant. Respondet/ aut nō respondet/quando sicut mussitare prohibet/ita partem affirmatiuam ꝙ scilicet vere conficiunt / vetat

Margin notes, left column: Witcleff. — Augusti. — Gratia. Predestinatio. — Witcleff. S.vel.v. — Augusti.

Margin notes, right column: Augusti. Ar. presentia. — Chrysostomus. — witcleff. — witcleff.

accipere tanq̃ fidem. Ratio: quia ipsorum predestinatio
non est de fide: si sint presciti/cum sint suspensi/nihil fa-
ciunt. Quid ergo? ex bonis operibus (inquit) vel malis
debet partem sequentem tanq̃ probabilem reputare.
Quam partem? q̄ scilicet sacramentum conficiunt/ si-
ue non. Iam prodijt Donatista: iam venit a tenebris q̄
ex vita sua bona vel mala sacerdotes Christi faciunt sa
cramenta. Et redit heresis Corinthiorum: vt vnusquisq;
dicat ordinatus ab isto vel illo. Ego sum Pauli: ego au
tem Apollo: et hec est eucharistia mea/illa tua: quoniã
vita hominis est in causa. ¶ Adhuc ordiamur a primo
vnde in hanc voraginem lapsi sumus: ⁊ ordinate venia-
mus ad ista. Prelatos inquit prescitos deus suspendit
perpetuo tam ab officio q̃ a beneficio. Quare? quia in-
iuste facit quicquid facit prelatus extra gratiam prede
stinationis. Toleremus ista: petentes interea si Cain
non generauit filios ⁊ filias vt scriptura Genesis asse-
uerat? Aut ipsi non erant vere filij hominum quos ge-
nuit Enoch filius eius Arad ⁊ Irad ⁊ reliqua genera-
tionis eius sequela Malael Lamech ⁊ Tubalcain prin-
ceps fabrorum in ere ⁊ ferro? Nunquid istum inter pre-
scitos suspendit deus perpetuo: tam a propagandi offi
cio q̃ a beneficio succedendi? Et quia iniuste fecit Cain
quicquid fecit extra gratiam predestinationis: ideo pe
nitus nihil fecit: non edificauit primus ciuitatem: non
obtulit domino fructus terre/ ⁊ cetera que scriptura cõ
memorat. Sic Esau non est in benedictione paterna a
fratre preuentus: non luctabatur in vtero/non regnauit
in Edom in montibus Seyr/non constituit duces mul-
tigenas imperantes in terra Seyr: priusq̃ reges habe-
bant filij Israel: quia prescitus erat a domino. Esau enim
dominus odio habuit ⁊ Iacob dilexit. Si dicat nos ex
traneare materiam: quia sensibiliter eum infringimus:
placeat: vt per spiritualia procedamus. Primoq; dicat
vtrum diuinus Balaam veram edidit prophetiam de
Christo/dicẽs. Orietur stella ex Iacob ⁊ consurget vir-
ga de Israel: ⁊ cum quinquies prophetauit in Israel: q̃-
uis iniuste fecit quicquid fecit extra gratiam predesti-
nationis. Et Cayphas nonne vere exercuit pontificat⁹
officium prophetando de morte domini saluatoris? Et
dic mihi cur non vere sacrificauit secundum officium
sicut veraciter prophetauit? Q: si hoc cõcesseris sacer-
dotibus veteris testamenti prescitis q̄ non nihil fa-
ciunt: immo q̄ vere sacrificant/extra gratiam predesti-
nationis: iniuriarum restat nobis actio si nostris nega-
ueris. Ideo. iiij. de baptismo cõtra Donatistas ca. xviij. Augusti.
Augustinus. Nunc ergo queritur quomodo poterunt
homines ex parte diaboli pertinere ad ecclesiam nõ ha
bentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi: de
qua etiam dictum est: Una est columba mea ⁊c? Q: si
non possunt/manifestum est inter alienos gemere et in-
trinsecus insidiantes ⁊ extrinsecus oblatrãtes. Tales
tamen etiam intus ⁊ accipiunt baptismum/ ⁊ habent ⁊
tradunt/sanctum per seipsum/nec vlla ex parte illorum
malignitate violatum: in qua in finem vsq; perdurant.
Hec ille. AVTHOR. Notetur quod dicit/tales ⁊ acci-
piunt baptismum ⁊ tradunt nulla malignitate sua vio-
latum: in qua in finem vsq; perdurant: propter quã tunc
impenitentes facti damnati recedunt. Hi ergo presciti
erant/ ⁊ tamen sacramentum verum etiam intra eccle-
siam ⁊ habebant ⁊ dabant/ipsa prescientia non obstan-
te. Aut nũquid Iudas verum euangeliũ p̃dicauit/ ⁊ de
loculis Christi Iesu distribuebat egẽtibus verũ censũ
verumq; ⁊ non fictum baptismum cũ ceteris dedit apo
stolis? Unde super illud Psal. x. Iustus autem quid fe-
Augusti. cit? Augustinus. Christus quid nobis fecit qui eundem
traditorem suum quem diabolum nominabat/ qui ante
traditionem domini nec loculis dominicis fidẽ potuit
exhibere/cum ceteris discipulis ad predicãdum regnũ
celorum misit/vt demonstraret dona dei peruenire ad
eos qui cum fide accipiunt: etiam si talis sit per quem
accipiunt q̄lis Iudas fuit. Hec ille. AVTHOR. Quid
planius contra witcleff dici potest? Ecce Iudas presci
tus: ⁊ q̃uis ali⁹ quisq̃ talis vt Iudas: traditor Christi/
vt Iudas: diabolus/vt Iudas: prescitus/ vt Iudas: ad
ministrandum sacramenta vel predicandum mittatur:
non minus dona dei per eum ad eos peruenient qui cũ
fide accipiunt. non dicit citra fidem cum leui reputatio
ne. Ergo cum fide accipienda sunt dei dona per presci-
tum/quem tu dicis perpetuo suspensum ab officio ⁊ be-
neficio. Et q̄ deus dona sua non dat suo capitali inimi
co per quẽ veniant ad fideles: falsa coniectura ista sua
confinxit. Eamus ad alios. Nicolaus diaconus verum
obsequium mensis impendit. Et qui occasione predica
bant/q̃uis non caste sed suscitantes pressuram vinculis
Pauli: Christum tamen veraciter predicabant. Unde ⁊
Paulus gaudẽs gaudebat. Et schismatici baptizãtes
Corinthios/dicentes/Ego sum Pauli/ ego Apollo/ve
rum ita baptismum dabant vt post eos baptizari non li
cuit. lib. iiij. p̃dicto de vnico baptismo cap. xx. Augusti-
nus. Apostolus de illis inuidis ⁊ maliuolis christianã Augusti.
tamen salutem annũciantibus: Siue occasione (inquit)
siue charitate Christus annuncietur. Quapropter ⁊ in
tus ⁊ foris peruersitas hominum corrigenda est: diuina
vero sacramenta ⁊ eloquia non hominibus tribuenda.
Sequitur. Non nos cõcedimus heretico baptismum:
sed illius baptismum/de quo dictum est: Hic est qui ba-
ptizat: vbicunq; inuenerimus agnoscimus. Perfidus au
tem etiam blasphemus si in perfidia ⁊ blasphemia per-
manserit: nec extra ecclesiam nec intra ecclesiam remis
sionem accepit peccatorum. Hec ille. AVTHOR. Ecce
Augustinus affirmatiuam partem vt fidẽ accepit: etiã
vniuersalem affirmatiuam ex fide Christi probauit. Il-
lius inquiens baptismum de quo dictum est/Hic est qui
baptizat/vbicunq; inuenerimus agnoscimus: sit perfi-
dus/sit blasphemus: si sic permanserit vsq; in finem/re-
missionem quidem peccatorum nõ accipit: sed ibi tamẽ
Augustinus verum cognoscit (vt dicit) ⁊ non tantũ re-
putat sacramẽtum: quia nec diuina sacramenta/nec ei⁹
eloquia/sunt hominibus tribuenda.

Q: iudicati a deo secundum prescientiam sic vera sacramenta dispensant / sicut ab ecclesia iudicati per sententiam. Cap. CXXVI.

Ar. prescientia.

Quam male cert⁹ ẽ ergo witcleff witcleff.
q̄ nec auctoritas nec ratio sub-
ducta reuelatione necessitat ad
vnam partem vel aliam: q̄ scili-
cet quis conficit vel ministrat ali
quod sacramentum vel deficit si
ue predestinatus cõficiat vel pre
scitus: quia nisi reueletur prede-
stinatio consecrantis/nihil est fa
ctum. Prescitus nihil efficit/quia est suspensus perpe-
tuo. Ideo sicut nullus necessitatur credere eum prede
stinatum: sic nullus/immo nec ipse conficiens/credere
tenetur se cõficere sacramentum. AVTHOR. Magna
et indigesta perfidia/ fidei antique christianitatis con
traria et in desperationis pelagus compulsiua. Et ego
dico in parte Christi: sum certus: q̄ ne ratio/nec auctori
tas/nec diuina vlla reuelatio te necessitat ad partem
istam blasphemam: sed falsa necessitas futurorum sine

fundo fundata. Primo dicemus de fide certissima/ in qua generaliter ministratur sacramentorum confectio. Et secundo qualis debet esse apud vnumquenqꝫ fidelem de sua predestinatione professio. Dicamus cum hostibus nostris/ vnumquenqꝫ prescitum iudicatū a deo/ dicamus esse suspensum. Quid restat amplius? concludat quod intendat. Ergo non conficit: nō ministrat. Negamus esse consequens: sed vt prius dixi sibi forsan ministrat ad penam/ non autem non conficit: sed sicut iudicatus ab ecclesia/ forsan suspēsus/ forsitan degradatus ne ministret est prohibitus: sed tamen verum est ministerium sacramenti quod conficit/ si presumat: ita iudicatus a deo/ suspensus/ degradatus/ ⁊ quodcunqꝫ aliud dixeris/ q̃diu ministerium vsurpat ecclesie/ vera conficit sacramenta: et diiudicante eum Christo/ contra Christi sententiam vera dona. Unde libro.ij. contra Cresconiū

Augusti. cap.xx. Augustinus. Si autem queris quomodo baptizent quos damnauit ecclesia? Respondemus eos sic baptizare/ quomodo baptizant quos damnauit deus anteq̃ de illis quicq̃ iudicaret ecclesia. Qui enim mente peruersa videtur intus esse/ cum foris sit: ab ipso Christo iam iudicatus est. Paulus autem Apostolus dicit. Ecclesia subdita est Christo. Non ergo debet ecclesia se Christo preponere: vt putet baptizare posse ab illo iudicatos: a se autem iudicatos baptizare non posse: cum ille veraciter iudicet: Ecclesiastici autem iudices/ sicut homines plerunqꝫ fallantur. Baptizant ergo quantuȝ attinet ad visibile ministerium ⁊ boni ⁊ mali. Inuisibiliter autem per eos ille baptizat/ cuius est ⁊ visibile baptisma ⁊ inuisibilis gratia. Hec ille. AVTHOR. Discute verba doctoris: attende casum. Querit vnus vtrum qualiter ve baptizent quos damnauit ecclesia: propter hoc quod supra iam dixit. Ubicunqꝫ baptismum Christi inuenit illud agnoscit/ inter perfidos quoslibet vel blasphemos. Respondet: sicut baptizāt ij quos damnauit deus/ anteq̃ de illis quicq̃ iudicaret ecclesia. Hoc ergo maxime presupponit ꝙ damnati a deo/ priusq̃ de eis quicq̃ iudicaret ecclesia/ sacramenta ministrare poterant. Quanto magis damnati per ecclesiam cuius iudices frequenter iudicando falluntur? Maxime cum

Augusti. damnati per Christum extra membra eius sunt ⁊ extra ecclesiam: sicut sequitur ibi cap.xxi. Augustinus. Tingere possunt boni ⁊ mali: abluere autem conscientiam non nisi ille qui semper est bonus: ac per hoc nesciente ecclesia propter malam et pollutam conscientiam damnati a Christo iam in corpore Christi non sunt: quod est ecclesia: quoniam non potest Christus habere membra damnata: proinde ⁊ ipsi extra ecclesiam baptizant. Omnia quippe ista monstra absit vt omnia in membris illius columbe vnice computentur. Absit vt intrare possint limites horti cōclusi: cuius ille custos est qui non potest falli. Qui tamen si confitentur et corriguntur: tūc intrant: tunc mundantur: tunc in arboribus horti conclusi: tunc in membris columbe vnice numerantur: nec tamen denuo baptizantur. Ita ⁊ cum ab hereticis veniunt cum ipso baptismate quod foris habuerūt: sed et cum ipsa mundatione quam intus accipiunt: vt quod defuit prestetur/ quod autem non mutatum est: approbetur. Hec ille. AVTHOR. Christus ecce non potest habere membra damnata: qualia sunt omnia illa monstra prescita: que tamen extra ecclesiam baptizant

Witcleff. sicut et extra Christi gratiam. Quid igitur arguit witcleff? quid putat concludere quando sic sumit? prelatus prescitus est perpetuo suspēsus a deo. Placet eum esse suspensum: iudicatum ⁊ damnatum: sed tamen conficit et baptizat: non tamen intra ecclesiam sed extra eam. non quidem iuste: sed iniuste: sicut Ananias sedens iudicauit Paulum secundum legem: sed contra legem iussit eum percuti. Actuum.xxiij. Sic iste celebrās aut ordinans secundum ordinem Christi: celebrat tamen aut ordinat contra Christi ecclesiam ⁊ legem Christi. Nota item contra necessitates absolutas witcleff: cum dixerit Augustinus de damnatis. Absit vt intrare possint limites horti conclusi/ statim submittit. Qui tñ si confitentur ⁊ corriguntur tunc intrant. Intelligit ergo Augustinus in his ⁊ similibus non posse secundum suppositionem/ id est quandiu sic permanserint: non absoluto sermone simpliciter: non possunt presciti et a deo damnati hortum eius intrare conclusum: et inter membra ecclesie computari. Hoc est si non confitentur ⁊ redeāt. Si autem redierint tunc membra vera fient/ inquit Augustinus. Aliter cur expectasset dominus penitentiam Jude traditoris tempore sancte cene: si ipsum fuisset impossibile penitere finaliter? Unde super illud Matthei. Unus vestrum me traditurus est. in expositione Matthei Rabanus. Omnia sic agit Judas/ vt tollatur suspitio traditoris: sed qui de passione predixerat/ *Rabanus*
et de proditore predicit: dans locum penitentie: vt cum intellexisset sciri cogitationes suas et occulta consilia: peniteret eum facti sui: ⁊ tamen non designat specialiter: ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero vt agat conscius penitentiam. Hec ille. AVTHOR. Dat ecce locum penitentie dominus prescito vt peniteret eum facti sui: vt agat conscius penitentiam: mittit Christus crimen in numero. Quis sensatus diceret Christum frustra expectasse penitentiam talis presciti: que item de omnipotentia sua venire non poterat? Si ergo impium est sic dicere: sed confiteri possunt presciti: ⁊ hortū conclusum intrare possunt: ⁊ Christi membra penitentes facti taliter esse possunt: q̃uis si presciti sint hoc futuri non sunt: sic temperat verba fidei in hac re de prescientia dei ⁊ possibili penitentia finaliter blasphemantis. libro quarto super Lucam cap.

v. Beda. Qui stimulatus inuidia calumniatur Christū deiqꝫ verbū: et opera spiritussancti dicit eē Beelzebub: *Beda.*
isti non dimittetur neqꝫ in presenti seculo neqꝫ in futuro. Non ꝙ negemus si penitentiam agere possit posse dimitti ab eo qui vult omnes homines saluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire: sed ꝙ ipsi iudici ⁊ largitori venie credentes: qui et se penitentiam semper accepturum: ⁊ hanc blasphemiam nusq̃ dicit esse remittendam: credamus hunc blasphemum exigentibus meritis sicut nunq̃ ad remissionem: ita nec ad ipsos digne penitentie fructus esse peruenturum. Hec ille. AVTHOR. Junge principium fini: ⁊ habebis non negantem Bedam tali blasphemo posse peccata dimitti: sed asserentem non dimittenda finaliter: quia nunq̃ ad fructus penitentie dignos perueniet. Propter hoc ergo certum de facto est prescitus ad penam non propter impotentiam penitendi. Sed que spes restat fidelibus de predestinatione latente? Nunquid prescientie sue simuli habent semper agitare cor tremulum et de singulis sacramentis dubitare pro prescientia ministrantis?

Sic solet witcleff culpare fideles ꝙ hec accipiant generaliter tanq̃ fidem: sed citra fidem iubet ex operibus leuiter reputare. AVTHOR. Breuiter dico ad istum sicut blasphemum: sic et desperationis auctorem: ꝙ in leuioribus causis iussit Christus fidem habere et assequi credere quod petamus. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti ait Christus patri habentis spiritum mutum: quasi in fide eius eijceret. Et Petrus: quia cepit mergi de fide modica increpatur. Discipuli *witcleff.*

autem monentur accipere tanq̃ fidem/se satis acceptu
ros ad victum si cuncta relinquant: sicut lilia vestiun-
tur/et passeres aluntur a patre celesti. Quanto magis
vos inquit modice fidei? Et si fidem haberēt vt granum
sinapis/possent montem verbo transferre. Mirabilis
deus. Nonne magis est anima q̃ esca? Si ergo fides no
bis indicitur ad consequendam a deo escam corpoream
quanto magis ad predestinationis gloriam obtinen-
dam? Et super hoc verbum Matth. xvij. Quare nos nō
potuimus eijcere illum? Qui dixit illis. Propter incre
Hierony. dulitatem vestram. in commentario Hieronymus. Hoc
est quod in alio loco dixit. Quecunq̧ in nomine meo pe
tieritis: credentes accipietis. Ergo quotiēs non accipi-
mus/non prestantis est impossibilitas / sed culpa poscē
tium. Si habueritis fidem vt granum sinapis/ dicetis
monti huic transi/ & hinc trāsibit. Hec ille. AVTHOR.
Compara causas causis/ translationem montis in ma-
re ad hoc/propter salutis effectum corpus immissum la
uacro baptizare: corpus nostrum reficere pane cibario:
& animam & corpus celi pascere sacramento: spiritū mu
tum sed vnicum de obsesso filio deijcere/ et auctoritate
spiritussancti vniuersa crimina remittendo septem de-
monia de mente fidelis expellere. Et quod ad nos per-
tinet/cōtra naturam cessibilis vnde / saluum hominem
ad littus euehere: et contra futuritiones necessarias su
per omnes fluctus fallibilis logice mergendum inferis
per fidem et gratiam saluatoris celi sedibus collocare.
Si prima leuia p̄stabit pater in fide petentibus: et hoc
iubemur non citra fidem (vt perfidus dicit) sed plena fi-
de competere: secunda que sunt fidei sacramenta & pre-
ordinationis ad gloriam/magis fideliter postulemus:
et tanq̃ fidem ea accipiamus esse perfecta a deo & con-
cessa. Qui indiget sapientia/postulet a deo (inquit Ja-
cobus) qui dat omnibus affluenter: & postulet in fide ni
hil hesitans. Si fides necessario precedit obtentum/
qualiter deesse poterit consecuto? an non eadem fide
deum oro vt commodet/et hereo fideliter largienti? Et
iterum si hesitatio culpatur in petendo quamlibet hu-
manam sapientiam: quanto magis confidenter orare
debemus ad consequendum sapientiam eterne predesti
nationis ad gloriam? A qua hesitatione et desperatio-
ne dehortatur omnino fideles libro de bono perseueran
Augusti. tie versus finem Augustinus. Illum etiam modum
quo vtendum esse in predestinationis predicatione
nos diximus loquenti apud populum / non existimo
debere sufficere/ nisi hoc vel huiusmodi aliquid addat
vt dicat. Vos itaq̧ etiam ipsam obediendi perseueran-
tiam a patre luminum a quo descendit omne datum o-
ptimum et omne donum perfectum/sperare debetis et
quotidianis orationibus poscere: atq̧ hoc faciendo cō
fidere non vos esse a predestinatione populi eius alie-
nos: quia etiam vt hoc faciatis ipse largitur. Absit au-
tem a vobis ideo desperare de vobis quoniam spem ve
stram in Christo habere iubemini non in vobis. Se-
quitur. Hanc spem tenentes/seruite domino in timore
et exultate ei cum tremore. Quoniam de vita eterna
quam filijs promissionis promisit non mendax deus an
te tempora eterna/nemo potest esse securus nisi consum
mata fuerit ista vita que tentatio est super terram. Hec
ille. AVTHOR. Istum modum instruendi populum
caute et item fideliter de predestinationis articulo tra-
dit Augustinus: in quo non citra fidem leuiter reputa-
re docuit nos ipsos esse saluandos et predestinatos ad
gloriam: sed hoc datum optimum a deo sperare: ab ipso
quotidianis orationibus hoc poscere: et hoc faciendo
confidere non nos a predestinatione sui populi alienos

de qua nemo vsq̧ post consummatam hāc vitam potest
esse securus. Ecce confidere iubet: iubet sperare catho-
lice/non heretice reputare. Hac confidentia et spe qua
bonum est cōfidere in domino et non in homine. Super
Psal. cxv. Augustinus. Nec quisquis secundum quen- Augusti.
dam modum dici potest angelus bonus: sic a me cogi-
tetur vt in eo confidere debeam. Nemo enim bonus ni-
si deus solus. Et cum videtur adiuuare homo vel ange
lus/cum hoc vera dilectione faciunt / ille per eos facit
qui eos pro modo eorum bonos fecit. Hec ille. AV-
THOR. Sed presto est hereticus: expectat scio vt di-
cat: hoc de nostra predestinatione habet vnusquisq̧ pro Witclef.
seipso confidere: sed si prelati presciti cesareos clericos
ordinent non accipiendum est pro fide q̧ sic fuerint or
dinati. AVTHOR. Et dicit ecclesia. Qualiter confide
re debes hoc de te: & non hoc ipsum confidere de prela-
to? Hic erat error pseudoapostolorum cōtra Paulum.
contra quos iterū Paulus. Si quis confidit sibi Chri
sti se esse/hoc cogitet iterum apud se: q: sicut ipse Chri-
sti est/ita & nos. ij. Corinthi. x. Hoc habet antistes dicere
witcleffiste. cur non confidis in ordinatione dei per ma
nus meas? quia forsan nō confidis me de predestinatis
ad gloriam. Cur non? Quid de te confidis? Nunquid
q̧ solus es Christi? Noli hoc. Unus dominus et vna fi
des in domino. Hoc igitur cogita apud teipsum: quia
sicut tu Christi es/ita et nos. Super quem locū in expo
sitione Ambrosius. His (inquit) loquitur quorum tan- Ambrosi.
git superbiam/qui de se presumentes inflatione animi/
minus q̃ dignum erat de Apostolo sentiebant/quasi nō
egerent preceptis eius. Quos commonet/ vt si de se cō
fiderent / q̧ erant serui Christi: non vtiq̧ deberent de
Apostolo dubitare. Sed et eo q̄uis impar sit vel simi-
liter sentire/cum vtiq̧ magis preferre sibi deberent ma
gistrum gentium. Sed sic humilitatem illos in se docet
equans se illis cum esset vas electionis & magister gen
tium in fide et veritate. Hoc ergo vult illos considerare
qd̄ vtiq̧ clara luce videt: quia de Apostolo nemo que
rentium non plus estimet q̃ de se: quanto magis nemo
minus q̃ de se debeat estimare? Hoc ergo cōtestatur ac
docet ne elatione mentis bone vite meritum perderent.
Qui enim scit se aliquid esse / humiliet se vt amplior fi-
at. Hec ille. AVTHOR. Hoc audiāt miseri witcleffiste
hanc attendant apostolicam lectionem/ dimissis repu
tationibus friuolis Antichristi. Non reputes leuiter:
immo q̧ confidas in domino te Christi esse/placet apo
stolo: sed non teipsum solum. Hoc enim si neges Aposto
lo: immo vel eius successori prelato: animi inflatione pre
sumis. Quia hoc de eo / scilicet q̧ Christi sit q̄uis īpar
fuerit vel similiter vt de teipso sentire debebis: & hoc ad
minus: cum magis tibi magistrum multarum gentiū
antistitem tuum preferre debueras. Probat hoc: quia
si non plus estimet de eo q̃ de se/quanto magis/nec mi
nus debeat estimare? Probat hoc: vt contestatur et do
cet Apostolus ne elatione mētis meritum vite perdat.
Sed qui scit se aliquid esse humiliet se vt amplior fiat.
Vere ergo est plurimum formidāda doctrina witcleff/
quā quotiens infert & docet sequaces alios christianos
in omni ictu oculi suspicari prescitos. Et si nemo illorū
sic estimat seipsum q̄uis priora opera gerat/ quomodo
non per superbiam sue mentis meritum vite perdat: cō
tra Apostolum hoc testantem edicat. Maxime quia
nullus est prescitus superstes huic vite: quin penite-
re potest finaliter et ignoscetur ei/ etiam si manifestatus
fuerit sicut Cain: et vt fructuose peniteret sub terrore
dimissus. Unde de questionibus noui et veteris testamē Augusti.
ti cap. v. Augustinus. Talis est causa improuidi ac par

rticide Cain/qualis ⁊ illius nequã serui/qui gratus effectus/eijciens suffocabat seruum suum: vt et de preterito ignoto sibi facinore ⁊ de impietate in conseruum admissa inexcusabilis damnaretur. Et tamen ad presens non est damnatus Cain:sed confusus ⁊ reus sub terrore dimissus est super terram / vt si peniteret ignosceretur ei. Hec ille. AVTHOR. Ecce Cain q̃uis prescitus ab eterno non tamen est pro presenti damnatus. Et ideo expectatus in terra/vt si peniteat ignoscat eidem. Quis autem facturus non esset hoc/tamen iam arguitur potuisse.

Ad literas testimoniales episcoporum pro clericis ordinandis, Cap.CXXVII.

Testimonium perhibet de me / qui misit me pater. ait Jesus dominus noster. Joannis.viij. Qua ergo temeritate heretica eleuabitur witcleff super Christum nolentem aggredi sacerdotis officium hic in terris / nisi testimonio mittentis eum patris: respuens ⁊ contemnens testimonium sui patris antistitis consecrantis ⁊ mittentis/cum dicat ex parte Christi et ecclesie: Vade et predica verbum dei populo tibi commisso? De sermone domini in monte capt.lxix. *Witcleff.* Cum plus debet credi operibus q̃ atramento vel chartis episcopi/ magis est operibus presbyteri attendendum q̃ scripto episcopi ordinantis. Ad istum autem sensum dixit Christus Joannis.x. Operibus credite. Ideo patet ꝙ nulle tales litere testimoniales darent fidem fidelibus/ ꝙ quis sit sacerdos siue episcopus: sed vita euangelica hoc ꝓbaret. Hec witcleff. AVTHOR. Quid ergo si vita euangelica reperiatur in femina vel laico coniugato: nunquid probatur ea ipsa statim episcopus vel sacerdos? Hoc ego reputo te dicturum. sed in leuiori causa Tobias non commodauit Gabelo decem talenta sine testificatione chirographi. Et tamen plus credi potuit sancte vite Tobie et pijs eius operibus ꝙ crediderat talem summam: q̃ atramento vel chartis Gabeli. Sanctus itaqꝫ Hieremias non emit possidendum agrum Ananaelis sui patrui in Anatot propter septem stateres et decem argenteos sine libro scripto et signato ⁊ adhibitis testibus. Hieremie.xxxij. Quis vita sua euangelica iustitiam possessionis eius rite probasset. Et tu tantum Christi populum et agrum ecclesie committis episcopo emptum tanto precio sanguinis Christi / sine auctoritate scripti vel testificatione sensibilis sigilli: aut humanitus dati testimonij: vt liberius subintrent falsi fratres tui/et sub vestimentis et simulatis operibus ouium lupi tui rapaces. Hoc est quod optas: omnes nouerunt. Aut quid proficit comparatio tua straminea qua arguis: plus debet credi operibus q̃ chartis/ergo nulle litere testimoniales darent fidem fidelibus ꝙ quis sit sacerdos vel episcopus? *Manicheus.* Forma arguendi a Manicheo tuo ad te vsqꝫ protrahitur. Ipse enim argumento deduxit: nullum bonum creatum esse: quia deus fuit magis bonum. Unde libro contra epistolam fundamenti capitulo.xxxv. Augustinus. *Augusti.* Q si dixerimus: non iam esse ista bona que de nihilo facta sunt: sed tantummodo dei naturam bonam esse: inuidemus tantis bonis: et vox ipsa est/ iniuriam putare non hoc esse quod deus: et ideo nolle esse aliquod bonum quia ei preponitur deus. Queso patere naturam anime rationalis aliquanto minus esse q̃ deus est: ⁊ tanto minus vt post ipsum te melius aliquid non sit. Sequitur. Superbus es in deum si indignaris ꝙ te antecedit/et nimis contumeliose de illo sentis: si non ineffabiliter gratularis tam magnum bonum esse te vt solus sit ille prestantior. Hec ille. AVTHOR. Ita patere tu witcleff chartas et literas testimoniales episcopi esse bonas si vitam ⁊ opera sacerdotis preferre contendas. Superbus es si indigneris contra literas: quia opera antecedunt. Celum melius est terra: sol silice / myrrha mero: non tamen terra nulla est/silex/aut merum. Antiquior etiam est lex creatoris inserta cordibus tanq̃ tabulis lapideis siue chartis: hanc tamen deus expressit visibilibus literis tã ad auctoritatem q̃ ad manifestationem legis eterne. Unde de questionibus noui et veteris testamenti. capitulo.iiij. Augustinus. *Augusti.* Primum lex formata in literis dari non debuit: quia in natura ipsa quodammodo inserta est et creatoris notitia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat quid bone vite conueniat: aut ignoret quia quod sibi fieri non vult alij minime debeat fieri? At autem vbi naturalis lex euanuit pressa consuetudine delinquendi: tunc oportuit manifestari vt dei iudicium omnes audirent. non ꝙ penitus obliterata est: sed quia maxima eius auctoritate carebãt/idololatrie studebatur. Timor dei in terris nõ erat: fornicatio operabatur: circa rem proximi auida erat cõcupiscentia. Data ergo lex est vt que sciebantur auctoritatem haberent: et que latere ceperant manifestarentur. Hec ille. AVTHOR. Habeat pondus suum Augustini sententia. Comparat duas leges: naturalem et scriptam. Prima est excellentior non requirens secundam si illi apud homines remansisset auctoritas: oppressa est mole peccaminum. Idcirco scripta lex prodijt / vt auctoritatem suam prima lex habeat et manifestationem. Ita vita bona non est in exterioribus actibus/ sed in arca cordis. Nec tamen omnis vita bona ordinat sacerdotem. Idcirco satis laicaliter dicitur ꝙ ex vita vel operibus sacerdos debet agnosci. Sed q̃uis longe maior sit consecratio vel potestas interior q̃ charta atramento descripta designans episcopum: ipsa eius auctoritas sine scriptura nobis manifesta non esset. Descripta ergo et signata potestas sacerdotis exigitur: vt interna per hanc manifestetur auctoritas. Et nõne legisti Christum dixisse discipulis: Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis/qui a patre procedit/ille testimonium perhibebit de me? Et statim addit. Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Joannis.xv. Iterum nonne legisti Christum dicere: Si testimonium hominum accipitis: testimonium dei maius est? Joannis v. Maius ergo testimonium habet Christus testimonio apostolorum/quando testimonium habet sancti spiritus. Cur ergo non spernit/aut cur sibi instaurat testimonium hominum/quod minus est? dicens. Et vos testimonium perhibebitis. cum iam plenum testimoniuꝫ dei haberet quod est maius. Sicut witcleff cõtemnit testimonium literarum episcopi: quia plus credi debet operibus q̃ his chartis. Ad rem vero est ꝙ Paulus apostolus non mittit nuncios cum collectis pauperuꝫ sanctorum in Hierusalem nisi testimonio probatos per epistolas. prime Corinthi.xvi. Cum autem presens fuero quos probaueritis per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Maior autem est gratia spiritualis sacerdotij q̃ temporalis peculij. Nõ ergo nisi probatos per epistolas vel equiualenter/ha

bent episcopi mittere perferre gratiam sacerdotij populis diuidendam. Et quid dicet witcleff cum ab eodem Paulo audierit ꝙ non sine literis testimonialibus de susceptione Onesimi ad fraternitatē / de seruitute Philemonis / et ministerium euangelij eundem Onesimum ad dominum suum misit? Obsecro te inquiens pro meo filio quem genui in vinculis: qui tibi aliquādo inutilis fuit: nunc autem mihi ⁊ tibi vtilis: quem remisi. et tamen plus credi potuit vite ⁊ operibus deuoti Onesimi ꝙ huiusmodi charte Pauli. Quid igitur obijcis nostris episcopis si hunc Apostoli morem obseruent vt nullum ordinatum vel in euangelij seruitutē consecratum emittant sine testimonialibus literis / ne plebs incauta aliquem inordinatum pro ordinato / laicum pro clerico / witcleffistam pseudopresbyterum pro catholico sacerdote suscipiant / aut item sibi cōstituāt: ad morē Miche illius idololatre. de quo Judicū. xvij. Ediculam deo suo separauit: ⁊ fecit ephot ac theraphim / id est vestē sacerdotalem ⁊ idola. Impleuitqꝫ vnius filiorum suorum manum: et factus est ei sacerdos. Et in sequentibus leuiten suscipiens peregrinum sponsione illi facta de muneribus impleuit manum eius / ⁊ apud se retinuit sacerdotem. Hanc optat witcleff sibi et suis ad perficiendum sibi presbyteros licentiam generalem. Non ergo sine causa in scriptis sanctis apostoli literas testimoniales inuenerant. Et item non citra scripturas instituerant vt nullus peregrinus episcopus / sacerdos / vel diaconus sine commendatitijs susciperetur epistolis. vt habetur inter canones apostolorum. xxxiij. c. Nullus episcoporum peregrinorum aut presbyterorū aut diaconorum sine commendatitijs suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint / discutiātur attētius si predicatores pietatis extiterint: ⁊ ita suscipiantur / que sunt necessaria subministrentur eis / ⁊ aliter ad communionem nullatenus admittantur: quia per surreptionem multa proueniunt. Hec ibi. AVTHOR. Pondera canonis edictum ⁊ rationem eius: scripta ordinationis sue deferāt ordinati / ⁊ declara discutiantur attentius. Cur id? Quia per surreptionem multa proueniunt. Nonne ideo Christus apostolos suos signorum exhibitione quasi firma scriptura teste misit in mundū? Et ipse item Christus cōtra dubios potestatis sue diuine allegare cepit miracula. Opera inquit que ego facio / testimonium perhibent de me. Et hec erant opera non vite tm̄ sed signorum: de quibus Christus ait / qđ tu dixeras / operibus credite. scrutare scripturas vt aptius itelligas nec peruertas. Obijcere cupit witcleff ꝙ apostolus Paulus commendatitias noluit. ij. ad Corinthi. iij. Incipimus autem iterum nosmetipsos commendare: aut nunquid egemus sicut quidam commendatitijs epistolis ad vos aut ex vobis? quasi dicat non. Sed ambiguitas commēdationis decepit nostrum witcleff. Est enī commendatio laudis et commendatio traditionis. Neutram tamen contempsit Paulus vt illicitam: sed primam repulit importunam: sicut et victum euangelicum propter pseudoapostolos. Unde in eodem loco Haymo. Commēdare id est laudare. Nunquid non se ⁊ alios laudauit paulo superius? fecit vtiqꝫ ⁊ superius: et iterum in isto loco / ⁊ in sequentibus. Sed cum sapientia dicit per Salomonem Laudet te alienus ⁊ non os tuum: quare se laudat Apostolus? Nimirū idcirco vt Corīthios ab amore pseudo apostolorum retraheret ad amorem sui aliorumqꝫ veridicorum apostolorum. Aut nunquid egemus sicut quidam commendatitijs epistolis / id est laudatitijs siue laudatiuis / que ab alijs gentibus et ecclesijs ad vos mittantur: aut ex vobis ad alios / que nobis testimoniū laudis ⁊ sanctitatis perhibeant / sicut quidā: subaudis faciunt: pseudo videlicet apostoli ⁊ Judei / qui accipiūt a Scribis ⁊ Phariseis pontificibusqꝫ iudeorū literas vt pro sanctis et religiosis predicatoribus habeantur? Nō indigemus vestra laude / neqꝫ epistolis laudatiuis que nobis testimonium laudis perhibeant. Hec ille. AVTHOR. Est ⁊ alius sensus ⁊ modulus commendādi prout Hieronymus dicit: commendare pro tradere ⁊ designare queq̄ accipiēdum pro tali. Et sic iubet canon apostolorum ⁊ episcopum vel sacerdotem peregrinum in partibus commendandum: ⁊ iterato populum salutandum. prout ab illa antiquitate Sixtus papa precepit. vij. a beato Petro secūdum Hieronymum de gestis Romanorum pontificum ex Damaso. vbi dicit. Hic constituit vt quicūqꝫ episcoporum euocatus fuisset ad apostolicam sedem / rediens ad parochiam suam non susciperetur nisi cū literis salutationis sedis apostolice patriarche plebiqꝫ formatis. Hec ille. AVTHOR. Item ab hac antiquitate traxit concilium Mileuitanum suū decretum: cui interfuit Augustinus ⁊ subscripsit se. cap. xiij. Deinde (inquit) placuit vt quicunqꝫ deinceps ordinantur literas accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas continentes presulem ⁊ diem: vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur. Hec ibi. AVTHOR. Et ꝙ omnes subscriptiones tales et litere iuxta antiquam patrum regulam ⁊ sine ambitione tradantur. decreti sui cap. v. instituit Gregorius papa. Antiquam patrum regulam sequens nihil vnq̄ de ordinationibus accipiendum esse constituo / neqꝫ ex datione pallij / neqꝫ ex traditione chartarum / neqꝫ ex ea quam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatione pastelli. Quia enī ordinando episcopo pontifex manum imponit: euangelicā lectionem minister legit: confirmationis vero huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum non decet quā imponit vendere: ita minister vel notarius nō debet in ordinatione eius vocem eius vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo vel pallio chartis atqꝫ pastello eundem qui ordinandus est vel ordinatus aliquid dare prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere vel petere aliquid forte presumpserit / in destricto dei omnipotentis examine reatui subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit si nō ex placito neqꝫ exactus aut petitus post acceptas chartas ⁊ pallium offerre aliquid ex clero gratie tantummodo causa voluerit / hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpe maculam gerit / que ex accipientis ambitu non processit. Hec ille in libro decretorum pontificum.

Canones apostolorum

Haymo. Cōmēdare.

Hierony. Cōmendare.

Hierony.

Concilium Mileuitanum.

Gregorius.

Vbi displicet Witcleff continentia clericorum. Cap. CXXVIII.

Continentiam clericorum ab apostolorum tēporibus hucusqꝫ laudatam ceterorumqꝫ religione professorum vt celibem vitam ducāt fama refert redarguisse witcleff: secundū alios autem nō eā satis laudabilem predicasse. Fateor tamen me sepe vidisse in libris eius ꝙ laudauerit castimoniam clericorum ⁊ celibū. Fetor tamen sordide secte sue qui de gestis in cōuenticulis eorum foras erumpit / auctorem ac-

cusat. Unde autē nasceretur occasio eis in libris eius/ tandem reperi scriptum esse in libro de officio pastorali. xxix. vbi dicit. Quomodo versi sunt clerici ab altitudus celi in colubros:✝ a discipulis Christi in phariseos colā tes culicem ✝ glutientes camelum? Nam cōiugium secundum legem Christi eis licitum odiunt vt venenū: et seculare dominium eis a Christo prohibitum nimis aui de complexantur. Hec witcleff. AVTHOR. Et loquit de sacerdotibus clericis per totū. Et lib. iij. de sermone dñi in monte ca. xi. Nec diabolus defraudat solum simplices per hos fratres/ sed per sectas alias infundabiliter introductas: vt monachi ✝ canonici cum clero cesareo auferunt primo secularia dñia que haberēt dñi temporales: et sic ex petulātia spoliando visitant feminas viduatas: cum stante Christi ordinantia forent mariti plurimi coniugati/ qui iam sunt ad claustrum infundabilis religionis tracti vt Carsites/ ✝ sic corporalē fornicationem immiscent sepius vt priores. Sic ergo plena est ecclesia fornicationibus et preuaricationibus istarū sectarum quattuor sacerdotū. Et ratio omnium istorum malorum stat in isto ꝙ spernitur Christi ordinātia: ✝ statur ordinationi subdole Antichristi. Hec witcleff. AVTHOR. Utrobiq; videtur dicere sacerdotibus ✝ claustralibus secundū legem Christi licitum esse coniugium ✝ ex ordinatione tantum humana eis illicitum esse factum. Quod vt a suis est presumptum/ Jouinianā amplectitur heresim: que coniugale commercium castitati celibum coequauit. Lib. heresum ca. lxxxij. Augustin⁹. Jouinianistas quoq; apud istum reperi quos iam noueram. A Jouiniano quodā monacho ista heresis orta est etate nostra cum adhuc iuuenes essemus. Sequitur. Uirginitatem Marie destruebat dicens eam pariendo fuisse corruptam. Uirginitatem etiā sanctimonialium ✝ continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus celibem vitam cōiugiorū castorū atq; fidelium meritis adequabat: ita vt quedam virgines sacre prouecte iam etatis in vrbe Roma vbi hoc docebat/ eo audito nupsisse dicant. Hec ille. AVTHOR. Sic extendūt vt fertur simbrias magistri vt pene Ualdēsibus socientur. de quib⁹ libro de heresibus Guido. Decimus inqt octauus error: ꝙ vrente carnis libidine inter eos omnis carnalis mixtio est licita. Hec ille. AVTHOR. Sed valde impudēter inualuit / si vt plurimi dicunt/ superat sacerdotes. Quos vtiq; sordidus Jouinianus non valebat euincere: sicut in predicto loco heresum annotat Augustinus dicens. Cito tamen ista heresis oppressa ✝ extincta est/ nec vsq; ad deceptionem aliquorū sacerdotū potuit peruenire. Hec ille. AVTHOR. Post hec quid de ista heresi dicturi sumus que tot quot fama refert nostri clericatus personas obuoluit? nisi ꝙ succurrente magno ecclesie magistro Christo dictum illud prophete Michee prestolamur implendum. Hec dicit dominus super prophetas qui seducunt populū meum. Sequitur. Occumbet sol super prophetas: ✝ obtenebrabit dies super eos. Michee. iij. vbi in cōmentario lib. primo/ Hieronymus. Heretici vere pseudoprophete sunt et dicunt. Hec dicit dñs. ✝ dominus non misit eos. Non errabimus. Illi enī populum dei quodā errore decipiunt / et hoc faciunt vt comedant eos/ vel simpliciter in muneribus accipiēdis vel mystice in occisione animarum eorum: ✝ promittunt eis pacem et regnā celestia: ✝ dicunt. Non necesse est vt viuas continēter ✝ sancte. Habeto fidem quam docem⁹ ✝ omnia promissa a deo cōsequeris. Que loquētes magis aduersus eos iram domini concitant: ✝ sanctificant in illos prelium. Quāobrem o heretici qui putatis vos habere ꝓphetiam ✝ imitamini ecclesiam: vbi estimatis esse visionem ibi erit nox. Occidet enī sol iustitie super huiusmodi prophetas ✝ confundentur. Cūq; diuini magis ꝙ prophete fuerint comprobati/ ridebuntur super somnijs suis. Et populi qui prius ab eis decepti fuerāt loquentur contra eos. Hec ille. AVTHOR. Proposita prophetia dicens ex parte pseudo ad suos seductos Non est necesse vt viuas continenter ✝ sancte/ habeto fidem quam docemus: et omnia promissa domini consequeris. nonne bene aptatur increpatorio dicto witcleff ꝙ sacerdotes coniugium secundum legem Christi eis licitum odiunt vt venenum? Si enim coniugium sit eis a Christi lege tam licitum: consequens est vt sacerdoti secundum legem Christi vxoris vsum concedat / dicens. Non est necesse vt viuas tam cōtinenter et sancte. Sed statim querunt: vbi Apostolus nuptias probauit apud Corinthios locus illius legis/ cur non licentiat sacerdotes? Respondet tibi lib. de questionibus noui et veteris testamenti capitulo vltimo Augustinus. Cum enim Corinthij exagitarentur ab hereticis qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant: consuluerunt Apostolum literis an liceret nubere aut vxorem remittere: Tunc precepit Apostolus nō debere vxorem a viro recedere cum occasionem discedēdi habuerit. Sequitur. Sed forte dicatur: si licet et bonum est nubere/ cur sacerdotibus non licet vxores habere/ id est vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquenq; professionem suam et legem habere? Est enī qd̄ omnino generaliter omnibus non liceat. Est item quod alijs licet ✝ alijs non licet: ✝ est quod aliquādo licet: aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet. Negotiari vero aliquando licet: aliquando non licet. Anteq; enim ecclesiasticus quis sit/ licet ei negotiari: facto iam non licet. Et cū vxore sua aliquando conuenire licet/ aliquando non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire: quia etiam a licitis abstinendum est vt facilius impetrari possit quod postulatur. Unde Apostolus ex consensu ait abstinendum ad tempus vt vacetis orationi. Nam ✝ secundum legem in ieiunio cedi ✝ virgari non licet: postea licet: quia maior reuerentia debetur dei causis. Nunquid omne quod inter ceteros licet / ante imperatorem licet? Quanto magis in dei causis/ ac per hoc antistitem eius puriorē ceteris esse oportet? Ipsius enim personam habere videtur: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere: aut orare pro populo/ aut offerre/ aut tingere. Et non solum huic non licet / verum et ministro eius: quia et ipse mundior debet esse: quia sancta sunt que ministrat. Nam sicut ad comparationem lucerne tenebre non tm̄ obscure sed et sordide sunt: ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est: ad comparationem autē solis stelle nebule sunt: ad dei autem claritatem sol nox est: ita que ad nos licita et munda sunt/ ad dei dignitatem quasi illicita et immunda sunt. Que ꝙ enim bona sunt/ dei tamen persone non competunt. Nunquid non tunica mediocris hominis ꝙuis munda/ imperatori tamē sordida ✝ illicita est? similiter ✝ saccica senatori? Ac per hoc antistites dei puriores esse debent ceteris: quia et Christi habent personam: et ministros dei mundiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat non clarus. Mūdis etiam induti ei ministrant. De⁹ autem quia natura clarissimus est/ ministros eius natura magis ꝙ vestibus mundos esse oportet. Hec ille. AVTHOR. Absoluit doctor Augustinus insidiantium quorundam querelas volentiū contendere cum re sancta. Si (inquiūt) continere decernitis sacerdotes ✝ ministros altaris vt munde ministrent: qd ergo? Nunqd

Marginalia (left column, top to bottom): Witcleff. — Witcleff. — Augusti. I Jouinianistas. — Guido de Ualdēsi. — Augusti. — Hierony.
Marginalia (right column): Augusti. — Al saxonia vt Saxonica.

vita coniugalis immunditia est? Soluit Augustinus ⁊
dicit. Et si nobis hominibus munda est/tamen compa-
rata ministerio dei non est munda: sicut lucerna est lux
vel lucida: sed in comparatione solis est tenebra. Unde
si deus eam non purificaret ministerio sacramenti et
nos eam cõmune quid diceremus ⁊ immundum. Idcir-
co tamen dei rebus cõparata immunda est/ dicente scri
ptura per Achimelech sacerdotem in Nobe: si mundi
sunt pueri maxime a mulieribus/manducent. Et expo-
nit Hieronymus super Ecclesiasten: ⁊ item in hebraicis
questionibus super illum locum Regum: de mulierib᷑
Hierony. non tam alienis ꝙ proprijs/dicens. Achimelech inter-
rogat vtrum David ⁊ pueri sui quos in illum locum cõ
duxisse dixerat/mũdi essent. David vero enigmatice de
seipso pluraliter respondit dicens. Et fuerunt vasa pue
rorum sancta: scilicet a concubitu coniugali. Hec ille.
AVTHOR. Si ergo tanta munditia exigitur in his
manducantibus vite etiam necessitate cõstrictis/vt ab
ipsis coniugibus mundi forent/quanto amplior requi-
ritur inesse presbyteris corpus domini prius vice domi
ni conficientibus ꝙ manducent? Quanta item in mini
stris continuas facturis excubias ad altare non iam si
gnorum sed rerum? Hanc rationem/hanc necessitatem
Augusti. continentie Augustinus desuper arguebat. Necesse in-
quit habet antistes quotidie Christi vicem agere aut
orare pro populo: aut offerre aut tingere: vtputa bapti-
zare. Et non solum ipse/verum ⁊ minister eius. Et libro
primo contra Iouinianum capitulo. xi. idem Hierony-
mus. Si mundi sunt pueri ab vxoribus. Et ille respon-
dit. Ab heri et nudiustertius. Panes enim propositio
nis quasi corpus Christi de vxorum cubilibus consur-
gentes edere non poterant. Et in transitu contemplan
dum quod dixerit. Si mundi sunt pueri ab vxoribus, vi
delicet ꝙ ad munditias corporis Christi omnis coitus
immundus est. Hec ille. AVTHOR. Hoc dixit Augu-
stinus supra: ꝙ ꝙuis munde sint nuptie: tamen ad Chri
sti ministerium comparate sunt immũde. Reputo ergo
preceptum castitatis in presbyteris et diaconibus pro
tempore seruitutis fuisse morale: ⁊ ꝙ completa vice of-
ficij potuerunt vacare coniugio. Hoc fecit necessitas tẽ
poris pro propaganda sobole ex stirpe Aaron: quia sa-
cerdos ex illa debuit omnino substitui: sicut de Zacha-
ria Luce primo legitur: ⁊ tractat in commentario super
Beda. Lucam lib. i. ca. ij. Beda dicens. Et factum est vt imple
rentur dies officij eius/ abijt in domũ suam. Hoc est qđ
dixi: quia vicis sue tempore põtifices templi tm̃ officijs
mancipati non solum a complexu vxorum: sed ab ipso
quoq; domorum suarum abstinerẽt ingressu. Ubi nostri
temporis sacerdotibus quibus semper altari seruire iu
betur/perpetuo seruande castitatis exemplum datur.
Quia cm̃ tunc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio
querebatur/necessario tempus substituende soboli pro-
curabatur. At quia nunc non carnalis successio/sed per
fectio spiritualis inquiritur/ consequẽter sacerdotibus
vt semper altari queãt assistere: semper ab vxoribus cõ-
tinendum/semper castitas obseruanda precipitur. Hec
ille. AVTHOR. Accedant iam illi qui petulantie cle-
ricorum vnde possunt gaudent adhibere patronos: nec
pudet eos in palam dicere ꝙ solo humano statuto co-
gente tenẽtur renunciare coniugibus. Grecos sacerdo
tes inducunt qui vacant vxoribus. Et pro eis facere vi
Paphun deturꝙ confessor Paphuntius in Niceno concilio de
tius. cretum continentie mutilauit. Innocẽtium/Gregoriũ/
⁊ ceteros papas in crimen huius constitutionis aduo
cant ⁊ subrident. Et quidem sancto patri Bede ꝙ cum
eis contra libertatem sui coniugij conspirauit/imponũt
viri nescij legis dei/sed insatiabilibus stimulis concul-
cantis pressi lasciuie. Attendant si possint rationem le-
gis quam Beda conduxit: ⁊ videbunt ꝙ non volunta-
rie immo necessaria ratione ducente legis dei non ceri-
monialiter/ sed moraliter exponende/ Beda continen-
tiam illam sacerdotum nostrorum perpetuam declara-
uit. Ex debito/sacerdos legis necessario vice ministra-
tionis ⁊ domo priuabatur ⁊ coniuge. Q. si perpetuo mi
nistrasset / perpetua castitate teneretur astrictus: sed
quia lex carnalis erat/⁊ sacerdotium ex sequela carna-
le/necesse habebat ex sua carne facere successorem. Ex
parte ergo qua erat ministerij spiritualis debitor/spiri-
tuale debitum puritatis exsoluit. Aliam partem impẽ
dit carnis sequele: cui seruitute legis illius tenebatur
obnoxius. Iam autem trãslato sacerdotio/ legis etiam
translatio fit. Et sicut Beda dicit: quia nõ carnalis suc
cessio sed perfectio spiritualis inquiritur: consequenter
sacerdotibus vt semper altari queant assistere: semper
ab vxoribus continendum: semper castitas obseruanda
precipitur. Moralis est hec preceptio puritatis in con-
gruentiam diuini ministerij: quam credo nũꝙ in aliqua
lege vacasse. Approbat suum Bedam in expositione il
lius loci. i. ad Timotheũ. iij. Ambrosius. Ueteribus em̃ Ambrosi.
idcirco concessum est leuitis aut sacerdotibus vxores
ad vsum habere: quia multum tempus otio vacabant a
ministerio aut sacerdotio. Multitudo enim erat sacer-
dotum ⁊ magna copia leuitarum/ ⁊ vnusquisq; certo tẽ
pore seruiebat diuinis cerimonijs secundum institutum
David. Hic enim vigintiquattuor classes constituit sa
cerdotum vt vicibus deseruirent. Unde Abia octauam
classem habuit/cuius vice Zacharias fungebatur sa-
cerdotio: sicut continetur in Paralipomenon: ita vt tẽ
pus quo non cõtingebat deseruire altari: domorum sua
rum agerent curam. At vbi tempus imminebat ministe
rij/purificati aliquantis diebus accedebant ad templũ
offerre deo. Nunc autem septem diaconos esse oportet
aliquantos presbyteros: vt bini sint per ecclesias ⁊ vn᷑
in ciuitate episcopus. Ac per hoc omnes a conuentu fe
mine abstinere debere: quia necesse est eos quotidie pre
sto esse in ecclesia: nec habere dilationem vt post conuen
tum legitime purificentur. Omni enim hebdomada of
ferendum est: etiam si non quotidie peregrinis: incolis
tamen vel bis in hebdomada et non desunt qui prope
quotidie baptizantur egri. Nam veteribus ideo conces
sum est: quia multo tempore in templo non videbantur:
sed erant priuati. Hec ille. AVTHOR. Hec est summa
rationis istorum sanctorum quare nostris presbyteris
coniugia sunt illicita: ad hoc omnes declinauerũt a pri
mo: quia scilicet ministerium eorum est continuum siue
in orationibus vel oblationibus vel sacramentorum ex
ercitijs: quod veteribus non erat moris: quia et multo
tempore non videbantur in templo (dicit Ambrosius)
sed erũt priuati. Hoc quoq; excusationis genere forsan
suspenduntur ⁊ Greci: quibus vna missa duntaxat pro
vniuerso celebratur populo in die. Et eorum episcopi di
cuntur conuenire frequẽtius tam ad celebranda myste
ria ꝙ ad baptizandum gentes.

Vbi fundatur necessitas continentiæ clericalis expresse in scriptura sacra, & a primæuis ecclesiæ obseruatæ, Cap. CXXIX.

Vigilanter autem insudant qui contraria horum sentiũt/ interrogantes vbi de hoc dominI scriptura precepit / si non tantum sit institutum humanum: nec sufficienter aduertunt quid instruxit Timotheum Apostolus de episcopis presbyteris et diaconibus in suo regulari catalogo.i.ad Timotheum.iij. Oportet episcopum irreprehensibilem esse vnius vxoris virum/sobrium / prudentem/ornatum/ pudicum/hospitalem/doctorem: non violentum/non percussorem sed modestum / non litigiosum/non cupidum/ sue domui bene prepositum: filios habentem subditos/cum omni castitate. Sequitur. Nõ neophytum/ ne in superbiam elat⁹ in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimoniũ habere bonum ab ijs qui foris sunt. Decem ⁊ septẽ ergo sunt morales articuli regule episcopalis: quorum sextus et secundus pro re faciunt. Primo ꝙ non sit bigamus / sed vnius vxoris vir: et ꝙ sit pudicus post episcopatum adeptũ: ⁊ ab omni carnis alluuione cõtineat. Hac item regula presbyter ad paria colligatur / dicente in expositione eiusdẽ loci Ambrosio. Post episcopũ diaconatus ordinationem subijcit. Quare nisi quia episcopi et presbyteri vna ordinatio est. vterqꝫ sacerdos est/ sed episcopus primus est: vt omnis episcopus sit presbyter: non tamen oĩs presbyter episcopus. Hec ille. AVTHOR. Pro hac regula item diaconi/ ibi subijcitur in lege apostoli diaconos similiter pudicos / non bilingues / non multo vino deditos / non turpe lucrum sectantes/habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et ij probentur primum: ⁊ sic ministrent. Sequitur. Diacones sint vnius vxoris viri/ qui filijs suis bene presint ⁊ suis domibus. Et in hoc articulo octonario regulari primus articulus et septimus diaconos obligant vt presbyteros simili castitati. Diaconos inquit similiter pudicos / et diacones sint vnius vxoris viri. Hinc subijcit witcleff nouum dogma dicens: vnius vxoris virum sic intelligi / vt cum vna vxore continenter viuat / et hoc suadet episcopos facere vt vitent luxuriam. De officio pastorali capitu.iiij. Tales inquit prelati non considerantes spuma voluptuose libidinis quomodo officit anime sepius plusꝙ opus/non attendunt ad illud verbum Apostoli p̃me ad Timotheũ.iij. Oportet episcopum esse vnius vxoris virum. hoc est dicere: oportet ipsum dum carnalis fuerit cum vna vxore viuere continenter / et non in spirituali vel corporali luxuria magis prohibitis latere abscondite contra Christum. Hec witcleff. AVTHOR. Quid dicam ad hereticum sic peruertentem Apostolum/nisi ꝙ vt satis erret seuos transcendit hereticos? Iouinianus eñi erubescit sic dicere. vnde libro primo capi.xxi. contra Iouinianum Hieronymus. Ipsa inquit episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit: eligatur episcopus qui vnam ducat vxorem et filios faciat / sed qui vnam habuerit vxorem et filios in omni subditos disciplina. Certe confiteris non posse esse episcopum qui in episcopatu filios faciat: alioquin si deprehensus fuerit non quasi vir tenebitur/sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum vt idem sint virgines quot mariti: aut si sacerdotibus vxores non licet tangere/in eo sancti sunt quia imitantur pudicitiam virginalem. Hec ille. AVTHOR. Planissime istum witcleff iam calcat Hieronymus / quia dicit in episcopali electione non esse dictum / eligatur episcopus qui vnam ducat vxorem et filios faciat / sed qui vnam habuerit sicut witcleff dicit / ipsum secundum verbum Apostoli dum fuerit carnalis cum vna vxore viuere continenter. Sed nec Iouinianus qui frena laxauit cupidini hoc admisit: immo si deprehensus/iuxta eum quasi adulter damnabitur. Et in expositione epistole huius prime ad Timotheum Ambrosius. Ostendit etiam istos vnius vxoris viros esse debere: vt ij ad ministerium dei eligantur qui non sunt egressi constitutum dei. Homini eñi vnam vxorem decreuit deus: cum qua deus benedicatur. Nemo enim cum secunda bene dicitur. Qui si filios bene gubernauerit ⁊ domos suas id est vernaculos aut domesticos: poterunt digni fieri sacerdotio ⁊ fiduciam habere apud deum vt sciant se posse impetrare quod postulant. iam de cetero se ab vsu femine cohibentes. Hec ille. AVTHOR. Nota q̃ dicit iam de cetero se ab vsu femine cohibẽtes: postꝙ scilicet ante ordinationem suam vnam duxerint. vt in eundem locum Haymo. Vnius vxoris virum/ id est anteꝙ ordinetur vnam vxorẽ debet habere vt non sit digamus aut trigamus. Postea vero penitus abstinere debet. Hec ille. AVTHOR. Adhuc nec sic intelligenda est electio episcopi vt omnino exigatur ꝙ fuerit vnius vxoris vir sicut non defuerunt qui sic exponerẽt: quasi qui propter deum se ab vxore continuit/foret ex hoc ad episcopatũ ineptior. Quo contra in expositione eiusdem loci Ambrosius. Hec inquit signa sunt dignitatis episcopalis: si quis autem potiora sectatur/⁊ corpus et animam suam deo dicauerit ne se copulet matrimonio / tanto dignior fiet. Ideo enim inferiorem posuit vt de potiori nemo dubitaret. Hec ille. AVTHOR. Potior autem est continentia deo consecrata monogamia in ratione virtutis meriti. Per hoc ergo ꝙ monogamus ad episcopatum admittitur/ de mente Apostoli nemo dubitet quin professor continẽtie dignior existimetur. Et super hoc loco de diaconibus in lib. annotationum. Hieronymus. Diaconi sint vnius vxoris viri: non vt si non habuerint ducant/sed ne duas habuerint. Si eñi digniorẽ facit vxor/ cur non magis bigami aut trigami ordinẽtur? Hec ille. AVTHOR. Q̃ autem percutit quorundam conscientiam coniugalis licentie inter Grecos ex sexta synodo: et item instantia sancti confessoris Paphuntij in magno Niceno concilio: sciendum ex textu verborum suorum non habere omnes sacerdotes grecos in sua potestate moderna coniugium: sed eos tantum quos ante concilium repperit vxoratos ad explendum susceptum tunc coniugium esse permissos/ ne vltra vires suas noua ⁊ inexperta castitas in labyrinthum lasciuie mergeret inexpertos. Quod item bis fecit Gregorius in ecclesia latinorum. Pensentur iam verba actitata Niceni concilij. in historia tripertita Cassiodorus. Nicena synodus volens corrigere hominum vitam in ecclesijs cõmorantium/ posuit leges quas canones vocamus/in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem: vt episcopi / presbyteri/diaconi / subdiaconi/ cum coniugibus quas ante consecrationem duxerunt non dormirent. Surgens autem Paphuntius confessor cõtradixit: honorabiles confessus nuptias: ⁊ castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasitqꝫ concilio ne talem poneret legem: grauem esse asserens que aut ipsis/aut eorũ coniugalibus occasio fornicationis existeret. Et hoc quidẽ Paphuntius licet nuptiarũ esset inexpert⁹ exposuit: synodusqꝫ laudauit sentẽtiam eius: ⁊ nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusqꝫ voluntate: non necessitate permisit. Hec ille. AV-

Ambrosius.
Witcleff.
Hierony.
Ambrosi⁹
Haymo.
Ambrosi⁹
Hierony.
Paphuntij cõsiliũ.
Cassiodorus de Nicena Synodo.
Paphuntius.

THOR. Iam videtis quod dixi tam ex parte instātiū
ad editionem canonis q̃ ex obiectione Paphuntij. Ui
debatur (inquit) aliquibus inducere legem vt episcopi
& ceteri cum coniugibus quas ante consecrationem du
xerant non dormirēt. At contra Paphuntius asseruit
grauem legem fore que aut ipsis aut eorum coniugali-
bus occasio fornicatiōis existeret. Et idem cauet. vi. syn
odus dicens. Legales nuptias amodo valere volumus
nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissol-
uentes aut priuātes eos familiaritate adinuicem in tē-
pore opportuno. distinctiōe. xxxi. Quoniam de vxorib⁹
quas ante ordinationem suam duxerant totum dictum
est: idcirco puto adhuc grecos sacerdotes qui nolunt
continēter viuere vxores sibi ante ordinationem suam
accipiunt / quas licēter teneant ordinati / iuxta eandem
Synodus vi. vi. synodum. xxxij. distinctione. vi. Synodus. Si quis
eorum qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali iure
mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconat⁹
faciat. Hec ibi. AVTHOR. Ita ergo presens capitulū
quod in fauorem Grecorum clericorum editum est / vide
tur velle eos coercere: ne post consecrationem contrahe
rent: q̃q̃ propter dissimulandam eorum petulantiam:
aut plane eorum fornicationem vitandam iam ductas
vxores retinere concessit. Quod item cunctis subdiaco
nis Sicilie cōstituit fieri per epistolam ad Petrum sub
diaconum Gregorius. Ante triennium diaconi omniu3
Gregori⁹. ecclesiarum Sicilie prohibiti fuerant vt more Roma-
ne ecclesie suis vxoribus nullatenus miscēātur. Quod
mihi durum atq3 incompetens videtur / vt qui vsum cō
tinentie non inuenit / neq3 castitatem promisit / compella
tur a sua vxore separari: atq3 p hoc (qd̄ absit) in deterius
cadat. Inde videtur mihi vt a presenti die episcopis o-
mnibus dicatur: vt nullum facere diaconum presumant
nisi qui se victurum promiserit caste: quatenus & preter-
ita mala que proposito mentis appetita sunt violen-
ter non exigantur / et futura caute caueantur. Hec ille.
AVTHOR. Hoc ad caput precedens pro Grecis ad-
dit Gregorius: ne consecretur postea quisq̃ diaconus ni
si qui se victurum caste promiserit. Et subdit rationem
in fine. Quia nullus debet ad altaris ministerium acce
dere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fue
rit approbata. Hoc enī apostolica lex prescripsit: vt an-
te monstrauimus. Nec in suggillationem dico grecorū:
sed non video qualiter decretum seruent apostoli qui ce
libatum sacerdotum / quem tam plane constituit / ver-
tunt in coniugium: q̃uis post acceptum sacerdotium
nullus nubat eorum vt fertur. Et fiat ratio orthodoxa.
Sacerdos quotidie debet in ecclesia ministrare / aut sa
cramēta celebrādo / aut offerēdo vel instādo monitioni-
bus priuatis / aut publice predicādo. Quomodo potest
implere predicta: qui propter vxorem necessario sollici-
tus est circa mundum? dicente propter hanc rationem
Apostolo. i. Corinthi. vij. Uolo autem vos sine sollici-
tudine esse. Qui sine vxore est: sollicitus est que domini
sunt: quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est /
sollicitus est que sunt huius mundi: quomodo placeat
vxori: & diuisus est. Dicat nunc witcleff: si Paulus vo-
luit episcopos vxoratos esse: quando etiam plebeis Co
rinthiorum dixit se velle eos sine sollicitudine esse / qd̄
vxores habētes iam non posse monstrauit. Immo diui-
si sunt / inquit. Et paulo superius in eodem cap. fideli
vxorato non concedit ad tempus orationi vacare nisi
careat officio coniugali. Qualiter ergo vacabit episco
pus aut sacerdos continue orationi pro plebe nisi sem-
per ab vxore contineat? Idcirco eo loco in expositione
Ambrosi⁹ super. i. Timotheū. iij. Ambrosius. Si enim plebeis ho-
minibus orationis causa ad tempus abstinere se preci-

pit / vt vacēt orationi: q̃to magis leuitis / aut sacerdoti-
bus: quos die noctuq3 pro plebe sibi commissa oportet
orare? Mundiores ergo esse debent ceteris: quia aucto
res dei sunt. Hec ille. AVTHOR. Et libro primo con-
tra Iouinianum cap. xxi. Hieronymus. Sed & hoc infe- Hierony⁹
rendum / si laicus et quicunq3 fidelis orare non potest
nisi careat officio coniugali: sacerdoti cui semper pro po
pulo offerenda sunt sacrificia / semper orandum est. Si
semper orandum: ergo semper carendum matrimonio.
Nam & in veteri lege qui pro populo hostias offerebāt
non solum in domibus suis non erant / sed purificaban-
tur ad tempus ab vxorib⁹ separati: & vinum et sceram
non bibebant / que solent libidinem prouocare. Hec ille.
AVTHOR. Nullus ergo contemnat hoc ecclesie de
clericali castitate decretum tanq̃ humanum penitus:
sed sciat euangelicum esse / & a legis necessitate descen-
dens apostolicū institutum: sicut in decreto Leo papa
semp insinuat: & omnes pene quos hic recensui de Apo
stoli Pauli mente hoc exponunt / cum conformitate de
creti legis antique. sicut hic Hieronymus dixit. In lege
veteri qui hostias offerebant in domibus suis non erāt /
purificabantur separati ad tempus ab vxoribus / & ine-
briantia non bibebant. Et coram Christo sollicitiori cu-
ra continentie opus est sacrificantibus corpus & sangui
nem Iesu Christi. Epistola ad Pammachium que est
lxxiij. Hieronymus. Ecce perspicue nuptias diximus
concedi in euangelio: sed tamen easdem in suo officio
permanentes premia castitatis capere nō posse. Qd̄ si
indigne accipiunt mariti / non mihi irascant̄ sed scriptu
ris sanctis. Immo episcopis / presbyteris & diaconibus
in vniuerso choro sacerdotali & leuitico / qui se nouerint
hostias offerre non posse si operi seruiant coniugali. Et
in fine epistole. Igitur (vt dicere ceperamus) Christus &
virgo Maria vtriusq3 sex⁹ virginitatis dedicauere pri-
cipia. Apostoli vel virgines vel post nuptias continen-
tes. Episcopi / presbyteri / diacones / aut virgines eligūt̄
aut vidui: aut certe post sacerdotium in eternum pudici.
Hec ille. AVTHOR. Sic est causa sacerdotum Christi
q̃ hostias offerre non possunt si operi seruiant coniuga
li. Ideo aut eliguntur virgines / aut vidui / aut post cōse
crationem in eternum pudici. Unde & in Actus aposto
lorum tractatu illo vbi Paulus prohibitus est predica Arator.
re verbum dei in Asia / Arator. Ecclesie nūc alma fides
sine fine pudicos Pōtifices iubet esse suos / & querit in
omni Cauta tribu / quos rite probet / nec sanguinis iste
Sed meriti success⁹ erit. Hec ille. AVTHOR. Ecce nō
dicit aliquid fide inferius / sed alma fides sine fine pudi
cos Pōtifices iubet eē suos. Quo tibi displicet? Quid
volunt? quid sibi vendicant sacerdotes Christi tam am
plum priuilegium voluptatis vt non Christi corpus et
sanguinem tanta honestate vite pertractent: quāta car
nes pecudum sal vel similam / vel flammiuolam adipē
iudaici sacerdotes? Illi domo propria exulabant / vt lō
ge essent a coniuge: isti nec die nec nocte integra volunt
ferre diuortium. Ipsi purificabant̄ curiosa & diligenti so
lertia priusq̃ ad ministrandū accederent. Nostri (qd̄ pu
det dicere) quid putas requirunt nisi vt de cubili vxoris
ad altare mox properēt? vbi plus de vxorum questub⁹ /
q̃ de fideliū spiritib⁹ cogitabūt. Sic enī dicit Apostol⁹
supra. Sollicitus est quomodo placeat vxori: & diuisus
est. Diuisus & labore & mēte. plus enī q̃ dimidi⁹ est vxo
ris: nec potest ab integro dicere. Portio mea dn̄s. vnde
lib. iij. de viduis post medium Ambrosius. Dicate vos Ambro-
Christo et confitemini ei vt dicatis. Portio mea domi sius.
nus. Non potest hoc nupta dicere / sed innupta. Nupta
enim querit viro suo placere: innupta autem Christo
placere. Illa mundi: hec Christi possessio est. Leuite qui

nihil sibi de terrenis vendicat/Christi possessio est. Qui
querit vxorem/non potest dicere: portio mea dominus.
Deniq; Christi minister:quid ait? Argentum et aurum
non habeo:sed qđ habeo do tibi. In nomine Jesu Chri-
sti Nazareni surge et ambula. Hoc enim acceperat qui
aurum non desiderabat. Deniq; missus erat sine virga/
sine sacculo/sine pecunia. Et ideo gloriabatur:quia non
habebat qđ non acceperat. Nō enī erubescebat in pau-
pertate/quē pauper redemerat. Hec ille. AVTHOR.
Bene coniungit celibem pauperi ad canendum concor
diter dictum versiculum. Portio mea dominus. Vterq;
enī sollicitus est que domini sunt:non que seculi. Post
hec omnia cur clamosi nostri clerici personāt/ ⁊ strepūt
tolli sibi priuilegium nuptiale:libertatem coniugij? his
laudant terminis/his verbis proferunt seruitutē. Qua
si sterilis continentia perpetua seruitute damnetur:con
iugalis autem vita omni libertate donetur. Aut si anti
quorum se vel grecorum auctoritate defendant: semper
nouerint inter eos dilatum esse sacrificium/⁊ ꝙ nō quo
tidie ministrare teneātur vt nos. Vnde lib.i. de officijs
Ambrosius. versus finem Ambrosius. Quomodo autem potest hor
tator esse viduitatis/qui ipse coniugia frequentauerit?
Inoffensum autem exhibendum ⁊ immaculatum mini-
steriū/nec vllo coniugali coitu violandum cognoscitis/
qui integri corpore/incorrupti pudore/alieni et ab ipso
consortio coniugali/sacri ministerij gratiam recepistis.
Nō ea non preterij gratia/quia in plerisq; abditioribꝰ
locis cum ministerium gererent/vel etiam sacerdotum
filios susceperunt. ⁊ id tanq̄ vsu veteri defendunt/quan
do per interualla dierum sacrificium deferebatur: ⁊ ta-
men castificabatur ⁊ populus per biduum/aut triduū:
vt ad sacrificium purus accederet:vt in veteri testamen
to legimus: ⁊ lauabant vestimenta sua. Si in figura tan
ta obseruantia/quāta in veritate? Disce sacerdos atq;
leuita quid sit lauare vestimenta tua : vt mundum cor-
pus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus si
ne ablutione vestimentorum suorum prohibeatur acce-
dere ad hostiam suam : tu illotus mente pariter et cor-
pore/audes ꝓ alijs supplicare? audes alijs ministrare?
Non mediocre officium leuitarum: de quibus dicit do-
minus. Ecce eligo ego leuitas de medio filiorum Israel
pro omni primogenito aperiēte vuluam in filijs Israel.
Redemptiones eorum erunt:isti mihi leuite erunt. Hec
ille. AVTHOR. Ab omni ecce opere coniugali neces-
se est istos esse liberos/quos dominus ab omnibus ele-
git sibi in sanctos. Quid istos ad Valerium mittam?
Quid item ad sapientem benedicentem deum qui se de
mulieris eripuit seruitute? Cur non audiunt Apostolū.
i. ad Corinth. vij. preter necessitates forinsecas/ carnis
tribulationes innumeras: sub vnius verbi tecto ⁊ face
to compendio copulare. Si acceperis (inquiens) vxorē
non peccasti. Et si nupserit virgo non peccauit. Tribu-
lationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Hostem
vnum credunt excludere:dum septem assumunt. Ignē
volunt extinguere/cū adipē flammis aspergūt. An nō
cū exercitio carnis/carnis crescit molestia? Cunctas cō
iugalis vite pende molestias: ⁊ fatearis si possis/solutꝰ
an vxoratus vter est liberior? Certum est ad coniugij vi
tandas penas/ predicator ille coniugij Iouinianus vi-
Augusti. tauit coniugium. teste libro de heresibus Augustino.
Non sane ipse vel habebat vel volebat habere vxorem.
qđ non volebat propter aliquod apud deum maius me
ritum/in regno perpetue vite futurum:sed propter pre-
sentem prodesse necessitatem:hoc est ne homo coniuga
les patiatur molestias disputabat. Hec ille.

Coniugium quid sit: & ꝙ nō includat de ne cessitate sacramenti/ copulā carnalem ad pro pagationem prolis. Cap.CXXX.

Coniugium siue matri-
monium describit Wit Witcleff.
cleff/dicens. iiij. lib. ter
damnati trialogi ca.ij.
ꝙ coniugium sit legiti
ma copulatio:qua secū
dum dei legem licet eis
sine crimine filios pro-
creare. Ordinauit enī
deus ꝙ Adam ⁊ Eua ⁊
per consequens ꝙ cun
cti duo coniuges in pro
creatione carnali tali-
ter copulētur. Hec Wit
cleff. AVTHOR. Ne- Coniugiū
scio tamen si immemor fuit vir iste sacri illius coniugij Marie.
Marie ⁊ Joseph/quod vtiq; non sine ordinatione diui-
na ⁊ primeuo instinctu spiritussancti/sponsaliter contra
xerunt: ⁊ postea eodem deo monente per angelum de-
tinebant. Cum tamen nō ordinauit deus per legem suā
ꝙ in procreatione carnali taliter copulentur: immo ne
taliter copularentur instituit. Nec ipsi coniuges talem
copulam proponebant:dicente Maria ad angelum:cū
iam despōsata fuisset. Quomodo fiet istud/quoniam vi-
rum non cognosco? id est carnaliter non propono. Vnde
in eodem loco in commētario Beda. Propositum sue Beda.
mentis reuerēter exposuit:vitam videlicet virginalem
se ducere decreuisse. Que quia prima feminarum tante
se virtuti mancipare curauit/iure singulari pre ceteris
feminis bītate meruit excellere. Hec ille. AVTHOR.
Aut ergo inter istos non erat verum coniugium: ⁊ men-
titus est angelus de celo dicens ad Joseph. Noli time-
re accipere Mariam coniugem tuam. aut quandoq; in
procreando fetum erant carnaliter copulandi ad sensuʒ
Heluidij:aut quod vtiq; verum est/definitio in eius sen-
su heresim sapit de quiditate coniugij:non propter hoc
solum sed quia euacuare conatur Apostolum. i. ad Co-
rinth. vij. Quid enim si coniuges hoc haberent in voto
quod ait Apostolus/Tempus bene est. Reliquuʒ est vt
qui habent vxores tanq̄ non habentes sint/⁊ perpetuo
tempore a procreandis liberis promitterēt abstinere?
Nunquid contra legem fidei facerent implēdo Aposto
lum: ⁊ coniuges esse desinerent:quia iam non licet eis si
ne crimine filios procreare? Econtra dictante Christo
nō licere dimittere vxorem nisi propter fornicationem?
Pro cōcepto autem Apostoli facit in expositione eius
dem loci Ambrosius. At et qui habent vxores ita sint Ambrosiꝰ
quasi non habentes:quia enim mundi finis in proximo
est:nō debere ad generandū esse sollicitos: neq; ad vsum
illum deditos/vt propēsiores ⁊ vigilantiores in diuinis
operibus exercitati circa curam legis imminente pre-
lio repugnent. Hec ille. AVTHOR. Ex intentione er-
go coniugatos vocat Apostolus ab officio generandi:
et sic vult eos habere vxores tanq̄ ad propagationis
vsum non habeant:nec tamen minus tales ⁊ fide coniu
ges ⁊ sacramēto. Quia nec mulier si a viro discedat de-
sinit esse coniunx:sed potest reuerti ad virū. dicente Apo
stolo. His autē qui in matrimonio iuncti sunt precipio/
non ego sed dominus:vxorem a viro nō discedere. Q, si
discesserit manere innuptam : aut viro suo reconcilia-
ri. Vir ergo eius que discessit/adhuc efficitur iure vxo-
ris reconciliari posse conceditur. Non ego tamen in
his dictis nego prolem magnum bonum esse coniu-

gij: sed circunstantionale bonum non omnino necessarium/sine quo non erit coniugium/ sicut sunt aut fides aut etiam sacramentum. Qualiter intendit witcleff: cum in descriptione notificat dans viam modernis erroribus qui clam in quibusdam Cantie finibus fertur erumpere. Jam enim a triennio fateri solent/ cum vir aut mulier aut infirmitate quacunqꝫ perpetua/ aut etatis excursu propagationis annos excesserit/coniugiuꝫ esse soluendum. Fauet eis ꝙ in definitione coniugij witcleff ꝓcreationem prolis expressit. Fauet amplius ꝙ in eodem capitulo iam predicto respondendo ad secundam instantiam formatam sic. Nihil est licitum nisi possibile: sed multi copulantur matrimonialiter satis licite/qui non possunt filios procreare: ergo descriptio est minus valida. Videtur(inquit)mihi probabile ꝙ tales qui non possunt procreare carnaliter/ quodammodo illicite copulantur. Unde antiqui qui ex cupiditate temporalium/ex spe mutuorum iuuaminū/ aut ex causa excusande libidinis/licet desperent de prole copulantur adinuicem/non vere matrimonialiter copulantur. Hec witcleff. AVTHOR. Ergo fornicantur qui sic carnaliter copulantur. Necesse est enim in omni tali contractu fornicationem esse veram/ vbi matrimonium nō est verum. Et si desperatio vel non intentio principalis ad prolem est in causa /nec excusari potest infirmitas tali coniugio:male probauit Apostolus tam pretensuꝫ coniugium/dicēs. Propter fornicationem autem vnusquisqꝫ suam vxorem habeat: et vnaqueqꝫ suum virum habeat. et iterum. Reuertimini in idipsum ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam:non secundum imperium. Et iterum. Dico autem non nuptis ⁊ viduis:bonum est illis si sic permanserint:sicut et ego. Qꝫ si se non continent/nubant. Melius est enim nubere:ꝙ vri.j.Corinth.vij. Ubiqꝫ ecce laxat nuptiarum sinus principaliter propter fornicationem vitandam/⁊ sub sacramento tegendam/de procreatione prolis non dicit. Non enim ait. Propter prolem gignendam/vnusquisqꝫ suam vxorem habeat/ꝙuis sit in officio coniugali affectus eximius.sed plane. Qui non potest continere nubat. ⁊ Ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Isti iam in casu witcleff ꝙuis desperent de prole/ volunt secundum indulgentiam Apostoli nubere vt non vrantur. Ergo Apostolus indulget eis falsa connubia: quia secundum ipsum non vere matrimonialiter copulantur. Sed exponens Apostolum libro suo de bono cōiugali cito post principium Augustinus. Quicquid(inquit)coniugati immodestum/verecundum/sordidumve gerunt/vitium est hominum nō culpa nuptiarum. Jam in ipsa quoqꝫ moderatione exactione debiti carnalis quam eis non secundum imperium sed secundum veniā concedit Apostolus/vt etiam preter causam procreandi/sibi misceantur: etsi eos praui mores ad talem concubitum impellunt:nuptie tamē se ab adulterio seu fornicatione defendunt. Neqꝫ enim illud propter nuptias admittitur / sed propter nuptias ignoscitur. Hec ille. AVTHOR. Apostolica fides est ista quam Augustinus exponit. Nō enim sunt criminabiles nuptie si quātumcunqꝫ vitiosum aut sordidum contrahentes non impossibilem nuptijs gerant affectum. Et specificat misceri sibi volentes preter causam procreandi:et propter nuptias(inquit) mixtioni ipsi ignoscitur: quia et ipsam secundum veniam concedit Apostolus. Cꝫꝙ enim coniugium ipsum ad prolis procreationem ab exordio constitutum sit/quantū ad officium:tamen post primeuum peccatum/excusande libidinis prouisum est remedium. Unde lib.v.expositionis sue super Ecclesiastē tractans hunc textum. Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus. Hugo. Castis inquit amplexibus tempus datum est/vt seminetur caro in propagatione ⁊ humani generis seges que quotidie per totum mundum morte metitur/studio generationis reparetur. Pactum enim institutionis prime/quo ex carne caro sumēda erat sine carnis contagio:post peccatum prime preuaricationis in carnem peccati per indulgentiam confirmatur/non solum pro explendo officio/sed ⁊ pro conferendo remedio:ne scꝫ motus carnis immoderatius iā efferuens turpius in omnem preuaricationem proflueret si licite nūꝙ laxari potuisset. Prescribitur itaqꝫ meta vsquequo se sine pudicitie dāno extendere possit carnis effectus:vt qđ in matrimonij castimonia per concessionem agitur/etsi ad infirmitatem pertineat/ ad turpitudinem tamen non imputetur. Hec ille. AVTHOR. Hoc vltimum Hugonis audiant witcleffiste:qđ in matrimonij castimonia per cōcessionē agitur/ supple Apostoli/etsi ad infirmitatem pertineat:non tamen ad turpitudinem imputetur. Quid aliud ad īfirmitatem pertinens nisi qđ supra dixit motus carnis immoderatius iam efferuēs? Et ad hoc confirmatur indulgentia nō solum pro explendo officio partus tm̄/sed etiam pro conferendo remedio. Que duo sunt in coniugio diuersis modis et temporibus instituta:sicut lib.ij. de sacramentis parte.xi. cap.iij. idem Hugo. Officium autem coniugij hoc est carnis commixtionem ante peccatum non ad remedium infirmitatis sed ad multiplicationem prolis institutum est. Post peccatuꝫ autem idem ipsum ad remedium infirmitatis concessum:beatus Augustinus testatur his verbis/dicens. Utriusqꝫ sexus infirmitas propendēs in ruinam turpitudinis/recte honestate nuptiarum excipitur: vt quod sanis esset officium/sit egrotis remedium. Hec ille. AVTHOR. Alia ergo causa est officij in nuptijs/alia remedij infirmitatis:⁊ vt tu dicis excusande libidinis: et vtraqꝫ pura et honesta quantum est ad ipsum coniugij sacramentum. Sub sancto et illibato tegumento veniam suscipit inhonestus affectus/ quando posthabito prolis effectu/libidinosus ardor veniam meretur ex nuptijs.

witcleff.

Augusti.

Hugo.

Hugo.

August.

Qꝫ inter steriles vel sancte continentes absqꝫ omni spe sobolis,est verum coniugium.

Cap.CXXXI.

PEccāt igitur/⁊ atrociter peccant/contra bonum coniugij qui solum officium propagāde ꝓlis excipiūt qđ ante peccatum prescriptum est: ⁊ sine ipso fidem et fedus nuptiale dissoluūt: veterum matrimonia dissuunt ⁊ diu rata calcāt coniugia/nescientes ꝙ ipsa societas non verborum tantuꝫ ⁊ morum vt ciues ac domestici in domo conueniunt:sed corporum ipsorum diuersitate sexus indiuidua est res in ipsa maritali connexione omni carnali commixtione etiam prolis ratiōe preclarior. In predicto loco Hugo. In coniugio aliud esse ⁊ alterius rei sacramentum esse ipsum coniugium:et aliud esse et alterius rei sacramentum esse ipsum coniugij officium: idem ipē Augustinus in libro de bono coniugali testatur/dicens. In coniugio aliquid boni esse videtur:nō solum propter propagationem filiorū/sed etiā ꝓpter naturalē in diuerso sexu societatē. Alioqn iā nō diceret cōiugiū in senib⁹ si vel amisissent filios vel nō genuissent. In qbus etsi emarcuerit ardor carnis/viget tamen ordo charitatis. Itē in nuptijs

Hugo.

Augusti.

plus valet sanctitas sacramenti q̄ fecunditas ventris.
Unde quidam non intelligentes hoc quod dictum est:
Illa mulier non potest pertinere ad Christi et eccle=
sie sacramentum / cum qua noscitur non fuisse carna=
le commercium: existimant sacramentum coniugij esse
non posse vbi commixtio carnalis non fuerit. Nesciunt
enim ꝙ officium coniugij in carnis commixtione il=
lam que inter Christum et ecclesiam per carnis susce=
ptionem facta est vnionem figurat. Propterea Christi
et ecclesie sacramentum esse non possit / vbi commerciū
carnale non fuerit. Coniugium tamen verum et verum
coniugij sacramentum esse / etsi carnale cōmercium non
fuerit subsequutum. Immo potius tanto verius et san=
ctius esse / quanto nihil in se habet vnde castitas eru=
bescat: sed vnde charitas glorief. Hec ille. AVTHOR.
Ecce verius et sanctius coniugij sacramentum vbi non
interuenit carnale commercium: vel si desperetur de pro
le: vel si mutuo consensu in primo ingressu connubij car=
nis suspendant officium / et sancte societatis indiuiduū
seruent affectum. Falsum ergo est / hereticum est: quod
Witcleff. dixit witcleff: ꝙ si spe mutuorum iuuaminum sine spe
prolis copulentur adinuicem: non est verum matrimo=
nium. Falsum est / hereticum est: quod syluestres here=
tici consequenter aberrant dicentes iam vetulorum ta=
lium soluendum esse coniugium. Pro inconuenienti eñ
non ferendo hoc intulit Augustinus. Alioqn (inquiēs)
Ab. Re= iam non diceretur coniugium in senibus. Dicantq; cur
becce. non soluit Abraham Sare coniugium quod centena=
rius expectauit in sterili. Et ysaac similiter cur duxit
sterilem nec dimisit. Et vterq; quantum possent huma=
nitus debuerant desperare de prole. Et ideo inter eos se
cundum witcleff quantum eorum erat: nec fuit verum
coniugium / et per consequens tanto tempore frequens
feda cōmixtio. Quid item dicturi sunt de Baptiste pa
rētibus Zacharia et Elizabeth vsq; ad etatem pene de=
crepitam infecundis? Sed taliū sanctorum coniugum
societati probate testatur diuinum ad eos beneficiū in
fine temporum reddens eis sobolem preciosiorem mili=
bus de sinu gratie supra vires nature iam marcide. Id=
Augusti. circo libro de bono coniugali Augustinus. Semel ini=
tum connubium in ciuitate dei nostri: vbi etiam ex pri=
ma duorum hominum copula quoddam sacramentum
nuptie gerunt / nullo modo potest nisi alicuius illorum
morte dissolui. Manet enim vinculum nuptiarum: etiā
si proles cuius causa initum est / manifesta sterilitate nō
subsequatur: ita vt scientibus coniugibus non se filios
habituros / separare tamen se vel ipsa causa filiorum at
q; alijs copulare non liceat. Quod si fecerint: eis qui=
bus se copulauerint adulterium committunt. Ipsi au=
tem coniuges manent. Hec ille. AVTHOR. Et ibidem
Augusti. iterum paulo supra Augustinus. Tantum valet illud
sociale vinculū coniugum: vt cum causa procreandi col
ligetur: nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset eñ
homo sterilem dimittere vxorem: et ducere de qua filios
habeat: et tamen non licet. Et nostris quidem iam tem=
poribus ac more Romano nec superducere vt amplius
habeat q̄ vnam. Et vtiq; relicta adultera vel relicto
adultero possent plures nasci homines: si vel illa alteri
nuberet: vel ille alteram duceret. Quod tamen si non
licet / sicut diuina regula prescribere videtur: quem non
faciat intentum: quid sibi velit tanta firmitas vinculi
coniugalis? quod nequaq̄ puto tātum valere potuisse:
nisi alicuius rei maioris ex hac infirma mortalitate ho
minum quoddam sacramentum adhiberetur: quod de=
serentibus hominibus atq; dissoluere cupientibus in=
concussum illis maneret ad penā. Hec ille. AVTHOR
Et item secundo libro de adulterinis coniugijs post me

dium / idem Augustinus. Hos alloquor: vt quod face= Augusti.
re deberent si haberent coniuges diuturno languore
marcentes / vel loco sibi inaccessibili absentes / vel ani=
mositate illicita continentes: hoc faciant si habuerint
coniuges adulterina inquinatione sordētes. Non alia
querant coniugia: quia non erunt coniugia sed adul=
teria. Hec ille. AVTHOR. Intelligere tamen possu=
mus post predicta quo ad witcleff: ꝙ inter contrahen=
tes exclusa spe prolis per sterilitatem affectatam vel
procuratam nuptie non sunt vere nec verum coniugiū:
si coniuges tamen concūbere non desistant. Adulteri=
na enim est illa complexio vbi fides datur simul ad ex=
plendam libidinem et ad extirpandam sobolem. Libro
de bono cōiugali Augustinus. Solet etiam queri cum Augusti.
masculus et femina nec ille maritus nec illa vxor alte=
rius / sibimet non filiorum procreandorum sed propter
incontinentiam solius concubitus causa copulantur /
ea fide mediante: ne ille cum altera / nec illa cum alte=
ro id faciat: vtrum nuptie sunt vocāde? et potest non ab
surde fortasse illud appellari connubium si vsq; ad mor
tem alterius eorum id inter eos placuerit: et prolis ge
nerationem / q̄uis non ea causa coniuncti sunt: non ta
mén vitauerint: vt vel nolint nasci sibi filios: vel etiam
opere aliquo malo ne nascantur agant. Ceterum si vel
vtrunq; vel vnum horum desit: non inuenio quemadmo
dum has nuptias appellare possimus. Hec ille. AV
THOR. Ad hunc casum attēdat witcleff: et ponderet
partes eius. Prima pars est: ꝙ si legitime cōtrahētes
non filiorum procreandorum causa: sed ad vitandam in
continentiam solius causa concubitus fide indissolubi
li citra mortem: nunquid nuptie sunt vocande? Respon
det non absurde dici connubium: directe cōtra witcleff
dicentem non esse verum coniugium: cum tamen per
eum si esset non reale sed imaginarium aliquid tropice
vel figuraliter sacramentum / verum coniugium dicere
tur. Secundo addit in casu Augustinus. Q; si in con
uentione non solum non intendant prolem: sed vitent:
ita vt nolint: vel aliquo opere malo id agant: ne prolem
habeant: si concumbant: prorsus tunc quomodo nuptie
appellari debeant non agnouit. Nec mirum: quia natu
ralem actum a naturali fine diuertūt: scilicet concubi
tum carnis ab effectu prolis. Secus autem esset si pro
pter orationem omni carnis commixtioni simul renun
ciarent et proli. Quod ita intra ipsum coniugium san
ctum est / vt viduitati vel si sint celibes virginali laudi
non indigne respondeat. Eodem libro cito post / Augu
Augusti. stinus. Coniugalis concubitus generandi gratia non
habet culpam. Concupiscentie vero satiande: sed tamē
cum coniuge / propter thori fidem venialem habet cul
pam. Adulterium vero siue fornicatio letalem habet
culpam. Ac per hoc melior quidem est ab omni con=
cubitu continentia q̄ vel ipse matrimonialis concubi=
tus qui fit causa gignendi. Sed quia illa continentia
meriti amplioris est / reddere vero debitum coniugale
nullius est criminis: Exigere autem vltra generandi ne
cessitatem culpe venialis: Fornicari porro vel mechari
puniendi criminis: Cauere debet charitas coniugalis /
ne dum sibi querit vnde amplius honoretur / coniugi
faciat vnde damnetur. Hec ille. AVTHOR. Recitatis
vite differentijs que contingunt vicissim in coniugio:
meliorem dicit omnium immunitatem ab omni concu=
bitu: et hoc inter coniuges. quod patet per hoc quod
subdit: ꝙ cum melior sit ab omni cōcubitu continentia
etiam q̄ matrimonialis concubitus causa gignendi:
cauere tamen debet charitas coniugalis: ne sic que=
rat vnde amplius honoretur / vt coniugi faciat vn=
de damnetur. Et infra versus finem libri Augustinus.

Augusti. Hec omnia bona sunt propter que nuptie bonum sunt: Proles/fides/sacramentum. Nec prolem autē carnalem iam hoc tempore querere: ac per hoc ab omni tali opere immunitatem quandam perpetuam retinere/atq; vni viro Christo spiritualiter subdi: melius est vtiq; ⁊ sanctius: si tamen ea vocatione sic vtantur hoīes quēadmodum scriptum est: vt cogitēt que sunt domini: quomodo placeant domino: id est vt perpetuam cogitēt cōtinentiam: ne quid minus habeat obedientia. Hec ille.

Ab vacatione.

AVTHOR. Ecce ꝙ cōiuges cōtinentes ab omni carnis copula meliores ⁊ multo sanctiores extollit Augustinus super propagantes/addendo si tamen perpetuā cogitent continentiam: ⁊ ad hoc voto se astringant velut Maria ⁊ Joseph. Et isti tunc erunt inter omnes perfectissimi coniuges/quorū coniugio descriptio witcleff pre sui nimia breuitate non cōuenit: cum nec istis liceat prefirmata cogitatione perpetue continentie filiorum propagationi vacare. Ponamus ergo meliorem ⁊ melius artificatam descriptionem Hugonis. Coniugiū est consensus masculi ⁊ femine legitimus indiuidualem vite consuetudinem retinens. Hec ille. lib. ij. de sacramentis parte. xi.

Hugo. Quid sit mr̄imoniū.

AVTHOR. Si vero istetur ꝙ antiqui patres non concesserunt coniugium/vbi nō intercessit carnale commercium: dicitur ꝙ de illo particulari loquebantur coniugio propagande prolis: quod desponsatione prima incipitur: sed carnis commercio cōsummatur. Et consequenter tale carnis coniugiū parētibus Christi negant: sed non illud perfectissimum quod optima connubia non excludit: sicut in homilia euangelij. Cum esset desponsata Joseph. Origenes. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Coniugē audiens non expauescas/non conturberis: non tu nec quisq̄ sequentiū vsq; in consummationem seculi. Cōiugem eam dico propterea vt diabolo virginitatem eius occultē/vt Judeorum prauitatem excludā/vt legis instituta nō destruā. Et in consequentibus demonstro/ꝙ ista ne coniunx tua secundum consuetudinē coniugij habeatur/nec iste qui generatur tuus filius esse credat. Hec ille.

Origenes

AVTHOR. Ecce coniunx: sed non s̄m consuetudinem coniugum.

Q2 coniugium celebrandum est in signis sensibilibus, & cum verbis simplicibus de presenti. Cap. CXXXII.

Signa vero sensibilia cum sint de ratiōe ecclesiastici sacramēti: cur ab hoc sacramēto suspēdit witcleff nisi quia negligit sacramētū? Dicit enim. iiij. terdamnati trialogi. ca. xxij. Veritas quidem mihi videtur ꝙ assistente consensu coniugij: ⁊ domino approbante: subducto quocunq; signo sensibili foret satis. Ideo lex conscietie ⁊ instinctus domini in bene viuentibus in contractu huiusmodi rectissime regularēt. Hec witcleff.

witcleff.

AVTHOR. Qui quodcunq; signum sensibile tollit contractui coniugali/dicat qualiter potest consensus coniugum alterutri esse notus? Q2 si consensus mutuus ignoretur ab eis/qualiter potest vtriq; coniugum/coniugium esse notum? Si verba suspēdat quia contrahentes forte sunt muti: si non assit sensibile signū nutus vel vultus/qualiter cognoscent se coniuges sine mutui expressione consensus: hoc ne inter bestias quidē vel volucres federe copulatas sine signo sensibili erit satis. Quomodo ergo assistente consensu coniugij ⁊ domino approbante/subducto quocunq; signo sensibili/erit satis ad contrahendum dico coniugium? Ceterum inter signa sensibilia tollit primitus verbum presens/vbi iam supra consequēter. Dicēdo (inquit) capio te in vxorem potest esse ꝙ mens dicat oppositum/propter complendam voluptatem carnalem. Cum ergo verbum mētis sit preponderantius verbo oris/⁊ ad verum matrimonium requiritur consensus/videtur ꝙ non sit matrimonium per verba huiusmodi de presenti. Hec witcleff.

AVTHOR. Obijciam⁹ huic Simonem magum: quē scripture actuum asserūt baptizatum/cum tamen ficta mente ⁊ opposita sacramento/suscepit: quia nō propter gratiam sed propter questum: et tamen verum accepit baptismum. lib. i. de vnico baptismo cōtra Donatistas cap. xvi. Augustinus. Etenim Simonem magū per baptisma ipsa pepererat/cui tamen dictum est/ꝙ non haberet partem in hereditate Christi. Nunquid et baptismus? nunquid euangelium? nunquid sacramenta defuerunt? sed quia charitas defuit/frustra natus est: ⁊ ei expediebat fortasse non nasci. Hec ille. Augusti.

AVTHOR. Et qualiter cum dissensu mentis potuit iste Simon secundum extrinsecum sacramentum q̄uis non secundum spiritum Christo coniungi: ⁊ iste cōiunx fictus secundū extrinsecum sacramentum non recte iudicabitur delusē femine maritari? Quia nō sic est ex iudicio legis dei: inquit: ⁊ ideo iudices q̄ ex nudis verbis iudicāt ꝓ matrimonio iudicāt ꝯtra iudiciū legis dei. Sed maledicta sit lex huiusmodi: qua iudex coarctabit ꝑ censuras suas fictas iugum personarum vt faciat cōtrarie legi dei. Hec witcleff. witcleff.

AVTHOR. Jam dixi tibi ꝙ ficta mente baptizatus: tamen baptizatus est quo ad extrinsecum sacramentum: nec si confiteatur habet denuo baptizari: quare non iste qui ficta mente contraxit vere cēsebitur vxoratus/saltem secundū exterius sacramentū: propter exterius verbum formans consensum? Propter fictionem/inquis. Sed non tale reportabit emolumētum ex dolo dolosus: sed deponat fictionem ⁊ firmum erit coniugium. Et q̄uis secundū mentem quam presenter gerit/conformes deo non sunt qui secundū verbum oris eius dijudicant/secundum tamen mentem quā deberet habere/omnino in iudicando deo conueniunt: qui ex verbis suis eum conuincunt. Sic eñ saluator Luc. xix. Ex ore tuo te iudico serue nequā. non dixit ex mente. Et alibi. Sicut audio iudico. debuit eñ verbum habere cum mente connubium. Qui ergo verbum sponte adulterat sibi ipse solus preiudicium generat. Aut quid peccauit Christus ꝙ iudicat Judam amicum in verbo: hostē in mente: quem sustinebat amicum in osculo: in animo traditorem? Sic eñ publica publicis: ⁊ secreta iudicia responderent occultis. Sed ista sunt dicēda alibi. Audiamus quid amplius dicat contra verbū de presenti. Hec conuertuntur vt hic supponimus. Te accipio in vxorē/⁊ te accipiam in vxorem. cum ergo secundū sit certius ⁊ minus imbrigabile/videtur ꝙ ipsum sit eligibili⁹ ad homines matrimonialiter copulandum. Hec witcleff. witcleff.

AVTHOR. In his verbis distortis videte si vnum aliquod verbum sit verum. Hec inquit conuertuntur: te accipio in vxorem: ⁊ te accipiam in vxorem. Quis creditor sic sustinet debitorem: si dicat/Jam soluo tibi: quia postea soluam? cōuertuntur eñ ⁊ idē valent ꝑ witcleff. et iste puer est iam papa vel episcopus: quia post annos quadraginta promittitur esse futurus. Jam ficta principia de longo suo esse in primo libro detexi. Que q̄ confidenter supponit/tam confidenter orthodoxorum clerus respuit ⁊ condemnat: ⁊ contra naturalem intelligētiam rerum totum humanum genus esse pronūciat. Unde Augustinus nescit aliquo modo dicere solem exortū esse in aurora que solis ortum precedit. lib. xj. confessionum post medium. Augustinus. Intueor inquit aurorā Augusti.

exiturum solem prenuncio. Quod intueor presens est/ quod prenuncio futurum. Non sol futurus qui iam est/ sed ortus eius qui nondum est. Tamen ortum ipsum nisi animo imaginarer/sicut modo cum id loquor/nō predicere eum possem. Sed nec illa aurora quam in celo video solis ortus est/q̃uis eum precedat. Nec illa imaginatio in animo meo qua duo presentia cernuntur/vt futurus ille ante dicatur. Futura ergo nondum sunt: ⁊ si nondum sunt/non sunt: ⁊ si non sunt / videri omnino non possunt: sed predici possunt ex presentibus que iam sunt ⁊ videntur. Hec ille. AVTHOR. Q̃ planis verbis negat Augustinus suppositionem tuam? Non convertuntur apud eum: sol oritur/⁊ sol orietur: quia differunt sicut presens ⁊ futurum: sicut ens ⁊ non ens: sicut aliquid ⁊ nihil: quia futura q̃uis predici possunt ex presentibus que iam sunt/tamen quia nondum sunt / simpliciter non sunt. Sic enim dicit. Futura nōdum sunt: ⁊ si nondum sunt /non sunt. Quomodo ergo convertuntur hec duo: Accipio te in vxorem/⁊ accipiam te in vxorem? Si enim de futuro puro accipies: futuritio illius acceptionis excludit iam te accipere: quia futurum illud si sit pure futurum/non est: quia nondum est. Et si iam accipis/acceptio tua est/quia presens est/⁊ ideo sola est non illa que tantumlibet est futura. Immo inquis: in tempore suo est. Certe illud non est/quia tempus suum est futurū. Unde cito post Augustinus. [Augusti.] Quod autem nunc liquet ⁊ claret: nec futura sunt nec preterita: nec proprie dicitur/tempora sunt tria: Preteritū/Presens/⁊ Futurum. Sed fortasse proprie diceretur: Tempora sunt tria: presens de presentibus/presens de preteritis/presens de futuris. Sunt enim hec in anima tria quidem: ⁊ alibi ea non video. Hec ille. AVTHOR. Ecce si futurum sit quia in tempore suo est/tempus autem futuri temporis non aliud est q̃ futurum: ergo adhuc in nullo tempore est: quia sic dicit Augustinus ꝙ nec futura sunt nec preterita: ideoq̄ nec proprie sunt tria tempora/q̃uis in collatiōe anime tria sint: ⁊ alibi ea non videt Augustinus. In nulla quoq̄ parte magni temporis sunt/que partes nec ipse sunt. Quod item addit concludendo errorē intentum dicēs/ eum secundum sit certius/⁊ minus imbrigabile/scilicet futurum q̃ presens: accipiam te q̃ accipio: videtur ꝙ ipsum sit eligibilius ad homines matrimonialiter copulandum. Sic concludit witcleff ad metam inopinabilis sponte veniēs/non adductus. Nam quis hominū tam imperitus aut naturali destitutus est ingenio/vt saltem facto ipso non contentiose contrarium syllogizet? Quis seculi homo nō se certius existimet habere/ quod iam habet: q̃ quod nondum habet/sed est habiturus in posterum? Aut vbi habēt res dubie loca sua/nisi nidificent in futuris? In libro de breuitate vite dicit Seneca. [Seneca.] In tria tempora vita diuiditur/quod est/quod fuit/quod futurum est. Ex his quod agimus breue est: quod acturi sumus dubium/qđ egimus certum est: hoc est in quod fortuna ius perdidit qđ in illius arbitrium reduci potest. Hec ille. AVTHOR. Item libro de senectute Tullius. [Tullius.] Hore quidem cedunt/⁊ dies/⁊ menses/ ⁊ anni: nec preteritū tempus vnq̃ reuertitur: nec quid sequatur potest sciri. Hec ille. AVTHOR. Et vt de sacris literis doceamur/sapiens ait prouerbiorum. xxvij. Ne glorieris in crastinum/ignorans quid superuentura pariat dies. Et in eūdem textum lib. iij. super prouerbia/Beda. [Beda.] Ne securus sis aliquando de futuro tempore: quia ⁊ si hodie te domino seruire conspicis/qualis esse in futurum possis/quomodo vitam finire/prorsus videre non preuales. Hec ille. AVTHOR. Ecce cuncti seculi sapientes ⁊ catholici quasi primam animi conceptionem diiudicant res futuras ex futuritione ipsa esse res dubias: ⁊ res solas certas preteritas vel presentes. Si autē omnino witcleffistice nuptie sunt eo certiores ⁊ minus imbrigabiles future/q̃ presentes: semper ergo desiderent eas esse futuras: vt semper sint ad contrahēdum matrimonialiter certiores. Creator omnium deus ad producendum res primarias preelegit verbum de presenti/dicēs: Fiat lux: Congregentur aque: Crescite: Faciamus hominem/⁊ similia. Imperatiuum presens assumpsit: sicut ⁊ eternitatē suam voluit enunciare verbo de presenti non futuro. Hoc est nomen meum. Qui est misit me ad vos. Non dixit qui erit. Unde libro vndecimo confessionum Augustinus. [Augusti.] Precedis omnia tempora preterita celsitudine semper presentis eternitatis: ⁊ superas omnia futura: quia illa futura sunt/⁊ cum venerint preterita erunt. Tu autem idem ipse es/ ⁊ anni tui non deficient. Anni tui nec eunt nec veniūt. Isti enim nostri ⁊ eunt ⁊ veniunt. At omnes veniant anni tui simul omnes stant/quoniam stant: nec euntes a venientibus excluduntur. Sequitur. Anni tui dies vnus/⁊ dies tuus non quotidie/sed hodie: quia hodiernus tuus non cedit crastino/neq̄ enim succedit hesterno hodiernus tuus eternitas. Hec ille. AVTHOR. Ecce/anni domini simul stant/⁊ dies eius nō est crastinus/ sed hodiernus. Et nunquid dicet witcleff ꝙ beati Petrus ⁊ Paulus/⁊ ceteri celi ciues fuerint multo certiores beatitudinis sue future q̃ sunt presentis/quando in hoc exilio vitam prestolabant nō sine afflictione futuram? Et si securitas sit maior pars beatitudinis sanctorum: maxima pars beatitudinis eorum amputatur per translationem futuri in presens/minus certum ⁊ multo magis imbrigabile: quia presens. Qua vectus mania witcleff ista sustinet vt omnis idiota eius experiatur insaniam? Tendamus nos ad fundādum verba matrimonialia de presenti in primo humane propagationis connubio sine errore aut vitio intra fores consistentis adhuc innocētie maritalis. Ipse dominus deus noster author coniugij adduxit mulierem quam fecit ad Adam. Et statim Adam ille primus in verba matrimonialis contractus spiritusancto spirante prorupit dicens. Hoc nunc os ex ossibus meis / ⁊ caro de carne mea. His dictis suscepit vxorem/accepit eam in coniugem. Unde sine interpolatione subiūxit. Propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrē: ⁊ adherebit vxori sue. Que verba non tam ex se q̃ ex ore domini protulit/ Christo hoc dicente in euangelio Matthei. xix. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum ⁊ feminam fecit eos: ⁊ dixit. Propter hoc dimittet homo patrem ⁊ matrem ⁊c. [Ar. q fecit hominem] Quem locum exponens libro nono super Genesim ad literam in fine Augustinus. [Augusti.] Euigilans (inquit) Adam tanq̃ prophetia plenus cum ad se adductam costam mulierem suam videret/eructauit continuo quod magnum sacramentum commendat Apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis/⁊ caro de carne mea. Hoc vocabitur mulier/quoniam de viro sumpta est: ⁊ propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna. Que verba cum primi hominis fuisse scriptura ipsa testatur: dominus tamen in Euangelio deū dixisse declarauit. Ait enim. Non legistis: Quia qui fecit ab initio masculum ⁊ feminam fecit eos/⁊ dixit: Propter hoc dimittet homo patrem ⁊ matrem / ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna? vt hinc intelligeremus propter extasim que precesserat in Adam / hoc cum diuinitus tanq̃ prophetam dicere potuisse. Hec ille. AV-

THOR. Hec ergo verba primi matrimonij tam pphetica ⁊ inspirata a deo vt ⁊ ea dominum deum loquutū esse saluator asseruerit/dicat witcleff si sciat ea corrigere ⁊ aptiora formare/tam ad matrimonialiter contrahendum/ꝙ ad omnes leges tam carnalis ꝙ spiritualis coniugij exprimendum. Et hec sunt verba planissime posita in presenti: immo ⁊ determinata cum aduerbio de presenti. Hoc nunc os ex ossibus meis. Ab his verbis origo cepit omnis coniugij. Unde libro secundo
Hugo. de sacramentis/parte. xi. Hugo. In coniugio hec primum consideranda sunt ⁊ discernēda: origo ⁊ institutio cum modo ⁊ causis: ⁊ eius secundum tempus ⁊ locum ⁊ ritus/variatio. Coniugij deus author est. Ipse enim coniugium esse decreuit quando mulierem ad propagationem generis humani homini in adiutorium fecit. Adam vero in spiritu cognoscens ad quem vsum mulier facta esset/cum adducta fuisset ad eum/dixit: Hoc nūc os ex ossibus meis/⁊ caro de carne mea. Propter hoc relinquet homo patrem suum ⁊ matrem suam ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erūt duo in carne vna. Hec ille. AVTHOR. Adhuc arguit witcleff/si accipio te in vxorem/tunc per ante est verum ꝙ te accipiam in vxorem ⁊ si sit verum: te accipiam in vxorem/tunc pro tempore suo est verum ꝙ te accipio in vxorem. Cum ergo cum verbis de futuro sit consensus compossibilis/⁊ verba illa sint vera atq̧ a domino ordinata/quomodo licet verba illa frustrare per verba sequentia de presenti que non sunt tante efficacie? Hec witcleff vbi prius. AVTHOR. Planum est sensatis omnibus quantum deliret. He sunt scripture quas iactat se habere contra ecclesiam: he rationes. Sicut Manicheus promittit omnia plana/⁊ tandem loco scripture loquitur mendacium cum pseudo dicens/sed nunꝙ probans/hec ordinata a domino in verba coniugij. Et loco rationis adducit vnius inueterati philosophi antiquam versutiā/quam vna cum alijs Aristoteles abiecit in fine primi Peri hermenias: ⁊ tandem definit non esse de contingentibus futuris ad vtrumlibet veritatem aliquam determinatam. Quis ergo potest cum verbis indeterminate veritatis/determinata inire coniugia? Nec iste scit iam inter statim data ⁊ promissa discernere. Nam qui consentit ditaturum me cras/non me ditat facto/sed solo promisso. Qui autem statim ditat/facto ditat. Et nunquid ideo vxor mea est/quia dico erit? Nunquid ideo accipio ius in eam/quia promitto me accepturum eam post viginti annos in coniugem? Aut si omne promissum est debitum/ideo omne promissum est imple-
Hugo. tum? Ideo loco iam dicto/capite quinto/Hugo. Considera ꝙ longe aliud est promittere: atq̧ aliud facere. Qui promittit/nondum facit. Qui autem facit/iam facit quod facit. In eo qui promittit/si non facit quod promittit/mendacium est. In eo autem qui facit: etiam si post factum penitet: tamen factum omnino est quod factum est. Qui ergo promisit se vxorem ducturum/nōdum tamen vxorem duxit. Et que spopondit se nupturam/nondum nupsit: nec coniugium adhuc fuit/sed futurum esse debuit. Cum autem postea ⁊ ille vxorem duxit/⁊ illa marito nupsit: iam coniugium fit vtrinq̧/⁊ non poterit dissolui quod factum est: etiam si id quod promissum fuit non est impletum. Precedens ergo mēdacium/penitentia corrigendum est: sed sequens coniugium dissoluendum non est. Non autem sic est quando sacramentum coniugij non quidem mutua sponsione futurum promittitur/sed presentis assensus attestatione firmatur. Hec ille. AVTHOR. Bene dixit Hugo distinguendo naturas contractuum nudi promissi ⁊ verbi dati vel facti. Nuptialis ergo obligatio non est sola promissio/vt witcleff delirat: sed est actualis traditio sui corporis/⁊ alienatio sue potestatis: secundum illud Apostoli: Mulier sui corporis potestatem non habet/sed vir: ⁊ econtrario. Ideo non dicit cum verbo de futuro habebit/sed de presenti/habet vel non habet. Quia statim factus vir habet vxoris sue traditam potestatē. Nec prius est vxor ꝙ corporis sui viri presenter potestatem habeat non nude futuram. Et sub his verbis Christus singula statuit sacramenta conferri/vt in baptismo non instituit Christus dicere de futuro. Ego te baptizabo in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: sed/ego te baptizo. Nec/Accipietis ⁊ comedetis: hoc erit corpus meum. Sed presenter dixit. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meum. Nec dixit/predicabitis euangelium omni creature: sed cum eos mitteret/Predicate (inquit) ⁊ accipite spiritumsanctum. Non dixit ibi accipietis. Ideo collatio sacramenti verbum presens requirit/vt quis percipiat sacramentum. Sed item so- witcleff.
phisticat witcleff: si per verba de presenti fit matrimonium: tunc sequitur oppositum in adiecto: quia cum vox quando desinit esse non est: verba ista de presenti non faciunt matrimonium/nec sunt sibi compossibilia. Hec witcleff. AVTHOR. Iam frequenter absolui istud sophisma indignū audientia/in primo libro ⁊ alibi. Nam Christus ait: Beati qui audiunt verbum dei. Aut ergo quādo verbum illud est/aut quando non est. Non quando est/quia statim desinit esse: nec prius potest beatificare ꝙ sit verbum prolatum. Nec quando non est/quia tunc non ens faceret esse beatum. Et beata virgo audiendo sermonem angeli turbata est: sed nō prius audiuit sermonem completum ꝙ desijt esse/ergo nihil turbauit eam. Sed ⁊ responde tu pro verbis tuis de futuro. Ipsa enim si futura sunt/nōdum sunt: ⁊ ideo non sunt. Dixit Augustinus supra: ergo nec faciunt matrimonium. Si dicas/immo sunt in tempore suo. Et hoc item dicis de verbis nostris presentibus/quia ꝙdiu presentia sunt/sunt: ⁊ per hoc efficere matrimonium nostrum possunt. Cum item sunt lapsa in preteritum/adhuc in tempore suo sunt/⁊ multo certius ꝙ futura: ergo coniugium verum efficiunt. Hoc contra te prouidisti sophisma: sed fides instaurat suis docibilibus verum dogma. In sensibili verbo Gabrielis ⁊ sensibili verbo virginis spiritussanctus eam patri copulauit in virginem: ⁊ nato impregnauit in matrem: non quidē futuro vt dicis/sed presenti/⁊ ipso indiuisibili/quia non stat. Unde libro. xviij. Moralium Gregorius. Nunciante angelo/⁊ Gregorius
aduenīete spiritu/mox verbum in vtero/mox intra vterum verbum caro/⁊ manente incommutabili essentia que ei est cū patre ⁊ spiritusancto coeterna/assumpsit inter virginea viscera. Hec ille. AVTHOR. Elige iam si verbum prius desijt ꝙ hec fecit/dum tamen sciant fideles verbum domini tali sensibili vero vestitum/non sic vt vox corporis defluit/repente perire/dicēte homi- Bernard'
lia vltima super Missus est/Bernardo. Siquidē apud deum nec verbum dissidet ab intentione/quia veritas est: nec factum a verbo/quia virtus est: nec modus a facto/quia sapientia est: ac per hoc non erit impossibile apud deum omne verbum. Hec ille. AVTHOR. Si ergo nec factum dissidet a verbo dei/quia virtus est/verbum desinens esse in sua essentia/constanter remanet in virtute. Facit ergo verū coniugium verbum lapsum in preteritum per suam essentiam/sed remanens per virtutem. Et item ante hoc potest tale verbum expectare per speciem genitam/⁊ presenter agere per virtutem. Hanc Philosophiam exponit libro vndecimo

Augusti.

confessionum/versus finem Augustinus. Deus creator omnium. Versus iste octo syllabarum breuibus ⁊ longis alternat syllabis: quattuor itaq breues/prima/tertia/quinta/septima/simple sunt ad quattuor longas: secundam/quartam/sextam/⁊ octauam. He singule ad illas singulas duplum habent temporis. Pronuncio ⁊ renuncio: ⁊ ita est quantum sentitur sensu manifesto/breui syllaba longam metior/eamq sentio habere bis tantum: sed cum altera post alteram sonat/si prior breuis/longa posterior/quomodo tenebo breuem: ⁊ quomodo eam longe metiens applicabo vt inueniam ꝙ bis tantum habeam? Quandoquidem longa nisi breuis sonare desiterit/ipsam quoq lõgam vnde presentem metior/quando nisi finitam non metior? Eius autem finitio preteritio est. Quid est ergo quod metior? Ubi est quam metior/breuis? Ubi est longa quam metior? Ambe sonuerunt/auolauerunt/preterierunt. Jam non sunt ⁊ ego metior. Sequitur. Non ergo ipsas que iam non sunt: sed aliquid in memoria mea metior quod infixum manet. In te anime meus/tempora metior. Noli mihi obstrepere quod est: noli tibi obstrepere turbis affectionum tuarum. In te inquam tempora metior. Hec ille. AVTHOR. In his altercationibus sophisma tuum witcleff tangitur/qualiter scilicet syllaba breuis metiri potest/quando nõ est. Respondet est: quia animo metiente eam/est passum in agente. Auolauit per essentiã labilem: manet per speciem. Ita presentia verba coniugij preterierunt per essentiam/infixa manẽt mentibus per speciem: virtutem operantur matrimonij illapsa cordibus per consensum.

De variis signis & ritibus sub quibus est celebrandum coniugium cum benedictione sacerdotis in ecclesia. Caput.CXXXIII.

NOn solum contra sensibilia signa verborum de presenti conatur witcleff/sed omnia contendit in irritum ducere quasi possent homines nubi vel nubere: sicut angeli existentes in celo per loquutionẽ internam priuati consensus: sicut supradixit pro veritate sibi videri ꝙ assistente consensu coniugij ⁊ domino approbante/subducto quocunq sensibili foret satis. Et particulariter loquens in eodem capite. xxij. quarti terdamnati trialogi. Qualis (inquiens) regula foret/idem matrimonium bis completum? Primo in contractu coniugum per se facto: ⁊ secundo in solenni ritu ad ostium ecclesie a sacerdote per verba nugatoria ⁊ falsa cõmuniter celebrato. Hec witcleff. AVTHOR. Et transit silens/quasi dicat nulla. Primo igitur ad questionem dicamus in forma: ⁊ tãdem ad id quod questio implicat de rituum istorum ratione fundanda. Si igitur coniuges clam contrahant sine teste: stat perfectum esse coniugium in re ipa: sed factum in facie ecclesie coram testibus completum: robur accipit firmitatis. Audiatur casus. Unde libro secundo de sacramentis: parte vndecima/Hugo. Quidam vxorem duxit clanculo sine presentia testium: solo adinuicem maritali consensu firmato/deuitans (vt nonnunꝙ fieri solet) aliqua de causa conscientiam alienam. Postea breui tempore interiecto priusꝙ consensum occultum facto manifesto probasset: de facto penituit/⁊ eam quam in hunc modum vxorem duxerat/dimisit. Aliam duxit celebri apparatu manifeste coram ecclesia/fortassis cum parentum traditione: cum sacerdotis benedictione: nuptias

Witclef.

Hugo.

fecit/filios genuit. Uenit prior illa ad ecclesiam: iudicium interpellat/iustitiam postulat/iniuriam sibi illatam palam exponens. Negat ille/nec sunt testes qui possint probare quod occultum est. Hic queris quid facere debet ecclesia: ⁊ vtrinq inconueniens aliquod incurrere videtur. Si enim illi mulieri que quidem verum dicit: sed tamen occultum est/nec probatum quod dicit: sine legitimo testimonio propter solum dictum suum creditur/⁊ pro eo quod incertum est ⁊ occultũ id quod certum est ⁊ manifestum dissoluitur/poterit deinceps quilibet siue quelibet in alium vel aliam quodcunq voluerit fingere vt sibi simili ratione credatur. Quod si admissum fuerit/confusio magna sequetur: neq deinceps in ecclesia aliquid firmũ stabit. Si vero ꝑpter authoritatem ecclesie conseruandam: coniugium quod primum factum est scinditur/⁊ adulterium qꝺ secundo presumptum est confirmatur: aliud malum magnum est/quando non solum libertas datur sed etiam necessitas indicitur homini vt maneat in peccato suo. Hic ergo consilium queris? Sequitur. Si quis putauerit propter huiusmodi mala vitanda talem cõsensum qui nullo testimonio probatur/neq facientium mutua confessione firmatur/irritum esse debere/neq in eo coniugiũ vllatenus stare posse: facilius inconueniens declinat. Sed soluit dubium infra. Dubiũ non est: quia id quod ecclesie probari non potest/ecclesia ipsa iudicare non potest. Et rursum dubium non est: quia id quod legitimo ⁊ manifesto ecclesie iudicio factũ est/sine legitima ⁊ rationabili ⁊ manifesta causa rescindi nõ põt. Ratio nos vrget. Ista mulier dicit quia pari consensu cum viro illo matrimonium fecit: sed quod dicit nec ipsa probare potest/nec ecclesia qꝺ probatũ non est/approbare potest. Non potest ergo pro eo quod occultum est/id quod manifestum est infirmari. Quapropter vt secundam copulam que iudicio ecclesie legitime facta est/ecclesia iudicet ratam esse debere. Hec ille. AVTHOR. Soluat hunc casum ⁊ perplexitates eius omnis witcleffista si sciat/aut adulterium approbabit/aut quotlibet adulterijs viam dabit. Probabit/si non restituat virum: viam dabit/si restituat: quia simplici verbo femine non probantis adhesit. Sic enim alius dicet se matrem vxoris nouisse/vt Hugo ibi recitat. Hec dicet se ab eo cognitam priori viuente marito. Quis preter ista sine mille millenis adulterijs non erit ecclesia si licenter admittantur priuata tractare connubia: ⁊ iterum nec sine tot diuortijs omni anno. Quid putas acturi sunt magistri ecclesie/patres plebis/sequaces ⁊ heredes Petri: cui pro omnibus dictum est/Pasce oues meas? Ipse se pascere nesciunt: si quocunq voluerint pergant errabunt/aut cadent in foueam/aut ruent precipites. Nunquid ergo peccant si vt boni pastores Pauli sequantur regulam docentes oues suas prouidere bona: non tantum coram deo/sed etiã corã omnibus hominibus? Ad Romanos. xij. Si bonum sit illorum coniugium/si legale/si sanctum/prouideant fidem eius bonam fieri/non tantum coram deo/sed coram omnibus hominibus. Fatue/vt videtis/videbatur witcleff satis esse de consensu ⁊ approbatione domini sine omni signo sensibili: aut fatue iussit Paulus prouidere nos bona nostra non tantum coram deo/sed etiam coram omnibus hominibus. Scio ipsius Pauli iustam esse conscientiam/⁊ dñm ipsam approbasse: ⁊ tamen non reputat sibi satis probationem domini in priuato/⁊ conscientiam in priuato: nisi etiam prouideret in publico sue fame dicens. Prouidemus (inquit) bona non solum coram deo/sed etiam coram hominibus. secunde Corinth. viij. Cur ergo vbi restant tot semina scãdalorũ

prouidere non debet hec ipsa ouibus suis patres/ que necessaria iudicant sibiipsis? Scio ipsum Paulum instituisse perpetuam regulam episcoporum ⁊ sacerdotum/ vt testimonium bonum habeant etiam ab iis qui foris sunt/ id est hereticis ⁊ schismaticis. i. Timoth. iii. Oportet autem illum ⁊ testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt/ vt nõ in opprobrium incidat ⁊ laqueũ diaboli. Similiter ⁊ diaconos iubet ordinare habentes ministerium fidei in consciẽtia pura: ⁊ vltra hoc/ ⁊ hi (inquit) probentur primum: ⁊ sic ministrent. Textum priorem exponit libro suo pastorali circa medium Ambrosius. Concludens regulam ⁊ episcopalem formam ad extremum intulit dicens. Oportet illum autem ⁊ testimonium bonum habere ad hos qui foris sunt/ id est hereticos seu schismaticos/ qui extra ecclesiam sanctã catholicã conuenticula sibi profana preficiũt: quos tñ Apostolus testimonium dicit debere habere bonum de immaculata vita sancta episcopi conuersatione/ ne forte accipiant locum episcopo obtrectãdi/ ⁊ infamare incipiant catholicum dogma. Hec ille. AVTHOR. His ergo non debet satis esse sana conscientia ⁊ diuina secreta probatio/ nisi testimonium forinsecum habeant perfidorũ. Ratio est/ ne infamare incipiãt catholicũ dogma. Hac item causa coniuges testimonium habeãt nuptiarum/ ne sub earum pallio stupra lasciuiãt. At vt omnes videant quid propter huiusmodi ritus sanctos contra emergẽtia mala ab initiis ecclesie sit prouisum: audiatur quid in decreto suo primo. ca. ii. cecinit Euaristus. Similiter (inquit) custoditum ⁊ traditum habemus vt vxor legitime viro iungatur. Aliter enim legitimum/ vt a patribus accepimus ⁊ a sanctis apostolis/ eorumq; successoribus traditum inuenimus: non fit coniugium nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur/ ⁊ a quibus custoditur/ vxor petatur: ⁊ a parentibus propinquioribus sponsetur/ ⁊ legibus dotetur/ ⁊ suo tempore sacerdotaliter/ vt mos est/ cum precibus ⁊ oblationibus a sacerdote benedicatur: ⁊ a paranymphis (vt consuetudo docet) custodita ⁊ sociata a proximis tempore cõgruo petita legibus detur/ ⁊ solenniter accipiatur: ⁊ biduo vel triduo orationibus vacent/ ⁊ castitatem custodiãt/ vt bone soboles generentur. Sequitur. Quapropter filii charissimi ⁊ merito illustres/ fide catholica suffragante ita peracta legitima scitote esse coniugia/ aliter vero presumpta non coniugia / sed aut adulterina cõtubernia/ vel stupra/ aut fornicationes potius q̃ legitima coniugia esse non dubitate: nisi voluntas propria suffragata fuerit: ⁊ vota succurrerint legitima. Hec ille. AVTHOR. Hic sanctus papa de apertione monet coniugii subiiciens singula que faciant votiũ esse/ dationem scilicet vxoris ab habentibus potestatẽ/ petitionem viri/ benedictionem sacerdotis / custodiam proximorum quousq; ducatur/ dotem ⁊c. Sine his vero presumptum adulterium esse vel stuprum: nisi volũtas propria suffragata tunc fuerit. Que quidẽ exceptio q̃d velit declarat predicto loco Hugo. Potest etiam quod dictum est supra: furtiuos consensus non cõiugia esse/ sed adulterina contubernia vel stupra/ nisi volũtas propria suffragauerit/ ⁊ vota succurrerint legitima: ꝓpter hoc dictum putari/ quia huiusmodi cõsensus qui in occulto fiunt coniugium non sanciunt: nisi iidem ipsi qui sibi in occulto consenserunt/ eundem consensum suum vtriq; voluntarie in manifesto profiteãtur. Tunc siquidem voluntas propria suffragatur/ ⁊ vota succurrunt legitima: cum id quod in occulto fecerũt/ sponte vtriq; in manifesto profitentur. Hec ille. AVTHOR. Percepi tamen in libello cuiusdam heretici eos de isto Euaristo cautos esse: ⁊ eum abiicere quasi humanitus non

Ambro,

Euaristus

Aḿr. apparitione,

Hugo.

diuinitus statuentem. Doctor tamen eos sollicite videre quis sit iste papa/ ⁊ quid dixerit. Est vero inter primeuos papas quintus a beato Petro: secundum calculuz Augustini epistola ad Generosum/ qui ideo antiqua statuta ecclesie aptius posset ediscere. Dixit autez non ex se/ sed vt a patribus accepimus (inquit) ⁊ a sanctis apostolis/ eorumq; successoribus traditum inuenimus. Et q̃ contumax est filius qui talium ⁊ tantorum patrum ⁊ temporum rudimenta conculcat? Sed si omnino cõtendat pro decreto diuino/ sciat benedictionem sacerdotalem in ecclesia ab ipsa diuina benedictione in paradiso nubentium sumpsisse initium/ ⁊ deinceps in lege seruatam: ⁊ sic deinceps transfusam ecclesie: teste libro questionum veteris ⁊ noue legis. capi. cxxvii. Augustino. Omnia enim que facta sunt / dei nutu multiplicata/ ⁊ meliora sunt super terram. Nec enim aliter possent crescere q̃ dei voluntas ⁊ benedictio decreuit seminibus. Sequitur. Cuius rei traditio ⁊ in synagoga mansit/ ⁊ nunc in ecclesia celebratur/ vt dei creatura sub dei benedictione iungatur/ non vtiq; per presumptionẽ quia ab ipso authore sic data est forma. Hec ille. AVTHOR. Jam eat witcleff cum witcleffistis deliberare quid dicat Augustino: quia nihili pendit solennes ritus nuptiarum in ecclesia. Non vtiq; per presumptionem fiunt a presbyteris benedicentibus (inquit Augustinus) quia ab ipso authore sic data est forma. Querit hereticus: vbi hoc? Respondet Augustinus/ vbi dei benedictio decreta seminibus. Et libro secundo de origine officiorum. capite. xix. Isidorus. Nam q̃ in ipsa continentia coniugia a sacerdote benedicuntur/ hoc a deo in ipsa prima conditione hominis factum est. Sic enim scriptum est. Fecit deus hominem ad imaginem dei: ⁊ fecit eum masculum ⁊ feminam/ ⁊ benedixit eos dicẽs: Crescite ⁊ multiplicamini. Hac ergo similitudine fit nunc in ecclesia/ quod ante factum est in paradiso. Hec ille. AVTHOR. Sequitur Isidorus patrem suũ Augustinum/ exprimens benedictionis diuine verba. Crescite (inquit) ⁊c. Et nunc idem geritur in ecclesia/ quod ante fiebat in paradiso. Unde decimoquarto de ciuitate dei. capite. xxi. Augustinus. Nos autem nullo modo dubitamus secũdum benedictionem dei crescere ⁊ multiplicari ⁊ implere terram/ donum esse nuptiaruz/ quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit creãdo masculum ⁊ feminam: qui sexus euidẽs vtiq; in carne est. Huic quippe operi dei etiam benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum scriptura ipsa dixisset/ masculum ⁊ feminam creauit eos/ cõtinuo subdidit. Et benedixit eos deꝰ dicẽs. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terraz ⁊ dñamini eius ⁊c. Hec ille. AVTHOR. Hec est ecce benedictio nuptiarum a domino deo dictante in paradiso: ⁊ ab hac forma nostre benedictionis profluxit in ecclesia/ quam nubentes transgredi fas non est sine grandi sacrilegio. Unde in decreto suo capite quarto Papa trigesimusextus a beato Petro Cyricius. Benedictio illa quam nupturis sacerdos imponit apud fideles/ cuiusdam sacrilegii instar est si vlla transgressione violetur. Hec ille. AVTHOR. Quod quidem sacrilegium non facilius dicitur esse q̃ est/ in tanto vt omnis incesti pollutionẽ/ ⁊ maculam ab antiquo includat infamie. Unde in decreto suo secundo. capite v. Calixtus Papa ⁊ martyr. xv. a beato Petro. Quisquis ergo non est legitime coniunctus: absq; dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus: sacerdotes vel legitime coniunctos criminari vel in eos testificari minime potest/ quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est. Hec ille. AVTHOR. Hec ex lib. decretorũ pontificũ inserunt: vbi tñ alii ritus nuptiales

Al. edicere.

Augusti.

Isidorus

Augusti.

Cyricius.

Calixtus.

habentur ad pōdus/vt dotalis titulus ⁊ alij. Pro quibus si primum aspiciatur mundi coniugium/pauci ad modum erunt ritus qui non inde videbuntur exorti: vbi tamē extra nupturos/deus erat pro omnibus. Ipse pater sponsi ⁊ pater sponse: quia ipse pater qui possedit/fecit ⁊ creauit te. Ipse igitur pater sponse/sponsam tradidit viro suo/dicente scriptura: ꝙ adduxit eā ad Adā. Ipse paranymphus feminam virginē custodiuit. Ipse sacerdos benedixit eos verbis celestibus/simul insinuātibus nuptis officium: atq; fructum adijciens: Crescite (inquit) ⁊ multiplicamini ⁊c. Vir item coniugem accepit sub verbis de presenti/dicens. Hoc nunc os ex ossibꝰ meis. Ipse vir loco dotis nomen suum vxori dimidiat/vocās eam a viro viraginem/vel vt in Hebreo habetur
Is ⁊ Issa. ab is issam/prenuncians certa lege ꝙ iā in viri potestatem cessit. iuxta illud/Et erunt duo in carne vna. Unde ⁊ nunc vsq; mulieres parentum suorum nomina dimittentes virorum nomina partiuntur: hecq; solennibus nuptijs declarata testes accipiunt paradisi deum ⁊ angelos/vt plus solennitatis/plusq; authoritatis haberent nuptie hominum q̄ copule bestiarum: quarum consugijs q̄uis castis ⁊ fecundis nihil talis solennitatis adesse describitur. Unde vt coniugium hominum vltra copulam ⁊ consensum/testificationem necessariam haberet nuptiaruꝫ/hoc declarat ꝙ dominus noster Jesus non de coniuge tantum/sed vt non careret pudoris testimonio/de nupta nascebatur/⁊ ducta. De quo libro
Ambro. secundo super Lucam. capite. i. Ambrosius. Nec te moueat ꝙ scriptura frequenter coniugem dicit. Non enim virginitatis exceptio/sed coniugij testificatio nuptiarum declaratione celebratur. Denique quam nemo accipit/nemo dimittit. Et ideo qui volebat dimittere fatebatur acceptam. Hec ille. AVTHOR. Ecce acceptam dicit matrem Christi a sponso suo/⁊ hoc in solennibus nuptijs: quia coniugij testificatio/dicit Ambrosius/nuptiarum testificatione declaratur. Dicat ergo witcleff ritum necessarium nuptiarum solennium intra ecclesiā instar status innocentie/vt sibijpsi conueniat alibi/quā
Ar. inimitiuam. do dicit attribuendam Christo mendicitatem imitatiuam non verbalem/quia est similior statui innocentie: ita vt cōcedat coniugibus benedictionem sacerdotalē in ecclesia cum attestatione fidelium post primum contractum/quibus honestas eorum cōiugalis distet a stupris: quia sic erit similior secundum statum innocentie nuptijs paradisi. Eoq; ritu secundas nuptias censeo nō benedicēdas/quia deus eis benedixisse non legitur: sed quia nuptie sunt/⁊ item legitime/sunt in ecclesia celebrande. Sic enī Apostolus ait prime Corinthio. vij. Si mortuus fuerit vir eius/liberata est. Cui vult nubat/tātum in domino. Beatior autem erit si sic permāserit secundum consilium meum. Ubi in expositione Ambro-
Ambro. sius. Cum dicit nubat/lege loquitur naturali: q̄q̄ ⁊ deo prime nuptie sunt: secunde vero permisse sunt. Denique prime nuptie sub benedictione dei celebrantur sublimiter. Secunde autē ⁊ in presenti carent gloria: concesse autem propter incontinentiam: ⁊ quia solent viduatum iuniores incurrere: ac per hoc concedit ⁊ secundas. Hec ille. AVTHOR. Atq; ne quid huius solennitatis in benedictione sacerdotali proportione vacaret/etiam velamen in benedictione primo nubētium adesse
Ambro. requiritur. Unde epistola prima libri. vij. epistolaruꝫ ad Vigilium Ambrosius. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali ⁊ benedictiōe sanctificari oporteat/quomodo potest coniugium dici/vbi non est fidei concordantia? Hec ille. AVTHOR. Ipsum enim velamen operimentum pudoris designat: in vnius fidei professione concordiam.

De illicitis & licitis coniugiis, & quę sint hęc & illa. Caput.CXXXIIII.

VT autem debitum sortiatur terminum tractatus iste/de christianorum coniugijs non recedamus donec que sint legitima connubia/⁊ que soluēda diuortio/videamꝰ. Capi. xx. predicti quarti aduersarius veritatis. Nō (inquit) witcleff.
delector in multiplicatione causarum diuortij/cum multe sint infundabiliter humanitus ordinate/vt patet specialiter de cognatione. Nam tempore primi hominis fratres ⁊ sorores fuerunt ex ordinatione diuina taliter cōiugati. In tēpore patriarcharum/vt Abrahe/Isaac/⁊ talium satis propinque cognati. Nō subest ratio quare nō sic liceret hodie/nisi humana ordinatio: que dicit non solum ex cognatione/sed ex affinitate amorem inter homines dilatari. Sed causa hec hominum est nimis debilis. Hec ibi witcleff in phrenesi. AVTHOR. Iam dat plana portenta sue hypocrisis/eo ꝙ scripturas sanctas tam aperte calcantes ista connubia nō appendit. Num vox eius solet esse: Ducatur testimonium legis dei? Nō credo legibus nisi diuinis? Et iam leges domini plenas aures insonātes tam non audit in isto/vt cunctis sit euidens super professionem eius hereticam nec ipsuꝫ curare scripturas. Adhibeatur liber Leuitici/voluatur ad decimumoctauum capituluꝫ. Quid dicit ibi scriptura de cognatis coniugatis simul ⁊ affinibus? Si mechatus quis fuerit cum vxore alterius/⁊ adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi/morte moriatur ⁊ mechus ⁊ adultera. Qui dormierit cum nouerca sua/⁊ reuelauerit ignominiam patris sui/morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua/vtriq; moriantur/quia scelus operati sunt: sanguis eorū sit super eos. Qui supra vxorem/filiam duxerit matrem eius/scelus operatus est/viuus ardebit cum eis: nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui/vel filiam matris sue/⁊ viderit turpitudinem eius/illaq; conspexerit fratris ignominiam/nefariā rē operati sunt: occidentur in conspectu populi. Turpitudinem matertere ⁊ amite tue non discoperies: qui hoc fecerit/⁊ ignominiam carnis sue nudabit/portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum vxore patrui sui/vel auunculi sui/⁊ reuelauerit ignominiam cognationis sue: portabunt ambo peccatum suum: absq; liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris/rem facit illicitam. Qui turpitudinē fratris sui reuelauit/absq; filijs erit ⁊c. Simul confero omnia prout in lege ponuntur/⁊ rem nostram aspiciunt. Q. si witcleff ista dicat in lege ista non esse commixtionem prohibitam fratris cum sorore vtriusq; parentis: ⁊ ideo de lege concessam: Respondeatur ei q̄d ad patruum quēdam conantem filio suo copulare neptem ex filia: libro sexto epistolarum/epistola quinta respondet Ambrosius. Pre- Ambro.
tendis (inquit) in literis tuis ꝙ permissum hoc diuino iure connubium huiusmodi pignoribus existimetur/eo ꝙ non sit prohibitum. Ego autem ⁊ prohibitum assero: quia cum leuiora interdicta sint de patruelibus fratribus/multo magis hoc quod arctioris est plenum necessitudinis interdictum arbitror. Qui enim leuiora astringit/grauiora non soluit/sed alligat. Q. si ideo permissum putas/quia specialiter non est prohibitum: nec illud prohibitum sermone

legis reperies/ne pater filiam suam accipiat vxorem. Nunquid ideo licet/quia nō est prohibitum? Minime. Interdictum est enim nature iure. Interdictū est lege/ que est in cordibus singulorum. Interdictum est inuiolabili prescriptiōe pietatis/titulo necessitudinis. Quāta huiusmodi inuenies non esse interdicta lege ꝑ Moysen edita/ ꝛ tamen interdicta sunt quadam voce nature? Hec ille. AVTHOR. Argumentum istud catholici Ambrosij sumptum a maiori/ eneruat per omnes fines licentiam presumptam nostri heretici: quia si prohibebatur lege quod leuius est: multo magis quod grauius est/non est legiferi taciturnitate concessum. Sed forsan dicet: legis veteris iaz abolite has esse iudaicas obseruantias/ideo in lege euangelice libertatis nō esse curandas. Contra istud fecit Ambrosius cum diceret: Ego autem ꝛ prohibitum assero/loquens de illo quod non in se/sed in suo maiori est ibi prohibitum. Intendebat igitur probare Paterno legē illam vim prohibitionis habere supra intētum filij ꝛ neptis sue coniugium. Beatus item Augustinus reducit tabulam illam ad decalogum dicēs omnia illa mandata in decalogo preconcepta. libro questionum super Leuiticum. questione

Augusti. liij. Ad vxorem proximi tui non dabis concubitum seminis tui inquinari ad eam. Ecce vbi rursus prohibet adulterium quod cum aliena vxore cōmittitur/qđ etiā in decalogo prohibetur. Unde apparet illa prohibita/ vt etiam mortuis viris suis non ducantur vxores/quorū ꝓhibet turpitudinē reuelare. Hec ille. AVTHOR. Unde dicit: scilicet ex decalogo apparet illa connubia esse prohibita quorum prohibet turpitudinez reuelare. quod probat a pari: sicut ex eodem loco adulterium ꝓhibetur/in quinto scilicet mādato ꝛ nono. Ad quod facit ꝙ in capite istarum inhibitionum vocat non cerimonias sed precepta: ꝛ in fine leges atq͂ iudicia. Custodite (inquiens) precepta mea/ꝛ facite ea: ego dominus qui sanctifico vos. Et subdit. Custodite leges meas atq͂ iudicia/ ꝛ facite ea. Q2 si subtiliter secundum expositiones istorum patrum tabula inhibitionū ibi pēsetur/fundationem plenariam facit pro diuortijs ꝛ copulis per ecclesiam ad quartum gradum vsq͂ taxatis: hac ratione. quia quarto gradu prohibet copulari: ergo omnis gradus superior versus primum est prohibitus: a maiori. Unde predicto loco parum supra Am-

Ambro. brosius. Quid enim est quod dubitare queat/cuz lex diuina etiam patrueles fratres prohibeat cōuenire in copulam coniugalem/qui sibi quarto socianī gradu? Hic autem gradus tertius est/qui etiam ciuili iure a consortio coniugij exceptus videtur. Hec ille. AVTHOR. Ita ergo patet ex Ambrosio/ꝙ lex ista obligat nos sicut ꝛ Iudeos secundum suam substantiam: quia sic est quid morale/ꝛ de preceptis decalogi/ etiam ad totum gradum quotum figit ibi pro limite/puta quartum: q͂uis fuerit pure iudiciale quo ad penam/ꝛ idcirco est faciendum diuortiuz. Quid iam habet witcleff vnde probet ex humana tantum ordinatione fratres ne copulentur sororibus esse prohibitos? Iam probet quod dixit/ aut contra planam legem Christi se fateatur errasse. Scio sanctum Gregorium in responsione ad quintam interrogationē Augustini pro coniugijs veterum Anglicorum/legem istam affirmare diuinam/etiam cōtra

Questio Augustini epi Angli cani. quandam humanam. Usq͂ quotam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari? ꝛ nouercis ꝛ cognatis si liceat copulari coniugio?

Gregorij pontificis responsio. Gregorius. Quedaz terrena lex in Romana republica permittit/vt siue frater ꝛ soror/ seu duoruz fratrum germanorum vel duarum sororum filius ꝛ filia misceātur: sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere/ꝛ diuina lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Unde necesse est/vt iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quā diximus a se omnimodo debet abstinere. Cum nouerca autem misceri graue est facinus/ quia in lege scriptum est. Turpitudinem patris tui nō reuelabis. Neq͂ enim patris turpitudinem reuelare potest: sed quia scriptum est: Erunt duo in carne vna: qui turpitudinem nouerce/quia vna caro cum patre fuit/ reuelare presumpserit: profecto patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoq͂ misceri prohibitum est: que per cōiunctionem priorem caro fratris fuit facta: pro qua re etiam Ioannes Baptista capite truncatus est/ꝛ sancto martyrio consummatus. Ioannis martyrium. Cui non est dictū vt Christum negaret/ꝛ pro Christi confessione occisus est: sed quia idem dominus dixerat/Ego sum veritas/ quia pro veritate Ioannes occisus est/vtiq͂ pro Christo sanguinem fudit. Hec ille. AVTHOR. Usq͂ ad hec tempora Gregorij/vt videtis/obligauit hec lex diuina fideles/ne contraherent vsq͂ ad quartum gradum cognata coniugia. Hoc item dixit pro tempore suo Ambrosius. Hoc idem repetit Augustinus in mandatis decalogi. Quomodo autem expirauit lex ista in aduentu witcleff/ne amplius diuina esset/sed humana cōditio/ hoc edisserant witcleffiste. Nec tantum tūc/sed ab initio fidei per succedentes patres lex ista censebatur ligare diuinitus. Unde decreto suo secundo capite quarto vetus papa decimusquintus a beato Petro secundum Augustinum Calixtus. Calixtus. Coniunctiones autem cō sanguineorum fieri prohibete/quia has ꝛ diuine ꝛ seculi prohibent leges. Leges ergo diuine ꝛ hec agentes ꝛ eos qui ex eis prodeunt: non solum eijciunt/sed etiam maledictos appellāt. Leges vero seculi infames tales vocant ꝛ ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros infamia eos notamus/ꝛ infames esse cēsemus: quia infamie maculis sunt aspersi. Hec ille. AVTHOR. Et iste sanctus martyr leges diuinas protestatur in hac re sequens/vt dicit/patres suos. Nec omittit inniti legibus humanis/vbi diuinis legibus obsecūdant: quod inscius bonorum witcleff habet opprobrio. Cum tamen edicta gentium beatus Paulus pro hac parte protulerit prime Corinthio. iiij. Omnino auditur inter vos fornicatio: ꝛ talis fornicatio qualis nec inter gentes. Et in epistola ad Paternuz prefatam legem a Calixto tactam explanat Ambrosius dicens. Ambro. Si diuina te preterennt/saltem imperatorum precepta/a quibus amplissimum accepisti honorem/ haudquaq͂ preterire te debuerunt. Nam Theodosius imperator etiaz patrueles fratres ꝛ consobrinos vetuit inter se coniugij conuenire nomine: ꝛ seuerissimam penam statuit/si quis temerare ausus sit fratrum pia pignora: ꝛ tamen illi inuicem sibi equales sunt tantummodo quia propinquitatis necessitudine ꝛ fraterne societatis ligantur/ vinculo pietatis eos voluit debere ꝙ nati sunt. Hec ille. AVTHOR. Pondus habere debet quod ibi submisit Ambrosius/voluit debere ꝙ nati sunt. sibi inuicem enim consanguinei amorem debent ex eo ꝙ nati sunt. Superinducere vero nouum amorem contractum est obliterare primeuum/quem deus eis succo nature virescentis infudit / vel erit mixtim amorum confusio/ sicut ꝛ nominum/ꝛ quotidiane pugne fomentum. vt si plus velim natum ex vxore diligere/quia filius meus est/minus tamen filio debeo eum diligere/quia ex sorore nepos est. Et in eadem epistola Ambrosius. Ambro. Tu copulare paras filium tuum ꝛ neptem ex filia. Hoc est vt accipiat sororis sue filiam diuersa licet matre q͂ socrus editus. Interroga nominum religionem.

nempe auunculus iſte illius:illa huius neptis vocatur.
Nec ipſe te reuocat ſonus nominum:cum hic auum re
ſonet:illa hoc nomen auunculum quod ad auum refe=
rat. Quanta deinde etiam reliquorum confuſio vocabu
lorum? auus ⁊ ſocer vocauere eam:ea quoq; tibi neptis
⁊ nurus diuerſo nomine nuncupabitur. Mutuabuntur
etiā fratres diuerſa vocabula:vt illa ſocrus fratris ſit:
iſte gener ſorori:nubat auunculo ſuo neptis : ⁊ immacu
latorum pignorū charitas illecebroſo amore limitetur.
Et infra. Quid tam ſolenne ꝙ oſculum inter auunculū
⁊ neptem? quod iſte quaſi filie debet/hec quaſi parēti.
Hoc igitur inoffenſe pietatis oſculum ſuſpectū facies
de talibus cogitando nuptijs:⁊ religioſiſſimum ſacra=
mentum charis pignoribus eripiens. Hec ille. AV=
THOR. At ſic intelligatur Ambroſius:vbi natura nō
horrebit amplexus:ibi neceſſe eſt oſcula ſint ſuſpecta.
Facientq; tales nuptie vt nec ſine ſuſpitione pudoris
frater ſororem ſuam oſculari poſſit/nec auunculus ſuā
neptem. Et ſacramentum etiam religioſiſſimum charis
pignoribus eripiens poteſt intelligi/ꝙ ſacramentum
coniugij ſub quo nati ſunt / repente eripietur pignori=
bus. Quia ibi neceſſe eſt coniugium amoris ⁊ natura=
lis educationis/que ſunt ſequele ſacri coniugij/finē po=
nat:vbi nouum poteſt incipere. Idcirco enim caro vna
⁊ turpitudo fratris in ſcriptura dicuntur/ꝙ q̄diu pro=
tendit ſe virtus coniugij tādiu quaſi proprie carnis ſue
pudorem habere tenentur. Plus enim carnem propriā
ꝙ alienam pudet hominem reuelare. Reus ergo natu=
ralis pudoris eſt/qui ſanguinis ſui carnem pudendam
tanq̄ alienam reuelat. ¶ Quantum vero ſe protendit
talis cognatio ſecundum conſuetas durationes huma
norum effectuum? Lex diuina quartū gradum taxauit
lex humana vel vſq; ad ſeptimum. Ex decreto ſynoda=
Nicolaus li capite.xi. Nicolaus. Et de conſanguinitate ſua nul=
lus vxorem ducat vſq; ad generationem ſeptimam/vel
q̄uſq; parētela cognoſci poterit. Hec ille. AVTHOR.
Saltem inconueniens eſt ⁊ indelebile humano generi/
ſi cōſanguineos viciſſim/vt iſte ſupponit/admiſceri pa=
tiantur. Unde ⁊ ipſe witcleff inconueniens attulit qđ
non ſoluit/in eodem capite. xx. Si(inquiens)quilibet
prolificus ex qualibet que ſibi placuerit procrearet/fo
ret conſanguinitatis confuſio/hereditatis paterne de=
ſtructio/parentum inhonoratio/hominum contentio/
atq; occiſio. Hec witcleff. AVTHOR. Iſta inconue=
nientia ſi non ex tuis coniugijs ſequantur/fratris cum
ſorore ſua/aut aui cum nepte:peto vt abſoluas. Q2 au=
tem arguis/quia tempore primi hominis fratres ⁊ ſo=
rores nuptias inierunt:⁊ tempore patriarcharum ſatis
propinque cognati:nec vides rationem/quare non ſic
hodie: Dicetur tibi/quia poſt conditionem primi homi
nis paucitas contrahentium in vtroq; ſexu cognatio=
nem deferre non potuit/⁊ neceſſitas multiplicandi hu=
manum genus ipſam temerare coegit. Tempore quoq;
patriarcharum hoc idem cauſa fidei ſeruāde vnius dei
fecit/⁊ in pauco populo fideli quod primo fecerat pau=
citas hominum totius ſpeciei:ideo licuit potius nube
re cognatis ꝙ idololatris. Sicut in principijs fidei di=
xit Apoſtolus/Cui vult nubat tātum in domino/id eſt
Ambro. ſociato ſibi per fidem. Unde epiſtola prima libri.vij.epi
ſtolarum ad Vigiliū Ambroſius. Prope nihil grauius
ꝙ copulare alienigene:vbi ⁊ libidinis ⁊ diſcordie incen
tiua ⁊ ſacrilegij flagitia cōflantur. Sequitur. Cum ora=
tio communis eſſe debeat:quomodo inter diſpares de=
uotione poteſt eſſe coniugij communis charitas? Se=
pe plerinq; capti amore feminarum fidem ſuam prodide
runt:vt patrū populus in Beelphegor. Unde Phinees
arrepto gladio interfecit Hebreum ⁊ Madianitidem
feminam:⁊ mitigauit indignationē diuinam/ne totus
populus extingueretur. Hec ille. AVTHOR. Ad vi=
tandum ergo malum perfidie potius licuit legem laxa
ri ⁊ iungi cognatis/ꝙ perfidis. At poſtea multiplicata
fideli plebe/lex iterum cognationis fines immunes de
creuit a nuptijs. Sic item in eccleſia nuptias tales to=
lerat/ſi eas ante ſuſceptam fidem coniunctas inuene=
rit/vt in caſu predicte interrogationis Auguſtini ad
Gregorium de nuptijs veterum Anglicorum gradibus
prohibitis. vbi Gregorius. In hoc enim tēpore ſancta Gregorius
eccleſia quedam per feruorē corrigit/quedam per man
ſuetudinem tolerat/vt ſepe malum quod auerſatur/por
tando ⁊ diſſimulando compeſcat. Omes autem qui ad
fidem veniunt/admonendi ſunt/ne tale aliquid audeāt
perpetrare. Si qui autem perpetrauerint/ corporis ⁊
ſanguinis domini communione priuandi ſunt. Quia ſi
cut in ijs qui per ignorantiam fecerunt culpa aliquate
nus toleranda eſt/ita eſt in ijs fortiter inſequenda qui
non metuunt ſciendo peccare. Hec ille. AVTHOR.
Quod igitur arguis de nuptijs antiquorum: propter
arctitudinem temporis priuilegium tantum fuit/quod
legi communi nunq̄ derogat. Unde Epiſtola predicta
ad Paternum Ambroſius. Sed dicis/alicui relaxatū: Ambro.
verum hoc legi non preiudicat. Quod enim in commu=
ne ſtatuitur/ei tātum profecit cui relaxatum videtur.
Longe diuerſa inuidia. Illud tamē licet in veteri teſta
mento legimus/vt aliquis vxorem ſuam ſororem duce=
ret. Iſtud inauditum/vt quiſq̄ neptem ſuam in vxorē
accipiat ⁊ coniugem ducat. Hec ille. AVTHOR. Atta
men nouerit witcleff ſe culpandum ꝙ ſanctorum pa=
trum nuptijs noſtras ſatagit coequare/quaſi ſuſpicās
in illis intemperantie alicuius modum/quia tales ele=
gerint/aut nos equandos eis/vt tales nuptias eliga=
mus. Contra hanc temeritatem inſiſtit libro de bono Auguſti.
coniugali verſus finem Auguſtinus dicens. Nos autē
qui coniuges habent/inquantum poſſumus/ admone=
mus ne ſecūdum ſuam infirmitatem de illis ſanctis pa
tribus audeāt iudicare/ comparantes vt ait Apoſto=
lus /ſemetipſos ſibimetipſis : ⁊ ideo non intelligentes
quantas vires habeat animus iuſtitie contra libidinē
ſeruiēs:ne carnalibus huiuſcemodi motib9 acquieſcat/
coſq; in cōcubitu vltra generandi neceſſitatem prolabi
aut progredi ſinat/quantum ordo nature/quantū mo=
rum conſuetudo/quantum legum ſcita preſcribūt. Hoc
quippe ideo de illis patribus homines ſuſpicant:quia
Chriſti nuptias elegerunt:vel coniugibus intemperan
ter vtuntur. At vero continentes mares qui defunctis
vxoribus:vel femine que defunctis viris/vel vtriq; qui
pari conſenſu continentiam deo vouerunt/ſciant ſibi
mercedes quidem amplius deberi ꝙ coniugalis caſti=
tas poſcit:ſed ſanctorum nuptias qui prophetice iun=
gebantur:qui neq; in concubitu niſi prolem/neq; in ip=
ſa prole niſi quod in carne venturo Chriſto proficeret
requirebant:non ſolum pro ſuo propoſito nō contēnāt:
verumetiam in ſuo propoſito ſine dubitatione prepo=
nant. Hec ille. AVTHOR. Ex his predictis patet ra=
tio que witcleff non ſubfuit/vt dixit/quare patres co=
gnatis aut ſororibus ſimplis aut geminis aut multis
vtebantur exoribus:priuilegium temporis fuit cui in=
uidere non licet/ſecundum Ambroſium/⁊ prophetice
iungebantur in figuram futuri/dicit Auguſtinus/nec
propter hec animus iuſtitie ſeruiens noſtros in concu=
bitu vltra generandi neceſſitatem progredi ſinet / niſi
quantū ordo nature/morum conſuetudo/aut legum ſci
ta preſcribunt.

De Pœnitẽtia & cõfessione sacramẽtali, qualiter sit ĩ antiqua lege fundata. Ca. CXXXV.

Sententie sacramentũ non audet witcleff cũ sua Alathia describere/propter emulos captiosos/vt dicit/sed audet destruere eam/dicens secundam partẽ confessionis auricularis heresis inductiuã ⁊ infundabilem in scriptura. Et sermone nono tertie ptis. Duplex est (inquit) cõfessio/humana scʒ facta meritorie soli deo / vel facta deo ⁊ eius sacerdoti. Prima vocatur confessio generalis/⁊ secũda auricularis. De prima loquitur scriptura. De secũda vero nisi institutio papalis/cũ vsu ecclesie/ vt patet primo decretaliũ. de peni. ⁊ remis. Oĩs vtriusqȝ sexus. Sequit̃. Nec dubiũ quin sine cõfessione secunda pctm̃ dimitti poterit. Et subdit infra. Ideo licet inter alia statuta humana talis cõfessio ⁊ absolutio multũ ꝓsit/tñ multũ nocet ecclesie:⁊ multas hereses ⁊ cõtẽtiones circa fastũ ⁊ questũ tẽporaliũ introducit. Ideo non tantũ prodest ecclesie quãtũ ꝓfuit traditio Scarioth. Hec witcleff. AVTHOR. Obserua lector q̃ supra dixi/istũ witcleff esse ab apostata Iuliano cesareũ sacerdotẽ:a quo authoritatẽ ⁊ exemplũ sumit detrahẽdi cõfessioni ecclesie. Unde lib. vi. tripertite historie. capi. ij. Cassiodorus. Fertur itaqȝ mox in ipso principio Iulianum sic aperte ⁊ impudenter negasse christianam fidẽ/ vt quibusdam sacrificijs ⁊ inuocationibus/quas expeditiones pagani vocant/⁊ sanguine immolationum/nostrum baptisma studeret ablui/⁊ abrenunciari ecclesiastice confessioni. Ex illo enim tempore tam secretim q̃ publice/⁊ in templis licenter pagani sacrificia celebrabant. Hec ille. AVTHOR. Auscultasti mi witcleff tuũ Cesarẽ Iulianũ:multũ in argumẽtis eius blasphemis ⁊ mẽdosis inuolucris sermonũ inanũ impẽdisti tibi solatiũ:qui toto nisu studẽs abolere fidẽ/ viã tibi prebuit irritãdi sctm̃ baptisma ⁊ ɔfessionẽ ecclesie sacrosanctã. Ipse tibi vetus est author:ipse euãgeliũ tibi descripsit: tu sequax ei⁹/tu discipulus/tu pugil/tu dulcis alumn⁹ cuius sine te fuisset dogma desertũ ⁊ obliuionis tumulo circuntectum. Nefas fuisset audire abrenũciandũ eẽ ecclesiastice ɔfessioni. Tu aũt affirmas dicẽs/ q̃ multũ nocet ecclesie:⁊ hereses introducit:nec tantũ ꝓdesse ecclesie quãtũ traditio Scariothis. Attamen sis memor tui magistri/quãdo ꝓbamus in posteris cõfessionẽ istã auricularẽ nõ ab Innocẽtio tertio inchoatã/q: nec Cesar tuus ei abrenũciare fuisset sollicit⁹/nec retulisset rẽ gestã Cassiodorus/quoꝝ vterqȝ diẽ mũdi multis nõ vidit annis:post quos Innocẽtius tertius exorsus est viuere. Cõmemorat itẽ heresim Massilianorũ Damascenus vobiscũ irritantiũ authoritatẽ sacerdotũ in penitẽtijs pctõꝝ. In li. suo de heresib⁹. lxxx. Damascen⁹. Seruos a dominis fugientes prompte recipiunt:⁊ eos qui a diuersis peccatis ad ipsos adueniunt sine fructu aliq̃ penitẽtie/sine sacerdotũ authoritate gradibusqȝ penitẽtiarũ taxatis a sacris canonibus/peccatoribus veniaʒ repromittunt:nisi confessio facta sacerdoti necessaria videretur/⁊ opposita diebus illis assertio heresis tunc multanda. Quibus item Iacobite succedunt/a quodã Iacobo heresiarcha sic dicti:de quibus in libro heresuʒ noster carmelita Guido. Secundus (inquit) error eorũ est qui dicunt non esse confitendum de peccatis hominibus/sed soli deo. Unde iuxta se ponũt ignem ⁊ incensum quando faciunt confessionem deo/in signũ q̃ deus in tali confessione consumit peccata eorũ. Hec ille. AVTHOR. Ab istis ⁊ similibus pfidis traxit hec heresis witcleff contra cõfessionem vocalẽ suam originẽ. Sed cum ipsi improperent ecclesie q̃ sine fundatione cõfessionẽ istam induxit:authoritatem eius pro modulo nostro pandamus. Ualide nanqȝ obstat witcleff ⁊ instat vt in. iij. sermone domini in monte. capi. iij. Uidetur (inquiẽs) istum sanctum/scʒ Chrysostomũ/innuere q̃ graue est ⁊ infundabile presbyterum audire cõfessiones populi/modo quo latini vtuntur/vt allegatum est libro. ij. Chrysostomũ necessario debere dicere. Sequitur. Quãtum ad fundationem huius priuate confessionis declarat Ioannes de deo satis clare/q̃ ex scriptura sacra nõ habet originẽ. Hec witcleff ibi. ⁊ cap. xxiiij. iiij. trialogi. AVTHOR. Uidete qualiter authoritatem ⁊ fundationem insequitur cõfessionis sacrate. Unde lib. ij. de sacramentis. parte. xiiij. Hugo. Multa est malitia hominis. Nemo q̃n male agere vult authoritatẽ querit. Quãdo autẽ dicimus hominibus vt bona faciant/⁊ vt confiteãtur mala que fecerunt:dicunt nobis: Date authoritatẽ que hoc scriptura precipit vt confiteamur peccata nostra? Si ergo scriptura peccata confiteri non precipit: respondete modo si scripturam habetis que peccata iubeat tacere. Si ergo confiteri non vultis quia authoritatem confitendi nõ habetis:quare tacere vultis/cũ authoritatem tacendi non habetis? Tamẽ quia authoritatem queritis/accipite authoritatem. Antiqua lex peccata confiteri iubet/⁊ homines ad sacerdotes mittit vt confiteantur peccata sua/vt indulgẽtiã accipiãt. Illic ergo preuaricatio legis cõfessione ⁊ oblatiõe abolet̃ quãdo adhuc vmbra fuit/⁊ adhuc cõfessio criminis penã potius timere debuit q̃ misericordiã expectare. Hec ille. AVTHOR. Iã ergo authoritatẽ cõfessionis witcleff exigit/q: bene facere se existimat esse cogendũ ꝓ nõ ɔfitẽdo militat/sine authoritate decertat/⁊ eã inuocat libertatẽ. Notandũ tamẽ inter cetera q̃b⁹ Hugo in antiqua lege cõfessionẽ vocalẽ fundat iubẽte confiteri peccata:sicut Leuit. xvi. de Aaron ⁊ hirco emissario. Postq̃ (inquit) emũdauerit sanctuariũ/⁊ tabernaculũ/ ⁊ altare/tũc offerat hircũ viuẽtẽ/⁊ posita vtraqȝ manu suꝑ caput ei⁹ cõfiteat̃ oẽs iniq̃tates filioꝝ Israel/⁊ vniuersa delicta atqȝ pctã eoꝝ. Que imprecãs capiti eius emittet illũ ꝑ hoĩem paratũ in desertũ. Ubi q̃ dr̃ sacerdotẽ cõfiteri debere oẽs iniquitates filioꝝ Israel/⁊ vniuersa delicta atqȝ pctã eoꝝ/scire donauit:q: filij Israel pctã sua prius ei debuerant cõfiteri. Ex ppl̃i eñ cõfessione distincta/surgere apte põt sacerdos in gñalẽ vel specialẽ cõfessionẽ ꝓ ppl̃o. Uñ de cõfessione ppl̃i videt̃ Ambrosi⁹ exponere locũ illũ:epl̃a. iij. primi lib. epl̃arũ ad Simplicianũ. vbi dicit. In causa ꝓphetie confertur Moyses sicut propheta: vbi autem causa ⁊ munus ⁊ officium sacerdotis est:prefertur Aaron sicut sacerdos. Tractemus ergo ipsum locuʒ. Immolatus erat hircus pro pctõ ⁊ oblatus in holocausto. Sequit̃. Nihil peccare solius dei est/emẽdare sapiẽtis est:⁊ corrigere erratũ ⁊ penitentiam agere peccati (quod tamẽ difficile est in hac vita) hominũ. Quid enim tam rarũ q̃ vt inuenias virum qui seipsum coarguat ⁊ factum condemnet suũ? Rara itaqȝ confessio de peccato/rara penitentia: rara in hominibus verbi eius assertio. repugnat eñi natura/ repugnat verecundia. Natura/quia oĩs sub peccato:⁊ qui carnem gerit culpe obnoxius est. Ergo repugnant/ natura carnis ⁊ illecebra seculi innocentie integritati.

witcleff.

omnja sũt ꝑfessio noĩanda pro tẽporib⁹ nr̃is periculosissimis.

Cassiodo.

Innocẽti⁹ tertius.

Damasce.

Iacobite.

Guido carmelita.

witcleff.

Alr. iiij. Hugo.

Ambro.

Repugnat ergo verecundia: quia rubescit vnusquisq; propriam culpam fateri dū presentia magis ꝙ futura cogitat. Hec ille. AVTHOR. In hoc ꝓcessu exponēs Ambrosius confessionem filiorum Israel/de confessione peccatorum propriorum facta homini loqui videt: dicens rarum esse inueniri virum qui seipsum arguat ⁊ factum cōdemnet suum. Et subdit ꝙ rara est confessio de peccato: rara penitētia: quia repugnat natura: repugnat verecundia: quia rubescit vnusquisq; propriā culpam fateri: sed fateri propriā culpam soli deo vel in generali coram hominibus nullus aut rarus videtur rubescere. Et sequit in fine epistole Ambrosius. [Ambrosius] Ita sunt duo hirci: vnus qui ad sacrificiū vtilis est: alius qui in desertum dimittitur: hic nulli vsui/neq; edendus/ neq; epulandus sacerdotū filijs. Sequitur. Nō placebit ergo domino: si māducet sacerdos sacrificiū in quo fraus sit oblationis: non sedule cōfessionis synceritatis. Hec ille. AVTHOR. Non putet witcleff se locum inuenisse calumnie contra fundationem istam Ambrosij ꝓ cōfessione vocali facta in veteri lege coram homine: quia forsan in multis dissidet a confessione nostra moderna quia sic non contingit resurrectionem Christi vel sepulturam in Jona fundare prophetice: nec sacramentum eucharistie in manna vel agno/ nec Christū in lapide: breuiter nec quicꝙ noue legis in veteri. In multis enī tot occurrunt dispares rationes signorum/ vt subtilis scripturarū videns oīno dissimilitudinē suam possit arguere: sicut apud nos eorum instinctu torui faciūt witcleffiste. At synceris studentibus filijs apostoloꝝ ⁊ primeue ecclesie tanta lux pie cognitionis irradiat: vt statum visa rerum compagine gaudenter occurrant: quia iam granum fidei reperiunt: qđ sciunt diu tectum esse sub palea. Quid obuiat hanc ipsam materiā esse iā formis suis per sex dies distinctam: que olim fuit in principio mundi ꝯfusa? Nonne ipsa est ⁊ eadem ipsa? Et fides trine persone diuine: que nunc distincte creditur a modernis: nonne eadem erat qua prius confuse quodā modo credebatur a patribus deus vnus et ipse trinus? Et qualiter disputaret apostolus ꝙ patres nostri omnes bibebāt de spirituali ꝯsequente eos petra/ petra autem erat Christus: si non omnia sacramēta nostra sint eadem que apud eos erant: nō ipsa specie sed figura: ⁊ modo illi tempori congruente gustata?

Qualiter confessio ecclesię fundatur ex facto Danielis & sociorum eius: & sic vsq; ad baptizatos ab Joanne. Cap.CXXXVI.

Frustra aliter scriberent patres frustra Cyprianus eliceret confessionem nostram auricularem distincte fiendam homini de necessitate legis dei/a confessione Danielis ⁊ comitum eius. in libro exhortatiōis ad lapsos post medium. liber īcipit. Pax ecce dilectissimi fratres. vbi sic dicit [Cyprianus.] btūs Cyprian⁹. Ananias: Azarias: Misael illustres ac nobiles pueri ꝗ̄ min⁹ hexomologesin deo facerent/nec inter flammas camini exestuantis incēdio quieuerūt. Sequitur. Loquitur scriptura diuina. Stans (inquit) Azarias precatus est ⁊ aperuit os suū ⁊ hexomologesin faciebat deo simul cū sodalib⁹ suis in medio ignis. Daniel quoq; post fidei atq; innocentie sue multiplicē gratiam: post dignationē domini circa virtutes ac laudes suas sepe repetitam/ieiunijs adhuc promereri deū nititur: in sacco ⁊ cinere volutat hexomologesin faciēs ⁊ dicens. Domine deus magnus/⁊ fortis/⁊ metuēdus/ qui seruas testamentum ⁊ miserationē eis qui te diligunt ⁊ conseruāt imperia tua: peccauimus/facinus admisimus/ trāsgressi sumus precepta tua: ⁊ iudicia tua non audiuimus/puerorū tuorum prophetarum qui locuti sunt in nomine tuo super reges nostros ⁊ oīes gētes ⁊ super omnē terram. Tibi domine tibi iustitia: nobis autē confusio. Hec mites/hec simplices/hec innocentes in promerenda dei maiestate fecerunt: et vnde satisfacere ⁊ deum rogare detrectāt qui deum negauerunt? Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ confessionem vocalem de necessitate faciendam pro cōmisso crimine Cyprianus arguit ex cōfessione Danielis facta pro populo ꝗ̄uis cōfuse. Et super psal. Beati immaculati. x. Vias meas ꝓnunciaui ⁊ exaudisti me. dicit Hilari⁹. [Hilarius.] Huic predicto consentiens illud videtur qđ dictum est. Pronunciabo aduersū me iniustitias meas. Et rursum Justus in exordio sermonis ipse sibi accusator est. Ergo ꝓnunciabo qđ dicitur: non laudatio est/sed confessio viarum suarū: id est peccatoꝝ suorum penitens professio. Et propheta vt esset dignus spiritu ꝓphetie/vias suas id est peccata ante confessus est: vt post hanc pronūciationem coꝝ/doctrine iustificationū dei capax esset. Qđ vtrūq; absolute docetur. Nam cum dicit pronunciaui confessionē hāc preteriti temporis esse demonstrat. Cū dicit: doce me/oratio est de futuro. Quia confitendum ante est de peccatis/⁊ exacta confessione dicendū. Hec ille. AVTHOR. Propheta ecce Daniel confessus est peccata sua/vt spūm prophetie mereretur accipere. Et confessionem definiens Hilarius dicit: ꝙ est peccatorū suorum penitens professio. Et ante orationem confitēdum dicit/⁊ peccatū exacta confessione dicendū/ id est plenaria secundū circūstantias. Jam vt reuertamur ad Cyprianum: instabit forsan witcleffista perpenso ordine libri ꝙ hoc faciat tantum pro maioribus culpis: sicut hic ꝓ apostasia ⁊ idololatria palā admissa: ⁊ quid hoc pro occultis? Sed pro occultis cōfitendis agit prius: ⁊ post cōfirmat doctrinam illam ex facto Danielis in scripturis. Superius enī dixit Cyprianus. [Cyprianus.] Deniq; quāto ⁊ fide maiore/⁊ timore meliore sunt ꝗ̄ ꝗ̄uis nullo sacrificij ac libelli facinore cōstricti: qm̄ tamē de hoc vel cogitauerunt: ipsum hoc ad sacerdotes dei dolēter ⁊ simpliciter confitentes hexolomogesin cōscientie faciunt/animi sui pondus exponūt: salutarem medelam paruis licet ⁊ modicis vulneribus exquirunt: scientes scriptū esse: deus nō deridetur. Derideri ⁊ circūueniri deus nō potest: nec astutia aliqua fallēte deludi. Plus nimio delinquit qui secundū hominē deū cogitās/euadere se penam criminis credit si nō palam crimen admittit. Et infra. Cōfiteantur singuli queso vos fratres delictum suum: dum adhuc qui deliquit in seculo est/dū admitti confessio eius potest/dū satisfactio ⁊ remissio facta per sacerdotes apud deū grata est. Conuertamur ⁊ ad dominū mente tota/ ⁊ penitētiam criminis veris doloribus exprimentes misericordiā deprecemur. Hec ille. AVTHOR. Jā declarauit intētionē suā de hexomologesi criminis item occulti fiēda apud sacerdotes dei dolenter ⁊ simpliciter/id est nude ⁊ distincte. Et iterum hortatur vnūquēq; confiteri delictum suū dum est in seculo: ⁊ admitti potest eius confessio ⁊ satisfactio ꝑ se: ⁊ remissio facta per sacerdotes: apđ deum grata est. Ita ꝙ non dubitat apud deum hec esse grata si fiant dum sit in seculo. Et ꝓ hoc processu fundando pro scriptura/currit continue vsq; ad Danielem: sicut item sermone. xxix. prime partis de excidio vrbis Rome Augustinus. [Augustinus.] Quātum sit cōmendatus Daniel ex hoc apparet: ꝙ vnus ex illis tribus meruit nominari: ⁊ tamē confitet peccata sua. Cuius superbia non cōtremiscat?

cuius inflatio non resideat? cuius tumor ⁊ eleuatio nō
cohibeatur? quis glorietur se mundū esse a peccato? Et
infra. Nunquid tu sapientior ꝙ̄ Daniel? Audi ergo il-
lum confitētē pctā sua. An forte cū confitebatur men-
tiebatur? Hinc ergo habebat peccatū: quia de suis pec
catis deo mētiebatur. Hec ille. AVTHOR. Et hic san
ctus cum patre suo Cypriano ⁊ facto Danielis confes-
sionē fundat ecclesie/ cōmemorans ⁊ laudans eius exo
mologesin/id est confessionem/super psal. lxxiiij. versu.
Augusti. Quia neq̧ ab oriēte/neq̧ ab occidēte. Ubi dicit. Quid
ergo modo faciemus? preueniamus faciem eius in cō-
fessione. Exomologesis confessio dicitur. Preueni eum
in confessione : veniet mitis quem culpa fecerat iratū.
Hec ille. AVTHOR. Et lib. vi. etymologiarum Isido
Isidorus. rus. Exomologesis greco vocabulo dicit̄: qđ latine con
Cōfessio. fessio interpretatur. Cuius nominis duplex significa-
tio est. Aut enim in laude intelligitur ꝯfessio: sicut est.
Confitebor tibi domine pater celi ⁊ terre ⁊c̄. aut in de-
nudatione peccatoꝝ cum quis confitetur sua peccata
ab eo indulgēda cuius indeficiēs est misericordia. Hec
Rabanus ille. Et assumit Rabanus de institutis clericoꝝ: ⁊ idem
de naturis rerum. AVTHOR. Hoc volo sciat witcleff
⁊ discipulus ei⁹ author Floreti: ꝙ cōfessio nostra sacra
mētalis ecclesie nō caret fundatiōe scripture/ siue quo
ad necessitatem suam/siue item quo ad frequentiam: si
iam putet se eam Cyprianus in scriptura fundasse. Ipi
enim notior erat sensus scripture ꝙ̄ istis omnibus: ⁊ cū
ipsi nouā suam negatiuam erroneam fundare non cu-
rent/nobis existiment satis esse: si vetusta cura Cypria
ni ⁊ sensu affirmatiuam Christi ecclesie tali modo fun-
demus. Sicut in simili casu de baptismo contra aduer
Augusti. sarios authoritati Cypriani adhesit Augustinus. Cy-
prianus est quem in manu sumpsi antiquus episcopus
sedis huius. Quid senserit de baptismo paruuloꝝ: im-
mo quid semper ecclesiam sensisse monstrauerit : pau-
lulum accipite. Parum est eñi quia disserunt ⁊ dispu-
tant nescio quas impietates nouas/⁊ nos conātur ar-
guere: ꝙ aliquid nouū dicamus. Ad hoc ergo lego san
ctum Cyprianum/vt videatis quomodo sit intellectus
canonicus ⁊ catholicus sensus. Recitato dicto Cypria
ni/inquit. Hoc de fundamento ecclesie sumpsit ad con-
firmandum lapidem nutantem. Hec ille. prima parte
sermonū/sermone. li. de baptis. ꝯtra Pelagianos. AV-
THOR. Qđ dicit Augustinus iam de fide Cypriani
in baptismo: cur ego non dicā de confessionis sacramē-
to? Quid ipē senserit/immo quid semꝑ ecclesiam Chri
sti sensisse monstrauerit: potestis accipere vt ita videa-
tis quomodo sit intellect⁹ canonicus ⁊ sensus eius ca
tholic⁹. Quia qđ dixit: de fundamēto ecclesie sumpsit
ad confirmandū lapidem nutantem: de scriptura scili-
cet Danielis: ad confirmandum lapidem iam nutan-
tem de confessionis articulo. Nec modicus pudor incu
titur witcleffistis tā sedulo mētientibus de fundatiōe
sancte confessionis in veteri testamento. Quādo enim
scripturas diligenter aduertimus/ satis est planum ꝙ
consuetudinarium quid erat Judeis priuatim confite-
ri delicta: vt interdum dolor ipē pudorem abrumperet/
⁊ nec in publico parcerent confiteri. Qui mos durasse
cognoscitur vsq̧ ad baptismum Joannis: sicut dicitur
Matth. iij. Et baptizabātur ab eo confitentes peccata
sua. vbi in imperfecto Homil. iij. Chrysostomus. Cōfes-
Chrysosto. sio peccatorum est testimonium consciētie timētis de-
um. Qui enim timet iudicium dei/peccata sua confite
ri non erubescit. Qui autem erubescit/nō timet. Perfe
ctus enim timor omnē pudorem soluit. Illic enim tre-
pitudo ꝯfessionis aspicitur/vbi pena futuri iudicij non
creditur. Nunquid nescimus ꝙ confessio peccatoꝝ pu
dorē habet: ⁊ ꝙ hoc ipsum erubescere pena est grauis?
Sed ideo magis iubet deus confiteri peccata: vt vere-
cundiam patiamur pro pena: nam ⁊ hoc ipsum pars iu
dicij est. O misericordia dei: quē totiens ad iracūdiam
excitamus. Sufficit enim ei et solus pudor pro pena.
Hec ille. AVTHOR. Hic agit Chrysostomus ex toto
de confessione pudorē habente: qui nō est nisi cū occul-
ta produntur. ⁊ subdit. Ideo magis iubet deus confite
ri peccata nostra vt verecundiam patiamur pro pena.
Quis negat iam ex hoc loco cōfessionem priuatā cade
re sub precepto? Jubet (inquit) deus confiteri peccata.
⁊ qualiter? vt verecūdiā patiamur ꝓ pena. Quā ex cō
fessione baptizatorum sub Joanne producit ⁊ probat/
tam vt baptizentur adulti: ꝙ̄ vt digne cōmunicent ba-
ptizati: sicut exponit eundem locū Matthei opere per
fecto scōm Auianū Chrysosto. Tēpus siquidē ꝯfessio- Chrysosto.
nis incūbit ijs q̄dē qui baptisma ꝯsecuti sūt. Alijs qui
dē vt post patentia criminū vulnera penitētia interue
niēte curent̄/⁊ ad sacra mysteria redire mereant̄. Alijs
vero vt eam quam post lauacrum celeste ꝯceperūt ma
culam diluentes: ad dominicā mensam munda iam cō
scientia securaq̧ veniāt. Absistamus igitur ab hac flui
da dissolutaq̧ vita. Nequeunt eñi omnino/nequeūt ali
quando in vnū ⁊ confessionis lachryme ⁊ corporis cō-
uenire delicie. Hec ille. AVTHOR. Et hic dicit Chry-
sostomus ꝙ tempus incumbit confessionis/⁊ hoc gene
raliter si expositio ꝯueniat litere. Et ideo exponens eū
dem locum Matthei Rabanus. Exemplū eñi (inquit) Rabanus
iam tunc confitendi peccata ac meliorē vitam promit
tendi eis qui baptisma accipere desiderabāt dabatur.
Sic etiam post ascensionem domini predicāte Paulo
in Epheso multi credētium veniebant ꝯfitētes ⁊ annū-
ciantes actus suos: quatenus abdicata vita veteri re-
nouari mereātur in Christo. Hec ille. AVTHOR. Iste
doctor clare dicit ex ista ꝯfessione baptizatorum a Jo-
anne/baptizandis nostris sue confessionis datum exē-
plum: ⁊ ad tempus noui testamenti sub sancto Paulo
reduxit continue. Propter hoc ꝙ noster witcleff dixit
ꝙ si veritas articuli nostri staret de ꝯfessiōe vocali/tūc
omnes mortui a tempore ascēsionis Christi vsq̧ ad In
nocentium tertium forent damnati: supponens ꝙ non
essent vocaliter in specie sic confessi. Hic autē videtis
⁊ auditis oppositum de ꝯfessis sancto Paulo: ⁊ plura
talia videbuntur.

Confessionis ecclesiasticę necessitas regularis fundat̄ in ritibus & vaticiniis legis antiquę.

Caput. CXXXVII.

Nec item ibi verum dixit witcleff
ꝙ nō eēt talis cōfessio regularis witcleff.
obseruanda: s3 q̄busdā vt eis vti
le videretur. Quia ipā planities
textus regulariter factā3 cū vni-
uersalitate denunciat sub Joāne
Tunc exibat/ inquiēs/ad eū Hie
rosolyma et omnis Judea/et oīs
regio circa Jordanem: ⁊ baptiza
bant̄ ab eo in Jordane ꝯfitētes pctā sua. Hic sine cun-
ctatiōe oēs veniētes sicut baptizabant̄/ita ꝯfitebant̄.
Si istud non arguit regularitatē: exceptionem aliquā
restat vt probet. Immo tam regulariter confessi dicun
tur ꝙ̄ regulariter baptizati. Qđ in adultis hacten⁹ ser
uat ecclesia. Vñ Alexandrini ciues tēpore Theophili
episcopi videntes crucis characterem diuinitus appa
ruisse in templo Serapidis/ad confessionē volauerunt
ecclesie. Lib. ix. historie tripertite cap. xxix. sub authori
tate Socratis/ Cassiodor⁹. Cūq̧ ꝑ has literas q̄ apud Cassiodo.

eos facere dicitur/indicaretur terminū habiturum Se-
rapidis templum: quando character crucis apparuiſ-
ſet:qui vitam ſuperuēturam ſine dubio declararet:mul
to plurimi ad Chriſtianitatem feſtinabāt:⁊ peccata cō
fitentes baptizabātur.Hec ibi. AVTHOR. Quaſi ſi-
cut non ſine baptiſmo poſſent intrare regnū celoꝝ:ita
nec ſine confeſſionis officio. Ita vt mare eneū ante fo-
res templi ſitum accipiat: id eſt amara cōfeſſio ante re
gni celeſtis ingreſſum vel ad fores baptiſmi vel eucha
riſtie ſacramēti.Unde lib.primo regiſtri.epiſtola ad Jo
annem Cōſtantinopolitanum/Eulogiū/Gregoriū/que
Gregori⁹. incipit Cōſideranti mihi. Gregorius.Ante fores tēpli
ad abluendas ingredientiū manus mare eneum ⁊ lute
rem.xij.boues portāt:qui quidē facie exterius eminēt/
ſed ex poſterioribus latent. Quid nāq; duodecim bo-
bus niſi vniuerſus paſtoꝝ ordo ſignat:de quib⁹ Pau-
lo differente lex dicit.Non obturabis os boui triturā-
ti.Quoꝝ quidē nos aperta opera cernimus/ ſed apud
diſtrictum iudicem que illos poſterius maneant in oc
culta retributione neſcimus.Qui tñ cum deſcenſionis
ſue patiētiam abluēdis proximorum ꝯfeſſionibus pre-
parāt/velut ante fores templi luterem portāt.Ut quiſ-
quis intrare eternitatis ianuā nititur:tentatiōes ſuas
menti paſtoris indicet: ⁊ quaſi in boum lutere cogita-
tionis vel operis manus lauet. Hec ille. AVTHOR.
Notetur ſanctus Gregorius: qui diu preceſſit Inno-
centium tertium:qui dicens quomodo ante fores tem-
pli paſtores plebis luterem portāt/ſubdit vt quiſquis
intrare eternitatis ianuā nititur tentationes ſuas mē-
ti paſtoris indicet: ⁊ quaſi in boum lutere cogitatiōis
vel operis man⁹ lauet. Ergo de neceſſitate ſalutis eter
ne fideles tentationes ſuas cogitatiōis vel operis mē-
ti paſtoris indicare tenētur.Abſolute enim dicit quiſ-
quis/nō qui vult aut cui videtur vt meli⁹: ſed quiſquis
intrare eternitatis ianuā nititur: in quo regularis con
feſſio priuatarū culparū ſimpliciter explicatur. Quo-
modo iam dicet ad iſta wicleff⁹ qualiter probaturus
eſt ꝙ Joannes de deo ſatis clare declarat ꝙ penitētia
Joānes de deo. lis confeſſio latinoꝝ in ſcriptura ſacra non habet origi
nē? Nō inſiſto iam videre quō Joannes de deo ſic dixe-
rit:aut qua inde libertate ſic ſcripſerit ſi ſcripſit.Sʒ in
ſiſto mirari qualiter noſter wicleff tā authoritati iſti⁹
Joannis tam ſedulo ſe ſubmittit: quem alibi totiēs di
cit rudem grāmaticum/ignarum philoſophū:⁊ profun
dum hereticum.Si huiuſmodi Magiſter ſit Joannes
de deo/qualis eſt diſcipulus eius wicleff ſine deo? Si
hec predicta non ſufficiant wicleffiſtis probare ꝯfeſ-
ſionem eccleſie traxiſſe originem a ſcriptura/ accedat
Lactāti⁹. antiquus pater Lactantius ſi poſſit hoc wicleffiſtis
probare qō victorioſe potuit ſuadere gētib⁹.libro quar
to diuinarum inſtitutionū cap.xvij.dicens.De circun-
ciſione ſoluenda Eſaias ita prophetauit.Hec dicit do-
minus viris Juda qui habitant Hieruſalem.Reno-
uate inter vos nouitatē:et ne ſeminaueritis in ſpinis.
Circūcidite vos deo veſtro:⁊ circūcidite preputiū cor-
dium:ne exeat ira mea ſicut ignis: ⁊ non ſit qui extin-
guat.Item Moyſes ipſe. In nouiſſimis circūcidet do
minus coꝛ tuum ad dñm amādum.Item Jeſus Naue
ſucceſſor eius.Et dicit dominus ad Jeſuʒ.Fac tibi cul-
tellos petrinos nimis acutos:⁊ ſede ⁊ circūcide ſecun-
do filios Iſrael. Secundam circūciſionem futurā eſſe
dixit:non carnis ſicut fuit prima: qua etiam nunc Iu-
dei vtuntur:ſed cordis ac ſpiritus: quā tibi Chriſtus
qui verus Jeſus fuit:oſtendit. Non enim propheta ſic
ait: dixit dominus ad me:ſed dixit dominus ad Jeſuʒ
vt oſtenderet ꝙ non de ſe loqueretur:ſed de Chriſto:ad
quem tunc deus loquebatur.Chriſti enim figurā gere-
bat ille Jeſus:qui cum primo Auſes vocaretur:Moy- Jeſ⁹ Naue
ſes futura preſentiens iuſſit eum Jeſum vocari. Ut
quoniā dux militie delectus eſſet aduerſus Amalech
qui oppugnabat filios Iſrael:⁊ aduerſarium debelle-
ret per nominis figurā:⁊ populum in terram promiſſio
nis deduceret.Et idcirco etiam Moyſi ſucceſſit:vt oſtē
deret nouam legem per Chriſtum Jeſum datam: vete-
ri legi ſucceſſurā: que data per Moyſen fuit. Hec ille.
AVTHOR.Hoc totum premiſit Lactātius de circū-
ciſione carnis:vt oſtēderet qō iam ſtatim infert de cir
cūciſione cordis:quam dicit ſacramentū noſtre confeſ-
ſionis eccleſie:vt ſicut lex noua ſucceſſit ātique/Jeſus
Naue Moyſi defecturo: ita cōfeſſionis ſacramentū in
lege noua ſucceſſit ſacramento circūciſionis carnis in
lege Moyſi quadā originali ſequela.Unde ſubdit La- Lactāti⁹.
ctantius. Nō illa carnis circunciſio caret vtiq; ratio-
ne.Quia ſi deus id vellet:ſic a principio formaſſet ho-
minē vt preputium nō haberet.Sed huius ſecunde cir
cunciſionis figura erat ſignificās nudandū eſſe pectus
id eſt apto ⁊ ſimplici corde oportere nos viuere.Quo-
niam pars illa corporis que circūciditur habet quādā
ſimilitudinē cordis/ſcʒ glandula pudēdoꝝ.Et ob hāc
cauſam deus denudari eā iuſſit/ vt hoc argumēto nos
admoneret ne inuolutum pectus haberemus:id eſt ne
qō pudendū facinus intra conſciētie ſecreta velemus.
Hec eſt cordis circunciſio de qua prophete loquūtur:
quam deus a carne mortali ad animā tranſtulit:que ſo
la māſura eſt.Uolens enim vite ac ſaluti noſtre ꝑ eter-
na ſua pietate conſulere:penitentiam nobis in illa cir-
cunciſione ꝓpoſuit:vt ſi coꝛ mūdauerimus:id eſt ſi pec
cata noſtra confeſſi deo ſatiſfecerimus: veniam ꝯſequa
mur:que contumacibus ⁊ admiſſa ſua celātibus dene-
gatur ab eo qui non faciē ſicut homo:ſed intima ⁊ ar-
cana pectoris intuet.Hec ille. AVTHOR.Jam aper-
te docet Lactātius ꝯfeſſionem ſacramentalē tenere in
eccleſia locum circunciſionis antique:que ſicut fuit cir
ca pudenda publica corporis:ita confeſſio circa pudē-
da cordis.Que vtiq; homini pudenda nō ſunt niſi cuʒ
exterius prodeunt:ita vt in audiētia hominis circunci
datur pudēdum cordis occultum: ſicut coram hominū
viſibus agebatur circunciſio corporis.Alioquin nō di-
ceret ꝙ per penitentiam ⁊ confeſſionē veniam ꝯſequa
mur que ꝯtumacibus ⁊ admiſſa celātibus denegatur.
Celare enim dicimus quicquid corde firmiter detine-
mus.Unde pſalmiſta. In corde meo abſcondi eloquia
tua.Et Job.x.Licet hec celes in corde tuo:tamen ſcio
quia vniuerſoꝝ memineris.Et in ſuperiorib⁹ dixit.Ob
hanc cauſam deus pudendam partem corporis nuda-
ri precepit:ne qō pudendum facinus intra ꝯſcientie ſe
creta velemus.Simulq; notandum:ꝙ oportet intelli-
gere ꝯfeſſionem iſtam que circūciſioni ſuccedit carna-
li/pari efficientia ſacramenti:nō que pariter coexiſtit.
Ideo ſi cordis interna ꝯfeſſio ſoli deo vel generalis ſi-
mul in voce frequētabatur a patribus veteris teſtamē
ti/lōge alia erit:quia circūciſio cordis erit: ſuccedit q;
circūciſioni carnis:ſed in teſtamento nouello.Quanta
vero neceſſitate ad hanc ꝯfeſſionem noſtram cōſtringi-
mur item monſtrant prophetie:quas pro hac circunci
ſione cordis ſub interminatione diuine ire ꝑduxit. Or
cuius caro preputij circūciſa non fuerit: peribit anima
illa de populo ſuo.Et circūcidite preputium cordium/
ne exeat ira mea ſicut ignis:⁊ non ſit qui extinguat:ſe-
cundum Eſaiam.Et ſecundum hanc annotanda eſt ec-
cleſia Chriſti a cetibus hereticoꝝ: ſicut in eodem quar
to.capitu.vltimo dicit Lactantius.Quia ſinguli qui- Lactāti⁹.
q; cetus hereticoꝝ ſe potiſſimum Chriſtianos: ⁊ ſuam Eccleſia
eſſe eccleſiam catholicam putant: ſciendum eſt illam vera.

esse veram:in qua est confessio ⁊ penitentia: que pecca
ta ⁊ vulnera:quibus subiecta est ĩbecillitas carnis: sa-
lubriter curat. Hec ille. AVTHOR. Eia ergo qualis ē
ecclesia heretica nostri witcleff quā iactat se habere p̄
cipuam: si ibi nō inuenitur ꝯfessio ⁊ penitentia:quā tā
topere a se repellit:⁊ ad illam tertiā inter penitentias
attendendum nimis hortatur. Non est ecclesia:vbi nō
est ꝯfessio vera. Unde ⁊ mihi videt̄ ex hac acceptiōe ꝓ
prietatis ecclesie scd̄m Lactantium vniuersos illos he
reticos qui nos precesserunt/semꝑ ꝯfessione carere. Ac
cedat itē iā dictis sctūs Job: si forsan mēti eius quicq̄
pro fundatione huius tertie penitentie/ ⁊ confessionis
vocalis spiritussanctus infudit. Ipsius eñi verba sunt
secundū literam Augustini. Uerba sunt sancti dei mei
ꝙ tempus meum est/vt sustineat anima mea. Suꝑ quē
Augusti. locum in lib. annotationū super Job/Augustinus. Nr
non alia dixit ꝙ̄ audiuit a deo: idem de homine genera
liter ꝓphetat:quia auxilio indiget in ꝯfessione. Nō tē
pus meuz vt sustineat anima mea/quia imminēte mor-
te terrentur homines/vt cōuertantur ⁊ cōfiteantur deo
putredinem peccatoꝝ:cuius ꝯsideratione se cogi dicit
ad ꝯfessionem. Hec ille. AVTHOR. Obseruat Augu-
stinum hereticus: scio ꝙ obseruat eum in hoc verbo:⁊
confiteantur deo putredinem peccatorum:quasi nō sit
vsitatum in ecclesia dicere eos ꝯfessos deo qui rite cō-
fessi fuerint sacerdoti. Idcirco subsequēter dicit:se nol
le celare peccata:quia nō esset filius vite. Textu Job.
Augusti. Cōuulse sunt ꝯpagines cordis mei. Augusti. Conuulse
sunt cōpagines cordis mei/vt non celem peccata mea.
Job. Job. Si sustinuero inferi erunt domus mea. Augusti-
Augusti. nus. Si pertulero peccata mea vt nō ꝯfitear. Job. In
Job. teritum appellaui patrē meum. Augustinus. Non ero
Augusti. filius vite. Hec ille. AVTHOR. Quis ergo dicat:non
hec dicta de confessione facta vocaliter: non tantū deo
mentaliter:quando dicit conuulsum esse cor suū vt non
celet peccata? Alioquin ea corde celare:⁊ nō proloqui:
esset ꝯfessionem irridere:nō facere. Sicut post exponit
Job. dictū illud Job. Ecce rideo opprobria ⁊ nō loquar. Au-
Augu. gustinus. Utilitatē dicit ꝯfessionis:quia si vellet ridere
peccatum suū ⁊ non illud proloqui/clamaret ⁊ nō exau
diretur. Hec ille. AVTHOR. Ecce non oportet ridere
pctm̄ suum:sed proloqui:nec in corde celare pctā:vt nō
confiteatur: quia aliter faciēdo inferi domus eiꝰ esset/
nec esset filiꝰ vite/sed interitꝰ. Et hoc generaliter Job
prophetat de homine:cuius consideratione:scꝫ mortis
cogi se dicit ad ꝯfessionem. Quomodo ergo his colla-
tis non fundatur in sancto Job per instinctum spiritus
sancti exponente Augustino/vera necessitas coactiōis
generaliter omni homini facultatem habenti ad con-
fitendum vocaliter, ⁊ proloqui pctā sua sub pena mor-
tis secunde:sicut iam testari solet ecclesia? Quid iā di-
cet witcleff cum sua sobole viperina? Nunquid adhuc
dicturus est: sicut prius horride est mentitus confessio
nem tertiam penitentiam infundabilem in scriptura?
Aut somniauit Augustinus: quando eam secundū ne-
cessitatem suam fundauit in Job. Aut Lactantius qui
eam fundauit in circuncisione secunda per Esaiam/⁊ si
ne ipsa dixit nō esse ecclesiam:sed cetum hereticorū sa-
tellitū? Aut sanctus Papa Gregorius somniauit:quā
do fundauit eā in littore maris enei: sine quo nō intra-
tur ecclesiam? Aut sanctus Cyprianꝰ:qui eam in Da-
niele fundauit ⁊ eius sodalibus? Aut nunquid errauit
Ambrosius:qui eam in confessione reperit sacerdotis:
cuꝫ super hircum emissarium manus suas exponeret?
Aut sanctus pater Chrysostomus: qui eam sic extulit
laudibus in confitendo peccata eorū quos baptizauit
Joānes? Aut si deliquit Rabanus quādo in facto illo

rum exemplum nostre ꝯfessionis asseruit:⁊ vsq; ad tem
pus sancti Pauli in actibus apostolorū adduxit. Ita
vt pateat ante ecclesiam confessionem vocalem etiam
occultorum consuetudinariam esse Judeis:⁊ eam san-
ctum Paulum docuisse gentiles. Quid autem mihi
contigit ab vno (vt videbatur) dicto Judeo: aure per- Author in
cipere/ refero. Quia cum iter agerem in Uienna pre- Uiēnam
clara ciuitate Austrie/ cum iam venissem illuc iturus missus.
ad regē Polonie ex nūcio regis Anglie illustris Hen-
rici quinti:⁊ obuiam haberem gregem Judeorum in vi
co:processi de medio sociorum qui me tū bono numero
comitabātur:petens ⁊ instans informari: si adhuc ha-
berent de more ꝯfiteri vocaliter sacerdoti. Ipse vero de
liberatus respondit ꝙ sic/maxime in tribus casibus. s.
priuato adulterio: homicidio eque occulto: ⁊ occulta
blasphemia magni dei nominis siue legis. Interroga-
ui vtrum sacerdos iniungeret penitentiam sic cōfesso?
dixit ꝙ sic:⁊ pro vnoquoq; scelerum penam suā. Et vn
de seruaretur ritus iste a tanto tēpore per captiuos si
non fuisset eis magni pōderis de longa ꝯsuetudine sue
legis? maxime cum multa sacrificia iam dimittāt pro
ipsa captiuitatis pressura impleri iussa per legem.

Confessio vocalis ecclesie qualiter in noua lege fundatur. Cap. CXXXVIII.

LOquens adhuc ampliꝰ witcleff
contra confessiōem catholicam
dicit verbum contra spūmsanctū
libello de confessione cap. primo.
Si rationabile fuerit (inquiēs) witcleff
videtur spiritūsanctū negligēter
sacramentū tam necessariū omi-
sisse. Nam Actu. ij. et infra: legit̄
Apostolū Paulū ⁊ ceteros apo
stolos multa milia populi ꝯuertisse:⁊ nō recolo aliquē
cōuersum istud nouum sacramentū a sacerdote aliquo
accepisse. Nec Christus/nec baptista/ nec aliquis apo
stolus ista sacramentali penitentia (quantū nos cogno
scimus) vsus fuit. Ideo dicit doctor decretorum Joan-
nes de deo/ꝙ istud sacramentum a quadam cōstitutio-
ne Pape capit originē. Hec witcleff. AVTHOR. Cō
grue mittimur ad patres noui testamenti ⁊ Christum
authorem eius ⁊ Joānem baptistam preconem eius si
quo mō ex eo loco sctē ꝯfessiōis origo poterit enarrari.
Nouerint omnes periti catholici aliud esse rem in sua
substantia:aliud in circūstantia eius:sicut aliud est ho-
minem esse:aliud ambulare. Hoc qđ moneo vos/ stoli-
dus witcleff nō aduertit: sed dum vult excecare igna-
ros/rem quam oblatrat inuoluit:⁊ nunc de re secūdum
se:nunc de proprietate eius hac vel illa querelam agi-
tat:brigam mouet:⁊ clamans ⁊ vlulans causatur non
esse rem illam si mutauerit apparatum:quasi non esset
idem Christus coram lictoribus benedicto corpore suo
nudus ⁊ chlamyde coccinea prius vestitꝰ. Iste modus
eius est pene generalis vbiq;: ideo dicit originem cleri
ecclesie moderne a Papa deinceps non fundatam a
Christo vel Petro: quia post Syluestruꝫ dotem admi
sit:nec ordinem fratrum aut perfectorum quēcūq; esse
ordinem Christianum:quia addit cerimonias:ad quas
Christus neminē obligauit. Sic de ꝯfessione latinorum
moderna:laicaliter satis obiicit:ne sit Christi lege fun
data si mutetur in ritu aliquo minimo:vel iam sub alia
circunstantia varietur:quasi non sit idem homo si alio
veniat tectus capitio. Ad hoc enim trahit eum logica
sua de aggregatis artificialibꝰ eius per accidens:quā
in hac re penitentiali nō recipiunt orthodoxi: eo ꝙ ea
seruata nihil noue possent ī antiqua lege ꝓbare. Quos

modo nec potest probare eucharistie sacramentum ecclesie esse a Christo fundatũ:quia illud suum dicit paucis verbis euangelicis ꝯsecratũ:nostrum precibus pluribus ⁊ ornatu vestium sacrarum cũ accensione luminũ ⁊ signorum. Mimi ⁊ ioculatores sic oculos incautorũ agili saltu agibilium digitorum illudunt. Astuti autez ⁊ prefundati theologi nobiscum in euangelio Christi/ si bene rem confessionis secundũ puram eius substantiam demõstremus:agnoscunt/⁊ probãt. Sufficiet enĩ si sanctos imitemur apostolos probãtes aduẽtũ Christi:resurrectionẽqꝫ ⁊ ascẽsionem eius in celum : ⁊ aduẽtum sancti spiritus in Johele ⁊ prophetarum oraculis aut in gestis ⁊ verbis dñi saluatoris:iuncto semp testimonio sanctorũ patrũ in antiqua fide eccl'ie Christi Je-

Witcleff. su.Quid dicit witcleff de penitentia ista tertia?quam fundationem exquirit.capi.xxiij.quarti trialogi? Mihi videtur(inquit)ꝙ foret ecclesie vtilius: vt de prima penitentia que est solum in animo ⁊ insensibilis:qua cõtritus domino confitetur: ⁊ secunda que est aggregata ex illa ⁊ expressione vocali singulariter facta deo ecclesia contentetur.Et infra. Sed leges de confessionibus in scriptura expresse iam mille annos ⁊ amplius suffecerunt:quomodo ergo est lex de penitentia tertia tam improbabilis introducta? Hec witcleff. AVTHOR. Attendamus euãgeliũ:⁊ ibi quid Christus instituit circa confessionem vocalẽ presbytero exprimendam:vtrũ sit impossibilis ⁊ mille annis inutilis videamus.Matthei.xvi.cum author vite Jesus venisset ad partes Cesaree/⁊ Petri sententiam de filio hominis accepisset/ tandem traditis ipsi clauibus pro tota ecclesia subdidit.Quodcũqꝫ ligaueris super terram/ erit ligatum et in celis/⁊ quodcũqꝫ solueris super terram/ erit solutuz ⁊ in celis.Hec est potestas vniuersalis ecclesie condonata pro suis sacerdotibus ligare ⁊ soluere.Quis witcleffista perfrustrabitur eã? Saluator nempe subiecit. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Sed si quilibet apud seipsum ꝯfiteretur deo/ frustraretur Petro collata potestas.Unde in sermone.lv.tertie partis sermonum ad coniugatos/qui incipit. Audite charissimi/⁊ accipit decretũ de penitentia distinctione prima.

Augusti. Augustinus.Si preter vxores vestras cum aliqua concubuistis: agite penitẽtiã:qualis agitur in ecclesia: vt oret pro vobis ecclesia.Nemo si dicat:occulte ago: nouit deus qui mihi ignoscit:quia in corde meo ago. Ergo sine causa dictum est. Que solueritis in terra/soluta sunt in celo.Ergo sine causa sunt claues date ecclesie dei:frustramur euangelium : frustramur verba Christi.Promittimus nobis qđ ille negat. Nonne nos decipimus? Job dicit.Si erubui in conspectu populi cõfiteri peccata mea . Talis iustus thesauri diuini aurum obrysum:talis camino probatus ista dicit.Et resistit mihi filius pestilẽtie:⁊ erubescit genu figere sub benedictione dei.Superba ceruix/mẽs tortuosa. Fortassis(immo qđ non dubitatur)propterea deus voluit vt Theodosius maior imperator ageret penitentiam publicam in conspectu populi : maxime quia peccatum eius celari non potuit: ⁊ erubescit senator quod nõ erubuit imperator? Que est ista superbia? Nonne sola sufficit gehenne : etiam si adulterium nullum esset ? Hec Augustinus. AVTHOR. Si mihi non credas exponenti scripturas/ velis nolis audies Augustinum. Tu dixisti hanc confessionem nostram improbabilem:⁊ ecclesiam debere contentari de contritione cordis: ⁊ confessione facta soli deo. Augustinus arguit.Ergo frustramur euangelium:ergo frustramur verba Christi . Ergo sine causa dixit Christus. Quecunqꝫ solueritis in terra soluta erunt in celo.Tu ergo frustraris euangelium Christi ⁊ verba Christi: in quibus probatur dicta penitentia tertia.Ecce ibi fundatur nostra ꝯfessio vbi Christus dixit:quecũqꝫ solueritis super terrã erunt soluta ⁊ in celo. Quomodo? quia frustra est potentia que nunꝙ executioni mãdatur.Si autem tibi ⁊ mihi ⁊ vnicuiqꝫ sufficeret confiteri soli deo/nunꝙ solueret super terram ⁊ frustrareť verbi potestas. Qꝛ si nec vnꝙ est frustrandum euangelium:nunꝙ soluendus est in celo:ligatus in terra: nisi per potestatẽ illam Christi:que solueritis super terram erunt soluta ⁊ in celo.Ista deductio est Augustini de sententia saluatoris.Nemo/inquit/sibi dicat:occulte ago/vel in corde ago.Sed specificans penitentiam ecclesie consuetam. Agite(inquit)penitẽtiam:qualis nunc agitur in ecclesia. Ergo falso asserui sti ꝙ penitentia prima ⁊ secunda sine tertia:que est vocalis sacerdoti:confessio mille annis fidelibus Christi suffecit.In tẽpore ecce Augustini non sufficit:⁊ sanctũ Job vocat in testẽ/ ⁊ Theodosiũ publice penitentẽ coram sacerdote Ambrosio:propter crimẽ notorium.⁊ increpat ceruicẽ tuam superbã ⁊ mentẽ tortuosam.Que est inqđ ista superbia ipsa sufficiẽter per se sufficit damnare gehẽne.Sed dicit witcleff/est ĩquit ex suppositione necessaria aliquibus quos deus preordinat taliter confiteri. Hec witcleff. AVTHOR . Ergo si deus ex tibi dubio preordinauit om̃es fideles aptos taliter cõfiteri:tu ꝯtra ordinationem Christi scripsisti quã indicas nõ obseruandam a singulis. Ideo Augustinus supra/nullum ab hac ordinatione Christi excipiens.Nemo(inquit)dicat/occulte ago:si nemo hoc sinitur dicere : vbi sunt omnes illi paucis exceptis : priuilegiati per witcleff:qui dicant ego occulte ago/ ⁊ ego ⁊ ego? Sed reperiat mihi witcleff: vbi Christ⁹ vnꝙ dixit/aut quisꝙ eius apostolus: Aliquis est soluẽdus in celo qui noluerit a vobis solui sup terrã.Ubi vnꝙ dixit: Quorum vos retinueritis peccata retẽta nõ erũt? Aut quorum remissa nõ sunt peccata/sine vobis remittenť in celo.Ubi dixit scriptura talia pro parte witcleff heretica/ipse se fundet.Nos habem⁹ ꝓ fide catholica. Quecunqꝫ solueritis super terrã erunt soluta ⁊ in celo.Qđ verbum Christi ne sit frustrabile: nemo permittitur dicere.Ego occulte aut in corde meo peniteo:⁊ deus qui nouit ipe ignoscit.Promittimus/inquit/nobis qđ ille negat:Nõne nos decipimus? O ergo quot decepit witcleff:ꝓmittẽdo eis qđ negauit Christ⁹? Quid negauit Christus? Solui pctã sine claui⁹ : sine ꝯfessiõe ꝑstita sacerdoti. Ergo negatio illa Christi ĩ illa affirmatiua/ Quecũqꝫ solueritis sup terrã.includiť. Beat⁹ itẽ Ambrosius fundat hanc penitẽtiã in illo verbo Christi ad discipulos post resurrectionem. Accipite spũmsanctũ: quoꝝ remiseritis peccata remittũtur eis.libro de penitentia ꝯtra Nouatianos ad principium. dicens. Aiũt Ambros⁹ se domino deferre reuerẽtiam: cui soli remittẽdorũ criminum potestatem reseruent. Immo nulli maiorẽ irreuerẽtiam faciunt ꝙ qui eius volunt mandata rescindere ⁊ cõmissum munus refundere.Nam cum ipse in euãgelio suo dixerit domin⁹ Jesus: Accipite spũmsanctũ quoruz remiseritis peccata remittuntur eis:⁊ quorum retinureitis peccata retẽta erunt:Quis est qui magis honorat?vtrum qui mandatis obtemperat:an qui resistit?Ecclesia in vtroqꝫ seruat obediẽtiam:vt pctm̃ ⁊ alliget ⁊ relaxet.Hec ille. AVTHOR.Ecce ĩ his verbis Christi:quorum remiseritis pctã remittẽtur eis: potestatẽ absoluẽdi pctõres accipimus sacerdotes.Et magnam authori ⁊ datori istius potestatis reuerẽtiam facimus/quotiẽs exequẽdo concessam:absoluimus delinquẽtes.Sed quomodo in latibulũ pctõrum intramus nisi per clauem sciẽtie prestemus auditum: ⁊ peccator

circũstantia labiorum accõmodet aditum? Aut nonne humane leges necessitate quadam decernunt: vt cuicũq; potestas aliqua iurisdictione cõmittitur / omnia videãtur illi cõmitti sine quibus expleri non potest? Cõmittit dominus sacerdotibus suis potestatem vicariã quorũcũq; remittẽdi peccata:si tamẽ se humiliẽt:si(vt necesse est)exponant crimẽ / si se reformare ꝑmittant. Ista ergo necesse habet adimplere peccator si noluerit potestatem irritare Christi: sine quibus cõmissa potestas impleri non potest.

Obiectio Witcleff ex Armacano: & refellitur sententia Armacani. Cap.CXXXIX.

Armacanus.

His forte predictis obstabit witcleff in verbo Armacani. lib.xi. de questiõibꝰ Armenorꝫ:dicẽtis ⁊ definiẽtis ꝙ nec hic post resurrectionẽ Christi aut ante.Mathei.xviij.acceperũt apostoli potestatem istam sacramẽtaliter dimittẽdi peccata:sed in prima institutione ad apostolatum:q: aliter(dicit)recepissent sex sacramẽta ordinis . Quasi itẽ multos recepissent spũssanctos: q: pluries dicitur de eis ꝙ spũmsanctũ susceperunt.Et tamẽ ab exordio sui discipulatus acceperunt spũmsanctum : ⁊ iam post resurrectionem:⁊ post quinquaginta dies in solennitate Pentecostes. Et nunquid vnũ ⁊ eundem spũm? sed in pluribus donis suis.Unde in epistola ad Edibiam que

Hierony.

stione.ix.Hieronymꝰ.Ego audacter ⁊ tota libertate ꝓnuncio:⁊ ex eo tempore quo apostoli domino crediderunt semper eos habuisse spũmsanctum: nec potuisse signa facere absq; spũssancti gratia:sed pro modulo atq; mensura.Hec ille.AVTHOR. Hoc nota ꝙ dicit eos a primo sue fidei tempore habuisse spũmsanctum : sed ꝓ modulo atq; mensura:iam ad minus/iam ad maius:iã ad hunc effectũ/iam crassius ad maiores: sicut in prin-

Hierony.

cipio questionis scribit ibi Hieronymus. Huiꝰ questionis perfacilis solutio est : si docente Paulo apostolo spiritussancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios epistola. Diuisiones donorum sunt/idem autẽ dominus . Et diuisiones operationũ sunt:idẽ vero deꝰ/ qui operatur oĩa in oĩbꝰ.Unicuiq; aũt datur manifestatio spũs ad vtilitatẽ:alij quidẽ sermo sapiẽtie/alij sermo sciẽtie/secundũ eundẽ spiritum:alij gratia sanitatum in vno spiritu ⁊c.Hec autẽ omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis ꝓut vult.Hec ille.AVTHOR. Sicut ergo vnũ ⁊ eundẽ spiritum ⁊ non septem spiritussanctos receperunt apostoli temporibus varijs in distinctis donis:ita idem sacramẽtum ordinis indiuisum receperunt apostoli a primeua institutione ⁊ deinceps potestate sextiplici variatum. Pellatur ergo argumentũ cecũ de via vt gressum liberũ possit tenere scriptura: in qua dicunt sancti concorditer ꝙ fuisset apostolis remittẽdi pecca-

Hierony.

ta a primo cõmissa potestas in predictis verbis.Unde iam supra consequenter Hieronymus. In fine euangelij secũdũ Joannẽ/ eo die quo resurrexerat:id est die dominico/clausis ianuis apud apostolos introisse narratur:⁊ dixisse eis secundo: pax vobis:⁊ intulisse . Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos.Hoc cum dixisset:insufflauit ⁊ dixit eis.Accipite spũmsanctum.Quorum remiseritis peccata/remittuntur eis/ ⁊ quorũ retinueritis retẽta erunt . Primo ergo die resurrectionis acceperunt sancti spũs gratiam qua peccata dimitterent: ⁊ baptizarent:⁊ filios dei facerent:⁊ spiritum adoptionis credentibus largirẽtur:ipso domino dicente, Quorum remiseritis peccata:⁊ reliqua.Die autem pẽtecostes ampliꝰ repromissum est:vt baptizarẽtur spũsancto ⁊ inducrẽtur virtute qua Christi euangelium cunctis gentibus predicarẽt.Et infra bene post.Non ergo Joannes Lucasq; discordãt:vt qđ ille prima resurrectionis die datum esse significat:hic die quinquagesima venisse describat:sꝫ ꝓcectꝰ apostolicus est:vt q̃ primo remittendorum peccatorꝫ gratiam acceperant:postea acceperint operationes virtutum: ⁊ cuncta donationum genera:que ab apostolo descripta cõmemorauimus.Hec ille.AVTHOR.Ecce ꝙ primo ipso die resurrectionis acceperunt sancti spiritus gratiam: qua cuncta peccata dimitterent.Alioquin iuxta argumẽtum tuum:si in prima institutione sua susceperunt hanc apostolicã potestatem:⁊ si hoc sacramentum ordinis indiuisum:hoc die nihil acceperũt cum diceret Christus.Accipite ⁊c. Quorum remiseritis.Respondet Armacanus ꝙ nullam apostolicã potestatẽ nunc acceperunt de nouo:sed maiorem gratiam ⁊ precipue ad plenariã remissionem peccatorꝫ suorum: vt ⁊ aptius ⁊ benignius acceptioni illi se sancti spiritus conformarent.Sic pari modo dixerunt quidã:ꝙ nec spũmsanctum tunc acceperãt apostoli/sed apti facti sunt ad recipiẽdum in posterũ.Sed hos reliquit inanes ibi in expositione sua Chrysostomus.Quẽadmodum/inquiẽs/quis rex:principes mit- Chrysosto.
tens:eis potestatẽ in carcerẽ immittere:⁊ dimittere dat: ita ⁊ hos euntes hac circum operit virtute. Qualiter ergo ait in cena Christus:Si ego nõ abiero ille non veniet: et vtiq; spiritum dat? Quidam quidẽ aiunt quoniam nõ spũm dedit:sed aptos eos ad susceptionẽ per insufflationẽ cõstituit.Si enim angelum videns Daniel excessum mentis passus est:quid ineffabilem gratiã illam suscipientes:non vtiq; passi essent: nisi discipulos aptos prius constituisset? Propterea nõ dixit.ait:Accipite spiritũsanctũ:sed accipitote. Nequaq̃ aũt quis peccabit/ ⁊ tunc suscepisse eos dicens potestatem quandam spiritualem ⁊ gratiam nõ vt suscitent mortuos ⁊ virtutes faciant:sed vt dimittant peccata.Diuersa enim sunt charismata spũs:ideo induxit:Quorꝫ dimittitis/ dimittuntur.ostendẽs quã speciem dationis daret. Illic vero post quadraginta dies:eã que signorum est/ acceperunt dationem.Ideo ait. Accipietis virtutem spiritussancti superuenientis in vos:⁊ eritis mihi testes.Testes autem per signa fiebant.Hec ibi.AVTHOR.Ecce ⁊ iste pater tenet eos hoc resurrectionis die accepisse spiritualem potestatem dimittendi peccata:nõ autẽ vt facerent signa.Periculose ergo temeritatis est propter vnũ phantasticũ argumẽtũ sic exprobare scripturam.Permittitur vterq; istorũ suo iudicio/ ⁊ totam simul scripturam illam exterminant. Iste apud Chrysostomũ ꝙ nõ acceperunt spũmsanctum: iste Armacanꝰ ꝙ non acceperũt potestatem dimittẽdi peccatũ.Christo praue dicente.Accipite spũmsanctum:quorꝫ dimiseritis peccata dimittẽtur eisdem:⁊ eisdẽ ecõtrario glossantibus:nec accipite spũmsanctum/nec potestatem illam vt quorũ dimiseritis peccata dimittãtur eis.Sed ibi iterum arguit Armacanus . Ergo Thomas caruit Armacanus.
potestate illa q̃ tũc nõ erat cũ eis.AVTHOR. Quid si iterum arguamus: ergo nec Papa vel quisq̃ sacerdos noster nunc in ecclesia potestatem habet dimittẽdi peccata:quia nec quis illorum erat tunc intus cum eis quando venit Jesus? Sed si Petrus tũc caput ecclesie accepit pro ecclesia vt testantur omnes: cur non pro Thoma coapostolo? Perfectioribus enim discipulis Christꝰ insufflauit vt per eos ad reliquos illa gratia perueniret. Unde in [illegible] expositiõis Luce Ambrosius.Spiritũ autem sanctũ vel illis.xi.quasi perfectio- Ambrosiꝰ.

ribus insufflauit:⁊ reliquis postea tribuendum esse p̲missit:vel eisdē ibi insufflauit:hic spopōdit. Nec videtur esse cōtrarium:cum diuisiones sint gratiarum. Alij em̄ datur sermo sapiētie:alij sermo scientie secundū eundem spiritum : alteri fides in eodem spiritu:alij gratia curationum:alij gr̄a linguarū. Ergo aliā insufflauit ibi operationem:hic aliam pollicetur. Ibi em̄ remittēdorum gratia tributa est peccatorum:qđ esse videtur angustius. Et ideo insufflatur a Christo vt credas spiritui Christi:⁊ credas de deo spiritui. Deus em̄ solus peccata dimittit. Hec ille. AVTHOR. Q̄ concorditer spiritus loquitur in his patribus? Et iste item dicit cum precedentibus varia dona esse spūssancti/⁊ aliud in potestate sacerdotali iā accepisse apostolos : scilicet gratiam remittendorum criminū:aliud vero post: sc3 gratiam signorum. Aliam(inquit)insufflauit ibi operationem:nō dicit maiorem gratiam in eadem operatione:⁊ hic aliam pollicetur. Ibi remittendorum gratia tributa est peccatorum:qđ esse videtur angustius : sc3 q̄ generalis datio spūssancti: sicut etiam potestas dimittendi peccata hic est arctior:quia tantum ad gratiam sacramētalem Matthei.xviij. Quodcūq3 ligaueris sup terram:multo cōfusior. Sed hec secunda prior quo ad institutionem/prima distinctior ad executionem. Utraq3 ista potestas est remittendi peccata. Que quidem remissio ab initio promissa ⁊ nūciata est: sed in fine donata:sicut sermo.xi.de verbis domini habet Augustin⁹. Primū ergo in nos ad accipiēdam vitam eternā que in nouissimo dabitur de bonitate dei munus venit ab initio fidei remissio peccatoꝝ. Illis em̄ manētibus manēt quodāmodo inimicitie aduersus deū:⁊ ab illo alienatio:que nostro malo est:qm̄ non mentitur scriptura dicens. Peccata vestra separant inter deum vestrum ⁊ vos. Sequit. Jam vero q̄ dn̄s Christus sic in spiritū sanctum peccata dimittit/ quēadmodū in spūm peccata eijcit: hinc ītelligi potest:q̄ postq̄ resurrexit a mortuis:cum discipulis suis dixisset. Accipite spiritūsanctum.continuo subiecit. Si cui dimiseritis peccata dimittētur eis:si cui retinueritis/retēta erunt. Hec Augustin⁹. AVTHOR. Ecce munus istud remissiōis peccatoꝝ venit ab initio:sed peruenit ad apostolos: secundum actum in fine dierū. Et secundo libro de sacramētis parte.xiiij. Hugo hanc patrum definitionem de datione potestatis obseruat:simulq3 ⁊ mouet: quare non Christus pari expressione obligauit alios ad confitendum:dicens. Demum vt dispensationis gratia largius multiplicaret:deus homo homines qui puri homines erant participes fecit potestatis sue: vt officium eius implerent/penitentiū confessionem suscipiendo:⁊ potestatem eius exercerēt penitentibus ⁊ confitentib⁹ peccata dimittendo. Accipite(inquit)spiritūsanctum:quorū remiseritis peccata remittētur eis: ⁊ quoꝝ retinueritis retenta erunt. Ergo Christus hoc ipso discipulis suis vicem eius agentibus in terra potestatē dedit dimittendi peccata. Sed dicis fortassis. Quare nō similiter preceptū Christus dedit hominibus peccata sua confitendi:sicut discipulis potestatem dedit confitētiū peccata dimittendi? Audi quare. Uoluit Christus vt a teipso surgeret:vt non quasi extorta vel coacta videretur cōfessio tua. Idcirco qđ ad se pertinuit officiū suū discipulis suis peragendum iniūxit : vt medicorū more egros veniētes exciperent ⁊ sanarent. Medicis ergo dixit vt curarent:sed infirmis non dixit vt ad medicos curādi venirēt. Hoc quasi certū esse voluit q̄ egri libēter salutē quererēt:seq3 curandos offerrēt si medicos inuenirent. Propterea solos medicos monuit. Infirmum enim ipse morbus suus sufficiēter admonet:ne q3 opus precepto habet si dolet. Hec ille. AVTHOR. Bene competit Hugo patribus suis/probādo potestatem dimittendi peccata sacramētali cōfessione detecta donatam pure hominibus in verbis illis. Quorum remiseritis peccata ⁊c. Beneq3 dubitationem absoluit: quare Christus cōfitētibus nō preceperit:sed nec absoluentibus ibi precepit. tantum enim potestatem commisit. Intelligit Hugo q̄ non manifeste p̄cepit:immo sue cure reliquit si salui esse velint. Et hoc est insinuare preceptum obseruantie veteris in authoritate nouella: sicut vetus preceptum nō occidendi/ in noua non irascēdi. Nec tantū hoc hic:sed aliquid gratius sub obtentu noui remedij ⁊ vitandi mortem ex morbo: venire scilicet ad medicum quem signauit. Hoc em̄ primo fecit in lege noua. Cōfessionem vero sceleris in veteri testamēto constituit:sed medicinam sanantem vulnus nō tunc adhibuit. Distulit enim eam quousq3 veniret medicus animarum : in cuius ore non est inuentus dolus: cuius item liuore sanati sumus: ⁊ ipse substituit sue vicarios potestatis.

Margin: Legenduz videtur augustius: licet angustius placeat authori

Margin: Augusti.

Margin: Hugo.

Q3 Christus nō minus p̄cepit cōfitēdū q̄uis apostolis non expressit:sed magis consuetudinē roborauit antiquam. Cap.CXL.

Plane nec oportuit iā iteruz Christū mandare qđ ab vsu cōmuni nō excidit: s3 supplere qđ defuit. Secūdum quēmodum tres maiores apostoli: Jacobus: Petr⁹:⁊ Joannes: dederunt dextras societatis Paulo ⁊ Barnabe in gentes ire:tm̄ vt pauperū memores essent. ad Galath.ij. Et nunquid constituere per ciuitates presbyteros: sicut fecerunt Mileti ⁊ Ephesi: fuit cōtrauenire dextris societatis inite? Nūquid euāgelizare Derbe ⁊ Iconio ⁊ claudū sanare Listris: quia tantū pauperū memores esse iubentur? Sed quia ista ⁊ talia plura facere vel ex mandato Christi: vel ex lege poterāt scire statutū esse/ solum illud iam cōmēdatur eis qđ erat in eorū p̲fectione notandum. Unde in expositione eiusdem epistole Ambrosius. Hoc solum tamē inter se cōuenisse scribit: supple vt qđ nō ex precepto vel dono domini fuerāt instructi:quia facile erat hoc ex lege agnoscere:hos quibus predicebant pauperum memores esse iuberent:vt ⁊ misericordiam per quā a deo redempti sunt colerēt. Hec ille. AVTHOR. Conformi ratione scripture solā authoritatem remittendi confessis sua delicta Christ⁹ indulget apostolis:ad quā nec ex p̄cepto vel dono domini fuerūt specialiter instructi: relicta expressione ei⁹ qđ facile eis erat ex lege agnoscere/ nec erat apud eos aliqualiter intermissum:qđ erat scilicet vocalis secreta/vel publica confessio peccatorum: sicut patet in baptismo Joannis:de eis qui cōfitebātur peccata sua ad vocem Joānis dicentis penitentiam agite:⁊ sic ad vocem Petri penitentiam agite ⁊ bapti. Actu.ij. Et Judas proditor ex consuetudine approbata/tam legis/q̄ Christi:cum esset penitentia ductus/peccatum statim spontanea voce cōfitetur dicens. Peccaui tradēs sanguinem iustum. que confessio si fuisset facta Christi discipulis meruisset veniam: vt dicit Augustin⁹ in libro de vera ⁊ falsa penitētia. Et ex hac cōsuetudine penitēdi descendit illud qđ Jacobus scripsit ad memoriā sacramenti. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie:⁊ orēt super eum. Sequitur. Et si in peccatis sit dimittētur ei. Jacobi vltimo. In expositiōe eius

Margin: Ambrosi⁹

Beda. dem canonice Beda. Multi propter peccata ĩ anima
facta/ infirmitate aut etiam morte plectũtur corporis.
Unde apostolus Corinthijs:quia corpus domini indi-
gne percipere erant soliti:ait. Ideo inter vos multi in
firmi ⁊ imbecilles:⁊ dormiunt multi. Si ergo in pecca
tis infirmi sint:⁊ hec presbyteris ecclesie fuerint cõfes-
si/ac perfecto corde ea relinquere atq; emendare sate-
gerint:dimittentur eis. Neq; eñi sine confessione emen
dationis peccata queũt dimitti. Hec ille. AVTHOR.
Notentur verba Bede: si infirmi cõfessi fuerint presby
teris ecclesie/⁊ ea corde reliquerint:dimittẽtur eis pec
cata:neq; sine huiusmodi confessione queunt dimitti.
Aut Beda extorquet hanc expositionem a nudis ver
bis apostoli? At erat de mente sancti Jacobi necessita
tem vocalis confessionis indicere faciendam presbyte
ro cunctis fidelibus. Non quidem per authoritatẽ suã
sic instituẽtis: sicut nec Petrus baptismũ instituit cũ
diceret. Baptizetur vnusquisq; vestrum. Nec ipse Ja-
cobus preceptum de non iurando:per seipsum instituit
cum diceret. Ante omnia fratres mei nolite iurare. sed
qđ dominus obseruandũ insinuauerat:qui non venit le
gem soluere:sed implere:ipse ex parte domini obserua
re iubebat ⁊ scribebat. Et ꝯstrue necessitatis verba in
textu Jacobi: vnde eã eripit Beda. Cõfitemini alter-
utrum. ⁊ subdit: vt saluemini. nõ tamẽ orate vt saluemi
ni:sʒ magis cõfitemini vt saluemini. Sic accipit expo-
Hugo. nentem Hugo. Propterea ergo confitemini alterutrũ
peccata vestra. ad quid? vt saluemini. Cõfitemini vt sal
uemini. Quid est confitemini vt saluemini? Hoc est nõ
saluemini nisi confiteamini. Hoc fortassis tu audire no
luisti qui latebras queris ⁊ abscondis scelera tua vt nõ
iustificeris. Non tibi placet quod dicitur: ꝙ ij qui con-
fiteri nolunt peccata sua / saluari non possunt. Pro-
pterea fortasse conaris ad aliud dictum apostoli intor
quere: vt intelligatur confitentibus quidem promisis-
se saluationem:tamẽ non ꝯfitentibus nõ negasse iustifi
Augusti. cationem. Audi ergo quid Augustinus dicit. Non po-
test quis iustificari a peccato nisi confessus fuerit ante
peccatum. Hec ille. AVTHOR. Nec velit item quis
abbreuiare scripturam Jacobi extẽdens eam ad solos
infirmos:quia hic infirmos alloquit̃ sciens ꝙ ꝯnexus
illi versiculus generaliter habeat. Confitemini alter-
utrũ peccata vestra:⁊ orate pro inuicem vt saluemini.
Beda. Beda. In hac autem sententia illa debet esse discretio:
vt quotidiana leuiaq; peccata alterutrũ coequalibus
confiteamur:eorũq; quotidiana credimus oratione sal
uari. Porro grauioris lepre ĩmunditiam iuxta legem
sacerdoti pandamus:atq; ad eius arbitrium qualiter
⁊ quanto tempore iusserit purificare curemus. Hec il-
le. AVTHOR. Bene declarat quare dixit alterutrũ
propter peccata venialia:quorum ꝯfessio coequalibus
fieri potest:⁊ facit eos timidos per exemplũ: ⁊ seipsos
mundos propter conscientiam. Q; si non dixisset al-
terutrum/sed sacerdotibus ecclesie: sicut supra:nec li-
cuisse coequalibus confiteri quicꝙ textus dedisset in-
telligi. Sed modo sub eodem verbo concernit vtrũq;:⁊
confiteri quotidiana leuia ꝓximis: ⁊ grauia ex necessi
tate legis ecclesie sancte presbyteris institutis. Et pa-
tet ꝙ witcleff peruertit textum Jacobi / quando dixit
eum intelligendum de confessione generali: puta soluʒ
witcleff. de illa. Tractatu de ꝯfessione cap. iij. De illa confessio-
ne generali videtur loqui Jacobus quando dicit. Con
fitemini alterutrum peccata vestra. ⁊ aliter vsus eccle
sie ꝙ sacerdotes cõfiteantur peccata sua/tam viris/ꝙ
feminis/ ipsis existentibus quãdoq; solis in missarum
suarum initijs foret culpabiliter ĩtroductus. Hec wit-
cleff. AVTHOR. Sed false palliat textũ illũ quando

confessionem priuatam grauium delictorum excludit:
quam sanctiori sensu Beda in apostolico illo textu in-
uenit:⁊ cum hoc solis faciendam presbyteris. Ipsorũ
enim pre ceteris fidelibus munus extat ⁊ priuilegium
sacerdotum:sicut in primo libro de penitentia cito post
principiũ Ambrosius. Jus inquit hoc solis ꝑmissum Ambrosi'
est sacerdotibus. Recte igit̃ ecclesia vendicat que ve-
ros sacerdotes habet:heresis vendicare nõ potest que
veros sacerdotes nõ habet. Non vendicando autẽ ipse
de se pronunciat/ꝙ cum sacerdotes non habeat/ius si-
bi vendicare non debeat sacerdotale. Ita impudẽti cõ
tumacia putentem cernimus confessionẽ. Specta etiã
illud:qm̃ qui spũmsanctum accepit/soluendi potestatẽ
peccati accepit ⁊ ligandi. Sic enim scriptum est. Acci
pite spũmsanctum: quorum remiseritis peccata remit
tuntur eis:⁊ quorum retinueritis/retenta sunt. Ergo q̃
soluere non potest peccatum: non habet spũmsanctuʒ.
Munus eñi spũssancti est:officium sacerdotis: ius aũt
spiritussancti in soluẽdis ligãdisq; criminib' est. Quo-
modo igitur munus eius vendicant de cuius diffidunt
⁊ iure ⁊ potestate? Hec ille. AVTHOR. Q; speciose/ꝙ
probe exponit hoc absolutionis officium super confes-
sis crimina sua appropriatum ordini sacerdotum? Nõ
negasset Nouatus:nõ quisꝙ hereticus ꝙ facultatẽ re-
mittendi peccata solus sacerdos haberet : sed ꝙ post
baptismum haberet aut iterata peccata. Sanctus an
tistes Ambrosius bene dicit cum ecclesia: quotiẽscũq;
remitti peccata:sed ius hoc solis permissum esse sacer-
dotibus:quibus Christus dixit. Accipite spũmsanctuʒ
quorꝫ remiseritis peccata/remittẽtur eis. ⁊ ex hoc mu-
nus spũssancti est:officium sacerdotis. Nec a memoria
hominũ excidat verbum illud Ambrosij: ꝙ heresis hãc
sibi potestatem vendicare non potest:quia veros sacer
dotes nõ habet. Mirabar fateor:⁊ pene supra modum
stupui:quo iure ductus: qua ratione conuictus reppu-
lit a societate suorum witcleff confessionis sancte tam
probatum/tam antiquum legibus sacramẽtum. Et ec-
ce mentẽ meam ⁊ prospectum rectificauit Ambrosius
quasi vno telo configens ipsum ⁊ magistrum eius No
uatum. Heresis (inquit) nõ vendicat: quia veros sacer-
dotes nõ habet. Et non vẽdicando ipse (puta witcleff)
de seipso pronunciat: ꝙ cum veros sacerdotes non ha-
beat/ius sibi non potest vendicare sacerdotale.

Qualiter in antiqua ecclesia ad confitendum vocaliter sacerdoti erant astricti fideles non tantum Latini/sed & Greci. Cap. CXLI.

IAm video: iam experior:hec
est ratio quare sic witcleff a
cõfessione catholica liberta-
uit sequaces/libro de confes-
siõe. ca. iij. Obseruet Christia witcleff
nus hanc libertatem taliter
confitendi: ꝙ confiteatur ta-
liter sacerdoti: si ⁊ quatenus
prosit sibi atq; ecclesie: ⁊ istã
libertatem habet concessam
a domino:quã Papa nõ potest destruere neq; dare. Et
supra. Papa non habet potestatem condendi hanc le-
gem:sicut nec deus vult ipsam condere: cum concessit
libertatem homini/penitentie huiusmodi repugnantẽ.
Hec witcleff. AVTHOR. Scio breuiter ecclesiam vẽ
dicare aliam libertatem in filijs:vt scʒ confiteãtur ⁊ re
missionem accipiant: et sicut Petrus dicit in canoni
ca:vt sint quasi liberi:nõ quasi velamẽ habentes mali-
tie libertatem:sed sicut serui dei. Erant enim tales an-
tiquis diebus nolẽtes confiteri grandia scelera: sed cũ

libertate witcleffistarum volentes communicare cor-
pus dominicum: sed obstitit omni animo Cyprianus:
vendicans in eos remissionem peccatorum fieri prius
sub manibus sacerdotum: in epistola ad fratres con-
sistentes in plebe: que incipit. Ingemiscere vos ⁊c.
Cyprian⁹ Ubi dicit. Audio quosdam de presbyteris nec euange-
lij memores: nec quid ad nos martyres scripserint co-
gitantes: nec ipsi honorem sacerdotij sui ⁊ cathedre re-
seruantes: iam cum lapsis cõmunicare cepisse: offerre
pro illis: ⁊ eucharistiã dare: quando oportet ad hec per
ordinem perueniri. Nã cum in minoribus delictis que
non in deum committuntur penitentia agatur iusto tẽ
pore ⁊ exomologesis fiat inspecta vita eius qui agit
penitentiam: nec ad communicationẽ venire quis pos-
sit: nisi prius illi ab episcopo ⁊ clero manus fuerit im-
posita: hec magis in his grauissimis ⁊ extremis deli-
ctis caute omnia ⁊ moderate secundum disciplinã do-
mini obseruari oportet. Quod quidem nostros presby
ter ⁊ diaconi monere debuerunt: vt commendatas sibi
oues fouerent: ⁊ diuino magisterio ad viam deprecan-
do salutis instruerent. Hec ille. AVTHOR. Ecce san-
ctus Cyprianus martyr primas Aphrice / vendicat a
lapsis exomologesin: id est confessionem peccatorum
priusꝙ ad cõmunionem sacram perueniant: quia ⁊ in
minoribus delictis dixit inuiolabilem fuisse consuetu-
dinem de confessione peccatorum: ⁊ iusto tempore ⁊ in
specta vita penitentis ad communicationem venire
nõ potuit nisi prius illi ab episcopo ⁊ clero manus fu-
it imposita. Et nota ꝙ dicit in iusto tempore: ⁊ subdit
ad cõmunicationem venire nõ potuit nisi prius ⁊c. Si
ergo cõmunicabant ter in anno aut pluries sicut sole-
bant antiqui / ter in anno vendicabat a plebe sacerdos
exomologesin peccatorum ⁊ per cõfessionem vitam in-
spicere confitentis. Si semel in anno communicabant
in pascha: vt nunc: tunc semel in anno confessionem fe-
cerant de peccatis secundum Innocentij decretalem.
Uides ergo ne quanto mentitus est witcleff: totiẽs di
cens confessionem istam non ab hominibus conserua-
tam vsqꝫ ad Innocentium tertium: cum Cyprianus
circa annum domini. cclvi. rexit: ⁊ diu ante eũ hoc sem
per docuit ⁊ vẽdicauit ecclesia? Lege historias tempo
rum: et reperire potes de Philippo imperatore: qui
Gordiano successit: qualiter ad hanc obseruantiam co
gebatur. Libro sexto ecclesiastice historie. capit. xxvij.
Eusebius. Et Gordiano cum per sex annos Romanoꝝ
gubernasset imperium Philippus vna cum Philip-
po filio succedit. De hoc traditum nobis est: ꝙ cum
Christianus fuerit: in die pasche ⁊ in ipsis vigilijs cuꝫ
interesse voluisset ⁊ communicare mysterijs / ab episco-
po loci non prius esset permissus nisi confiteretur pec-
cata sua: ⁊ inter penitentes staret: nec vllo modo copi-
am sibi mysteriorum futuram: nisi prius per peniten-
tiam culpas: que de eo ferebantur plurime / diluisset.
Ferunt igitur libenter eum quod a sacerdote impera-
tum fuerat suscepisse: diuinum sibi inesse metum ⁊ fi-
dem de religione plenissimam rebus atqꝫ operibus cõ
probantem. Hec ille. AVTHOR. Ecce iste imperator
in primeuis ecclesie coactus fuit semel in anno: scilicet
in celebritate pasche crimina ꝯfiteri: ⁊ obiecta sibi sce
lera publica satisfactione diluere. Quo ergo tempore
regnauit illa libertas quam tuis donasti sequacibus?
quam / vt dicis / Papa non potest destruere neqꝫ dare:
que item penitentie repugnat ecclesie? Ipse enim Cy-
prianus communicationẽ talem sine confessione pre-
uia sacerdoti facta: semper putat obesse ecclesie: ⁊ ob
hoc sacerdotes hoc patientes obiurgat / libello suo ad
lapsos hortatorio. ⁊ incipit. Pax ecce dilectissimi. Cy-
prianus. Oportet domini sacerdotem nõ obsequijs de-
cipientibus fallere: sed remedijs salutaribus prouide-
re. Imperitus est medicus qui tumentes vulnerum
sinus manu parcente contrectat: ⁊ in altis recessibus
viscerum virus inclusum dum seruat exaggerat. Ape-
riendum vulnus est / ⁊ secandum / ⁊ putraminibus me-
dela fortiore curandum. Uociferet ⁊ clamet / licet ⁊ cõ
queratur eger impatiens per dolorem: gratias aget
postmodum cum senserit sanitatem. Emersit enim fra
tres dilectissimi nouũ gen⁹ cladis: ⁊ quasi parũ perse
cutionis ꝓcella seuierit accessit ad cumulũ sub mĩe ti-
tulo fallens ⁊ blãda pernicies. Cõtra euãgelij vigorẽ /
contra dñi ac dei legem temeritate quorundam laxa-
tur incautis communicatio irrita: ⁊ falsa pax: periculo
sa dantibus ⁊ nihil accipientibus profutura. Non que
runt sanitatis patientiam / nec veram de satisfactione
medicinam. Penitentia de peccatoribus excussa est
grauissimi extremiqꝫ delicti memoria sublata est. Ope
riuntur mortis vulnera: ⁊ plaga letalis altis ⁊ profun-
dis visceribus infixa dissimulato dolore ꝯtegitur. Hec
ille. AVTHOR. Cur planctum istum conficit Cypria
nus iterum verba volue si nescis. Quia sine confessio-
ne ecclesie: quam vocat exomologesin: episcopi ⁊ ec-
clesiarũ rectores peccatores publicos ⁊ extremos ad
communionem sacram non timebant admittere. Et
quidem tempus periculosum instabat: plenum princi-
pum persecutionibus: ⁊ pre timore multi fideles re-
trocesserunt a fide. Unde pastores mitius agebant
cum plebe / Cypriano vero vecordia non placebat: im-
mo duplex persecutio videbatur. Nouum genus cla-
dis est / inquiens: ⁊ quasi parum persecutionis procel-
la seuierit accessit ad cumulum sub misericordie titu-
lo fallax ⁊ blanda pernicies. Quando scilicet sine con
fessione sceleris admittebantur passim perfrui sacra-
mentis. Sed idcirco cum questio moueretur ab alijs
si aliquib⁹ lapsis vel alijs sceleratis mors immineret
aut repentinum periculum vt ad ecclesiam conuolare
non possent: maxime ij qui a martyrib⁹ libellos ad ec-
clesiam deprecatorios secum ferrent qualiter foret cõ-
fessione vtendum: respondet in epistola presbyteris
⁊ diaconibus directa que incipit. Legi literas vestras. Cyprian⁹.
dicens. Qui libellum a martyribus acceperunt ⁊ au-
xilio eorum adiuuari apud dominum in delictis suis
poscũt: si premi infirmitate aliqua ⁊ periculo ceperĩt
exomologesi facta ⁊ manu eius a vobis in penitẽntia
imposita cum pace a martyribus sibi promissa ad do-
minum remittantur. Hec ille. AVTHOR. Ergo dam-
nabiliter ⁊ fallaciter liberauit sectam suam witcleff:
a confessionis ecclesiastice iugo: ad quam sub tanta ne
cessitate constrinxit fideles Cyprianus: etiam in extre
me necessitatis articulo. Ista ergo lex ecclesie erat tot
cẽtenis annis ante Innocentium tertium: nec per Cy
prianũ firmari potuerat si ipse primitus edidisset. Im
mo Cyprianus asseruit eam esse de lege euangelij su-
pra cum dixit. Contra euangelij vigorem: contra domi
ni ac dei legem temeritate quorundam laxatur incau-
tis communicatio irrita: ⁊ pax falsa: quia scilicet sine
confessione expressa sacerdoti premissa. At siue wit-
cleff: siue Joannes de deo: sciat eius exercitium sicut
⁊ authoritatem ab ipso euangelij fonte manasse si-
mul ⁊ cultu. Uerumtamen glossator ille qui dicit su-
per principium quinte distinctionis de penitentia: ꝙ
non emanauit ab authoritate legis veteris vel nouel-
le: sed ab vniuersali aliqua traditione ecclesie: salua
eius pace temere valde scripsit: ⁊ tanto a veritate de-
cidit amplius: quanto minus has tot ⁊ tantas autho
ritates ⁊ tam robustas scripture ⁊ patrum vidit: ⁊ in

alienas a facultate sua literas psilijt indiscussas. Ipsum enim penitere debuit: qui sic de penitendo glossauit: dans viam erroribus / et hereticos prouocans ad latratum. Debuit enim scire q sciens quilibet habet vti principijs proprijs. ea vero probare vel fundare nõ sui est: sed altioris scientie. Et quid facit ratio eius? Si (inquit) scripture esset excerpta noui testamenti etiam vel antiqui obligaret et Grecos. Sed nõ est vniuersalis ecclesie traditio / dicit. Et nonne vniuersalis ecclesie traditio obligat grecos / sicut et latinos occiduos? Aut non est traditio vniuersalis ecclesie / si ecclesia grecorum sit ecclesia. Et iterum restat probare q grecos nõ obliget. Et credat q ab initio obligata est ecclesia grecorum ad hanc obseruantiam penitentialiter confitendi: q̃uis aliqua occasione eorum leuitas rem dimisit. Unde et nono libro historie tripertite capitulo trigesimoquinto **Cassiodo.** Cassiodorus. Porro Constantinopoli presbyter super penitentes fuit vsq ad illud tempus quo quedam mulier nobilissima dum peccata sua fuisset cõfessa: et ei a presbytero preceptũ vt ieiunaret: et deo operibus supplicaret: dum hoc obseruaret crebrius in ecclesia cum diacono se concubuisse confessa est. Hec dum populus agnouisset: seuiebat super sacerdotes: quasi per eos iniuria facta fuisset ecclesie. Tunc Nectarius episcopus remouit diaconum sceleratum: et quibusdã suadentibus vt singulos ad communicandum iudicio conscientie sue relinqueret: etiam presbyterum nequa q̃ super penitentes esse precepit. Et ex illo antiquitatis cõsuetudo sublata est: dum (vt arbitror) minora peccata pro pudore confessionis / et subtilitate examinantium paterentur. Hec ille. AVTHOR. Uideat ex isto glossator et emulus eius witcleff: q plus quadringentis annis ab incarnatiõe Christi viguit apud grecos vocalis cõfessio: et videat q̃ leui causa sublata est sub vno Nectario: qui ex pretore et tãdem catechumino episcopatum accepit Neophyt⁹ tempore Theodosij vt scribit Eusebius. Sciat autem eosdem grecos referentibus multis eandem confessionem iam renouasse consulte quam inconsultius abstulerunt. Sic enim Cassiodorus supra scribit: q ex illo antiquitatis consuetudo sublata est. Quomodo iam arguit glossator non fuisse fundatam confessionem de lege dei: quia tunc obligasset et grecos: ipse nunc viderit. Quomodo item nõ obligasset grecos: si authoritate emanasset vniuersalis traditionis ecclesie: ipse dicat. Respõdeatq ad illud qd li- **Boetius.** bro de trinitate in fine scribit Boetius. Ecclesia catholica per orbem diffusa tribus modis probatur existere. Quicq̃d in ea tenet aut authoritas est scripturarum: aut traditio vniuersalis: aut certe propria et particularis instructio. Sed authoritate tota constringitur. Uniuersali traditione maiorum nihilominus tota. Priuatis vero constitutionibus et proprijs informationibus vnaqueq vel pro locorum varietate: vel prout cuiq bene visum est subsistit et regitur. Hec ille. AVTHOR. Hic ergo discat: q sicut authoritate scripture tota tenetur ecclesia: ita vniuersali traditione maiorum nihilominus secundum extensionẽ tota: latinitas dico et grecia. Et ideo ad hoc concinit capitulum allegatum per eum. In his rebus. In ipso enim Augustinus cauet q sicut preuaricatores legum diuinarum: ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercẽdi sunt. Quid ergo separat glossator quos textus in pena et obligatione coniungit? Sed sciat tantum interesse: q consuetudo confitendi que a Christi et apostolorum temporibus per Cyprianum / Hilarium / Ambrosium: et alios patres vsq ad nostra tempora seruata est incolumis: a grecis ad modicum post quadringentos annos et leuiter interrupta: et iterum sentientibus illis dominicam vltionem sagacius reassumpta. Non enim debuit derogare dominico sacramento humana et personalis iniuria.

Pro authoritate illa euangelica. Ite ostendite vos sacerdotibus.

Caput. CXLII.

Arma ferrea fugiet / et irruet in arcum ereum / inquit Iob de viro heretico. Arma que ex euangelio Iesu Christi assumpsit vetus ecclesia et ipsa ferrea: fugiẽs witcleff: arcum conterit: et confringit arma: putans coram laicis suis se posse euadere: cum tamen in arcum ereum irruat et calamitatem vero sonoram. libello de confessione capi. sexto. **witcleff.** Replicant (inquit) quidam perexiles argutias: que non forent digne memoria nisi stultitia fuerit per diabolum introducta. Ideo vt ecclesia cautius caueat de illa intoxicante stultitia / videtur rationabile pro imprudentibus q iste argutie per ordinem salutentur. Arguitur enim primo per illud Luce decimoseptimo dictum decem leprosis. Ite et ostendite vos sacerdotibus. Cum Christus omnia talia dixerat in figura: videtur q ex hoc dicto figurauit q leprosi spiritualiter sũt a sacerdotibus confitendi: et sic introducitur sacramentalis confessio vsitata ex authoritate euãgelij. Sed p solutione istius oportet supponere inscio: quomodo est quadruplex sensus: literalis autem secundum principia Augustini habet summam authoritatem: alij autẽ sensus non nisi de quanto fundantur in illo vel euidentia rationis: quia aliter quilibet posset moralizare vel trahere authoritatem scripture ad sensum quem vellet habere. Concedenda est ergo historia euangelica supradicta: et dicitur q ex illa non infertur fideliter q homines debent in tempore gratie taliter confiteri: sed hoc videtur probabiliter concludi: q sicut in lege veteri leprosi debuerant se sacerdotibus ostendere: sic Christus author vtriusq legis approbat pro suo tempore veterem istam legem: et docet per anteriorationem sanationis q ista ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis noue. Hec witcleff. AVTHOR. Attendamus in breuibus rangam istam: exiles argutias vocat sicut sunt hereticorum argutie iuxta Origenẽ iam supra: et indignas memoria et de intoxicante stultitia esse cauendum. Concedit historiam: sed negat sequelam: immo per anteriorationem sanationis dicit Christum vel le ostensionem istã cessare pro tempore legis noue: sumens sensum suum ab errore preterito: quẽ recitat lib. ij. de sacramentis parte. xiiij. Hugo. Quod de mundatione leprosi opponunt: minime eorum opinioni suffragatur. **Hugo.** Quasi ideo peccator ante confessionem absolui credendus est: quia leprosus mundatus est ante demõstrationem. Eadem ratione peccator post compunctionem ad sacerdotẽ ire nõ debet peccatum suũ plangere sed iustitiã demõstrare: quia et ille ad sacerdotes missus est nõ vt sanitatẽ reciperet: sed vt sanitatẽ demonstraret: qd omnino fides Christiana abhorret. Hec ille. AVTHOR. Sed inquiramus eum ad fundamentum qd iactat. Ipse supponit inscio quadruplicem sensum. Ecclesia Christi sibi supponat iscio legẽ ignotã: q p anteriorationẽ sanatiõis lepre dicit Christũ velle ostẽsionẽ sacerdotib⁹ in noua lege cessare: quã voluit obseruari

in veteri. Imprudens homo qui iactas scientiam le-
gis: legem attende. Et vide si non anterioratio sanatio
nis fuit apud sacerdotes antique legis: sicut apud eos
in Christi presentia. Leuitici decimoquarto sic habet
lex. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Hic est
ritus leprosi/quãdo mundandus est. Adducetur ad sa-
cerdotem: qui egressus e castris cum inuenerit lepram
esse mundatam/precipiet ei qui purificatur vt offerat
pro se. Sequitur. Purificatusqꝫ ingredietur castra: ita
duntaxat vt maneat extra tabernaculum suum. Quid
hic audisti? Nonne ꝙ sacerdos inuenit lepram esse mũ
datam: ⁊ ꝙ precipiat ei offerre qui purificatus est? Nõ
cum lepra venit: vt mundet eam sacerdos: sed si purga
tam sacerdos inuenerit: purgatum pronunciet. Unde
Augusti. in libro questionum Leuitici questione.xxxviij. Augu-
stinus. Purgabit eum sacerdos/id est purgatum pro-
nunciabit a suspitione lepre: non ꝙ habuerit lepram
quam iam non habet: sed quoniam lepra non fuit. Hec
ille. AVTHOR. Ecce lepram non habuit qui purga-
tionem a sacerdote cui ostensus est/consequitur. Ergo
anterioratio sanationis in lege debuit esse signum non
ostensionis eiusdem. Aut rationem signorum variam
assignabis quam nondum signasti? O ergo ꝙ predign⁹
glossator legis dei: quia dum signum daret differentie:
signa cõformationis assignat. Uoluit/inquit/Christus
ostensionẽ fieri sacerdotibus veteris legis: iam autem
sacerdotibus noue legis vult eam cessare: signo ante-
riorationis sanationis optime hoc docente. Cum autẽ
ij quibus ostendebantur cum anterioratione sanatio-
nis erant non noue legis: sed veteris sacerdotes: ta-
lis glossa si fieret in scriptura: paleam cum triumpho
Radulph⁹ mereretur non palmam. Sic enim in eodem loco expo
sitionis sue/super Leuiticum/Radulphus. Misit vti-
qꝫ ad sacerdotes leprosos: non vtiqꝫ emundandos: hec
vtiqꝫ virtus solius dei est: sed iam emundatos tantum
vt eorum sanitas iuxta quod lex constituerat sacerdo-
tum testimonio probaretur. Hec ille. AVTHOR. Fal-
litur ergo glossator iste putans ꝙ sacerdotes legis ve
teris tanta dei virtute p̃minerẽt: ꝙ ipsi leprã mũdarẽt
nulla eius sanitate preuẽti: nostri sacerdotes anterio-
rati sanatione sequantur. Tantũ ideo tunc fiebat vt eo
rum sanitas sacerdotum testimonio probaretur. Quod
witcleff. item attendat witcleff: dicens: solum sensum litera-
lem authoritatem habere nõ mysticum. Certum est ꝙ
mysticus sensus non necessario fundat rem sic geren-
dam: sed ratio finis eius. verbi gratia. Sicut percussa
petra dabat aquam largissimã: ita pulsatus Christus
sapientiam. Non tamen cogit nos secundum rem hec
percussio ad pulsandum: sed proportio rationis: dicen-
te Jacobo. Postulet a deo qui dat omnibus affluẽter:
⁊ dabitur ei. Res enim rem nõ appellat: nec sensus sen
sum: sed ratio sic sensandi. Ita ostensio ista sacerdoti-
bus more legis non cogit fideles sic ostendere: sed ra-
tio ostẽdendi. Quam quia moralis erat: vt sanitas ho
minis non suo probaretur arbitrio: sed sacerdotum te-
stimonio firmaretur: dominus Jesus qui non venit le-
gem soluere: sed adimplere: nõ sustulit sed probauit. Li
Radulph⁹ bro decimo super Leuiticum capitulo primo Radul-
phus. Leprosum a castris eijci et a populo dei seque-
strari precepit: quam tamen separationem sacerdota-
li commisit iudicio: vt tanta contumelia non statim af
ficeretur quemcumqꝫ vulgaris opinio infamasset: sed
quem certa ⁊ legitima examinatio sacerdotum lepro-
sum deprehendisset. Sicut autem separationis/sic ⁊ re
conciliationis potestas eis attributa est. Justum siqui
dem erat vt qui de morbo iudicabant: de sanitate quo-
qꝫ iudicarent: et quorum diligentie creditum fuerat

ne quis excluderetur immeritus: ad eorum etiam cau-
telam pertineret: ne quis reciperetur indignus. Hanc
legem dominus Jesus soluere noluit: sed potius adim
pleuit: dum discipulis suis ligandi ⁊ soluendi potesta-
tem attribuit. Hec ille. AVTHOR. Ecce non iam ip-
sam legem: quia lex est: sed rationem legis attende fir-
matam. Leprosus sacerdoti ostenditur/vt eius exami-
natus arbitrio reconciliari debeat vel excludi: ne aut
multitudinis contumelia distrahat/aut si suo iudicio
sisteret: sibi in mentem contrahat honestatem. Unde in Seneca.
libro de tranquillitate dicit Seneca ad Serenum. Fa
miliariter domestica aspicimus: ⁊ semper iudicio fa-
uor officit. AVTHOR. Morale est ergo prouidere de
iudice neutro qui partes dijudicet. Et ideo hoc mora-
le Christus qui non venit sic legem soluere: perimple-
uit: cum discipulis potestatem soluendi ⁊ ligandi com
misit: vt dicit Radulphus. Hoc enim erat dicere popu
lis. Ite ⁊ ostẽdite vos sacerdotibus. qd̃ Quecũqꝫ liga
ueritis super terram: ipsis apostolis. Idcirco ite ⁊ ostẽ
dite/secundum conceptum ecclesie: Christi preceptum
est tam in legis tempore ꝙ̃ gratie. Qualiter clare lon-
goqꝫ sermone libro secundo de visitatione infirmorum
edisserit Augustinus. Sunt/inquiens/quidam qui suf- Augusti.
ficere sibi ad salutem existimant: si soli deo cui nihil oc
cultum est/⁊ quem nullius latet conscientia: sua con-
fiteantur crimina. Nolunt enim aut erubescunt siue de
dignantur ostẽdere se sacerdotibus: quos tamen inter
lepram ⁊ lepram discernere per legis latorem consti-
tuit dominus. Sed nolo vt ipsa decipiaris opinionẽ:
quatenus confundaris confiteri coram domini vicario
tabescens pre rubore: vel tremulus pre indignatione.
Nam ipsius humiliter subeundum est iudicium/quem
dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te ve-
nire roges sacerdotem: ⁊ fac eum conscientiarum tua-
rum penitus participem. Non seducat te somnianti-
um illa superstitio: que mussitando confirmat: quia sal
uat sacerdote inconsulto/ad deum peccatorum confes-
sio. Nos autem non abnegamus quin sit ad deum fre-
quenter referenda peccatorum confessio. (Beatus eñi
qui tenebit et allidet paruulos suos vel maximos ad
petram. Petra autem erat Christus.) Sed testamur
testatur et illa sana doctrina: non nisi applaudentium
faciens auribus: quoniam prius eges sacerdotis qui
mediator sit ad deum tuum salubri iudicio. Alioquin
⁊ sub lege/⁊ sub gratia: Ite ostendite vos sacerdotibus
responsum diuinum: quo consummaretur? Et/Confite-
mini alterutrum peccata vestra: quo compleretur?
Ergo cicatricum tuarũ arbiter de te adhibeatur pres
byter: ⁊ recte reuela ei vias tuas: ⁊ iste tibi exhibebit
antidoton reconciliationis. Hec ille. AVTHOR.
Hic Augustinus expresse bis impugnat errorem wit-
cleff de confessione soli deo/excluso homine. Et quia
quidam putant sibi sufficere ad salutem: Augustinus
hortatur fidelem ne seducat illum somniantium illa su
perstitio: inferens ꝙ alioquin responsum illud Christi
sub lege ⁊ sub gratia/Ite ⁊ ostendite vos sacerdotibus
in nullo consummaretur. Et illud Jacobi: Confitemi-
ni alterutrum peccata vestra: in nullo compleretur.
Ex intentione ergo cõcludit Augustinus illud prece-
ptum Christi obligare ecclesiam modernorum fideli-
um. Ite ostendite vos sacerdotibus. modo quo iam il-
lud complet ecclesia: ostendẽdo scilicet actus nostros
nude ⁊ vocaliter arbitro sacerdoti: ⁊ hoc fuisse prece-
ptũ a Christo sicut sub lege sic sub gratia. Sub lege in
quit ⁊ sub gratia/Ite ostendite: quomodo consumma- witcleff.
retur? Ad hoc nescit respondere witcleff: Quis petat fu
gam. capitu. iij. de confessione. ꝙ homo necessitatẽ ꝯfite

ri peccata sua secundum formam quam deus ei limitat/sed nō semel in anno:omnia peccata proprio sacerdoti. Sed quomodo tunc libertauit deus ecclesiā suā ꝙ ex sua gratia ⁊ cordis contritione fidelium sine ista penitentia sint saluati: sicut ibi dicit capitu. secundo. Hoc dicat satisfaciens Augustino. Et quod item dicit in tertia parte sermonum sermone nono ad eundem effectum:ꝙ in signum sententie Samaritanus custodiens libertates ecclesie ⁊ precepta euangelica non iuit ad sacerdotes legis veteris:sed ad Christum laudabiliter est regressus. Hec witcleff. AVTHOR. Q̃ de tuo sensu supra textum abundas/ debuisti doctorē catholicum vel expositorem congruum adduxisse. Quod quousqꝫ perficias: cum nobis talis aliquis non occurrat/videbitur te potius hoc finxisse mendaciter vt per inuidiam obuiares ecclesie:ꝙ concecisse veraciter. Nā q̃uis Samaritanus esset/⁊ nō couteretur Judeis/potuit tamē esse proselytꝰ: quia coutebatur eis de facto: vt patet ex textu. Sed si custodiuit p̄cepta euāgelica vt dicis/ quomodo preteriuit mandatum illud euāgelicum:quod recenter audiuit: Jte ostendite vos sacerdotibus?non iens nec ostendens se:sed vt dicis:laudabiliter est regressus contēpto precepto. Reuera quod dicit euangelium/ ꝙ vt vidit se mundatum/regressus cum magna voce: non ante ostensionem sociorum suorum esse potuit:quia si irēt facturi quod iussit: ipso nō cunte:non ante factum increpasset eos Jesus ingratitudinis dicens. Nonne decem mundati sunt:⁊ nouem vbi sunt?cum iam in ostendendo tenerentur: vt iussit. Ergo si non priusq̃ socij ostendissent se ille reuertebatur:vnde cognoscere potes ꝙ a retro stetit non ostendens se sacerdotibus:vt Christus precepit? Tutius arbitror dicere ꝙ compleuit mandatum Christi cū alijs/ propter rationem ostensionis quam Christus intēdit: sicut in mundatione leprosi. Matthei octauo. in commentario notat Hieronymus dicens. Hierony. Uarias ob causas mittit eum ad sacerdotes. Primū propter humilitatem vt sacerdotibus deferre videatur. Erat enim in lege preceptum:vt qui mundati fuerant lepra:offerrēt munera sacerdotibus. Deinde vt mundatum vidētes leprosum/aut crederent saluatori: aut non crederent. Si crederent/saluarentur. Si non crederent/ inexcusabiles fierent. Et simul ne quod in eo sepissime criminabātur:legē videretur infringere. Hec ille. AVTHOR. Ex his rationibus secūdam dedit causam potissimam vt ostenderētur sacerdotibus. Quia si aurum purgatissimum faceret quis: ad probationem eius diceret. Fer ad artifices:quorum interest esse peritos auri ⁊ omnis proprietatis aut possibilis fictionis. Jta volens Christus se omni suspitione purgare: vtrum essent vere a sua lepra an simulate purgati: iussit adire sacerdotes qui huius cure per quotidianam experientiam sumpsere peritiam. Leuitici decimotertio. Uir ⁊ mulier in cuius cute candor apparuerit: intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute:sciat non esse lepram. Et si in caluitio rufus color fuerit exortꝰ: sacerdos videns condemnabit eum. Et si humilior fuerit locus carne reliqua:⁊ capillus flauus solitoqꝫ subtilior: contaminabit eos: quia lepra capitis ac barbe est. Et talia signa plura supponebantur industrie sacerdotis. Et idcirco item signa cure eius iudicio sacerdotis aderant cum oblatione solenni:⁊ tūc dicebatur iure purgari. Asperget illum qui mundandus est septies: vt iure purgetur. Leuitici decimoquarto. Et hoc valde notandum existimo:ꝙ nō sufficeret purgatum esse de facto: nisi etiam iure purgetur. Quomodo ergo predicat witcleff: sufficere viro fideli ꝙ soli deo confiteatur:et ab eo curam impetret spiritualis lepre:nec curare debere ꝙ iure purgetur coram homine sacerdote: quando in leuiori causa corporalis lepre non sufficit? Jdcirco certe sciat secundum Augustinum ⁊ doctores prehabitos/ꝙ preceptū istud secundum morale inclusum continuauit Christus ad noue legis sue fideles:vt in sanatione spiritualis sue lepre eant ⁊ ostendant se sacerdotibus : vt si contritione cordis ⁊ gratia dei:sint de facto purgati: item innocentia sacerdotis iure purgentur: vt multis exemplis libro questionum Luce/questione.xlij. Augustinus ostēdit:⁊ accipit Beda in commentario. capitulo sexto. quinti. dicens. Jte ostendite vos sacerdotibus. Beda. Et factum est dum irent mundati sunt. Nullum dominus eorum quibus hec corporalia beneficia prestitit/inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos : quia videlicet sacerdotium Judeorum figura erat futuri sacerdotij regalis quod est in ecclesia:quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi ⁊ veri principis sacerdotum. Et quisquis vel heretica prauitate: vel superstitione gentili:vel iudaica perfidia:vel etiam schismate fraterno quasi vario colore per domini gratiam carere voluerit : necesse est ad ecclesiam veniat/ colorem fidei verum quem acceperit/ostendat. Cetera vero vitia tanq̃ valetudinis ⁊ quasi membrorum anime atqꝫ sensuum per seipsum interius in conscientia ⁊ intellectu dominus sanat ⁊ corrigit. Et hic habet Augustinus. Augusti. Doctrina vero vel imbuendi per sacramenta/ vel catechizandi per sermonem sanantem atqꝫ lectionem:vbi color quidem intelligitur verus atqꝫ syncerus:quia in promptu est ⁊ foris eminentissimus:non enim in occultis cogitationibus:sed in manifestis operibus aguntur:ecclesie proprie contributa est. Deniqꝫ ⁊ Paulus voce domini audita. Quid me persequeris? Ego sū Jesus quem tu persequeris. ad Ananiam tamen missus est: vt illo sacerdotio quod in ecclesia cōstitutum est:sacramentum doctrine fideiqꝫ perciperet: ⁊ verus approbaretur eius color. Non quia non potest per seipsum dominus omnia facere:nam quis alius hec facit etiam in ecclesia?sed vt ipsa societas congregatorum fidelium approbando inuicem atqꝫ communicando vere fidei doctrinam in omnibus que dicuntur verbis:vel signantur sacramentis:tanq̃ vnam speciem veri coloris obducat. Cornelius etiam cum elemosyne eius accepte ⁊ preces eius audite illi ab angelo nūcientur: propter doctrine tū sacramentorūqꝫ vnitatem ad Petrum iubetur mittere:tanq̃ illi ⁊ suis diceretur. Jte ostendite vos sacerdotibus. Nam ⁊ cum irent mūdati sunt. Jam enim ad eos venerat Petrus:sed tamē ipsi nondum accepto baptismatis sacramento: nondū spiritualiter ad sacerdotes peruenerant: ⁊ tamen infusione spiritussancti ⁊ ammiratione linguarum eorum mundatio declarata est. Hec ille. AVTHOR. Ecce fictor somniorum witcleff quid iam dicit? ꝙ anterioratio sanationis docet ꝙ ostensio sacerdotibus cessare debuit pro tempore legis noue:non attendens qđ preceptum missionis post sanitatem adeptam docet : ꝙ ostensio sacerdotibus continuari debet pro tempore legis noue. Probat hoc Augustinꝰ in Paulo: qui post correptionem domini ad Ananiam mittitur ostendendus. Probat in Cornelio: qui cum esset spiritusancto plenus ⁊ elemosynas eius ⁊ orationes angelus de celo nunciasset acceptas/tamen pro communione sacramentorum vt ostendatur sacerdoti: mittitur ipsi Petrus. Ecce anterioratio sanationis spūalis in istis nō excludit ostēsionē sacerdotibus in ecclesia constitutis: sed exigit. Tanq̃ illi ⁊ suis diceretur/ inquit Augusti-

nus. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Ita vt adeptio sanitatis a deo non sufficiat sic sanatis: nisi per ostensionem sacerdoti/constet ecclesie. Sanat dominus hominem per seipsum: nulli dubium: sed vt societas ipsa fidelium bona habita approbando cõmunicet: in omni exercitio sacramenti/siue baptizando/siue ordinando/siue penitendo dicitur ex ore domini suis fidelibus. Ite ostẽdite vos sacerdotibus. quia leprosus de facto purgatus: maius necesse habet vt iure purgetur. Vide q ipsi Dauid culpa remissa est in dolore animi: & tamen superaddidit pro remissione eius confessionem hominis: sicut in apologia de Dauid notat Ambrosi⁹ dicẽs. (Ambrosi.) Peccatum remissum sibi ipse edocuit: sicut scriptum est. Delictum meum ego agnosco: & iniustitiam meam non operui. Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiã meam domino: & tu remisisti impietatem cordis mei. Si dixit pronunciabo: & veniam meruit anteꝙ pronunciaret: quãto magis vbi de se pronunciauit/dicẽs: Iniquitatem meam ego agnosco: & delictum meum cõtra me est semper: remissum est ei omne peccatũ? licet specialiter de hoc Nathan propheta responderit. Et dominus traduxit peccatum tuum. Ergo & remissionem meruit iniquitatis: & texit charitate/atqꝫ aperuit peccata sua. Hec ille. AVTHOR. Nota quid arguebat Ambrosius. Si veniam meruit anteꝙ pronunciauit: quãto magis: quanto pronunciauit remissum est ei omne peccatum? Si ergo deus absoluat nos anteꝙ confiteamur sacerdoti: hoc est quia dicimus id est corde ꝓponimus ꝯfiteri. Quo facto tunc plene est oẽ pctm̃ remissum. Quare etiam libro de vera & falsa penitentia (August.) capitulo nono/Augustin⁹. Quem igitur penitet: omnino peniteat & dolorem lachrymis ostẽdat. Preueniat iudicium dei per confessionem. Percepit dominus mũdatis vt ostenderent ora sacerdotibus: docens corporali presentia confitenda peccata: non per scriptum: non per nuncium manifestanda. Dixit enim: ora mõstrate/& omnes/non vnus pro omnibus. Non alium statuatis nuncium qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum: sed qui per vos peccastis ꝑ vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hac precepit dominus/ vt neminem peniteret in occulto. Hec ille. AVTHOR. Quo igit̃ astu mentis criminatur witcleff hanc expositionem euangelij: quam tot & tanti sequebantur patres ecclesie: abducendo fideles in aliam sue heresi consonantem? Simul & contra ipsum est quod dixit ibi Augustinus dixisse Christum leprosis: Ora monstrate: & omnes non vnus pro omnibus: nec alium nuncium statuatis. Vbi plene dat intelligere: Samaritanum de sua regressione laudari non debuisse: si alium de socijs nuncium statuisset: nec adisset ꝑsentialiter sacerdotes: qui erat vn⁹ ex omnibus quibus Christus mandauit.

Pro processu euãgelico de suscitatiõe Lazari per dominum Iesum/& solutione per discipulos. Caput.CXLIII.

LAzari per dominum suscitati solutio: in probationem ecclesiastice potestatis imperata discipulis: expositiõe sinistra alium suscipit alueum quem witcleff (witcleff.) instituit: vt velut Cyrus Euphratẽ fluuium trãsferat paradisi. Tertia illa parte sermonum sermone nono. De Lazaro (inquit) patet Joannis.xi. q fuit suscitatus a morte per Christũ & postmodum institis quibus ligatus fuerat/ per apostolos est solutus. Ideo nihil blasphemius ꝙ q peccatum viantis non tollitur nisi Romanus pontifex vel eius vicarius secundum adinuentiones modernas reum absoluerit. Hec witcleff. AVTHOR. Potius conclusisset oppositũ: q ideo nihil blasphemius ꝙ q peccatum viantis satis realiter tollitur: ꝗuis Romanus pontifex vel nullus Christi apostolus secũdum ritum eorum/reum absoluerit: qd̃ est suum. Patet autem hec illatio: qr alias quid ista ꝯuenirẽt: q sine Christi sacerdotibus reus absoluitur: quia non nisi per Christi apostolos Lazarus soluebatur? Et conuincit libro de vera & falsa penitentia/capitulo nono/Augustinus dicens. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere: plus (August.) confitentibus parcere: quibus crimen remittit dominus. Lazarum enim quem de monumento iam suscitauit/obtulit discipulis soluendum: per hoc ostẽdens potestatem soluẽdi cõcessam sacerdoti. Dixit enĩ. Quodcunqꝫ solueris super terram: soluetur in celis. Hoc est. ego deus & omnes ordines celestis militie & omes sancti in mea ecclesia laudant vobiscum & confirmant qd̃ ligatis & soluitis. Non dixit quod putatis ligare & soluere: sed in quos exercetis opus iustitie aut misericordie. Alia autem opera omnia in peccatores non agnosco. Hec ille. AVTHOR. In hac sententia Augustini innuitur plena authoritas quã dominus super peccantes commisit ecclesie: quia domin⁹ ipse prius soluit reum potestate sua: non sic vt tollat ecclesie soluendi potestatem/sed conferat: quia nisi ipse prius peccatori ad aperiẽdum scelus sua potestate inspiraret anhelitum: non posset sacerdos soluere non concessum. Ideo Lazarum iam suscitatum/ inquit/ obtulit discipulis soluendum: ostendens per hoc potestatem soluendi concessam sacerdoti. Cui vtiqꝫ sententie conuenit expositio illa Ambrosij in eũdem locum euangelij libro secũdo de penitentia post medium/vbi dicit. (Ambrosi⁹) Videns itaqꝫ graue onus peccatoris/illachrymat dominus Jesus. Solam enim flere nõ patitur ecclesiam: compatitur dilecte sue/& dicit defuncto: veni foras. Hoc est qui iaces in tenebris conscientie & delictorum tuorum sordibus: & quodam reorũ carcere: exi foras. Delictum propriũ prode vt iustificeris. Ore enim confessio fit ad salutē. Si confessus fueris a Christo vocatus: claustra rumpentur: & omnia soluentur vincula: etsi corruptele corporee fetor grauis sit. Sequitur. Quantumlibet ergo mortui fetor sit / aboletur omnis vbi sacrum redoluerit vnguentum: & surgit defunctus: & soluere iubentur eius vincula qui adhuc in peccato fuit: tollere velamẽ de facie eius: quod veritatem gratie quam acceperat obumbrabat. Sed quia venia donatus est: reuelare faciem/aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubescat cui peccatum remissum est. Hec ille. AVTHOR. Ecce si confessus fuerit a Christo vocatus: omnia soluentur vincula: et surgit defunctus: et soluere iubent̃ ei⁹ vincula qui fuit in peccato. Qui iubentur soluere? Nunquid sacerdotes? Qua potestate? Ea qua dixit Augustinus supra. Quodcunqꝫ solueris super terram soluetur in celis. Ea ergo est potestas quam iussit eis Christus dicens. Soluite eum: et sinite abire. Hic autem ingerit se lata difficultas apud hereticos witcleffistas que sit ista potestas soluendi. Et iterum si dicatur esse potestas remittendi flagitia: nunquid nobis modernis ꝯmitti videbit̃/sicut Petro & suis ꝯdiscipulis. Primo dicit witcleff de ꝯfessione. ca.vi. q sit potestas exhortãdi peccatorẽ ad dimittẽdũ (witcleff.) vitium assuetum. Vbi ad argumentum de suscitatione

Lazari sic inquit. Arguentes ab impudenti similitu-
dine/debent attendere quomodo Jesus prius tempo-
re viuificauit Lazarum: ⁊ fecit eum surgere de sepulcro
fetido: atq̃ stare. Sequitur. Et postmodũ fideles pres-
byteri debent soluere ligamenta: scilicet consuetudinẽ
peccandi sancta predicatione: quibus post deletionem
peccati per dñz sunt ligati. Hec witcleff. AVTHOR.
Ecce qualiter declinat a communi expositione sancto
rum patrum ex primordijs orientis ecclesie dicẽtium
hanc solutionem esse remissionem peccatorum. sicut su
per Psalm. ci. Tractatu secundo in principio Augu-
Augusti. stinus. Soluitur vnusquisq̃ a vinculis cupiditatum
malarum/vel a nodis peccatorum suorũ. Remissio pec
catoruz: solutio est. Quid enim prodesset Lazaro quia
processit de monumento: nisi diceretur: soluite eum ⁊ si
nite abire? Ipse quidem voce de sepulcro suscitauit:
ipse clamãdo animam reddidit: ipse terrenam molem
sepulto impositam abiecit: ⁊ processit ille vinctus. Nõ
ergo pedibus proprijs: sed virtute producentis. Fit er
go hoc in corde penitentis. Cum audis hominem suo-
rum peccatorum penitere/iam reuixit. Cum audis ho-
minẽ ꝯfitendo proferre ꝯscientiã: iã de sepulcro educt⁹
est: sed nondũ solutus est. Quando soluit̃? A quib⁹ sol
uitur? Que solueritis inquit in terra: soluta erunt ⁊ in
celo. Merito per ecclesiam dari solutio peccatorum po
test: suscitari autem ipse mortuus nisi intus clamante
domino non potest. Hoc enim deus interius agit. Lo-
quimur ad aures vestras. Unde scim⁹ quid agatur in
cordibus vestris? Quod autem intus agitur/non a no
bis: sed ab illo agitur. Hec ille. AVTHOR. In omni
pene verbo huius processus witcleff ceditur. Quo-
modo dicit hanc solutionem esse predicationem nostrã
per quam soluere debemus reum a ligamentis consue
tudinum delinquendi: ita vt deus soluat a peccato suo
horali quod est minus: ⁊ tunc tradat eum nobis ad sol
uendum eum ab inueteratis delictis plurimorum an-
norum: quod est ꝙ maximum? Et nunquid predicatio
nostra saltem foris soluit vtrunq̃: intus vero neutrum:
sed miseratio tantum diuina? Sic dicit Augustinus.
Loquimur ad aures vestras. Quod autem intus agi-
tur/non a nobis: sed ab illo agitur. Qualiter ergo sol-
uunt cõsuetudinem: Christus vero delictum? Quin po
tius neutrum soluunt: sed Christus soluit vtrũq̃. Aut
quod manifestius vere dicitur/Christus soluit vtrunq̃
principaliter sine eis: ⁊ ipsi sacerdotes vtrunq̃ mini-
sterialiter vice Christi. Que solutio non tantũ predica
tio est: sed peccatorum remissio: dicente Augustino. Re
missio peccatorum solutio est: quia Lazaro non prodes
set ꝙ prodijt nisi diceretur soluite eum. Confitendo
profert homo conscientiam: sed nondum solutus est.
Quando soluitur ⁊ a quibus? Ab eis inquit/quibus
dictum. Que solueritis super terram erunt soluta in
celo. Et ꝙ non eis ita incumbit hec solutio: sed p eos
ecclesie Christi ministris: subdit. Merito per ecclesiam
dari solutio peccatorum potest: suscitari autem nisi cla
mante Christo non potest. Placet ꝙ Lazarus suscita
tur ⁊ viuit prius tempore ꝙ soluunt discipuli. Ita do-
minus suscitat peccatorem prius ꝙ soluerint sacerdo-
tes. Sed quid proderit Lazaro viuere si non dicatur:
soluite? Augustinus interrogat: id est peccata remitti-
te. Fit (inquit) hoc in corde penitentis. Ergo nec Chri-
sti viuificatio proderit peccatori si non soluant eum
postea remittendo peccatum eius in conspectu eccle-
sie Christi ministri. Sic prosequitur item istum proces
sum de solutione Lazari sermone. xviij. prime partis su
Augusti. per hunc versum psalmi. li. idem Augustinus. Eleua-
tus est Lazarus: processit de tumulo: ⁊ ligatus erat: si-
cut sunt homines in confessione peccati agentes peni-
tentiam. Jam processerunt a morte: non confiterentur
nisi procederent. Ipsum confiteri/ab occulto ⁊ a tene-
broso procedere est. Sed quid dicit dominus ecclesie
sue? Que solueritis in terra: erũt soluta ⁊ in celo. Pro
inde Lazaro procedẽte: quia impleuit dominus miseri
cordie sue bonum producere ad confessionem mortuuz
latentem putentem iam/cetera impleuit ecclesie mini
steriũ. Soluite illũ ⁊ sinite abire. Hec ille. AVTHOR.
Ecce vbiq̃ satagit Augustinus hũc processum de con
fessione peccatoris exponere: dicens peccatorem pro-
cedere sicut Lazarus processit: est ipsum confiteri. Et
hoc intelligens de confessione ad hominem: statim sub
dit. Quid dicit dominus ecclesie sue? Que solueritis
in terra erunt soluta ⁊ in celo. Ideo intelligendum ꝙ
duo ista precepta Christi figuralia per totam adhuc
efficaciter currunt ecclesiam. Ite ostendite vos sacer-
dotibus: quo ad peccatores confitentes. Soluite ⁊ si-
nite abire: quo ad presbyteros audientes ⁊ manus pec
catoribus imponentes. Nec tantum appendit Chri-
stus in his verbis factorum historiam: quantum appẽ
dit per ea gratiam figuratam: sicut nec est cure deo de
bobus iuxta Paulum Apostolum. Ideo erranter sa-
tis obliquat witcleff sensum sacramentalis confessio-
nis in vtroq̃ mãdato/recuruans ad conceptum suum
soliuagum: ⁊ omni scriptori extraneum orthodoxo. At
tendatq̃ hanc rationem euangelicam contra eũ. Qua
liter nanq̃ distinguenda est potestas Christi/⁊ discipu-
lorum eius a potestate Joannis ⁊ discipulorum eius:
si potestas solutionis quam Christus iniunxit iam
discipulis: non sit remissionis: sed predicationis vt de
ꝯsuetudine ãtiquata reus peniteat? Ad hoc eñ venit
Joannes predicare penitentiam: sed non dare remissio
nem. Matthei. iij. In diebus illis venit Joannes ba-
ptista predicans in deserto Judee: ⁊ dicens. Peniten-
tiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Et
ceteri euangeliste. Predicãs baptismũ penitẽtie in re
missionem peccatorum. Lib. primo. capitu. nono. com-
mentarij super Lucam Beda. Cunctis legentibus li- Beda.
quet: ꝙ Joannes baptismũ penitẽtie non solum predi
cauit verũetiam quibusdam dedit: sed tamẽ baptismũ
suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Re
missio etenim peccatorũ in solo nobis baptismo Chri-
sti tribuitur. Notandum itaq̃ qd̃ dicitur/predicãs ba-
ptismum penitẽtie in remissionẽ peccatorum: quoniã
baptisma quod peccata solueret: quia dare non potuit
predicabat. Ut sicut incarnatũ verbum patris precur-
rebat verbo predicationis: ita baptisma penitẽtie quo
peccata soluũtur: precurreret suo baptismate quo pec
cata solui non possunt. Hec ille. AVTHOR. Uides ꝙ
Joannes predicare in penitẽtiam ⁊ baptizare in peni-
tentiam potuit: in remissionẽ peccatorum illud nõ po-
tuit. i. illã dare. Unde in eodẽ loco. Rabanus. Joannes Rabanus
non spiritu/sed aqua baptizat: quia peccata soluere nõ
valẽs baptizatorũ corpora per aquam lauat: sed mentẽ
per veniã non lauat. Sequitur infra. Fortis quidẽ ille
est multum qui in confessionẽ peccatorũ: sed fortior qui
in remissionem baptizat. Fortis qui spiritũsanctũ ha-
bere dignus est. Fortior qui tribuere. Fortis qui regnũ
celorum venit predicare. Fortior qui hoc solus potuit
dare. Hec ille. AVTHOR. In his dictis ꝑpẽde ꝙ Jo
annes ⁊ discipuli ei⁹ habebãt ptãtẽ baptizãdi/ꝯfessio
nes criminũ audiẽdi: ⁊ predicãdi penitẽtiam in remis-
sionem peccatorum: sed non in aliquo modorum istorũ
peccata remittendi. Si ergo Christi discipuli in predi-
ctis etiam predicare possent hominib⁹ penitẽtiam so-
lum: non autem soluere a peccatis: non autem peccata

dimittere:nihil accresceret potestatis Christi discipulis Andree ⁊ Petro:supra quam dedit eis priusq̃ venirent ad Christum Joannes baptista. Et esset dicere solute eum ⁊ sinite abire:non solute / sed ad solutionẽ predicate. Adhuc hortor witcleff: vt exprimat nobis si sic soluere est predicare:quid est ligare? Nunquid predicationem negligere? Que est hec potestas ecclesie? Cum tamen in vtroq̃ par est eis facta donatio: ligare sicut ⁊ soluere:retinere ⁊ peccata remittere. Adhuc itẽ quero ego a witcleff:quid erit in extremo vite positum soluere:⁊ qui solam ⁊ certam mortem semiuiuus expectat:qui pressus penis ⁊ mortis nexibus totam vitam odit que preterijt? Aut si istum Christi apostoli soluere non possent/q̃ꝙ Lazarum iam soluerint rediuiuum: hunc tamen soluere Augustinus hortatur sacerdotes ecclesie:dicens in libro de visitatione infirmorum in fine. Dico itaq̃ omnibus: dico tandem confitentibus:dico confessis consulentibus:ne confessi desperent:ne sacerdotes post mortem aliquos lugeant: immo cũ suo Jesu dicant. Soluite eum ⁊ sinite abire. Melius enim est vt talis prosit vel non noceat absolutio:q̃ obsit indiscreta ligatio. Nec pretendant sacerdotes de fallaci securitate occasionem: quoniam melius est morientem in manus misericordissimi dei committere:q̃ desperantes cum quibusdam fabulis induciarum a regno dei eliminare. Nam quomodo dicet sacerdos pro defuncto quem ipse ligauit: Absolue domine animam famuli tui:vel ceteras absolutionũ eulogias? Hec ille. AUTHOR. Hic vocat Augustinus expresse solutionem a criminibus in confessione: ⁊ de hac exponit verbum Christi de Lazaro. Soluite eum ⁊c. non autem de predicatione dimittendi consuetudinem delinquendi:que in hac hora inutilis esset ⁊ onerosa migranti. Ualde itẽ notandum videtur q̃ Augustinus hic supponit sic migrantem e seculo sine absolutione sacerdotis eliminandum a regno:cui sola defuit in hoc casu absolutio sacerdotis. Sic enim dicit:q̃ desperantes a regno dei eliminare. Desperantes dicit:ligatione ecclesie:qua non soluuntur. Unde subdit. Quomodo dicet sacerdos pro defuncto:quem ligauit:Absolue domine animam famuli tui:vel ceteras absolutionũ eulogias? In hoc cogẽdus est witcleff/velit/nolit/confiteri potestatẽ ecclesie qua ligati tenent̃ soluti a deo:⁊ p̃ solutis habent̃ a deo ligati. Pro qua sententia ne videamur vsurpare indebitum/repetendus semper est processus ille de suscitatione Lazari ad vitam:sed nõdum liberi:quousq̃ soluatur per ecclesiam. Scio enim witcleffistas instare velle vt petant:si iam corã deo mundus est/quid post hoc facit ecclesia? Ast ego interrogo. Si Lazarus suscitat̃ per Christum ad vitam:quid agent apostoli?nunquid solutionem? Unde sermone octauo de verbis domini/
Augusti. Augustinus. A mortuo velut qui non sit perit confessio. Quis eum suscitabit:nisi qui remoto lapide clamauit dicens: Lazare veni foras? Quid est autem foras prodire:nisi q̃d occultum erat:foras prodere? Qui cõfitetur: foras prodijt:foras prodire non posset/nisi viueret:viuere nõ posset/nisi suscitatus esset. Ergo in cõfessione: sui accusatio:dei est laudatio. Dicit ergo aliquis. Quid prodest ecclesia confitenti? Cui ait dominus. Que solueritis in terra soluta erunt ⁊ in celo. Ipsum Lazarum attende. Cum vinculis prodit. Jam viuebat confitendo:sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia:cui dictum est: Que solueritis soluta erunt:nisi q̃d ait dominus continuo ad discipulos. Soluite eum ⁊ sinite abire. Hec ille. AUTHOR. Ecce non est ista difficultas prima witcleff:alij ante eum erronei/eam effoderunt. Augustin⁹ autem eam absoluit. Presupponit peccatorem iam Christi resuscitatione ⁊ sua contritione viuentem. Presupponit confitẽtem non occulte coram deo: quia iam foras prodit. Qui confitetur(inquit)foras prodijt coram hominibus. Et quid iam prodest ecclesia?inquit aliquis. Et iam supra:Quid p̃desset Lazaro:q̃ processit de monumento: nisi diceretur soluite eum? interrogat Augustinus. Nihil ergo proderit vita confitenti quam donat Christus:si contemnatur solutio:quã iussit Christus. Ipsum Lazarum attende inquit. Cũ vinculis prodit. Quibus?illis cum quibus coram hominibus vinculatur/q̃uis vixerit Christo deo. Jam viuebat confitendo:sed nõdum liber ambulabat: nec etiam coram deo. Quid ergo facit ecclesia amplius? Quod dominus continuo ait/ soluite eum ⁊ sinite abire. Que enim solueritis soluta erunt. Et tertia parte sermonũ
sermone.cxv. Augustinus. Quatriduano mortuo dicitur. Lazare prodi foras. Et prodijt de monumento institis ligatus manibus ⁊ pedibus. Excitat dominus/ vt mortuus de monumento prodeat: sed cor tangit/ vt peccati confessio foris exeat. Dominus ergo postq̃ exijt Lazarus de monumento:ad discipulos suos quibus dixerat:Quecunq̃ solueritis in terra soluta erunt ⁊ in celo:Soluite inquit eum ⁊ sinite abire. Per se excitauit:per discipulos soluit. Hec ille. AUTHOR. Nota quod dicit:Per se excitauit: per discipulos soluit. Est ergo suscitatio solius dei ad vitã: restat tamẽ alia solutio per presbyteros ad libertatem: que item potestas dei est:sed cõmunicata hominibus propter presentem vitam. Nondum enim sumus vt angeli dei in celo:vbi cuncta fiunt ⁊ consummant̃ interius. Descendit filius dei in virtute:sed carne apparens propter homines. Et q̃uis oranti dixerit pater:tuus qui videt in abscondito reddet tibi: ipse tamen orantibus imperat. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona:⁊ glorificent patrem vestrum qui in celis est. Ut ergo glorificetur deus:non tantum coram se:sed item coram hominibus:solui iubetur peccator/nõ tantum coram se:sed item coram hominibus. Unde nõ tantum ei qui non timet deum imputatur ad superbiã:sed ei etiam qui nõ homines reueretur. Abijcite ergo fideles:fabulas witcleff superbi:qui figuram sacramentalis solutiõis in Lazaro:aut infundatus aliter exponit q̃ patres/aut irridet. Suscipite tantiplicẽ eius expositionẽ pro fide roboranda in qua fides cõfessionis plus mille annis ante witcleff euidenter apparuit. At rogo qui sic detrahũt potestati ecclesie in hoc Lazari sacramento: credis ne quia fremũt in historiam:⁊ hostiliter ei insidias ponunt in verbis: sicut Judei Lazarum interficere molientes:resuscitationis eius glorie inuidẽtes? Ambrosio sic videtur de Nouatianis hereticis ⁊
sequacibus eorundẽ.lib.ij.de penitẽtia post mediũ.vbi dicit. In tãta dñi gr̃a tantoq̃ diuini muneris miraculo/cũ oporteret vniuersos letari/ꝯmouebant̃ ip̃i:⁊ aduersus Christum concilium cõgregabant: Lazarũ quoq̃ interficere volebant. Nonne meriti eorum successores vos eẽ cognoscitis:quorum duritie heredes estis? Nam ⁊ vos indignamini/ ⁊ contra ecclesiam congregatis concilium:quia videtis mortuos in ecclesia reuiuiscere ⁊ peccatorum indulta venia resuscitari. Itaq̃ q̃d in vobis est/ per inuidiã rursus vultis iterficere suscitatos. Sed Jesus non reuocat beneficia: immo cumulo sue liberalitatis mun⁹ amplificat. Sequit̃. Q̃d igitur de Lazaro legimus: in vnoquoq̃ debemus conuerso peccatore credere. Quia licet fetorem habeat/tamen fidei preciose emundatur vnguento. Tantum enĩ gratie fides habet: vt vbi ante diem fetebat mortuus/

Marginal notes (printed beside the column text): Augusti. — Augusti. — Augusti. — Ambrosi⁹

illic bono odore tota repleatur domus. Fetebat Corinthia domus quando scriptum est de ea. Auditur inter vos fornicatio qualis nec inter gentes. Fetor erat: quia modicum fermentum totam massam corruperat. Cepit olere cum dicitur. Si cui quid donastis et ego. Nam ⁊ ego quod donaui propter vos in persona Christi. Itaq̧ liberato peccatore: factum est in ea gaudium magnum: ⁊ redoluit tota domus suauitate gratie. Unde bene conscius ꝙ omnes apostolice remissionis perfudisset vnguẽto: ait. Christi bonus odor sumus deo: in his qui salui fiunt. Huius ergo effusione vnguenti letantur ceteri omnes: solus Judas contradicit. Ergo ⁊ nunc qui preuaricator est cõtradicat. Reprehendat proditor: sed a Christo ipse reprehenditur. Hec ille. AVTHOR. Attendat hoc witcleff: ⁊ videat an ipse non sit istiusmodi proditor: ⁊ preuaricator euangelice gratie: quia non potest ferre odorem vnguẽti qui remittit fetorem delicti. Uult cũ sinistris ⁊ inauditis glossis resuscitationẽ Lazari repellere: ⁊ solutioni apostolice repugnare dicens: non esse solutionem remissionis / sed predicatiõis: Ambrosio hic dicente apostolicam remissionem: non dicit predicationem. Bene conscius (inquit) ꝙ omnes apostolice remissionis perfudisset vnguento. Si autem apostolica remissio fuerit / aliquanta remissionis peccatorum erit solutio Lazari a Christo discipulis imperata.

Q absolutio sacramentalis commissa diuinitus sacerdoti præcedit sententiam absolutionis cæli. Caput. CXLIIII.

witcleff. Occurrit his scripturis sine scriptura vel authoritate expressa witcleff libro suo de Papa capitulo secundo: strepens ⁊ ganniens: ꝙ stultitia foret equũ cecum infundabilia ⁊ inopinabilia de seipso presumere. Quantumcũq̧ (inquit) magnus fuerit Christi episcopus: nõ potest quẽq̃ absoluere nisi de quanto contritus prius ⁊ absolutus fuerit apud deum. Et tunc videtur multis ꝙ de tanto quilibet simplex sacerdos posset absoluere. Immo cõtritus / quasi secure absoluitur / etsi humana absolutio non sequatur. Hec ille. AVTHOR. Nõ dubium legenti est: quin vocet hic Papam equum cecum: nomine illo forsan quo ipse debuit nominari. Sicut Semeias pseudo contra Hieremiam sanctum inculcat / ⁊ allegorizat factum eius hereticis in fine quinti libri super Hieremiam in commentario. Hieronymus. Nõ Hierony. ipse / inquit / merebatur quasi pseudopropheta refert in prophetam: ⁊ mendacio preuenit veritatem. Unde ⁊ prudentiores putantur filij tenebrarum filijs lucis in generatione hac. Nobisq̧ agentibus patienter ⁊ expectantibus miserorum salutem: preueniunt heretici / ⁊ nos suo appellant nomine ducentes ceci cecos in foueam. Hec ille. AVTHOR. Hoc accipite / commune esse witcleffistis: nomine omnis opprobrij primos esse apud catholicos: sicut witcleff author eorum prophanus vocat Papam Antichristum: episcopos / cesareos: Pseudofratres orthodoxos: Cecos / principes: pios / seductos ⁊ fatuos. Sed intelligite cum hec auditis Semeiam pseudoprophetam appellare suo nomine Hieremiam: nobis fidelibus agentibus patienter: ⁊ expectantibus talium miserorum salutem. Sic nuncupat Papam equum cecum infundabilia de seipso ⁊ inopinabilia presumẽtem. Cur hoc? Quia nõ potest (inquit) episcopus quẽq̃ absoluere nisi de quanto contritus prius fuerit ⁊ absolutus apud deum: ⁊ tunc quilibet sacerdos potest absoluere: aut certe contritus secure absoluitur / etsi humana absolutio non sequatur. Hoc tu simpliciter asseris nihil probans. At nunc si non fueris equus cecus: cur tu ista infundabilia tanta fronte presumas? Respice precedentia: si absolutio dei occulta sufficiat / etsi non sequatur humana. Quomodo non frustramur euangelium ⁊ claues ecclesie: quibus dicitur: Quecũq̧ solueritis soluta sunt? Eque cece: cur Lazarus suscitatus mittitur ecclesie ad soluendum: quis tu dicis ꝙ secure absoluitur: etsi humana absolutio nõ sequatur? Ceterum noueris absolutionem diuinam in hominem ab humana absolutione sacramentaliter preueniri. Mira res tibi videretur ꝙ humana solutio diuinam absolutionem quandoq̧ preueniat? Sed dimitte fabulas / dimitte rixas / ⁊ blasphemias / ⁊ scripturas sacras attende. Matthei decimooctauo Christus Petro ait. Quecunq̧ ligaueris super terram erunt ligata ⁊ in celis. Attende dico verborum seriem: ordinem inspice celestis licentie. Quecunq̧ / inquit / solueris super terram / erunt soluta ⁊ in celis. Nõ dictum est quecunq̧ ligata sunt in celo / ligabuntur in terra: aut que soluẽtur in celo / soluta nolo esse in terra. Non esset ista noua potestas concessa Petro ⁊ ecclesie: qualiter intendebat facere Christus: quia semper in rigore legis hoc habebat homo decretum. Nouum aliquod munus confessioni Petri: Christus rependit: vt qđ ipse prius solueret super terram: solutum haberetur in celis. Sic appendit syllabas euangelicas in sermone de apostolis Petro ⁊ Paulo qui incipit Gloriosa vobis. Bernardus. Quid illo potentius / cui ⁊ terra obediuit cum Bernard⁹ mortuos reddidit / ⁊ mare sub pedibus eius se calcabile prebuit? Qui Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit? Qui claues regni celorum: tam singulariter accepit: vt precedat sententiam celi sententia Petri? Deniq̧. Quecunq̧ ligauerit super terram erunt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecunq̧ soluerit is super terram erũt soluta ⁊ in celo. Hec ille. AVTHOR. Attendat nunc proteruus hereticus qui priuilegium Christi rescindere non veretur: verba põderet cum Bernardo: hoc qđ concedit Christus est: quecunq̧ ligaueris super terram erunt ligata ⁊ in celis. Negat hoc hereticus / sed conuertit dicens. Quodcunq̧ ligatum est in celo: tu ligabis super terram: ⁊ qđ solutum fuerit: tu solues in terra. Et quale hoc priuilegiũ Petri apostoli? Hoc Moyses potuit: hoc Eleazarus. Immo hoc Pilatus: hoc Caiphas potestate sibi data diuinitus. Sic potuit vero ligare super terram: sic soluere Julianus. Ecce quibus in potestate ligandi ⁊ soluẽdi parem fecit primum apostolum: qui tantum meruit beatificari pro cõfessione filij dei viui. Quantumcũq̧ fuerit magnus episcopus (inquit) non potest quẽq̃ absoluere nisi contritus witcleff. fuerit prius ⁊ absolut⁹ apud dominum: ⁊ sic ꝯtritus secure absoluit a quolibet sacerdote: immo etsi nulla absolutio hominis ꝯsequatur. Reducamus ista ad verba euangelij / ⁊ tunc minus adhuc habebit Petrus q̃ diximus. tunc enĩ erit sensus verbi Christi. Quodcunq̧ solueris super terram nõ erit omnino solutum / nisi prius soluatur in celis. Et tunc secure absoluitur / tametsi tua absolutio non sequatur. Gaudeat iam sanctus Petrus ⁊ beatum se asserat in tanto priuilegio ab ore Christi sibi concesso / ⁊ sue ecclesie hic in terris. Uidetis iam fideles q̃ veraciter dixerat Augustinus taliter aberrantes de potestate clauium frustrari Christi euangelium? Clare videtis aliud esse / Quodcũq̧ solueris super terram

erit solutum ⁊ in celis: q̃ qđ peruertit witcleff dicens. Quodcũq; solutum fuerit in celis: tu solue super terrã. Prima est prerogatiua Petri ⁊ ecclesie/secũdum quã vere precedit sentẽtiam celi sentẽtia Petri. Nõ q sen tẽtia Petri sit eo honoratior diuina sentẽtia/q2 prior: sed q sit per sequẽtem sententiam confirmata: ideo me lior. Sic in ordine iudiciario minor iudex precedit/ma

Augusti. ior confirmando subsequitur. Unde lib. de vera ⁊ falsa penitẽtia. cap. ix. Augustin9. Dicit eñi/Quodcũq; sol= ueris super terram/soluetur in celis. hoc est. Ego deus ⁊ omnes ordines celestis militie/⁊ omes sancti in mea ecclesia laudant vobiscum/⁊ cõfirmant qđ ligatis ⁊ sol uitis. Nõ dixit: quod putatis ligare ⁊ soluere. Hec ille. AVTHOR. Bene dixit laudant vobiscum/⁊ cõfirmãt quod ligatis ⁊ soluitis. Ante ergo ligauit ⁊ soluit ꝑ sen

Hugo. tentiam: q̃ per celi sentẽtiam firmaretur. Et lib. ij. de sa cramẽtis/pte. xiiij. cap. viij. Hugo. Petro principi apo= stolorum dicitur/Tibi dabo claues regni celorũ. Quod cunq; ligaueris super terrã erit ligatum ⁊ in celis: ⁊ qđ cunq; solueris super terram erit solutũ ⁊ in celis. Non dixit/quodcunq; solueris/hoc est vt illi dicunt/solutum ostenderis/fuit solutum: sed erit solutum: quia sentẽtiã Petri non precedit/sed sequitur sentẽtia celi. Ne autẽ hoc soli Petro concessum esse putes: audi quid oĩbus apostolis ac ꝑ hoc omnibus apostolorum successoribus ⁊ apostolorũ vice fungẽtibus dicat? Accipite (inquit) spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata/remittẽ tur eis: ⁊ quorum retinueritis/retenta erunt. Ubi dixit si eis ostẽderitis/fuit? Nusq̃ hoc dixit: sed dixit si fece= ritis/erit. Hec ille. AVTHOR. Cõuenit Hugo cũ Ber nardo in hoc: q sentẽtiam Petri nõ precedit/sed sequi tur sentẽtia celi: probans ex euangelio dicẽte: Quicqđ solueris super terram erit solutum. nõ dixit: Cui remise ritis peccata remissa fuerunt/sed erunt. Que futuritio remissionis in celo sequelam dicit illius sentẽtie ad sen tentiam Petri iam in terris datam de preterito. Ma= gna hec largitas/magna gratia dispensationis diuine/ q nõ expectat sentẽtiã celi/sed preuenit eam sententia Petri. Et magnus item timor incumbit ferenti primã sententiam: ne propter iniustitiam dissipet eam sequẽs magni sentẽtia iudicis. Prouidere igit habet: vt quan tum potest via rectitudinis obseruata/consequẽti eam sentẽtie conformet: nec declinet a rectilineo legẽ condẽ tis/qui infallibiliter nostras ipsas quas ferimus iusti= tias iudicabit. Tractat hãc seriẽ inter euangelicas ho

Gregori9. milias/homilia. xxvi. Gregorius dicẽs. Cause pẽsande sunt/⁊ tunc ligandi atq; soluendi potestas exercenda. Uidẽdũ que culpa/aut que sit penitẽtia secutura post culpam: vt quos omnipotens deus per compunctionis gratiam visitat/illos sentẽtia pastoris absoluat. Tunc enim vera est absolutio presidẽtis: cũ interni sequitur arbitrium iudicis. Qđ bene quatriduani mortui resus= citatio illa significat: que videlicet demõstrat/q prius mortuũ dominus viuificauit dicẽs: Lazare veni foras. Sequitur. Ex qua consideratione intuendũ est: q illos nos debemus per pastoralẽ authoritatẽ soluere/quos authorem nostrum cognoscimus ꝑ suscitantem gratiã viuificare. Que nimirum viuificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione pecca ti. Unde ⁊ huic ipsi mortuo Lazaro nequaq̃ dicitur: re= uiuisce/sed veni foras. Et infra. Ueniat itaq; foras mor= tuus. i. culpam confiteatur peccator. Uenientẽ vero fo= ras soluant discipuli: vt pastores ecclesie ei penam de= beant amouere quam meruit/qui non erubuit confiteri quod fecit. Hec de solutiõis ordine breuiter dixerim/vt sub magno moderamine pastores eccl'ie vel soluere stu deant vel ligare. Sed vtrum iuste an iniuste obliget pa stor: pastoris tamẽ sentẽtia gregi timenda est: ne is qui Snĩa etiã

subest/⁊ cũ iniuste forsitan ligatur/ipsam obligationis iniuste la=

sue sentẽtiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel ta timẽda

absoluere indiscrete timeat vel ligare. Is autẽ qui sub est.

manu pastoris est/ligari timeat vel iniuste: ne pastoris sui iudiciũ temere reprehẽdat: ne ⁊ si iniuste ligatus est ex ipsa tumide reprehẽsionis supbia culpa que nõ erat fiat. Hec ille. AVTHOR. Ex his euidet quanta caute la pastor habet ligare ⁊ soluere vt quadrare possit sen= tẽtia sua prior sentẽtie supremi iudicis vel corrigentis abusum vel confirmantis iuste decretum. Sed sit liga= tio pastoris iusta vel iniusta/nolit qualibet audacia re= calcitrare ligatus/aut insolescere sic solut9: ne reuocet

in caput suum nouam ⁊ inexperiendã sentẽtiam teme= Af. inexpl

ritas factionis: ⁊ si iam viuificatus prodire inceperat andam.

interim mortuus decidat in sepulcrum. Si vero quis obijciat: asserens q witcleff bene dixerit nullum posse solui a sacerdote/nisi prius soluat a deo: eo q dicat Gre gorius q prius dominus mortuum viuificauit q̃ disci pulis tradidit ad soluendũ: Dicimus aliud esse viuifica re/aliud iubere foras exire/⁊ tertio tũc aliud ad iussum domini soluere super terram/vt succedat quartum in or dine soluere sup celum. Et si suscitare iam mortuum ad vitam gratie/est ipsum soluere: vt quid postremo tradi tur ad soluẽdum? Idcirco bene dixit Augustin9 supra/ Suscitatur ad vitam: sed nondũ est liber ad ambulan= dum. Quis eo ipso quo quis recte pro peccato cõpun= gitur: witcleff ipsi promittat ab om̃i ligamẽto ecclesie libertatẽ/⁊ hortetur ad eam. cap. xxiiij. trialogi. Pro=

witcleff. spiciamus (inquiẽs) in lege perfecte libertatis quid ꝑ= cipitur ⁊ mandatur a domino/⁊ illud perficiamus/⁊ a vetito abstineam9 absq; attẽdẽtia ad leges ordinatas nouiter: ⁊ est satis. Sequitur. Cõsideret fidelis om̃ipo= tẽtiam Jesu nostri/⁊ traijciat totã intẽtionẽ animi ad futurum/viuẽdo pfectius/vt prodest ecclesie: ⁊ de vita mala preterita peniteat confirmans in ipsomet propo= situm non vlterius sic peccandi: ⁊ (vt videtur mihi) suf= ficit ad saluationẽ/quomodocũq; superiores contrariã tur isti sentẽtie. Hec witcleff. AVTHOR. Hanc in isto processu vocat legẽ pfecte libertatis qua quis stet suo iudicio pro cõmissis/ne itẽ stet ꝑ publicis vel priuatis delictis arbitrio presidẽtis. Quantum ista libertas pu blicis legibus deroget vidẽdum est postea. Quantũ au tẽ cõsonet heresi Pelagiane/ que propter libertatẽ ho minis nõ attẽdit dei gratiam in sacramẽtis/ipsa se mõ strat. Sicut enim propter libertatẽ hominis dixerunt

Pelagiani quẽlibet hominẽ committi suo iudicio/non Pelagiã

autẽ gratie dei/in tantum vt negarẽt paruulos bapti= ui.

zãdos vt ꝑ gratiã sacramẽti tolleretur eis peccatũ: ita consequẽter sine gratia cuiuslibet sacramẽti dixerũt eũ sua libertate posse saluari. Qualiter libro. v. contra Ju lianũ. capi. xiiij. disserit Augustinus. Ibi tu exclamas.

O altitudo diuitiarum sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei/qui extra Augusti.

futuram operum retributionẽ ex multa parte liberum arbitrium formã voluit implere iudicij. Iustissime eñi sibi bonus homo malusq; cõmittitur/vt bonus se fruat ⁊ malus se ipse patiatur. Que prorsus exclamatio ⁊ de clamatio tua ad rẽ nõ pertinet qua te sentis vigeri: nec clamore tuo pondus quo premeris subleuas impiũ do= gma vestrum mordicus tenẽs/quo vobis placet etiam bonum hominẽ diuino iudicio sibi quẽq; cõmitti: ne scz necessaria sit dei gratia velut idoneo q̃ semetipm agat. Sed absit vt ita sit. Prorsus qui sibi cõmittũtur ⁊ a se metipsis aguntur/non sunt boni: quia nõ sunt filij dei. Quotquot eñi spiritu dei agunt/ij filij dei sũt. Hec ille. AVTHOR. Ecce q iste hereticus Julianus q̃uis ne= bulosis verbis astruxit quẽlibet hominẽ citra magnũ

iudiciũ dei iudicio suo sisti per libertatẽ arbitrij. hoc ne necessaria sit dei gratia/inquit Augustinus. Et in quo distat witcleff ab eo exhortans homines inspecta lege libertatis sue pfecte/non attẽtis legibus ordinatis/cõmittere se iudicio cordis sui vt per se peniteant/⁊ vlterius peccare non proponãt:ne scz necessaria sit sibi gratia sacramẽti:quia hoc sufficit ad saluationem/ inquit. Vterq; cõmittit hominẽ libero iudicio vt euacuet gratiam dei:hic in sacramẽto:ille in animo. Sed ad vtrũq; respõdẽs Augustinus: Absit(inquit)prorsus qui sibi cõmittuntur ⁊ a semetipsis aguntur non sunt boni:qr non sunt filij dei. Quotquot eñ spiritu dei agũtur/ij sunt filij dei. Quicũq; ergo spiritu dei agi renuit:is Pelagianus est gratiam dei postponẽs proprie libertatis iudicio. Cum tamẽ eque sui liber esset/si gratiã dei in sacramẽtis libere preoptaret. Nec credat witcleff aliqua ex parte mutilari libertatẽ hominis quãdo libere se committit diuine gratie dedite sacramẽtis. Fidei enĩ sacramẽta sunt:⁊ ideo non ex necessitate violẽter/sed ex potestate gratiam administrant. Unde in primo lib. de tri-

Hilarius. nitate in principio Hilarius. Recipientes eum filij dei facti sunt/non ortu carnis/sed fidei. Esse autẽ filios dei non necessitatẽ esse/sed potestatẽ: quia proposito vniuersis dei munere/non natura gignẽtium afferatur/sed voluntas premium consequatur. Hec ille. AVTHOR. Nõ ergo est his vel illis cõfessionis sacramẽtalis necessaria gratia propter ordinationẽ aliquam dei in illis vltra alios peccatores quã ex primordijs suis ↄtrahunt: sicut dicit witcleff confessionẽ aliquibus ex suppositione necessariam/⁊ sic simpliciter:quia non ortu carnis.i. sui suppositi/fiunt homines filij dei/neq; necessitate (inquit)sed potestate:quia proposito dei munere sacramẽtorum in munere/voluntas premium consequetur si capiat. Necesse est autẽ eum capere si velit consequi premium vel abolere delictum. Ante omnia vero cauẽduz ne quisq̃ peccator aurẽ inclinet consilio witcleff/⁊ seipsum suum iudicẽ in peccati dimissione constituat:ne authoritatẽ irritãs sacramẽti in penitẽdo committat/de quo postmodũ egeat penitere. Hoc est documẽtum sancti patris Ambrosij lib. ij. de penitẽtia ad finẽ dicẽtis.

Ambro. Ista grauis culpa est cõsciẽtie/vt sine iudice ipsa se puniat/⁊ se velare cupiat/⁊ tamẽ apud deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato posit⁹ arrogare sibi debet authoritatẽ aut vsurpationẽ sacramẽtorum:quia scriptũ est. Peccasti. Quiesce. Sequit. Melius est ergo tunc quiescere/cũ exercere non queas opera penitẽtie:ne in ipsa penitẽtia fiat qḋ postea indigeat penitẽtia. Que si semel fuerit vsurpata/nec iure celebrata:nec prioris fructum obtinet/⁊ aufert vsum posterioris. Hec ille. AVTHOR. Dicat modo witcleff que sit penitentia vsurpata quam supponit Ambrosius:⁊ que nõ iure celebrata. Nõ ꝑma que est cordis. Nullus eñ vsurpat etsi corde doleat de delictis. Non secunda itẽ penitẽtia sua/vt quis voce corã deo peccata cognoscat. Ergo penes tertiam que debet esse cõfessio homini specialis/contingit vsurpatorẽ esse qui eam contẽnit aut cẽset inutilẽ/qui suo iudicio penitere contẽdit. Melius est quiescere (inquit Ambrosius)ne in ipsa penitẽtia fiat qḋ postea indigeat penitẽtia. Quid hoc? Si semel penitẽtia fuerit vsurpata/nec iure celebrata coram sacerdote potestatẽ habẽte. Hoc est verũ(inquiet witcleff)de eo quẽ sic de⁹ instituit penitere. Ambrosius ecõtrario dicit. Nemo in pctõ positus arrogare sibi debet authoritatẽ aut vsurpationẽ sacramẽtorum. Junge ista sequẽtibus/⁊ habebis ꝙ nemo arrogare sibi debet authoritatẽ penitẽtie sacramẽtalis positus in peccato. Si nemo:quilibet ergo peccator in sacramẽto publico ecclesie penitere debet/si non vsurpatorio penitẽdo iterum voluerit penitere ꝙ arroganter penituit.

Qz claues ecclesiæ sunt scientia & potestas habens authoritatem dimittendi peccata vice Christi. Caput. CXLV.

Clauium potestatẽ witcleff non cõsiderat:quia fictitia est inquit/ quarto trialogi. cap. xxxij. Eadẽ est consideratio de fictitia clauiũ Antichristi/ naz fundationi earũ non oportet fidelẽ insistere. Et de cõfessione cap. iiij. dictum est diffuse alibi ꝙ iste claues non sunt potestates spirituales date specialiter nostris sacerdotibus ad tollẽdum peccata hominibus:quia hoc est agno proprium. Sed iste claues sunt potestates ⁊ sciẽtie ad de viantibus iudicandũ cõformiter voluntati diuine secundum iudicium legis dei. Hec witcleff. AVTHOR. Non hereat hic quisq̃ pro verbo tollẽdi peccata/quod appropriate dicit de agno secundum prophetiam Joannis:⁊ ideo solẽt doctores hoc Christo seruare pro proprio/vt Beda in primaz canonicam Joannis ⁊ alij. Nec tamẽ in hoc recedũt a cõmuni sensu ecclesie:quem sup librũ Numerorũ Homilia xxiiij. vetus distinxerat Origenes. Intuere(inquit) totius mũdi.i. celestium ac terrestriũ ⁊ infernorum purificationẽ. Vide quantis indigeãt ista oĩa hostijs/quãtos requirant vitulos/quantos arietes/quãtos hircos. Sz in his omnibus vnus est agnus/q̃ totius mundi potuit auferre peccatum. Et ideo cessauerunt cetere hostie/qr talis fuit hec hostia/vt vna sola sufficeret ꝓ toti⁹ mũdi salute. Ceteri enim precibus peccata:hic solus potestate dimisit. Dicebat enim/Fili remissa sunt tibi peccata tua. Hec ille. AVTHOR. Non ergo ceteri non potuerunt peccata dimittere/quia solis precibus dimiserunt ⁊ agnus potestate:sed ideo agnus potentia propria potuit peccata dimittere. Ceteri vero vt apostoli ⁊ sacerdotes/solo ministerio. Unde Nouatianorum dogmatis est illud witcleff principium. Claues non sunt potestates spirituales date specialiter nostris sacerdotib⁹ ad tollẽdum peccata hominibus/quia hoc est agno proprium. Cõtra quos ⁊ witcleffistas sic arguit lib. i. de penitẽtia post medium Ambrosius. Cur baptizatis si per hominẽ peccata dimitti nõ licet? In baptismo vtiq; remissio peccatorum omnium est. Quid interest vtrum ꝑ penitẽtiã an ꝑ lauacrum hoc ius sibi datũ sacerdotes vẽdicẽt? Unum in vtroq; ministerium est. Sed dicis:qr in lauacro operatur ministeriorũ gratia. Quid in penitẽtia? Nonne dei nomẽ operatur? Quid ergo? Ubi vultis vẽdicatis vobis dei gratiam:vbi vultis repudiatis. Sed hoc insolẽtis arrogantie/nõ sancti timoris est:vt fastidio vobis sint qui volunt agere penitẽtiam:perpeti videlicet fletus:lachrymas non potestis audire:non ferunt oculi vestri vestimẽtorum maculas:illuuiẽ sordidatorum/superbo oculo ⁊ tumido corde delicati: indignãti voce dicẽtes singuli. Noli me tangere quia mundus sum. Hec ille. AVTHOR. Cõsequẽtia fidei armat contra Nouatianos Ambrosiũ. Si ꝑ hominẽ in baptismo peccatum potest remitti/ergo ⁊ per hominẽ in foro penitẽtie. Primum non negabant pfidi Nouatiani. Et quid interest(inquit Ambrosius)vtrum ꝑ baptismũ an per penitẽtiam hoc ius sibi datum vẽdicẽt sacerdotes? Ex hac fide patris Ambrosij ius dimittẽdi peccata in vtroq; sacramẽto datũ sibi a dño vẽdicãt sacerdotes. Et patet q̃ profundum mẽdacium fecit witcleff in sermone dominicali, xlvi, super euãgelia:vt habet disci-

Margin notes (right): witcleff. (beside "quarto trialogi"); Origenes (beside "Intuere(inquit)"); Ambro. (beside "Cur baptizatis"); witcleff. (beside "Et patet ꝙ profundum")

pulus eius author Floreti in vocabulo/ Confessio/ꝙ so
lus deus habet potestatē dimittēdi peccata hominuȝ:
quia sanctus Petrus dixit Simoni Mago orare deū
vt dimitteret sibi:⁊ non accepit potestatē sup se dimit-
tēdi peccata hominis. Hec witcleff. AVTHOR. Pri-
mo: iste nō attēdit quomodo posset sibi dici. Ergo nec
Christus potuit seruare discipulos suos a malo:q2 ipse
orauit patrē seruare eos:nec potuit sanctificare eos/q2
rogauit patrē sic facere. Joānis.xvij. Pater sancte ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Cum essem cū
eis ego seruabam eos. Nemo de his perijt/nisi filius ꝑ-
ditiōis. Et infra. Sāctifica eos in veritate/sermo tuus
veritas est. Et itē iuxta argumētum suum diceret Chri
stum non potuisse dimittere peccatum mortis sue igna
ris Judeis:nec accepisse sup se potestatē dimittēdi eis
illud peccatuȝ:eo ꝙ oraret patrē hoc facere. Luc.xxiij.
dicēs. Pater dimitte illis/non eñi sciunt quid faciunt.
Stoliditas ergo in intellectu huius expositoris/ac itē
malitia in affectu deiecerūt eum in heresim Phariseo-
rum calumniantiū Jesum Christū:quia ipse homo pec
cata dimitteret. Luce.v. Quis est hic qui loquitur blas
phemias? Quis pōt dimittere peccata nisi solus deꝰ?
Et Luce.vij. Quis est hic qui etiam peccata dimittit?
Unde inde errabant isti:q2 neminē putabant posse pec-
cata dimittere/etiam nec Christum hominē ꝑ cōmissio
nē:quia solus deus potest hoc ꝑ authoritatē supremā.
Et ideo ad mētē illorum respōdēs Christus ait. Ut au-
tē sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra
Beda. dimittēdi peccata:tibi dico surge. Unde sup eū passum
in commēta. Luce.lib.ij.capi.vi. Beda. Uerum dicunt
scribe:quia nemo dimittere peccata nisi deus potest:q̄
per eos quoq3 dimittit/quibus dimittēdi tribuit pote-
statē. Et ideo Christus vere deus esse probatur:quia di
mittere peccata quasi deus potest. Uerum deo testimo
nium reddunt:sed personam Christi negādo/falluntur.
Hec ille. AVTHOR. Bene exprimit Beda logicaȝ de
concursu dei cum hominibus in causalitatibus gratia
rum dicēs: Nemo dimittere peccata nisi deus potest/q̄
per eos quoq3 dimittit/quibus dimittēdi tribuit pote-
statē. Jn quo dicto cōcedit solum deum peccata dimit-
tere:⁊ tamē homines posse peccata dimittere:non autē
per primam influētiam vel concursum. Unde ibi nō ex
cluditur ab homine actus dimittēdi secūdum rē ipsam
totam/sed secundum modum. Que vtiq3 logica est cre
berrima in scripturis. vt ibi. Nemo bonꝰ nisi solus deꝰ.
id est nemo sic bonus/puta ꝑ essentiam. Et ibi. Est pec-
catum in spiritumsanctum/quo qui peccat nō remittet̄
ei.i.aliquod datum peccatum/nō autē peccatum quod
libet in eum cōmissum. Et non vos estis qui loquimini/
sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.i.non sic
principaliter sicut spiritus. Et nisi manducaueritis car
nē filij hominis/⁊ biberitis eius sanguinē/non habebi-
tis vitam in vobis.i.nisi aliquo modo signato māduca
ueritis incorporati Christo per fidē/prout exponit hec
⁊ plura beatus Augustinꝰ sermone.xi.de verbis domi-
ni. Jgnorantia ergo huius logice scripturarum fefellit
witcleff de dimissione peccati ꝑ hominē/sicut scribe fal
lebantur negantes ex eodē assumpto Christi ꝑsonam.
Sed ecclesia Christi non fallitur prospiciēs clare qua-
liter Christus ideo dedit Petro claues regni celorum
dicēs Matth.xvi. Tibi dabo claues regni celorum. Et
quodcūq3 ligaueris sup terram/erit ligatum ⁊ in celis.
Et quodcunq3 solueris super terram/erit solutum ⁊ in
celis. Quid ligaret Petrus aut solueret/nisi peccata
hominum dimittendo vel retinēdo? Aperta est scriptu-
ra ⁊ plana/dissimulari non potest. witcleffiste autē lucē
eius obnubilare conantes sollicite valde discurrūt nūc
hac via/nūc illa:siquo modo possint aures fascinare fi-
deliū/ne credant verum esse qđ audiūt ⁊ a mille annis
itē ab ipsis apostolis audierūt. Tractatu de Papa.ca.
vij. witcleff dicit has claues esse sciētiā ⁊ potestatē sa- witcleff.
cerdotis predicandi:⁊ exempla virtutum prebēdi fideli
bus:vnde obserentur a vijs inferni/⁊ aperiatur eis adi
tus paradisi. Sed cum ista non sunt sic appropriata or
dinatis presbyteris:quoniam boni laici ⁊ femine secun
dum eum possunt sic aperire ⁊ claudere meatus fideli-
bus/quomodo sunt iste claues appropriate date sacer-
dotibus? sicut ipse scribit superius. Jdcirco in quodam
tractatu de clauibus. Non(inquit)fuit alia potestas li- Idem.
gandi ⁊ soluēdi quam a domino acceperunt apostoli/ni
si quādo predicabāt populo fidē Christi/⁊ baptizabāt
in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti/dicētes eis ꝙ ꝑ
fidē Christi Christus q̄ est deus ⁊ saluator dimittit eis
peccata que fecerant. Nec aliq̄s apostolorum accepit
aliam potestatē sup se ad dimittēdum peccata hominū
nisi isto modo/dicēdo semꝑ eis ꝙ deus semꝑ est dimis-
sor peccati. Hec witcleff. AVTHOR. Et ista via ita est
inflata vt alia:q2 itē laici imo pueri ludētes possent di-
cere ꝙ ꝑ fidē deus peccata remittit. Et nunq̄d per hoc
fungūtur clauibus sciētie ⁊ potestatis cum apostolis?
Omnia ista facit vt claubꝰ Petri fraudet ecclesiam/
ne possit ꝑ excommunicationē vel absolutionē peccata
hominum ligare vel soluere:aut in priuata confessione
hominum peccata remittere. Quod plane confitetur
predicto cap.vij.de Papa. Q2(inquiēs)claues iste spe Idem.
cificātur ad excommunicationes ⁊ absolutiones/deus
huius seculi ꝑ fastum ⁊ auaritiam cecādo simplices in
troduxit. Hec witcleff. AVTHOR. Nescio vtrū in ocu
lis huius superbi/Ambrosiꝰ reputetur sic simplex aut
seculi huius deus/aut vtrum Augustinus. Jpse enim
plane dicit libro primo cōtra aduersarium legis ⁊ pro-
phetarum post medium sic. Claues quippe regni ce- Augusti.
lorum sic Christus dedit ecclesie:vt non solum diceret:
Que solueritis sup terrā soluta erūt ⁊ ī celis:vbi aper
tissime bonum non malum pro malo reddit ecclesia/
verum ⁊ adiungit. Et que ligaueritis in terra erūt liga
ta ⁊ in celo.q2 bona est ⁊ vindicādi iustitia. Jllud enim
quod ait: Si nec ecclesiā audierit sit tibi sicut ethnicus
⁊ publicanus:grauius est q̄ si gladio feriretur/si flam-
mis absumeretur/si feris subigeret̄. Nā ibi quoq3 sub-
iunxit: Amē dico vobis/Que ligaueritis in terra erūt
ligata ⁊ in celis:vt intelligeretur q̄ grauius sit punitꝰ
qui velut relictus est impunitus. Sequitur. Ecce ab ho
minibus nō reddētibus malum pro malo alligatur ho
mo amarius ⁊ infelicius ecclesie clauibus q̄ q̄buslibet
grauissimis ferreis vel adamātinis nexibus. Hec ille.
AVTHOR. Ecce Christus dixit/que ligaueritis in ter
ra erunt ligata in celo/quia bona est vindicādi iustitia:
⁊ hanc vocat grauissimam clauē omni nexu ferreo du-
riorē:per quam fit ecclesie sicut ethnicus ⁊ publicanus
siue puniatur clauibus/siue per claues relinquatur im
punitus/puta ꝑ sentētiam. Ambrosius itē ipse accedat
⁊ authoritatē ⁊ quidditatē clauium ecclesie Christi no
bis exponat in lib.suo.i.de penitētia ante medium.vbi
dicit. Non habēt Petri hereditatē qui fidē Petri non Ambro.
habēt/quā impia diuisione dispergunt. Sed hoc impro
be/ ꝙ etiam in ecclesia donari peccata negant posse:
cum Petro dictum sit. Tibi dabo claues regni celorū:
⁊ quecunq3 ligaueris sup terram erūt ligata ⁊ in celo.
⁊ quecunq3 solueris super terram/erūt soluta ⁊ in celo.
Cum ipse vas electionis dominice dicat. Si aūt cui q̄d
donastis ⁊ ego. Nā ⁊ ego quod donaui/ propter vos in
persona Christi. Cur igitur Paulum legūt:si eum tam
impie arbitrantur errasse:vt ius sibi vēdicaret dñi sui-

Sed vēdicauit acceptum/nō vsurpauit indebitū. Uult
dominus plurimuꝫ posse discipulos suos.Uult a seruis
suis ea fieri in nomine suo que faciebat ipse positus in
terris.Deniqꝫ ait:⁊ maiora his facietis. Dedit vt mor-
tuos resuscitarēt.Et cū ipē Saulo reddere posset visum
vidēdi/eum tamē ad Ananiam discipulum suum misit/
vt eius bñdictiōe Saulo refunderētur oculi quos ami-
serat.Petrum quoqꝫ secum in mari iussit ambulare: ⁊
quia titubauit reprehēdit illico/ꝙ doni gratiā fidei pu
sillanimitate minuisset. Dedit etiam discipulis vt lux
mundi essent per gratiam/qui erat ipse lux mūdi.Qui
descēsurus esset de celo/⁊ in celum ascēsurus: Heliā ad
celum leuauit/inde eum terris complacito redditurus
tēpore.Baptizandis quoqꝫ in spiritusancto ⁊ igni/per
Joannē baptismatis sacramēta premisit.Oīa deniqꝫ
donauit discipulis suis/de quibus ait. In nomine meo
demonia eijciēt ⁊c.Omnia ergo hec dedit.Hec ille.AV
THOR.Ecce claues Petri quid sunt/cuꝫ nec ipsi ha
beant fidem Petri/nec eius hereditatē/qui donari in
ecclesia peccata negāt:cum Petro dictum sit.Tibi da
bo claues regni celorum:quodcunqꝫ ligaueris ⁊c.Ergo
he sunt claues date Petro ⁊ apostolis de donatione
⁊ dimissione criminum:⁊ cuius iuris sunt vel authorita
tis/Paulus ipse manifestat/non solum predicando vel
dicēdo ad populum Christum dimittere:sed ipse in per
sona sua exequēs:⁊ donationē factam ꝑ alios ipse con
firmans in persona Christi.Et in hoc ius sibi sui domi-
ni vēdicauit/inquit Ambrosius:quia dominus hoc de
dit discipulis facere quod suum erat:quia ⁊ maiora fa-
cere ꝙ̃ ipse fecit.Est ergo potestas clauium vera pecca
torum dimissio/aut obduratorum detētio:⁊ ius illud vel
authoritas idē in eis ⁊ in Christo:quia quicquid fit/fit
vtiqꝫ in persona Christi.Has claues/hanc authoritatē
qui negat aut negligit dari sibi ī ecclesia/exors est a ve
nia:prout in Enchiridio.cap.xlvi.intelligit Augustinꝰ
Augusti. dicēs.Non solum cum agitur penitētia /verumetiā vt
agatur dei misericordia necessaria est.Alioquin non di-
ceret Apostolus de quibusdam/Ne forte det illis deus
penitētiam.Et vt Petrus amare fleret premisit euan-
gelista/⁊ ait.Respexit eum dominꝰ. Qui vero in eccle-
sia remitti peccata non credēs contēnit tantam diuini
muneris largitatē/⁊ in hac obstinatiōe mētis diē clau-
dit extremum/reus est illo irremissibili peccato in spi-
ritumsanctum/in quo Christus peccata dimittit. Hec
ille.AVTHOR.Ecce penitētia de dei mīa agenda est.
Et insinuans penitētie genus.Qui in ecclesia(inqt)re
mitti peccata contēnit/⁊ in hac obstinatione decedit/
peccat irremissibili peccato in spiritumsanctum. in-
telligēs remissionē peccatorum in ecclesia de clauium
potestate.Unde in libro de agone Christiano.cap.xviij
Idem. idē Augustinus.Nec eos audiamus qui negant eccle-
siam dei oīa peccata posse dimittere. Itaqꝫ miseri dum
in Petro petram non intelligunt/⁊ nolunt credere da
tas ecclesie claues regni celorum/ipsi eas de manibus
amiserunt.Isti sunt qui viduas si nupserint tanꝙ̃ adul-
teras damnant:⁊ sup doctrinam apostolicam se predi-
cant esse mūdiores/qui nomē suum si vellēt agnoscere/
mundanos se potius ꝙ̃ mundos vocarēt. Hec ille.AV-
THOR.Eant nunc witcleff ⁊ discipuli eius Purney
⁊ author Floreti:exquirētes quomodo claues ecclesie
dicantur predicationes sacerdotum/nō retētionis aut
solutionis peccatorum potestas ⁊ sciētia:dum Augusti
nus omnino tales assertores prohibet audiēdos.Illico
hanc authoritatē fugit witcleff a procul:⁊ currit ad vi
te dissimilitudinē:vt ibi nidificet sibi fugam.iiij. trialo-
witcleff. gi.cap.xxiij.Quantum ad illud dictum Christi/Mat-
thei.xvi.Quodcunqꝫ ligaueris sup terram erit ⁊c. que
rat fidelis a pseudoepiscopo hoc dictū domini allegan
te:si ex sanctitate vite sue que sit vite Petri similis/sit
verus Petri vicarius. Ꝗ si presumptuosus hypocrita
frontose sic asserit:queratur prudēter similitudo vite il
lius ad Petrum/⁊ specialiter in gratia faciēdi miracu
la ⁊ humili pauptate.Petrus eñ nō presumpsit se ha-
bere huiusmodi potestatē.A quo signo ergo hypocrita
talis sic asserit cum contētiosa ⁊ defensata assertio con
tradicit:⁊ tamē nō probat/nec sufficit probare ꝙ sit ve
rus Petri vicarius/aut mēbrum ecclesie?quid ad illū
ꝙ deus beato Petro potestatē huiusmodi repromisit/
cum ille nec sit Petrus nec ex humilitate ⁊ sancta vi-
ta eiꝰ vicarius?Hec witcleff.AVTHOR.In hac glos
sa sua fallaci corrumpēte textū Christi de potestate cla
uium contra se scripsit/nec tamē pro fidei veritate con-
scripsit.Quam vtiqꝫ non a se sed a magistro suo hereti
co seniori Sagarello de Parma transumpsit.Unde li- Sagarellus.
bro heresum Guido Carmelita.Tertius error eoruꝫ est Guido carmelita.
ꝙ Papa neminē potest absoluere/nisi foret ita sanctꝰ
sicut beatus Petrus/⁊ in tanta pauptate/⁊ in tāta hu
militate.Hec ille.AVTHOR.Et heresis Ualdensium
vtebatur itē hoc eodē principio/ qualiter lib.ij. sui qua Alanus.
dripertiti.ca.v.Alanus.Ꝗ autē illis solis potestas li-
gandi ⁊ soluēdi data sit qui doctrinaꝫ simul ⁊ vitā apo-
stolorum seruant/varijs authoritatibus conātur proba
re.Ait Augustinus in libro de baptismo.Remissionem
peccatorū vel ꝑ seipsum facit deus/vel ꝑ columbe mē-
bra.Hec ille.AVTHOR.Sed veniamus ad witcleff. witcleff.
Nam(inquit) cum claues iste sint sciētia ⁊ potestas p̄-
dicandi dei misericordiam remissiuaꝫ peccaminū:istas
claues habebat synagoga veterū Judeorꝫ diu ante Pe
trum ⁊ ecclesiam.Has exercebat Dauid cū diceret/Di
xi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino/
⁊ tu remisisti impietatē ⁊c.Aut nunquid etiam Hiere-
mias dicēs:Si penitētiam egerit gens illa a malo suo
quod loquutus sum aduersum eam:agam ⁊ ego penitē
tiam super malo qđ cogitaui vt facerē ei?Aut prophe-
ta alius dicēs:Quacūqꝫ hora ingemuerit peccator ⁊c.
Aut Jesus filius Syrac. Ante mortē ꝯfitere.Sequit.
Et gloriaberis in miserationibus illius. Sed ⁊ scribe
⁊ pharisei qui legerunt istas prophetias in tēplo quoti
die.de quibus ait Christus.Super cathedram Moysi
sederunt scribe ⁊ pharisei:que dicunt facite/que autem
faciunt nolite facere.Et tamē que similitudo illorū ad
vitam Petri?Has claues habebat Petrus ī discipu-
latu Joannis.In quo ergo remunerauit eum saluator/
aut ꝑ eum ecclesiā pro confessione illa filij hominis/tra
dens ipsi claues quas ante habuit/⁊ tota ecclesia Ju-
deorū sic in dyscolis sicut modestis?Aut si dubites scri
bas ⁊ phariseos predictos illas claues habuisse:tñ au-
disse poteras dicere Christum eis.Ueh vobis legisperi
tis/quia tulistis clauē sciētie.Ipsi nō introistis/⁊ ipos
qui introibant prohibuistis.Et lib.ij.cōtra aduersariū Augusti.
legis ⁊ prophetarum Augustinꝰ.Quod ait dñs ad Ju
deos:Neqꝫ me nostis/neqꝫ patrē meū:sed nec verbum
dei habetis in vobis:qđ vtiqꝫ contrarium non est ei qđ
dixit.Tulistis clauē sciētie:⁊ ipsi nō introistis/⁊ eos q̄
introibant prohibuistis.In seipsis eñ verbū dei nō ha-
bebant/sed habebant in literis quas legebant.Nam si
haberēt in semetipsis:⁊ ipsi intrarēt/⁊ alios intrare ꝑ-
mitterēt.Non intrare autē est nō intelligere.Ecce qua-
re nec ipsum nouerāt/nec patrē eius:quia nō intellige-
bant quod legebant:non quia deum ⁊ Christum non p̄-
dicauerant quos legebant.Hoc est ergo intrare/nō esse
contētum supficie litere/sed ad interiora intelligētie ꝑ
uenire.Hec ille.AVTHOR.Ergo Christuꝫ predicaue
rant ⁊ deum qui tulerunt clauē diuine sciētie. Querat

itē prudēter similitudo vite Joannis Baptiste ad Petrum/z specialiter in gratia faciēdi miracula/q̄ ex scripturis nostris signa non fecit/z tamē ipse virtute harū clauium sciuit predicare populis penitētiā in remissionē peccatorum. Si pro clauibus dicis quas tenet ecclesia: quid ad epm q̄ deus beato Petro potestatem huiusmodi repromisit/cum ille non sit Petrus/nec ex humilitate z sancta vita ei⁹ vicarius? Et ego quero q̄d ad Judam proditorē de potestate illarum clauium/qui nec Petrus erat:nec ex humilitate z sancta vita eius vicarius:q̄uis in gratia miraculorū z predicatione remissionis peccatorum non dissimilis? Et nonne claues illas accepit simul cū alijs in partibus illis Cesaree? Ipsas inquam vna voce z vice donatas/nec ad eū claues equiuocas quantum ex scripturis fideliū nunq̄ nosti probare. Quas itē claues habeat quisq̄ apostolorū pro tēpore sue infidelitatis in triduo / aut Thomas ꝑ octo diebus sequētibus:quoꝝ nullus erat protūc Petro similis in gratia faciēdi miracula/nec ex humilitate z sancta vita eius vicarius? Nec ipsum Petrum excipio:sed saluo titulo glorie eius:nūquid ipse similis sibi erat semp in humilitate z sanctitate vite? Q̄ si quando q̄ ab illa sanctitate vacauit:nunquid fugerant ab illo claues:z vbi redditas ei legem⁹? Vide quas ineptias circa fidē ingerūt wiclefliste. Sed in de agone christiano.cap.xvij.partes recitat Augustin⁹. Nusq̄(inquiēs) tam vigere debere viscera misericordie q̄ in catholica ecclesia/vt tanq̄ vera mater nec peccantibus filijs superbe insultet/nec correctis difficile ignoscat. Non enī sine causa inter omnes apostolos huius ecclesie catholice personam sustinet Petrus:huic enī ecclesie/claues regni celorum date sunt:cum Petro date sunt:z cum ei dicitur/ad omnes dicit: Amas me? Pasce oues meas. Debet ergo ecclesia catholica correctꝭ z pietate firmatis filijs libēter ignoscere:cum ipsi Petro personā ei⁹ gestanti/z cum in mari titubasset/z cum dominum carnaliter a passione reuocasset/z cū aurē serui gladio precidisset/z cum dominum ipsum ter negasset/z cum in simulationē postea superstitiosam lapsus esset:videmus veniam esse concessam/cumq̄ correctum atq̄ firmatū vsq̄ ad dñice passionis gloriā peruenisse. Itaq̄ postq̄ persecutio per Arrianos hereticos facta est:ac postea q̄ pax/quam quidē catholica in domino tenet ecclesia/a principibus seculi reddita est:Episcopi qui perfidie Arrianorum in illa persecutione cōsenserant/multi correcti redire ad catholicā delegerunt/damnātes siue qd crediderant/siue qd credidisse simulauerant. Hos ecclesia catholica materno recepit sinu/tanq̄ Petrum post fletum negationis per galli cantum admonitū/z tanq̄ eundē post prauam simulationē Pauli voce correctū. Hāc illi matris charitatē superbe accipiētes/impie reprehēdētes:quia Petro post galli cantum surgēti non gratulati sunt/cum Lucifero qui mane oriebatur/cadere meruerūt. Hec ille. AVTHOR. Tene hic in summa causam qua Petrus plus alijs omnibus sustinebat ꝑsonam cōmunis ecclesie Christi in suscipiēdo claues ꝑ tota ecclesia/pro dimittendis peccatis. Non quia humilior/non quia ad laborandū procliuior/non quia miraculis crebrior/non sanctitate vite precellior(vt tu sine auctoritate glossasti)sed quia post multa scelera surgens ad gratiā/recolēs sui casus esset ad ignoscēdum paratior/secundum proprietatē matris ecclesie. At cū omnia predicta mala post acceptionē clauiū ipsi contigerant/quantū ad potestatē acceptam/quid ipsi z priori Petro cū est omino in vita dissimilis? Nū erat Petrus negans/Petro similis cōfitēti? aut Petrus percutiēs/Petro similis patiēti? Et curre per scripturas

Augusti.

si vnq̄ claues postq̄ Christus eas ipsi cōmiserat/amisit. Et ergo claues ecclesie sunt ad delēdum peccata/nō ille claues iudaice ad predicandum remissionē deū:quia non illas claues suscepisset Petrus iam in persona ecclesie/cum ante in prophetis z patribus erāt accepte. Sed plane arguit hic Augustinus q̄ illas suscepit ad delendū peccata:z hoc non propter sanctitatē vite/sed potius post titubationē/post verecundiam/post trinā perfidiam/post vulneris vltionē/z post simulationis superstitionē peruersam/propter experiētiam venie: z ꝑ hanc in alios venie largitatē. Jam quere prudēter q̄d ad episcopū talē vel talē de potestate Petro cōmissa? Ego dico in persona ecclesie/non quia sanctus est vita aut ea distortus/sed quia pro vniuersa ecclesia in suis aptis ministris hanc Petrus suscepit/ideo in hereditatē precessoris iste succedit. Non igitur Petrus accepit illas claues propter suum meritum personale:non enī tūc essent ex gratia/quia si ex gratia non ex operibus:alioqui gratia iam non est gratia. Ad Roma.xi. Nec tunc personam eius dominus attendit/sed in vna massa totam ecclesiam:quanto magis non meritū Petri sed nec suppositum? Unde sermone.cxv.tertie partis sermonum/qui incipit/ Istum vobis diē/Augustinus. Dominus Jesus discipulos suos ante passionem/sicut nostis/elegit:quos apostolos appellauit. Inter hos pene vbiq̄ Petrus solus totius ecclesie meruit gestare ꝑsonam. Propter ipsam personam quam totius ecclesie solus gestabat audire meruit: Tibi dabo claues regni celorum. Has claues non homo vnus/sed vnitas accepit ecclesie. Hinc ergo Petri excellētia predicatur: q̄ ipsius z vniuersitatis z vnitatis ecclesie figuram gessit quando ei dictum est:Tibi dabo:quia omnibus traditū est. Nam vt noueritis ecclesiam accepisse claues regni celorum:audite in alio loco quid dominus dicat apostolis suis: Accipite spiritumsanctum. z continuo. Si cui dimiseritis peccata dimittētur ei:si cuius tenueritis tenebūtur. Hoc ad claues pertinet:de quibus dictum est: que solueritis in terra soluta erūt in celo. Sed hoc Petro dixit:vt scias quia Petrus vniuerse ecclesie tunc ꝑsonam gerebat. Hec ille. AVTHOR. Ecce ne meritis vnius hominis Petri reputarentur claues date/non inquit homo vnus/sed vnitas ecclesie accepit. Et quādo ei dictum est:Tibi dabo:omnibus traditum est hoc dictum. Sic itē habet Augustinus supra.lxxiij.sermone de resurrectione Christi in eadē parte sermonū. Ego dico tibi quia tu es Petrus/z sup hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Tibi dabo claues regni celorum:z que solueris in terra/soluta erunt z in celo:z que ligaueris super terram ligata erunt z in celo. Fides hec meruit audire/non homo. Nam ipe homo quid erat nisi quod ait psalmista/Omis homo mēdax? Hec ille. AVTHOR. Ecce si merita Petri pēsantur cōparata ad donū Christi/mēdacia sunt z peccata. Sed ergo non Petrus homo ibi attēditur qui statim post Satanas est dicēdus/ huic Petro futurus repēte dissimilis. Sed fides ecclesie resonans ꝑ os Petri/z in hac fide Petri recōpēsationem accipit vniuersalis ecclesia clauium potestatē. Claues autē illas specificat Augustinus cōtra claues equiuocas witcleff dimissionis z retētionis criminum humanorū. Si cui dimiseritis pctā dimittētur ei:si cuius retinueritis/tenebūtur. Hoc ad claues pertinet/de quibus dictum est:Que solueritis in terra/soluta erūt in celo/inquit Augustinus. Quid planius contra fictitias witcleff dicētis non esse has claues dimissionis z solutionis:retētionis z ligationis peccatorum/sed predicationis aut dictionis q̄ de⁹ remittit? Quomodo cla

Augusti.

Idem.

rius vincēdus est witcleff/cum dicit assertiue/Petruꝫ
nunq̄ accepisse sup se huiusmodi potestatē? Augustin⁹
palam dicit:hoc ad claues illas pertinet/Que solueri-
Ambro. tis in terra ⁊c.Et lib.iij.de spiritusancto.cap.xvij.Am-
brosius.Bonum mihi domine lex oris tui:seruo tuo pre
ceptū tuū. Unū te esse cum patre ipse dixisti . Qui hoc
credidit Petrus claues regni celorum accepit/⁊ sui se
curus pctā donauit.Qui hoc non credidit Judas/ipie
tate sua se laqueo strangulauit. Hec ille. AVTHOR.
Audis ne? Petrus claues regni celorum accepit/⁊ sui
securus peccata donauit.Quomodo ergo nō sup se po
testatē illam accepit? Accepit plane:nec Christi donuꝫ
abiecit.Et ideo accepit hanc potestatē ⁊ claues regni
celorum:quia credidit.Judas autē quia potestatē Pe
tri non credidit/laqueo se strangulauit.Sic itē de perfi
dis witcleffistis/⁊ omnibus detrahētibus potestati:li-
Augusti. bro.i.de doctrina Christiana.capi.iij.Augustinus. Has
igitur claues dedit ecclesie sue/vt que solueret in terra
soluta essent ⁊ in celo:⁊ que ligaret ī terra/ ligata eēnt
⁊ in celo/scꝫ vt quisquis in ecclesia ei⁹ dimitti sibi pec-
cata non crederet/non dimitterētur. Quisquis aūt cre
deret/seq̄ ab his correctus auerteret/in eiusdē ecclesie
gremio constitutus eadē fide atq̄ correctione sanare-
tur.Hec ille.AVTHOR.Aduerte q̄ has claues dedit
Christus ecclesie/vt que solueret in terra soluta essent
in celo:non que solueret Christus in celo predicarēt so
luta esse in terra.Ita ergo p has claues peccata dimit
tuntur non in celo tm̄/aut primum/sed in ecclesia eius
in terra hac:⁊ tunc demum in celo.Et quisquis non cre
dit sic peccata sibi dimitti in ecclesia/non dimittuntur
alicubi etiā nec in celo.Ut pateat q̄ false witcleff assu
mit/q̄ nullus peccata dimittit in terra/nisi deus prius
ea remittit in celo.Ordo enim euangelij plane opponi
tur dicēs prius ea remittēda in terra: ⁊ tunc soluentur
in celo:vt tāq̄ a minore iudice sentētia referatur ad ma
iorem iudicem confirmanda.

Alia positio de clauibus & dimissione peccatorum. Caput.CXLVI.

DUm autem in hac re de clauium
q̄ddītate versamur / opportune
tangi possunt qui dicūt sacerdo
tes non vere dimittere vel dona
re peccata/sed dimissa ostēdere.
De quorum assertione in senten
Hugo. tijs suis Hugo. Dicunt quidam
q̄ quando sacerdos dicitur sol-
uere/nō est aliud q̄ solutum ostē
dere.Similiter dicitur ligare.i.ligatū ostēdere. Et hec
videntur probare istis authoritatibus.Ait dominus in
ppheta. Ego solus deleo iniquitates ⁊ peccata popu-
Ambro. li.Itē Ambrosi⁹.Ille solus dimittit peccata/qui solus
p peccatis nostris mortuus est.Sequit̄.Sed istas au-
thoritates ita interpretari debemus/vt non auferamus
quam deus potestatē tribuit hoībus. Dicit nanq̄ ipsa
veritas/Quorum remiseritis peccata remittentur eis.
Itē postq̄ Lazarum Christus suscitauit/ait discipulis
suis:Soluite eum.hoc non fuit tantū solutum ostēdere
sed soluere.Dicēdum est itaq̄ q̄ ⁊ deus soluit a pecca-
to/⁊ q̄ hō soluit:sed aliter deus/⁊ aliter hō.Deus ex se
metipso ⁊ p semetipsum quando vult peccata dimittit.
Homines non ex se sed ex gratia in eis ⁊ p eos operan
te/peccata dimittūt.Et ita verum est q̄ solus deus pec
cata dimittit:sicut ⁊ illud.Tu es solus qui facis mira-
bilia.Et tamē nō negatur quin ⁊ homines miracula fa
ciāt:sed nō ex se/sicut deus ex se. Hec ille.AVTHOR.
Hoc ipo modo loquebatur ecclesia Christi diebus Am
brosij:sicut ipse scribit libro.i.de spiritusancto.cap.viij.
Nullus peccata donat nisi solus de⁹.Quis magis pec Ambro.
cata donat? Nunquid angelus donat? nunquid archan
gelus? Non vtiq̄:sed donat solus pater/solus filius/so
lus spiritussanctus.Nemo autē qd̄ non potest donare/
potest vitare.Sꝫ fortasse dicit aliqs:quia ⁊ Seraphim
dixit Esaie.Ecce tetigi hec labia tua:⁊ abstuli iniquita Cap.vi.
tes tuas/⁊ peccata tua circumpurgaui. Sequit̄ . Sed
etiā si Seraphim abstulisset pctā/quasi vnum vtiq̄ de
ministris dei ad hoc erat ministerium destinatum . Sic
enim dixit Esaias.Quia missus est ad me vnus de Se-
raphim . Et spiritus q̄dē missus dicit̄:sꝫ Seraphim ad
vnum/spiritus ad oēs. Seraphim mittitur in ministe-
rium:Spiritus operatur mysterium. Seraphim quod
iubetur exequitur:Spiritus quod vult diuidit.Sera-
phim de loco ad locum transit/nō eñ complet omnia/
sed ipsum repletur a spiritu.Hec ille.AVTHOR . Ec-
ce ponēs primo q̄ solus deus peccata donat/ad hoc tā
dē descēdit q̄ creatura ministrando dimittit.Et lib.iij. Ambro.
ibidē cap.xviij.idē Ambrosius.Nunc videamus vtruꝫ
peccata donet spiritus.Sed hoc dubitari nō potest cū
ipse dominus dixerit:Accipite spiritumsanctum:quoꝝ
remiseritis peccata remittuntur eis . Ecce q̄ p spiritū
sanctum peccata donantur.Homines autē in remissiōe
peccatorum ministerium suum exhibēt/non ius alicui⁹
potestatis exercēt.Neq̄ eñ in suo sed in patris ⁊ filij ⁊
spiritussancti nomine peccata dimittunt.Isti rogāt di-
mittas:donat humanum eñ obsequium/sed munificen
tia superne est potestatis.In baptismo quoq̄ peccata
donari non est ambiguum.Hec ille.AVTHOR.Ecce ex-
presse docet Ambrosius qd̄ docuit Hugo superius:deū
scꝫ donare peccata p seipsum:hominē p ministeriū:alio
quin non posset verum donum Christi esse hominibus/
Accipite spiritumsanctum:quorum remiseritis pecca-
ta remittunt̄ eis.Et de obiectis correspondētibus huic
dimissioni bene subdit ibidē Hugo.Sed vt apertius vi Hugo.
deamus qualiter deus sine homine soluat/⁊ qualiter p
hominē:inspiciamus prius quomodo ipe peccator liga
tus sit.Duobus eñ modis peccator ligatus est: cecita
te mētis/⁊ pro ea debito future damnatiōis. Peccato
eñ ⁊ pena peccati tenetur.Per veram cordis cōtritio
nē soluitur a cecitate mētis. Qui eñ mortuus fuerat/
iam viuit:⁊ quia viuit/ interius illuminatus est.Sꝫ ta
mē adhuc debitor est donec satisfaciat ecclesie . Ecce q̄
iam de monumēto prodijt:si adhuc ligat⁹ est/quia a de
bito future pene nōdum solutus/venit ad sacerdotē nō
vt se iustum ostēdat sed peccatorē.Confitetur peccatuꝫ
suum sacerdoti/qui ei cōdignam satisfactionē iniungit.
Non enim ad arbitrium suum/sed iuxta arbitrium sa-
cerdotis satisfacere debet:⁊ tūc eum sacerdos absoluit
a debito damnationis future:id est deus per sacerdotē.
Hec ille. AVTHOR.Huc ergo conduxit tractatū ser
mo Hugonis / q̄ sacerdos vere soluit homines/⁊ ve-
re ligat:dimittit pctā ⁊ retinet:sꝫ ministerium exhibēs
non potestatē suam sꝫ magis diuinaꝫ exercēs. Et semp
recurritur in priorē sentētiam Augustini/q̄ qui de mo
numēto prodijt/nondum ad ambulandum liber est/do-
nec a sacerdote locum discipulorum habēte a reatu sol
uatur/sicut sermone.xlv.de vbis dñi docet Augustin⁹/ Augusti.
dicēs.Reuixerunt quibus displicet qd̄ fuerunt:sꝫ reui-
uiscētes ambulare non possunt.Hec sunt vincula ipsi⁹
reatus. Opus ē ḡ vt qui reuixit/soluat̄ ⁊ ire pmittat̄.
Hoc officium discipulis dedit:quibus ait.Que solueri-
tis in terra soluta erūt ⁊ in celo. Hec ille.AVTHOR.
Soluunt ḡ discipuli Christi vincula vba reat⁹:⁊ in eis Ambro.
deus.Uñ libro.iij.de penitētia Ambrosius.Neq̄ eñ scꝫ

Petrus/poterat dubitare de Christi munere q̃ sibi sol-
uẽdorum peccatorum dederat potestatẽ:presertim cum
versutijs hereticorꝫ locum non deberet relinquere. Se-
quitur. Sed apostoli hoc habẽtes secũdum Christi ma
gisterium/penitẽtiam docuerunt/spoponderunt veniã/
culpam relaxauerunt. Hec ille. AVTHOR. Junge hec
predictis Augustini: ⁊ habebis ꝙ discipuli secundum
Christi magisterium culpam relaxauerunt dicẽtis eis.
Que solueritis in terra/soluta sunt ĩ celo. Et in hoc ac
cepit primo Petrus ex Christi munere potestatẽ soluẽ
di peccata in seipo/q̃uis cõcursu diuino. Nec hoc dubi
tauit Petrus se posse:ne locum daret hereticis/hanc
viam penitẽdi negantibus. Sicut eñi nõ aliud facit ar
tifex:aliud securis:sed vterqꝫ secat:ita non solus deꝰ sol
uit ⁊ sacerdos ostẽdit:sed vterqꝫ soluit ⁊ ligat. Nam mũ
datum ostẽdere/sacerdotum erat veteris legis. Nostri
autẽ sacerdotes hoc habẽt efficere/prout subtiliter dis-
Chrysost. tinguit in.iij.lib.dialogo.cap.v. Chrysostomus dicens.
Et quidẽ sacerdotes in veteri testamẽto habebant po-
testatẽ curandi corporis lepram/immo non curãdi/sed
ostẽdẽdi eos tñi quos constabat fuisse mũdatos. Et no
sti quantus ibi imminebat labor. At hi non corporis le
pram sed immunditiam mẽtium non ex parte proban-
di sed omnifariam mundandi obtinẽt potestatẽ. Pro-
pter quod qui despiciunt/magis mihi rei q̃ Dathan ⁊
Abiron videñt:digniqꝫ maiore supplicio. Quoniã illi et
si indebitum honorẽ vsurpare voluerunt/tamẽ magnã
habebãt ministerij ipsius estimationẽ/cuius se velle fie
ri participes vel temeritate docuerunt. Hi vero quanto
huic officio plus honoris accessit ⁊ in gloriã promouit
amplissimam:tanto ex aduerso plus q̃ Dathan ⁊ Abi
ron/atqꝫ ausu maiore delinquũt. Neqꝫ enim equale pec
catum est indebitum honorẽ velle puadere:⁊ quod tam
magnum est audere despicere. Sed tanto grauius est
istud illo/quantũ distat inter ambitum atqꝫ despectum.
Quis ergo adeo infelix bona tanta contẽnat? Non pu
to prorsus talẽ inueniri/nisi forte qui astutia diaboli cõ
mouetur. Nõ ergo solum in condẽnationibus sed in be
neficijs maior virtus sacerdotibꝰ data est q̃ carnalibꝰ
parẽtibus nostris. Sequitur. Hi vero laborãtẽ animã/
⁊ iam iamqꝫ perituram saluauerunt frequẽter/alios de
graui condẽnatione liberantes/alios vero nec in leuẽ si
nẽtes incidere. Nec vero hoc solum docẽdo ac monẽdo
faciunt/sed etiam orationibus adiuuando. Nec solum
quando nos regenerant/sed etiam deinceps potestatẽ
habẽt indulgẽdi peccata. Hec ille. AVTHOR. Videte
iam cõspicue/doctor iste grecus sanctus Joãnes Chry
sostomus/vna cum sancto viro Basilio/cui contulit in
dialogo presenti sermonẽ:hec nostra dubia de potestate
sacerdotum amouit:⁊ resecauit errores. Cõtra opinan-
tes erronee ꝙ sacerdotes Christi soluunt aut ligant so
lum ostẽdẽdo solutos aut ligatos:Chrysostomus dixit
hoc fecisse legis veteris sacerdotes/sꝫ sacerdotes Chri
sti in omni comparatione prestãtes:non corporis leprã
sed immunditiam mẽtium/non ex parte probandi/sed
omnifariam mundandi obtinẽt potestantẽ. Cõtra wit-
cleff ⁊ suos sectatores qui dicũt sacerdotes Christi per
predicationẽ aut dictionẽ ꝙ deꝰ peccata dimittit/aut
retinet:ligat/aut soluit:non autẽ ꝑ aliquam potestatẽ
acceptã. Sic autẽ soluit aut ligat Chrysostomus/ꝙ nõ
solum monẽdo aut docendo/sed etiam orationibus ad-
iuuãdo hoc faciũt/intelligẽs orationes sacramẽtales:
quia subdit. Nec solum quãdo nos regenerant/sed etiã
deinceps potestatẽ habẽt indulgẽdi peccata. Utrunqꝫ
ergo errorẽ ostẽdẽtium ⁊ predicantium in mutilationẽ
sacerdotalis potestatis inuẽtum iam deiecit Chrysosto
mus:⁊ verã potestatẽ indulgẽdi peccata sacerdoti chri
stiano concedit. Quã quidẽ potestatẽ tanta veneratio-
ne sustollit/tam magnificam p̃dicat/vt illam nihilipẽ-
dẽtes omnes witcleffistas dicat multo peiores Dathã
⁊ Abiron/quos hians terra absorbuit/quantum distat
inter ambitum ⁊ despectum. Ita ergo cõfessio sacramẽ
talis ⁊ absolutio sacerdotis nõ erat sine vsu percelebri
tẽpore Chrysostomi inter grecos. Sed inter omnes de
trahẽtes ecclesiastice potestati q̃s sceleratior isto wit-
cleff? Qui ne parcat blasphemijs ad scholam Donati-
starum se transfert/vbi contra omnes sanctiones patrũ
didicit a culpis ministrorum Christi prodere sacramen
ta. Resumo verbum eius supra/quãtum ad illud dictũ
Christi: Quodcunqꝫ ligaueris sup terrã ⁊c. Querat fi- witcleff.
delis a pseudoepiscopo si ex sanctitate vite sue/que sit
vite Petri similis/sit verus Petri vicarius. Qꝫ si pre-
sumptuosus hypocrita frontose sic se asserit: queratur
prudẽter similitudo vite illius ad Petrum. Sequitur.
Et cum nõ probat/nec sufficit probare ꝙ sit verus Pe
tri vicarius/aut mẽbrorũꝫ ecclesie/quid ad illũ ꝙ deus
beato Petro potestatẽ huiusmodi repromisit? Hec wit
cleff. AVTHOR. Quis planius errat secundum here-
sim Donati? quis aptius imitatur Nouatum? Hi here-
tici ⁊ eorũ sequaces contra potestatẽ malignãtes eccle
sie/confunduntur authoritate scripture/donec ad scan-
dala veniant personarum. Et ibi sub criminibus homi-
nũ crimina ⁊ scandala ingerũt potestati. Unde libro de
questionibus veteris ⁊ noue legis. capi.cij. Augustinꝰ.
Si in Christũ facta confessio dat salutẽ:vbicunqꝫ apud Augusti.
quẽcunqꝫ integra fuerit hec ꝯfessio habet salutẽ. Itaqꝫ
si ꝯfessionis huius traditio corrupta est apud nos/aut
sensus immutatus/recte hec accusas. Si enim hoc ma
net in nobis sicut inter vos:negãdo hoc/⁊ te negare vi
deris:sꝫ fidei ministros accusas. Fac verũ eẽ q̃uis ꝓba
re non possis:quod tamẽ ab his audierunt? Uerum est
q̇d audierũt aut falsum:nec eñi si vitiosus verũ dixerit
non erit verum/quia a vitioso dictũ est:cum alia causa
sit conuersationis/alia professionis. Nonne persecutor
odio Christiani nominis professionem persequitur non
conuersationẽ? Sequitur. Dolo enim hoc proponis/ vt
iustam causam videaris habere schismatis. Nam non
ignoras in hac re meam de me testificationẽ requiri nõ
alienam:⁊ hoc verum haberi quod ego fuero confessus
nõ quod alter negauerit. Manifestum est itaqꝫ liberos
esse eos qui amore Christi/non disquirentes hominum
actus/ad fidẽ eius consequẽdam concurrunt:hoc eorũ
probantes quod sibi vtile norunt. id est vt traditionem
fidei/que de Christo est/consequantur. Nam qui preter
ministerium aliquid aliud hominis in hoc reputat ne-
cessarium/traditioni facit iniuriã. Minus enim sentit
de gratia dei. Quando eñi nisi meritum hominis affue
rit negat donum dei proficere deuoto sibi:aut potiorẽ
aut parẽ facit hominẽ traditioni:cum longe sit meritũ
hoĩs ab hoc officio. Sicut de hac eadem re dicit Apo-
stolus Paulus. Ego plantaui/Apollo rigauit:sed deꝰ
incrementum dedit. Itaqꝫ neqꝫ qui plantat est aliquid
neqꝫ qui rigat:sed q̃ incremẽtum dat deus. Hec ille. AV
THOR. Tibi respondit Augustinus mi witcleff iam
obiurganti episcopum. Tu vocas hypocritam magnꝰ
hypocrita/eo ꝙ iuxta euangelium Jesu Christi/festu-
cam vides in oculo fratris tui/alicuius criminis venia
lis: trabem magne heresis in oculo tuo non conside-
rans. Quãtum ad illud dictum Christi inquis: Quod
cũqꝫ ligaueris super terram erit ligatum ⁊ in celis:que
rat a pseudoepiscopo de sanctitate vite sue an sit Pe-
tro similis. Jam de potestate loqui debuimꝰ vnde pro-
fessionem nosceremus non conuersationem. Augustinꝰ
tibi dicit: Qui preter ministerium aliquid aliud homi-

nis reputat necessarium/traditioni facit iniuriaʒ/id est potestati commisse. At quid intendis? Nunquid parificare vis dona hominum donis diuinis/ita vt si tantum habeat de sanctitate/tantum habeat potestatis: ⁊ si minus/minus? Nec ipse Petrus sanctitate vite sue hanc meruit potestatē. Ipse autē Paulus dixit: ꝙ cōparatus ministerio nihil erat. Non (inquiens) qui plantat est aliquid/neqꝫ qui rigat. Attamē si fidei nostre ministros accusas/fac verum esse quod imputas. Quia si dicas ab officio remouendum qui sanctus non est: tu nō iuberes vt sanctum se probet/sed potius probare debuisti non sanctum/vt per iustitiam amoueres. Q̄ si nō ꝓbes/ad quem potest pertinere crimen falsum quod obijcis nisi ad te?. Sicut item patribus tuis Donatistis sic sicut tu iam falsa crimina imputantibus/libro.ij.contra

Augusti. Petilianum.cap.vi.respōdet Augustinus. Sequeris enim iam ⁊ episcopos nominas quos de traditiōe codicum soletis arguere: de q̄bus ⁊ nos solemus respōdere. Aut non probabitis/⁊ ad neminem pertinet: aut ꝓbabitis/⁊ ad nos non pertinet. Suaʒ enim sarcinā portauerunt bonam vel malam: ⁊ bonam quidem credimꝰ: sed qualemlibet tamē bonam sicut vestri mali: nec ipsi vestram/nec vos ipsorum: sed vestrum omnium communis pessima sarcina/schisma est. Hec ille. AVTHOR.

Proba ergo dissimilitudineʒ potestatis per malam vitam episcopi/si quid potes: ⁊ proba item malam vitaʒ episcopi quam totiens sciscitaris. Et in fine videbimus si per vitam suam similem sancto Petro celestem illaʒ potestatem poterat mereri Gregorius/aut item Augustinus/Hilarius/Ambrosius/Martinꝰ/Nicolaus/aut sanctus Basilius. Scio dices/nec vllus papa vel episcopus a diebus Urbani pape ⁊ martyris propter dotē quam admiserunt vt amitterent paupertatem. Quesito aūt versus sursum/quē putas inuenies ī humilitate ⁊ labore Petro cōsimilē? Ergo potestatē illam Petro Christꝰ dedit non ecclesie/aut qđ suspicor te velle fateri/eam seruatam dices aut susceptam de nouo per ecclesiam Lollardorū. Ipsi witcleffiste iudicio suo in humilitate ⁊ paupertate sunt Petri sequaces: ⁊ ideo ī potestate non impares. Magna fraus Satane/que excecat sic homines/vt dicant sicut Donatiste/inter eos solos Christi ecclesiam/qui pauci sunt ⁊ miseri: ⁊ non inter oēs sanctos patres/qui mortui sunt/sed deo viuunt: nec a solis ortu vsqꝫ ad occasum extensam: vt probat cēties Augustinus. Si fidelis arguat witcleff nō fugiet hanc veterem heresim: ducetur enim ad hoc suis principijs. Qui dicit spiritualem potestatem abesse propter aliquam dissimilitudinem sanctitatis: aut quia non potest per predestinationem se probare membrum ecclesie qualiter ipse potestatem aut membrationem suam probat: qualiter item cōscientiam simpliciter accedētium non inuoluit? Audi quid in predicto loco de q̄stionibus noue legis ⁊ veteris consequēter inuehit Augustinus.

Idem. Quid facit in hac re si bone aut male vite sit qui verba solennia tradit/cum fides deuota queratur percipientis: an ea que audit/toto animo credat? Nūquid si male vite sit qui tradit/impedimentum faciet percipienti ne credat que audit credenda/vt peccatum eius intret in cor eius ne credat? Aut deus qui iustus est despicere habet deuotum sibi propter peccatum eius quem ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat quem constat falli. Si ita esset/⁊ homo causam suam ageret: nonne diceret deo? Quis sit iste cuiꝰ causa me despicis/nescio. Ego ad eum tui causa accessi/quia tuus dicebatur antistes. Te quesiui/te desideraui/tibi credidi: de homine nihil speraui. Quare eius ergo mala obsunt/quē nescirē nisi te quesissem? Si bona eius mihi possent ꝓficere/iustum videretur forte/vt ⁊ mala eiꝰ obessent mihi. Sed sicut bona eius si dubie credidisseʒ nihil prodessent: ita ⁊ mala eius nihil obesse mihi debēt bene credēti. Ego enim verbis eius fidē dedi/que a te data dicunt/queqꝫ te inspirante loquuntur/de te promittūt. Huic de se nihil credidi nec gestis eiꝰ/sed fidei que ex te est/me copulaui. Secundū hoc integra est causa credētis. Aduocatorum enim more accipe antistites. Nunq̄d poterit vita eiꝰ si turpis est/obesse cause suscepti? Persona enī aduocati nec obesse nec ꝓdesse poterit. Qualis enī fuerit causa/sic respōdebit ei. Sic sunt ⁊ qui volūt christiani fieri. Accedūt ad antistitē: dicunt ei vota sua. Ille facit verba ecclesiastici. Si enim vota sunt suscipiuntur a iudice: in quo ille aut obesse non poterit/aut prodesse: q̄ppe cū nec causam sui suscepti nouerit. Deo enī iudici soli cognitū est q̄s qua mēte accedat. Antistitis ergo ē delegato sibi fungi officio. Iudicis aūt aut suscipere aut renuere causam suscepti. Ipē enī inuenit dixisse: Filia fides tua te saluam fecit. Uides itaqꝫ nullius adiutorio sed vnūquēqꝫ fide sua saluari. Hoc enim deus decernit/vt si nō dubitet esse quod voluerit cōsequatur. Hec ille. AVTHOR. Ergo vita antistitis si bona est potestati nō proficit: si mala/potestatis executioni nō obuiat. Nullius enī hoīs merito.s.ꝑsonali/sed sola fide baptizatus saluatur. Penitēs si potestati absoluētis credat nec dubitet/reconciliatur: quia nō gestis cōfessoris sui se cōmēdat/nec aliquid querit in eo quod illius est/sʒ dei: dei est enī absoluētis officiū/diuina potestas. Iā vide q̄ vere q̄ catholice iussit witcleff petere ab episcopo potestatē Petri habētē/an itē sanctitatē haberet ⁊ Petri. Qđ si non/q̄d ad episcopū de potestate Petri? Aū in expositiōe scđe ep̄le ad Timotheū sup hūc locū. Et vocauit vocatiōe sctā/Ambrosiꝰ. Uocatio sancta est Ambro.
cū electi sunt ad gubernādū ppl̄m sanctū dei. Ad sanctā aūt senior vocat q̄ dux eligit sanctitatis. Nō secundū merita vestra/verū est: q̄ si ad liquidū queras/nullus hoīm dignus pōt videri vicarius esse Christi. Oēs enī q̄s elegit priꝰ fuerāt pctōres. Quātū vo ad rē ipsā oēs indigni sunt. Sed secūdū ꝓpositū suū ⁊ gratiā que data est nobis in Christo Iesu/ante tempora secularia. quoniā dignatiōe sua deꝰ olim decreuit pctōres saluos facere. Prescius enī fuit deꝰ q̄d futurū esset in hoīe anteq̄ faceret eū/⁊ si peccaret quō redintegraret predestinauit/quo tēpore/⁊ ꝑ quos/⁊ qua rōne saluari possint: vt neqꝫ merito suo q̄ saluant/neqꝫ hoīū ꝑ quos vocant: sed dei gratia ꝓstari videat ꝑ fidē Christi. Hec ille. AVTHOR. Uideāt nūc singuli Donatiste ⁊ witcleffiste ꝙ vocatio ad gubernandū sanctū populū dei est eius electio. Uideāt electionē istā siue ꝑ deū siue ꝑ hominē/nō esse ꝓpter pura merita sic electi/sʒ ꝑ dei gratiam ante tēpora secularia sic vocātis. Quia si ad liquidū queras nullus hoīm dignus videri pōt esse vicarius Iesu Christi/inq̄t Ambrosius. Quid igit cōtra successorē Petri merita Petri obtēdis? Cōpara etiā si potes merita ⁊ vitā Petri ad merita Iesu Christi/si dignꝰ eiꝰ vicariꝰ fieri potuit similitudine meritoꝝ. Saluo preiudicio sancti Petri audacter dico/ꝙ si ad liquidū q̄ras/nec Petrus ex meritis suis dignus potuit videri esse vicarius Iesu Christi. Millesies posset talis Donatista confundi: ꝙ tam ꝓcurat pro parte sua rationē hereticā ab orthodoxis patribus millesies centies repercussam.

De trina blasphemia Witcleff contra confessionem ecclesiæ pro manuū impositione, ampla potestate Papæ, & sacerdotum multiplici ambitione. Caput. CXLVII.

MAnus impositio sacerdotis ĩ susce
ptione penitentis/ cum prece my=
stica / eo venerabilior credit̃ ꝙ ab
apostolis manauit in ecclesiã Je=
su Christi. Sed hunc ritum sacrũ
witcleff. witcleff non ferens:luciferina(in=
quit)foret p̃sumptio homines ad=
inuenire nouiter ꝙ hunc vel illum
per impositionem manuum capiti
absolutũ simpliciter a peccato.ca.xxiiij.quarti trialog.
witcleff. AVTHOR. Scio eq̃dem ꝙ in minori causa
auctoritate Christi discipuli eius sup egros manus im=
ponebant/⁊ bene habebant. Nec tñ egros illos sanan
tes in corpore/sed per penitentiam salutarẽ : sicut fecit
Christus:eos sanabant a crimine/⁊ roborabant in fide.
Manus imponebant baptizantes/confirmantes/ordi=
nantes/reconciliantes:⁊ cuncta pene sacrarũ manuum
impositione complebant : auctoritate ipsa commoniti
legis antique in qua Aaron sacerdos summus confitẽs
peccata ⁊ vniuersa delicta filiorum Israel iubetur pone
re vtranq̃ manum super caput hirci emissarij/⁊ impre=
cans capiti eius emittere in desertum. Leuitici.xvi.vbi
figuram gerit hircus hominis peccatoris gerentis ad
huc sarcinam veteris hominis. Qui vetus homo donec
per orationem sanctam seipsum subiecerit manibus sa=
cerdotis/nec vt desertum fiat plene deseritur/ nec in no
uum hominẽ qui secundũ deum creatus fuerit/reforma
tur. Sic tangit legem in expositione Psal.xxviij.super
Hierony. minori breuiario Hieronymus. Vox dñi intercidentis
flammã ignis. Quotidie in vnoquoq̃ nostrum flammã
libidinis per confessionem ⁊ gratiã spiritussancti inter=
cidit/id est per orationem sacerdotis facit cessare:sicut
legimus per Aaron deum fecisse in deserto. Vox domini
concutientis desertum. Anima que deserta fuerat occu
pantibus vitijs ante/ad verba penitentie cõmouebitur
vt excũtibus vitijs ex illa habitabilis fiat deo. Hec ille.
AVTHOR. Ecce per quotidianã confessionẽ ⁊ gratiã
sctĩ spũs vox dñi ĩtercidit flãmã libidinis in vnoquoq̃
nostrũ:quã vocẽ dñi exponit oratione sacerdotis in fine
confessionis.i.per orationem sacerdotis cessare facit/in
quit Hieronym⁹/ sicut Aaron fecisse legitur in deserto.
Et ea vox domini per eandẽ orationẽ sacerdotis et ver=
ba penitentie cõmonet animam vt faciat desertum dia=
bolo/⁊ habitaculum mundũ deo. Cur ergo dicit male=
dictus witcleff hãc esse luciferinam presumptionem ꝙ
per tales orationes vox dñi absoluat confitentes a cri=
mine:⁊ eadem vox per verba sancta penitentie infligen
de cõmoneat animam facere locum deo. De qua quidẽ
oratione intellexit sanctus Jacobus in fine canonice/
dicens. Oratio fidei saluabit infirmum: ⁊ si in peccatis
Chryso. est dimittentur ei.secundũ expositionẽ Chrysostomi lib.
iij.dialogorum ad Basiliũ ca.v.vbi dicit. Nec vero hoc
solum docendo ac monendo faciunt(sacerdotes supple)
sed etiam orationibus adiuuando. Nec solũ quãdo nos
regenerant:sed etiam deinceps potestatem indulgendi
peccata. Infirmat̃ aliq̃s ex vobis / adducat p̃sbyteros
ecclesie ⁊ orabunt pro eo/vngentes eum oleo:⁊ oratio fi
dei saluabit infirmum:et suscitabit eum dñs : ⁊ si in pec
catis est dimittẽtur ei. Hec ille. AVTHOR. Ecce duo
sacramenta recensuit:per que sacerdotes indulgent pec
cata/baptismi ⁊ penitentie/⁊ hoc concomitantis sacra
mentum vnctionis extreme:quia ⁊ tunc inquit oratio fi
dei per sacerdotem effusa saluabit infirmum/ ⁊ si in pec
catis est dimittẽtur ei. Dicat nunc witcleff perfidus et
contumax ad sanctum patrem Chrysostomum / lucife=
rinam presumptionem esse ꝙ per manuũ impositionem
simpliciter sacerdotes Christi dimittunt peccata. Ipse
enim hic docet nos ꝙ per regenerationem et deinceps
peccata dimittunt. Christus itẽ simpliciter dixit. Quo
rumcunq̃ remiseritis peccata remittuntur eis. Intelle
xit ergo eos remittere peccata dicens/quorum remise=
ritis. Unde lib.ij. de penitentia bene infra Ambrosius.
Videbatur(inquit)impossibile per penitentiam pecca= Ambros⁹
ta dimitti:concessit hoc apostolis suis/quia ab aposto=
lis ad sacerdotũ officia transmissum est. Factum est igi
tur possibile qđ impossibile existimabatur. Hec ille. AV
THOR. Ecce clara voce dicit Ambrosius ꝙ Christus
cõcessit apostolis dimittere peccata hominũ: ⁊ ab ipsis
ad sacerdotum officia per ecclesiam trãsmissum est hoc
concessum. Si vero tantũ inuides potestati que per im
positionẽ manuũ presbyteri deprecatur:ab antiqua ec=
clesia ad nos vsq̃ peruenit vt per manuũ impositionem
in confessione penitens reformetur. Unde ⁊ venerãdus
antistes Cyprianus quosdã sacerdotes ⁊ diaconos val
de increpat ꝙ aliquos peccatores ad cõmunionem ad
miserunt sine hac ecclesie disciplina. epistola sua.ix.in or
dine intitulata ad martyres:⁊ incipit Sollicitudo loci. Ep. Solli=
vbi dicit. Cũ omnes milites Christi custodire oporteat tudo.
precepta imperatoris sui/tũ magis vos preceptis eius Cyprian⁹
obtemperare plus conuenit qui exemplũ ceteris facti
estis ⁊ virtutis ⁊ timoris dei. Et vt credideram presby=
teros ⁊ diaconos q̃ illic presentes sunt monere ⁊ instrue
re vos plenissime circa euangeliũ legis sicut in preter=
itis semper successoribus nostris factum est: vt diaconi
ad carcerem cõmeantes martyrum desideria consilijs
suis ⁊ scripturarum preceptis gubernarent : sic nũc cũ
maximo animi dolore cognosco/non tñ illis non sugge
ri diuina precepta/sed adhuc potius impediri vt ea q̃ a
vobisipsis ⁊ circa deum caute ⁊ circa sacerdotem hono
rifice fiunt/a quibusdã presbyteris resoluãtur. Qui nec
timorẽ dei nec honorẽ episcopi cogitantes cum vos ad
me literas direxeritis quibus examinari desideria ve=
stra ⁊ quibusdã lapsis pacẽ dari postulastis:cum perse=
cutione finita conuenire in vnũ cum clero ⁊ recolligi ce
perimus/illic contra euangelij legẽ/ vestrã quoq̃ hono
rificam petitionem/ ante exomologesin grauissimi atq̃
extremi delicti factã/ante manũ ab episcopo et clero in
penitentia impositã/offerre pro illis/⁊ eucharistiã dare
⁊ sanctum dñi corpus prophanare audeant:cũ scriptuꝫ
sit. Qui ederit panẽ aut biberit calicem dñi ĩdigne re⁹
erit corporis ⁊ sanguinis domini. Et lapsis quidem po=
test in hoc venia concedi. Quis nõ mortuus viuificari
properet? Quis non ad salutẽ suã venire festinet? Sed
prepositorum est preceptũ tenere:⁊ vel properantes vel
ignorãtes instruere:ne qui ouiũ pastores esse debent/ la
nij fiant. Ea eñi concedere/q̃ in perniciẽ vertant/decipe
re est. Nec erigitur sic lapsus/sed per dei offensam ma=
gis impellitur ad ruinam. Hec ille. AVTHOR. Atten
de witcleff quo vergit tota hec increpatio presulis. Ad
hoc ꝙ sine exomologesi.i.confessione vocali facta in spe
ciali:quia de crimine maximi ⁊ extremi delicti/puta la=
psus in persecutione fidei/ ⁊ sine manuum impositione
in penitentia episcopi atq̃ cleri sacerdotes ⁊ diaconi re
ceperunt lapsos huiusmodi ad sacra mysteria sancte eu
charistie. Et hoc dicit contra euangelij legem factum:⁊
eos corpus dñi probare hoc ipõ. Non dixit sanctum pa
nem corpus domini figurãtem/ vt det cunctis intellige
re ꝙ prophani tales corpus domini comedant secundũ
suam substantiã q̃uis indigne. Ergo ex lege dominici
euangelij necessaria est vocalis confessio specialiter fa=
ciẽda sacerdoti mortali vltra illam que fit occulte:⁊ ab
illo per impositionẽ manuum in hac ecclesia percipien
da de necessitate salutis remissio peccatorum. Hec ecce
fuit fides euangelij tempore Cypriani:sine hac nec la=

psus erigi potuit: sed per dei offẽsam magis impellitur
ad ruinã. Hanc vero penitẽtie fidẽ in lapsis. lib. i. de pe-
Ambrosiꝰ nitentia bene infra cõmendat Ambrosius / dicẽs. Sicut
Christus dixit de iudeis: Populus hic labijs me hono
rat / cor autẽ eorũ longe est a me: fortasse de aliquibus la
psis dicat. Isti me labijs negauerunt / sed corde mecum
sunt: vicit eos pena nõ vertit perfidia. Sine causa autẽ
aliqui his veniã negant: quorũ fidẽ vsqꝫ confessus per
secutor est vt eam studeret expugnare tormentis. Nega
runt semel / sed quotidie confitentur: negarunt sermone /
sed confitent̃ gemitibus / confitent̃ eiulatibus / confiten
tur fletibus / confitent̃ liberis non coactis vocibus. Et
bene ĩfra ex ꝑsona Satane. De me ĩ celo / de me ĩ terris
triumphus sumit̃. Nihil Christo perit quando ij qui ad
me cũ fletu venerant ad ecclesiã cũ desiderio reuertunt̃.
Hec ille. AVTHOR. Hec vtiqꝫ fides penitẽtie suscipiẽ
de in ecclesia / plena fuit in diebus istorũ sanctorũ. Ubi
est iam witcleff cũ penitẽtia sua priuata et libera: nũqđ
stetisset ipse cũ sacerdotibus increpatis propter remis-
sam veniam ab ore Cypriani antistitis? Forsan obstitis-
set ãtistiti: ⁊ tulisset vltra desides sacerdotes penã here
Blasphe-mia scđa. witcleff. tici cõdẽnati. ¶ Iterũ accusat ecclesiã de excessiua su-
bia in promissionibus criminũ peccatorꝝ. in eodẽ. iiij. ter
dãnati trialogi ca. xxxij. Papa (inquiẽs) ꝑtendit se ha
bere potentiã ad saluandũ singulos viatores: ⁊ quantũ
cũqꝫ viantes deliquerint ad mitigandũ cũ eis cũ abso-
lutionibus ⁊ indulgẽtijs ne vnꝙ veniãt in purgatoriũ:
sed ad ꝑcipiendũ scĩs angelis vt aĩa separata a corpore
ĩdilate ipsã deferãt in requiẽ sempiternã. Hec witcleff.
AVTHOR. Quanta q̃rela viri impij sine fide. Si eñ
fidẽ haberet vt granũ sinapis / trãstulisset montẽ super-
be sue vesanie secernẽs verũ a falso in dictis / ⁊ per se col
locasset potestatẽ ecclesie sub vero titulo pietatis. Ecce
grande sibi videtur oppresso perfidia / ꝙ papa imperet
regibus / refrenet demones legibꝰ / iubeat angelis / ⁊ plu
ra talia. Sed pius ⁊ fide diues Augustinus cõfligat cũ
ꝑfido. tertia parte sermonũ sermo. cxij. de apostolis Pe
Augusti. tro ⁊ Paulo: q̃ incipit Fortis ⁊ hũilis: vbi dicit. Quis
plebeũ piscatorẽ apostolorũ facile crediderit principẽ
reges sanctificare / regibꝰ obsistere / regnis oĩbus impe-
rare / frenare legibus / demones calcare sub pedibus / et
iubere virtutibꝰ celum hoĩbus aperire cũ vellet: claude
re cũ placeret: immortale regnũ conuersis donare / nega
re peruersis / mũdi cognoscere culpas / ⁊ crimina hoĩbꝰ
relaxare? O inestimabilis ⁊ immẽsa potestas: hoĩem in
terra positũ tenere celũ. Ecce nunc ad nutũ Petri diui
ni regni claustra patescunt. Accepit eñ a Christo cla-
ues regni celorũ: vt solutis vinculis delictorũ aperiret
credentibus celum. Hec ille. AVTHOR. Gratias ago
deo: q̃ ex malis humanis diuina bona precogitat. Iã di
dici certa fide ꝙ ante verba blasphemantis heretici nõ
audiui. Non audierã vnꝙ in ecclesia catholica ꝙ papa
posset iubere angelis ad faciendum hoc vel illud. Sed
qđ blasphemat hereticus / asserit Augustinus. Quis
inquiens facile crederet plebeum piscatorem demones
calcare pedibus / ⁊ iubere virtutibus? quasi diceret: hoc
tñ fide credendũ est. Indignat̃ hereticus ꝙ papa p̄tẽ
dat se habere potentiã ad saluandũ singulos viatores.
Adde vere cõuersos per penitentiã in ecclesia / ⁊ Augu
stinꝰ cõcedit. Immortale (inq̃t) regnũ cõuersis donare /
⁊ negare peruersis. Et in euidẽtiã clauiũ q̃bus ista fecit
subdit. Mũdi cognoscere culpas / quo ad clauẽ scientie
⁊ crimina hoĩbus relaxare / pro claue potestatis dimit-
tendi pctã iam agnita. Et vltra spem witcleff addit ad
magnalia potestatis Petri: ꝙ in terris positus tenet
celũ: ⁊ ad nutum Petri diuini regni claustra patescũt:
⁊ sic accepit a Christo claues regni celorũ vt solutis vin

culis delictorum aperiret credẽtibus celũ. Superest itẽ
qđ witcleff multis remordet in locis: dicẽs superbiam witcleff.
pape nõ esse ferendã ꝙ cupit dñari toti habitabili / ⁊ re-
gibus imperare / ⁊ imperatores coronare. Audiat iam
Augustinũ iura pape per sanctũ Petrũ fideliter confi-
tentẽ non pompose clamantẽ. Quis plebeũ piscatorem
apostolorũ facile crediderit pĩcipẽ / reges sctificare / re
gibus obsistere regnis oĩbus imperare / refrenare legi-
bus? Et ibidem versus finẽ sermonis idẽ Augustinus.
Quis nunc tã desperet aut de humilitate generis / aut Augusti.
de magnitudine criminis? cum videat sic inundasse ce-
lestis gratie fontẽ: vt ⁊ piscatorẽ regibus preponeret ⁊
persecutorẽ apostolis coequaret? Ille eñ dñi paupertẽ
suam curat / alimenta quotidiani victus querit in pela-
go: factꝰ est diues in Christo: cui reges ⁊ nationes famu
lant̃ in seculo. Hec ille. AVTHOR. Ecce reges ⁊ natio
nes famulant̃ Petro: ⁊ Christus ꝑposuit regibus pisca
torẽ. Si vero dicat witcleff: q̃d hoc ad papã? Adhuc ob
tusus hereticus necesse habet vt literas audiat. Ubi le
git vnꝙ hec ꝑconia Petri in Petri persona cõpleta?
vbi legit Petrũ angelis imperasse? vbi sanctificare re-
ges dũ viueret? vbi regnis oĩbus imperare. Quãdo vn
ꝙ celũ visus est aperire cũ vellet: claudere cũ placeret?
Sed hec in successoribus sedis eiꝰ perspeximus / postꝙ
oẽs reges seruierũt ei. At si dicat (vt assolet) nõ ẽ seruꝰ
maior dño suo: sufficit discipulo vt sit sicut magister eiꝰ:
Quomodo ergo papa Christo in istis ꝑponit̃ aut Pe-
tro ꝑfertur? Nec sic. Quis Christus dixerit. Et maiora
horũ facietis. hoc quo ad hoĩes: sed q2 nihil sine me po-
testis facere. Pater meus vsqꝫ modo operat̃ ⁊ ego ope
ror. Non vt papa sit ꝑstantior dño suo / sed vt Christus
modo sit in conspectu hoĩm maior inter hoĩes: qui iam
maiorẽ gloriã obtinet in ministris: non in papa solo: sed
⁊ in clero: regnorũ in regni principibus ⁊ singulis Chri-
stianis, ad quos Apostolus ait. i. Corinth. iij. Omnia eñ
vestra sunt / vos autẽ Christi / Christus autẽ dei. Si oĩa
ergo nostra Christi: nõ exaltat̃ papa super Christum / si
plura iam Christi sunt ꝙ olim secundũ subiectionẽ spõ-
taneam ⁊ deuotã. Quicq̃d ergo Petrus accepit: pro
posteris suis accepit. Nõ intendebat proprietarium fa
cere Petrum: vt sibi soli claues regni celorum accipe-
ret: quibus regibus imperaret: ⁊ seculis aperiret celos:
mandaret virtutibus: ⁊ cetera iã predicta. Alioquin so
li ipsi dabatur pascere oues Christi. Et nullus apostolo
rum aut summorũ pontificũ succedentiũ sancto Petro
pasceret ex debito oues Christi: quia ipsi soli videbatur
Christus direxisse sermonẽ. Sed in contrariũ res versa
est: velut in tertia parte sermonũ sermõe. cxiij. docet Au Augusti.
gustinus. Commẽdauit nobis dñs oues suas: quia Pe
tro cõmendauit: si tñ aliqua ex parte vel extrema digni
sumus puluerem vestigiorũ Petri calcare. Commenda
uit nobis oues dñs: oues ipsius estis: oues vobiscum su
mus: quia christiani sumus. Hec ille. AVTHOR. Ergo
si oues Christi pascere successores Petri in eius sede ⁊
alij per orbẽ antistites ⁊ ꝑpositi susceperũt: quãdo Pe
trus suscepit: quomodo nõ successores Petri in eius se
de ⁊ alij post eos in ecclesia locorũ prepositi: eadem for
ma susceperunt claues ecclesie: quibus in moderamine
Petri celum aperirẽt: peccata remitterent: vt per illas
ingrederent̃ oues: ⁊ sicut promisit Christus egrederent̃
⁊ pascua inuenirẽt. ¶ Tertio itẽ notat witcleff ecclesiã Blasphe-mia tertia witcleff.
Christi pro lege cõfessionis de ambitione multiplici. iiij.
trialog. ca. xxiij. dicẽs. Omnes dicte fictitie sunt: vt cõ-
muniter promulgate ad subiectionẽ ⁊ fallacem obediẽ-
tiam populi obseruandã. Et in tractatu super ca. xxiij.
Matth. Antichristus definit temere: ꝙ nisi quis confes
sione sua noua sit a suo subdito absolutus: nõ intrat bea

titudinem quantũcunq; penitẽs fuerit quo ad dñm: ⁊ vi
detur ꝙ antichristus vel mẽbrũ eius dat in hac lege me
dium ad oĩa arcana noscenda/et possessiones seculariũ
exquirẽdas. Hec witcleff. AVTHOR. Ecce ponit lucẽ
tenebras/⁊ tenebras lucẽ. Iã supra docuit Augustinus
ꝓrogatiuã Petri datã ipsi a Christo: mũdi cognoscere
culpas: et crimina relaxare. Miserrimus witcleff dicit
hanc legẽ antichristi esse/ad oĩa arcana noscẽda/et cri=
mina relaxare est fallaciter obedientiã populi reserua=
re. Quis Phariseoꝝ tã infideliter pia Christi opa in=
terp̃tabat̃ ad malũ? Cõpati miseris/mũdare spũaliter ĩ
fectos a lepra pcti/obsessos a demone: vt nec faciãt nec
loquant̃ perperã: ad ecclesie pietatẽ reducere/ſm hũc
perfidũ erit aucupari seculi possessiones. Nõ ita Petri
fides habet: nec ipsi hec ꝯferẽtis intentio. Totus vict⁹
sacerdotis est remissio pctõꝝ: ſm illud Actuũ.x. ad Pe
trum. Surge Petre: macta ⁊ manduca. Surge Petre
in posteris: macta per penitẽtiã peccatores/⁊ mãduca
ꝑ sacramentorũ collationẽ vt remissionẽ habeãt pctõꝝ.
Iam spiritũsanctũ Corneli⁹ accepit ⁊ sui: iam cõceptio
gratiarũ ⁊ remissio pctõrum a deo mentes eoꝝ influxit.
Sed traijce eos per viscera tua: ⁊ remissionẽ pctõꝝ in
dulge tu/vt societati incorporent̃ ecclesie. Hic eñ past⁹
⁊ refectio sacerdotũ: per remissionẽ peccatorũ in sacra=
mentis mãducare fideles vt ecclie societ̃. Unde lib. pri
Ambros⁹ mo epistolaꝝ epistola. iij. q̃ est ad Simplicianũ/ Ambro
sius. Tãte pietatis est dñs Iesus vt ⁊ Iude donaret ve
niam si Christi expectasset misericordiã. Hanc ergo cul
pã sacerdotes nõ auferũt: neq; pctm̃ eius qui in dolo se
offert: ⁊ adhuc in studio delinquẽdi est. Non eñ possunt
epulari in eo qđ est plenũ fraudis: ⁊ serpẽtis interius ci
catricis est. Cibus eñ sacerdotis est in peccatorũ remis
sione. vnde ait prĩceps sacerdotũ. Meus cibus est vt fa
ciam voluntatẽ patris mei qui in celis est. Que est vo=
luntas dei nisi ea? Cũ cõuersus fueris ⁊ ingemueris: tũc
saluus eris. In illo ergo subdolo cib⁹ nullus. Et sequit̃
in fine epistole. Nõ placebit ergo dño si manducet sacer
dos sacrificiũ in quo fraus sit oblationis: nõ sedule con
fessiõis synceritas. Hec ille. AVTHOR. Hic docet Am
brosius multa de cõfessione legitima. Docet eñ ꝙ eius
culpã sacerdotes nõ auferunt/qui dolo suo se offert con
fessioni: ⁊ nondũ dimittit propositũ delinquendi: nec ei⁹
confessio delectat deũ: nec satiat sacerdotes. Docet itẽ
ꝙ cibus est ⁊ dulcis refectio sacerdotũ/ remissio pecca=
torũ: q̃ ⁊ ille cibus Christi est principis sacerdotũ/scđm
voluntatẽ patris. Conformiter ergo cũ peccator inge=
muerit/cibus sacerdotum erit ſm voluntatem patris ⁊
Christi pctã remittere. Ubiq; ergo docet Ambrosius sa
cerdotes peccatorũ frena remittere/hoc cognito quan=
tum possint/ꝙ fructuose peniteãt. Simul ⁊ liquere põt
ꝙ iniquus dispẽsator est witcleff: qui sacerdotib⁹ Chri=
sti/famem suã cibare volẽtibus in remissione peccatoꝝ/
gulam imponit acquisitionis bonorũ seculariũ: aut etiã
curiositatis cognoscendi culpas occultas reorũ: aut leo
nine superbiã voracitatis ad obedientiam populi reser
uandã. Non sic miser. Istũ cibũ nõ querit ecclesia sacer
dotũ/q̃ esuriunt ⁊ sitiũt iustitiã. Ipse Ambrosius tibi di
xit. Cibus ⁊ refectio sacerdotũ orthodoxorũ est remissio
peccatorũ. Tibi cibus iste nũꝗ̃ hoc saputt/vt videt̃. Si
tibi fuit semꝑ ĩ sacerdotio talis esuries/ nõ miror si cib⁹
putridus coegit ad vomitũ. Sic eñ vbi supra dicit Am
Ambros⁹ brosius. Deniq; nec ipse epulandi suauitatẽ capere po=
test in quo nõ syncera ⁊ pura cõscientia est. Amaritudo
eñ fraudis epulandi suauitatẽ obducit: nec permittit
mala conscientia vt reficiat ⁊ pascat obnoxiũ animum
penitentia. Hec ille. AVTHOR. Quo contra prope se
pium sacerdotẽ demonstrat qui se a passionib⁹ cohibet/
vt a subiectis populis diligatur: ⁊ sic ad se coꝝ affectuꝫ
confidẽter alliciat/ vt quisquis paruo licet crimine do=
leat/ad aurẽ sacerdotis velut ad matris gremiũ celeri=
ter referat. prout artẽ boni prepositi tradit libro primo
registri epistola. xxiiij. ad quatuor patriarchas/que in
cipit. Cõsideranti mihi. Gregorius. Tunc ad alta chari Gregori⁹.
tas mirabiliter surgit/cũ ad ima proximorũ se misericor
diter attrahit: et quo benigne descẽdit ad infima/ valẽ=
ter recurrit ad summa. In qua videlicet cõpassiõe neces
se est vt talem se qui preest exhibeat cui subiecti quiq;
occulta sua quoq; prodere nõ erubescant. Ut cũ tenta=
tionum fluctus paruuli tolerãt/ad pastoris mentẽ qua Ut, mõtẽ.
si ad matris sinum recurrant: et hoc ꝙ se inquinari pul
santis culpe sordibus preuidẽt/exhortationis eius sola
tio/lachrymis orationis lauent. Hec ille.

Pro constitutione Innocentii de confi=tendo semel in anno cuncta peccata.

Cap.CXLVIII.

OMnia tempus habẽt/⁊ suis spa=
tijs transeunt vniuersa sub celo.
Tempus flendi/tẽpus ridẽdi/tẽ
pus plangẽdi/⁊ tẽpus saltãdi. di
cit diuinus sapiens Eccls. iij. Et
qm̃ omni negotio tp̃s est ⁊ oppor
tunitas/ibidẽ. viij. ca. Flendi tp̃s
in cõfessione ecclesie aut plangen
di per penitentiã arbitrandã/nul
lum Christi populo witcleff cõcedit: sed adimit/ impu=
gnans in hoc cõstitutionẽ ecclesie per Innocentiũ ter=
tiũ. Omnes vtriusq; sex⁹. Nã tractatu de cõfessione ca.
ij. Nõ (inquit) dico ꝙ ista cõfessio est necessario faciẽda witcleff.
a quolibet viatore semel in anno si saluabit̃: cũ baptista
⁊ multi alij scti saluent̃ q̃ nũꝗ̃ ꝯfessione huiusmodi erãt
vsi: nec subiacet potestati hominũ instituere huiusmodi
sacramentum. Deus eñ libertauit suam ecclesiã ꝙ ex
sua gratia/⁊ cordis contritione fideliũ sine ista peniten
tia sint saluati. Hec witcleff. AVTHOR. Quã audacter
dicit Ioannem Baptistã hac confessione ecclesie nunꝗ̃
vsum? Quãto putas eũ confundendũ rubore aut verti=
gine agitaturũ caput: si semel diceret̃: hoc ꝓba? Aut si
cauillationi sibi solite indulgeret negatiuã negatiue sic
arguens: q: nõ legit̃ in scripturis. Quid ergo? Et Chri=
stus Iesus multa fecit ⁊ dixit p̃stantiora cõfessione Io=
annis: que tñ scriptis non habentur. Nunq̃d ideo Chri
stus illa non fecit: aut dixit q: scripta nõ legunt̃? Qua=
re item Ioannes peccata confiteri hac ratione non po=
tuit: q̃uis euangelista sic scribere p̃termisit? Et iterum:
q̃uis Ioannes non legit̃ baptizatus: baptismus tñ ei⁹
quo baptizauit alios legit̃: ⁊ a Christo probatur. Qua=
re item propter confessionem plenariã populi ad Ioan
nem: confessionẽ nostrorũ non approbas q̃uis confessio
nem actiuam Ioannis nõ legeris: maxime cum in viro
sancto culpa mortalis non canduit: contra quã/necessi=
tatem confessionis auricularis primus auctor legis in=
stituit. Audiatur tñ quid velit de signato tempore peni witcleff.
tẽdi. ibi. ca. v. Hortari posset Papa vel alius ad taliter
penitendũ. Sed ꝙ omnis homo qui discretionẽ attige=
rit: ⁊ proprium sacerdotẽ paratum habuerit: confitea̅t
semel in anno oĩa pctã sua ꝓprio sacerdoti sub pena da
mnationis: non subiacet potestati papali. cũ nec potest
hominẽ damnare nec saluare. Sequitur. Nec habet po
testatem obliquandi rationem: ꝙ semel in anno sit ibi
sufficiens: quin per idẽ semel in biẽnio vel quolibet alio
tempore. Hec witcleff. AVTHOR. Primo dicendum
ꝙ confessio sacramentalis secundũ ꝙ est pars peniten=
tie/loco penitentie solennis in ecclesia publica fieri sta=

tuta est a primordijs. Diu ergo ante Innocentium ter-
tium/penitentia obseruata segniter agentibus homini
bus renouas/ne derideat/nõ ipe primus(vt tu desipis)
adinuenit. Unde in suo enchiridio cap.xxxvi. Augusti-
Augusti. nus. Sed neqꝫ de ipsis criminibus ꝙlibet magnis re-
mittendis in sancta ecclesia dei misericordia desperan-
da est / agentibus penitentiam secundum modum sui
cuiuslibet peccati. In actione autẽ penitentie vbi tale
commissum est/vt is qui commisit a Christi etiã corpo-
re separetur:non tam cõsideranda est mensura tẽporis
ꝙ doloris. Cor enĩ contritum ⁊ humiliatũ deus nõ sper
nit. Uerum quia plerũqꝫ dolor alterius cordis occult⁹
est alteri/nec in aliorum notitiam per verba vel quecũ
qꝫ alia signa procedit/cũ sit coram illo cui dicitur: Ge-
mitus meus non est absconditus a te: recte constituun-
tur ab ijs qui ecclesijs presunt tẽpora penitẽtie/vt fiat
satis etiã ecclesie in qua remittunt̃ ipsa peccata. Extra
eam quippe non remittuntur. Ipsa nanqꝫ spiritumsan-
ctum pignus accepit/sine quo non remittunt̃ vlla pec-
cata. ita vt quibus remittuntur vitam consequant̃ eter
nam. Magis enĩ propter futurum iudicium fit remissio
peccatorũ. Hec ille. AVTHOR. Uide per singula/tem
pus penitendi constitutũ ab ijs patrib⁹ qui presunt ec-
clesijs. Primo vt secret⁹ dolor/⁊ cordis cõtritio/que fit
deo soli/cui gemitus hominis nõ est absconditus/que
in alterius notitiã vel per verba/vel per signa nullo mo
do procedit/iam nota fiat. Quomodo hoc nisi per con-
fessionẽ vocis humane? in ecclesia vtiqꝫ vt satisfiat etiã
ecclesie/dicit Augustinus: nec soli deo: quia nisi in ec-
clesia/non remittũtur vlla peccata: ita vt quibus remit
tuntur vitam consequantur eternam. Hoc propter te/ꝗ
indignanter fers statuisse papam ꝙ semel in anno cõfi-
teantur fideles peccata sua sacerdoti sub pena damna-
tionis. Si enĩ non remittantur eis vt vitam consequan
tur eternã: eternaliter dãnabuntur. Iam dicit Augusti-
nus nõ remitti hominibus vlla peccata nisi in ecclesia
ab eorũ prepositis: quibus dolor cordis eorũ notus fit/
vt satisfiat ecclesie. Qui dolor cõgruus esse pro peccato
non noscit̃/nisi exprimatur peccatũ. Igitur damnabile
vocat mendaciũ detrectare aliquid cõfessioni huiusmo-
di: aut nolle more ecclesie penitere. lib. de mẽdacio vers⁹
Augusti. finem Augustinus. Est enĩ aliquod mendaciũ qđ tunc
insinuabat propheta/in quo nulli parcet̃: id est si pecca-
ta sua quisqꝫ confiteri detrectans/defendat ea potius/⁊
nolit agere penitentiã: vt parũ sit ꝙ operat̃ iniquitatẽ
nisi etiã iustus videri volens medicine cõfessionis non
succumbat: vt ⁊ ipsa verborũ distinctio nõ aliud intima
re videantur. Odisti oẽs qui operantur iniquitatẽ: sed
nõ perdes si penitẽdo in confessione loquant̃ veritatem
vt faciẽdo istam veritatem veniant ad lucem. Perdes
autẽ omnes qui non solũ operantur iniquitatẽ quã odi
sti: sed etiam loquunt̃ mendacium iustitiam pretẽdẽdo/
nec in penitentia confitendo peccata. Nam de falso te-
stimonio qđ in decem preceptis legis positum est/nullo
modo quidẽ contendi potest/dilectionem veritatis in
corde conseruandã/⁊ proferendũ falsum apud eũ apud
quem dicitur testimoniũ. Cum enĩ deo tãtũ dicitur: tũc
tantũ veritas in corde amplectenda est. Cum homini di
citur/etiã ore corporis verũ proferendũ est/ ꝙ homo nõ
est cordis inspector. Hec ille. AVTHOR. Uelit nolit
witcleff/ nisi cuiuscũqꝫ status fidelis agat penitentiã
modo ecclesie confitẽdo peccata syncériter/ perspicue/
sine dolo/perdetur finaliter: quia nõ loquitur veritatẽ.
Et de ꝯfessione vocali loquitur Augustinus: nõ perdes
(inquiens) si penitẽdo in cõfessione loquant̃. Et ꝙ de cõ
fessione vocis loquat̃ ad hominẽ/hoc plane demonstrat
qđ subdit de testimonio vero dicendo homini ore corpo
ris. Si autẽ deo soli loquendũ esset(inquit) tũc veritas
solo corde amplectẽda foret. Preter ista videte fideles
quid disposuit contra witcleff spiritussanctus in predi-
ctis de vocali confessione sermonib⁹ Augustini dicẽtis:
Dominũ perditurũ oẽs qui non solũ operãtur iniquita-
tem: sed etiã loquunt̃ mẽdacium pretentẽdo iustitiam:
nec in penitẽtia cõfitẽdo peccata/⁊ qr iustus videri vo-
lens quis medicine confessionis non succumbat. Audi-
te si huic non cõueniat argutia witcleff: quã contra pre
dictam constitutionẽ Innocentij ipse astruxit. In eodẽ
predicto cap. v. de confessione. Nec habet(inquit) pote- witcleff.
statem papa obligandi rationem ꝙ semel in anno sit ti
bi sufficiens/qm̃ per idem semel in biennio: ⁊ de multis
preseruatis ex dei gratia pro nullo tẽpore hoc oportet.
ideo dicunt aliqui ꝙ verificatum est in isto loco dictum
Apostoli. ij. Thessa. ij. ꝙ Antichristus extollitur super
omne qđ dicit̃ deus: eo ꝙ Christus istã legem ordinare
non potuit: licet illam condere potuit si volebat. Hec
witcleff. AVTHOR. Ergo potuit: quia secundũ dedu-
cta frequenter alibi: nihil tam est in potestate volunta
tis ꝙ ipsa voluntas. Sed ad hoc quod dicis ꝙ de mul-
tis preseruatis ex dei gratia pro nullo tempore oportet
scilicet secundũ statutũ apostolicũ cõfiteri omnia pecca
ta semel in ãno: si nõ simul erres ⁊ cũ errore sophistices
de beatis in celo vel baptizatis infantib⁹/ aut rationis
vsu carentibus: sed limitatim ad intentionẽ canonis de
viatoribus doli capacibus post statutum: audeo dicere
quantũ sacra fides licentiat ꝙ nec witcleff hoc sentiẽs
nec aliqs witcleffista est ex dei gratia taliter pseruat⁹
ꝙuis eorum nonnulli hoc de se iactent in populis/⁊ di-
cant/⁊ per tot annos(quidã quinquaginta: aut eis am
plius) nũꝙ a pueritia se reputent peccasse mortaliter.
ita vt re ipsa non verecũdati transforment in se psonam
timidi Pharisei/qui cũ witcleff gratiam dei iactat ꝙ
non sit sicut ceteri hominũ cõmuni Christi lege ⁊ eccle-
sie vtentiũ sacramentis/raptores/ iniusti/adulteri. Cu-
ius itẽ hercli postea polluti sunt Nouatiani ⁊ Cathar- Catharri.
ri dicti a seipsis mundi ⁊ qui nõ egeant ecclesiastice pe-
nitere. Mi witcleff de vnoquoqꝫ vestrũ audisti quid su-
pra dixerit Augustinus exponens psalmũ alloquẽtem
dñm. Perdes omnes qui non solũ operantur iniquita-
tem qđ odisti: sed ⁊ loquuntur mendaciũ: iustitiam pre-
tendendo/nec in penitentia confitendo peccata: vt pa-
rum sit ꝙ nõ operat̃ vt sibi videtur iniquitatẽ/nisi etiã
iustus videri volens medicine confessionis non succum
bat. Istud(inquit) est mendaciũ in quo nulli parcet̃. Et
beatus Ambrosius dicit istam blasphemiã esse pharis-
saicam: que ideo negat remissionẽ peccatorum: ⁊ ꝓpter
hoc in se indelebilẽ: lib. ij. de penitentia: dicens. Respon Ambrosi.
sum est a dño Phariseorꝫ blasphemie: ⁊ ideo his pote
statis sue gratiam negat que in remissione pctõrũ est: ꝗ
celestem eius potestatẽ diabolico fultam suffragio iudi
carent. Eos quoqꝫ asserit diabolico vti spiritu: qui sepa
rent ecclesiam dñi: vt omnium temporum hereticos et
schismaticos comprehenderet: quibus indulgẽtiam ne
gat. Soli enĩ sunt qui volũt soluere Christi gratiã. Hec
ille. AVTHOR. Ponat tñ mihi witcleff illum homi-
nem quẽ nullo oportet tẽpore renouari per gratiã sensi
bilis sacramenti: si homo sit: ⁊ hac carne vtens: nũquid
oportet eum interim dicere: dñe dimitte mihi: qr pecca-
ui? Et nonne necessariã habet remissionẽ peccatorum?
Et vbi fructuosius illã habitur⁹ꝙ in ecclesia: ꝙ sub ec-
clesiastico sacerdote? Ideo enĩ paralytico illi curato ꝑ
tectum demisso Christo notanter ait. Homo remittunt̃
tibi peccata tua. Prout exponit in cõmẽtario sup Lu- Beda.
cam lib. ij. cap. iij. Beda dicens. Hominẽ dñs a paralysi
curaturus: primo peccatorũ vincula dissoluit: vt osten-

deret eum ob nexus culparū artuum dissolutione dānari: nec nisi his relaxatis membrorū posse recuperatione sanari. Et bene is cui pctā dimittebanť/ homo vocať: q̄ hoc ipso ꝙ homo erat/ nō posset dicere/ nō peccaui. Hec ille. AVTHOR. Si ergo eo ꝙ homo est/ oportet dicere peccaui: nec tamen oportet dicere semꝑ mortaliter peccaui: restat tñ petere remissionē peccatorū. Qð itē audi ꝙ̄ absolute in suo enchiridio ca. xxxv. pronunciat

Augusti. Augustinus dicens. Hac ergo excepta magna indulgētia: vnde hoīs renouatio incipit/ in qua soluiť oīs reat⁹ ⁊ ingeneratus ⁊ additus: ipsa etiam vita cetera iā ratione accedentis etatis quātalibet ꝑpolleat fecūditate iustitie/ sine peccatorū remissione nō agitur: qm̄ filij dei/ ꝙ̄diu mortaliter viuunt/ cū morte confligunt. Et ꝙ̄uis de illis sit veraciter dictū: Quotquot spiritu dei aguntur: ij filij dei sunt/ sic tñ spiritu dei excitanť ⁊ tanꝙ̄ filij dei ꝓficiunt ad dñm: vt etiā spiritusancto/ maxime cū aggrauante corruptibili corpore tanꝙ̄ filij hoīs in quibus humanis motibus deficiunt ad seipsos: ⁊ ideo peccent. In-

Peccatū Crimen. terest q̄dē quantū. Neq₃ eñ q̄ peccatū est omne crimē/ ideo crimen est omne peccatū. Itaq₃ sanctorū hominū vitā ꝙ̄diu in hac morte viuiť inueniri posse dicimus sine crimine. Peccatū autē si dixerimus q̄ nō habemus (ait tantus apostolus) nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est. Hec ille. AVTHOR. Ecce quātalibet q̄s fidelis prepolleat fecūditate iustitie/ sine peccatorū remissione tñ non agitur vita iā ratione accedētis etatis. Iunge ista ꝑdictis Augustini: ꝙ ipsi loquunť mēdaciū cui non parceť/ qui pretendunt iustitiā suā ne in penitētia confiteantur peccata. Et statim cōficiť ꝙ quantūcū₃ quis iam ꝑseruatur dei gratia ꝑpollens fecunditate iustitie/ vel loquiť mendaciū cui non parceť/ vel oportet eū aliquo tēpore in penitētia confiteri peccata. Que ꝙ̄uis criminalia non sunt/ hec tñ oportet etiā prudentem hominē confiteri alteri habenti potestatē discernēdi inter lepram ⁊ non leprā/ vt non suo quis iudiceť arbitrio vtrum graui⁹ iā peccauit an leuius. Et ꝙ̄uis sine sacramento discuti posset/ efficacior tñ est optāda remissio in sanctitate ⁊ gratia sacramēti: ⁊ virt⁹ sperāda robustior vt preseruetur penitēs ne veniale cōmissum sua mole faciat criminale. Reuertendo ergo ad tēpus penitētie cōstitutum/ quis nisi filius ecclesie malignantiū/ occurrere posset cōtra tā salubre mandatū: vt semel in anno cōfiteatur vniuersa peccata/ ⁊ sicut semꝑ semel in āno oīs redit nostra festiuitas/ semel ī āno Pascha celebram⁹: ita semel plebs vniuersa cōmunicet. Et ne indigne quisꝙ̄ accedat: iuste statuitur vt semel in anno cōfitēdo quisq₃ peniteat/ eo maxime tēpore quo cōmunicare ꝓponit vt sacerdotis iudicio euidens fiat/ quantū esse potest: ꝙ alienus a mortali crimine nō indigne cōmunicat. Unde quarta parte sermonū/ sermone de aduentu dñi qui inci-

Augusti. pit Propitia diuinitate/ Augustin⁹. Quotiēscū₃ aut natalē dñi/ aut reliquas solennitates celebrare disponitis/ ebrietatē ante oīa fugite: iracundie quasi bestie crudelissime repugnate. Odiū velut venenū mortiferum de corde vestro repellite. Sequiť. Nam qui se scit vel vnū hominē odio habere/ nescio si ad altare dñi securus possit accedere: cū beatus Ioannes euāgelista terribiliter clamet ⁊ dicat. Qui fratrē suum odit homicida est. Iā nostrum est iudicare vtrū homicida anteꝙ̄ penitentiam agat/ presumere debeat eucharistiā accipere. Hec ille. AVTHOR. Attende qð dicit. Nostrū (inquit) est iudicare de homicida vtrum debeat ⁊c. Quomodo autē de occultis cordium iudicare poterūt sacerdotes/ sine confessione peccatoris? Eius ergo est crimē ore exprimere vt sacerdos valeat qð suum est iudiciū exercere: vel ad eucharistiā admittendo dignū/ vel ab eucharistia repellendo indignum. Nec hoc tātū in genere ebrietatis vel odij: sed in omni specie vitij: q̄ pro omni criminali vitio tāꝙ̄ indign⁹ debet excludi. Nec sancta tēpora preterit Augustinus q̄bus hoc fiat pre alijs/ sed infert Natale dñi ⁊ alias solēnitates ꝑclaras/ in q̄bus tunc plebes cōmunicare solebant/ sicut modo in pascha. Qð tñ nō ab Innocentio tertio primitus lege statutum/ est vt iste decipitur: sed ante eū Innocentius primus de tēpore Au-

Innocēti⁹ primus. gustini: ⁊ cuius auctoritati Augustin⁹ valde innititur. Ipse inquā antiquū statutū patrū ecclesie roborauit decreto suo primo in proemio scribens. Innocentius Decentio Egubino salutē. Si instituta vt sunt a beatis apostolis tradita integra vellēt seruare dñi sacerdotes: nulla diuersitas: nulla varietas in ipsis ordinibus ⁊ consecrationib⁹ habereť. Sed dum vnusquisq₃ non qð traditum est: sed qð visum sibi fuerit hoc existimat esse tenendum: inde diuersa in diuersis locis vel ecclesijs: aut teneri aut celebrari videnť. Ac sic fit scandalū populis: q̄ dū nesciunt traditiones antiquas humana ꝑsumptione corruptas: putant sibi aut ecclesias nō cōuenire: vel ab apostolis vel apostolicis viris cōtrarietatē inductam. Ac demū de tēpore penitēdi. ca. vi. De penitētibus vero qui siue ex grauioribus cōmissis siue ex leuiorib⁹ penitentiā gerunt: si nulla interueniat egritudo/ quinta feria ante pascha eis remittendū Romane ecclesie cōsuetudo demonstrat. ⁊ infra. Sane si quis egritudinē inciderit atq₃ vsq₃ ad desperationē deuenerit: ei ante tēpus pasche est relaxandū: ne de seculo absq₃ cōmunione decedat. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ septingētis annis ante Innocentiū tertiū fuit tēpus penitēdi siue de grauibus siue de peccatis leuibus semel in anno ante Pascha per istum sanctū Innocentiū populis limitatum. Et nota ꝙ nec per ipm̄ primo: sed Romane ecclesie cōsuetudine antiqua. Quā item antiquā cōsuetudinē sub auctoritate Sozomeni in historie tripertite lib. ix. cap. xxxv describit Cassiodorus. Quoniā omnino non pec- Cassiodorus Sozomenusq₃.

care diuinū ⁊ vltra humanā naturam esse cognoscitur: peccantibus autē ⁊ penitentiā agentibus veniā deus dari precepit: qui confiteri refugiunt maius peccatorū onus acquirunt. Propterea visum est antiquis pontificibus: vt velut in theatro sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandanť: ⁊ ad hanc causam presbyterū bone conuersationis seruantēq₃ secretum ac sapientē virum statuerunt: ad quē accedentes ij qui delinquebant delicta propria fatebātur. At ille secundū vniuscuiusq₃ culpam indicebat ⁊ multā. Quod etiā hactenus in occidentalibus seruatur ecclesijs: ⁊ maxime apud Romā vbi etiam locus certus est penitentium. Hec ille. AVTHOR. Primo tempus Romane consuetudinis describit Innocentius: iam demū Sozomenus locū et formam causamq₃ institutionis annectens: quia qui confiteri refugiunt maius peccatorū onus acquirūt. Et ideo antiquis pōtificibus visum esse vt sub testimonio ecclesiastici populi delicta pandantur: non aliter ꝙ̄ secreto ⁊ presbytero. Ideoq₃ dicit sapientē ad hoc deputatum esse presbyterū ⁊ seruantē secretum. At ille penitētiam cuiq₃ secundū suum delictum salutarem iniunxit: quam ipse vocat multam. Hec antiqua semꝑ describitur consuetudo ecclesie. Ideo: quia maiorem vim postea legis obtinuit: non vt sufficiēs esset hoc facere semel in anno: sicut wicleff in argumento presumpsit: sed ne nunꝙ̄ in anno cōfiteri nihil sufficeret: qð wicleff ad homines perdendos assumpsit. Beatissimus eñ Augustinus iā primo loco supra recte valde dixit tempora sic confitendi constitui. Recte (inquit) constituunť ab ijs qui ecclesijs presunt tēpora penitendi: ꝙ̄uis deo ꝓfessum sit quotidie: cui diciť. Gemitus meus a te nō est abscōditus. Et

subdit causam:vt satisfiat item ecclesie in qua remittun
tur peccata/puta per confessionẽ sacerdoti: sicut inten-
dit cõtinue in epistola.vij. que incipit/ Diu penitentiã:
Cyprian⁹. Cyprianus.Nã cum in minoribus peccatis agant pec-
catores penitentiã in isto tẽpore:⁊ secundũ discipline or
dinẽ ad exomologesin veniant:per manus impositionẽ
episcopi et clerici ius cõmunicationis accipiant: nunc
crudo tẽpore adhuc perseuerante nondũ restituta eccle
sie ipsi⁹ pace ad cõmunicationẽ admittat.Hec ille.AV
THOR.Ecce ꝙ Cyprianus antiquus ⁊ sanctus pater
iustum tẽpus penitẽtie dicit institutũ vt plebes secũdũ
discipline ordinẽ ad exomologesin.i.confessionẽ pecca-
torũ aduentant:⁊ per manus impositionẽ episcopi ius
cõmunicationis accipiant/qđ vtiꝗ witcleff valide de-
testatur.Quis sapiens tot ⁊ tã sanctis patribus decre
det vt stolido witcleff sine auctoritate garriẽti/sine ra-
tione/contra tantã auctoritatẽ attendat?Quis tam te
merariũ ⁊ mendacẽ in consiliũ sue salutis assumat: dicẽ
tem ⁊ scribentẽ omni reiecto pudore/ꝙ leges de confes
sionibus in scripturis expresse soli deo facte per mille
annos ⁊ amplius suffecerunt?innuẽs totũ tempus ec-
clesie ante Innocentiũ tertiũ.Cum tñ Innocentius pri
mus in decreto suo mendaciũ eius non tantũ ex aucto-
ritate/sed etiã antiquitate confundat.Sic Cyprianus:
sic Sozomenus ⁊ Chrysostomus greci:sic Augustinus
⁊ alij ante scripti latini impudica mendacia eius nõ fe-
runt.Audistis/vidistis/ scripta se produnt / ⁊ mendacissi
mum ecclesie proditorẽ accusant.

De reseruationibus casuum ad prelatos maiores,et publicis pœnitentiis peccatorum. Cap.CXLIX.

REseruationes casuũ fieri in hono
rem dei ⁊ vltionem criminis dei:
vel lese maiestatis/omnis pie sẽ-
tiens arbitrat:sed witcleff de cõ
witcleff. fessione ca.v.Per diabolũ ⁊ An
glicos(inquit)hodie practizatur
ꝙ primo reseruata absolutiõe no
tati criminis Romane curie/mit
tuntur bulle/ꝙ homines possent
domi absolui.Sequit.Sed monoculis est satis cogni-
tum ꝙ ista reseruatio absolutionis ad curiã est contra
charitatis regulas fundata. Et de sermone dñi in mon-
te ca.xiij.Diabolus(inqt)docet ꝙ potestates absoluen
Idem. di a peccatis talibus p suũ vicariũ restringant/vt olim
fuit tantũ peccatũ sacerdotẽ benedicere in secundis nu
ptijs/ꝙ sacerdos sic benedicẽs incurreret irregularita
tem/⁊ peteret Romanã curiam anteꝗ̃ fuerat absolut⁹.
Hec witcleff.AVTHOR.Cũ misericors dñs noster Je
sus Christus:ꝗ̃ pius existimari debet a nobis qui sum-
mam potestatis sue in remittẽdis criminib⁹ successori
Petri remanere decreuit/siue Rome sit/siue Carthagi
ni/vt sceleratus quisꝗ ad Petrũ currat/ quem in eius
subsidiũ promptũ in successore percipiet? Unde tertia
parte sermonũ sermone.cxij.qui incipit Fortis ⁊ humi-
lis.fideliter hanc fidẽ ecclesie adaperit Augustinus di-
cens.Ecce nũc ad nutũ Petri diuini regni claustra pa-
Augusti. tescunt.Accepit eñi a Christo claues regni celorum:vt
solutis vinculis delictorum aperiret credentibus celũ.
O ꝗ̃ vicina ⁊ prompta remedia:iuxta se habet mundus
dei regnũ/si currat ad Petrum.Non hic machine que-
runtur ad nubes:quia ascensum pparat sola fides.Nõ
ad aures domini longa est precantibus via: quia ipse
Christus credentibus factus est via. Posuit ad vicem
suã in seculo celestis regni clauicularium Petrum ne dif
ficilem sibi ad celum quispiã existimaret ascensum.AV
THOR.Qui habet aures audiendi fideliter/scire po-
terit fidẽ Augustini fuisse de potestate Petri in remit-
tendo peccata ⁊ aperiendo peccatoribus claustra celi.
Ipse fideliter ⁊ animose scribit:ipse loquit confidenter
nec veretur dicere ꝙ ad nutũ Petri celi claustra pate-
scũt:ꝙ Petrus accepit potestatẽ a Christo in clauib⁹
vt vinculis delictorũ solutis aperiret credentibus celũ.
Quis Petrus putas? Non piscator solus ⁊ filius ille
Joanna apostolorũ primus ⁊ primas : et tunc potestas
eius ipso moriente euanuit:sed ipse Petrus in heredi-
bus/in successorib⁹ suis cathedre sue sancte. Alioquin
quid intulit Augustinus ꝗ̃ vicina ⁊ prompta remedia
⁊ ꝙ iuxta se habet mundus dei regnũ/si currat ad Pe-
trũ? Si intelligi debet de cursu anime ad Petrũ in celũ
non iuxta se habet mundus hoc remediũ/immo habet
iuxta se propius ipm deum. Et quid itẽ posuit deus ad
vicem suã clauicularium Petrũ nisi corporeũ successo-
rem Petri daret intelligi:quẽ posuit deus in seculo isto
non supra adhuc in celo/vt per eum facilẽ sibi ad celum
quispiã existimaret ascensum? Sic antiqui patres scri
bere consueuerunt/successorẽ Petri Petrum/ propter
idẽtitatem regiminis ⁊ consortiũ potestatis.Sicut itẽ
sctũs Eulogius Alexandrinus ad Gregoriũ scripsit:et
habetur in registro lib.vij. epistola.xxxvi. Suauissima Eulogius
mihi sanctitas vestra multa in epl'is suis de sancti apo
stolorũ principis Petri cathedra locuta est: dicens ꝙ
ipse in ea nunc vsꝗ suis successoribus sedeat. Sequit.
Sed cuncta q̃ dicta sunt in eo libẽter accepi/ ꝙ ille mi
hi de Petri cathedra locutus est qui cathedrã Petri
sedet.Hec ille.AVTHOR.Hunc ergo Petrũ nobis in
timat Augustinus/quando dicit mundũ istum habere
prõpta remedia dimittendorũ criminũ si currat ad Pe
trum:id est si eat ad Romanũ pontificẽ/successorẽ Pe-
tri ⁊ heredem intelligens:ꝙ ipse in ea nunc vsꝗ in suis
successoribus sedeat:cui accipienti claues pro vniuersa
ecclesia/vniuersalis ad dimittendũ peccata semper est
reseruata potestas.Qualiter etiã fundamentũ scriben
di accepit in hac re in sermõe de natali apostolorũ Pe
tri ⁊ Pauli qui icipit Interrogabat Jesus discipulos.
post mediũ Innocentius.Porte inferi non preualebũt Innocentius.
aduersus eam. Potestas autẽ ipsius in duobus maxi-
me cõmendatur/videlicet in absolutione peccatorum ⁊
operatione miraculorũ.Licet eñi communẽ cum alijs
dimittendi peccata potestatẽ acceperit: non tamẽ sine
rationabili causa sol⁹ legit interrogasse Jesum. Si pec
cauerit in me frater meus dimittã illi vsꝗ septies?et ei
soli legitur respondisse Jesus:non dico tibi vsꝗ septies/
sed vsꝗ septuagiesseptics. Septenarius enim vniuersi
tatis est numerus/quoniã omne tẽpus septenario nu-
mero cõprehendit.Quid ergo septenarius per seipsum
multiplicatus significat nisi vniuersorum vniuersa pec
cata? Sic igitur soli Petro precipitur:vt si peccauerit
in se frater suus/dimittatur ei nõ solum septies sed vsꝗ
septuagiesseptics: quia solus Petrus dimittere potest
vniuersorum vniuersa peccata.Nam ⁊ sunt quedã pec-
cata quorum absolutio soli Petro est reseruata.Hec il-
le.AVTHOR. Competẽter exponit cõmunẽ cũ alijs
potestatẽ accepisse Petrũ ad dimittendũ peccata:⁊ tñ
aliquid ipsi potestatiue seruatũ qđ nõ põt cũctis esse cõ
mune:sicut Protoplasto datũ est cũ alijs cõmuniter in
specie hoĩs propagare sequaces : ipsi tñ soli ꝓrogatiue
fuit ꝙ eẽt pĩmas ⁊ forma ꝓpagationis/ ⁊ ĩ eũ solũ redũ
daret debitum potestatis paterne/honor vniuersalis fi
liorũ hoĩm ⁊ primitas parentele. Pauci tñ aduertunt
que sit causa reseruationis casuũ in delictis ad primã
sedem.Est eñi pter alias/causa maxima ad examinãdũ
⁊ tunc ad iudicãdũ debite magnũ scelus quod cõmitti

contingit in deum. Hoc em̃ non niſi in publica eccleſia
apud prelatum ⁊ clerum/vel confiteri expedit vel puni
ri. Nemo ſiquidem ſuo examini in tanta cauſa commit-
titur. Unde Dauid rex ſuum refugit iudiciũ/⁊ letanter
ſubijt alienum/quando peccauit valde cõtra deũ. prout
in apologia de Dauid tractans illud. Delictum meum
Ambroſi⁹ contra me eſt ſemper. docet Ambroſius. Juſtus fauere
ſibi neſcit: rigorem iudicij etiam circa ſe non nouit/infle
ctere recordationem lapſus proprij perhorreſcit/⁊ com
miſſum erubeſcit errorem. Omnem eius memoriam pa
uet/metuit/reformidat/graue ſibi iudicat: ſeipſum arbi
trum refugit: nec ſe ſibi audet committere/ꝙ nullum ſi-
bi putat grauiorem eſſe ꝗ̃ eum quẽ latere non poſſit/fal
lere neq̃at/nullumq́ʒ ſubſidiũ reperiat niſi in ſe ſibi abne
get/⁊ dñi crucem tollat. Hec ille. AVTHOR. Ecce Da
uid quia iuſtus: ⁊ omnis vir iuſtus ſeipſum arbitrum re
fugit: nec ſe ſibi audet committere. Eſt ⁊ alia cauſa vt a
magna plebe ⁊ maiori item ſacerdote oretur de⁹ vt ipſi
peccatum dimittat in quem committitur. Ecce furtum
Achor qđ erat occultum/non eſt latere permiſſum/ſed
reus anathematis ſorte proditur. Fatetur ſcelus corã
eccleſia ⁊ penã portat contemptus in deum. Joſue. vi.
Achas humiliatus eſt ad verbũ domini per Heliam pa
triarcham noſtrũ / de tyrãnide quã fecit in Naboth. Et
per eundem prophetam accepit inducias pene quã pro
pheta predixit. iij. Reg. xxj. Heliodori ſacrilegium ⁊ vio
latio templi in eodem loco ſumpſit ſue prede ſententiã:
⁊ ad preces ſummi põtificis donatur ad vitã. ij. Macha
beor. iij. Cur fugit a nobis cõmiſſum Dauid in deum ꝓ
morte Urie: ⁊ ſtupro Berſabee? Nonne publicatum eſt
ſcelus eius coram vicario dei Nathan/⁊ ipſe confeſſus
flagitiũ ſubijt item penam? ij. Regũ. xij. Et de eo item in
apologia de Dauid ſcribit Ambroſius. Ecce in iniqui-
tatibus conceptus ſum/ ⁊ in delictis peperit me mater
mea. Quis tanto affectu agit penitentiam: humi ſtra-
tus iacuit/fuſus in lachrymas: cibum non guſtauit/la-
uacro ſe abdicauit. Quid iam reliqua dicam? ꝙ abſti-
nuerit ornatu regio: ⁊ compunctus adiunxit confeſſio-
nem iniquitatis ſue/⁊ in perpetua ſecula toto canendã
orbe trãſmiſit. Hec ille. AVTHOR. Ubi eſt verbum fa-
witcleff. ſtuoſum witcleff preconizãtis tertiam confeſſionem fa-
ctam homini non inueniri in ſcripturis: ſed ſolã confeſ-
ſionem cordis vel oris ad dominũ? Coram Nathan pro
pheta in magna eccleſia confeſſus eſt Dauid ⁊ peniten
tiam grandem egit: Ambroſius dicit ꝙ adiunxit confeſ
ſionem iniquitatis ſue/⁊ in perpetua ſecula toto canen-
dam orbe tranſmiſit. Cur ergo propter immane ſcelus
tergendum ⁊ dominum placandum non current homi-
nes ad ſanctum Petrum? Qualiter ſecurare poteſt
witcleff auditores ſuos de venia per penitentiã cordis
priuatam/poſt enorme flagitium commiſſum in deum:
propter qđ item furor diuinus eſt ſeuiturus in orbem?
Crimina enormia. Quale peccatum eſt hereſis/vitium ſchiſmatis/ homi-
cidium/adulterium/inceſtus/quẽ item puniuit Apoſto
lus in publica Corinthiorum eccleſia. Et itẽ ſeditio pu-
blice poteſtatis graſſantis in populũ: quã ſanctus Am
broſius per ſe puniuit in Theodoſio coram eccleſia ſua:
⁊ punitum abſoluit. prout in lib. ix. hiſtorie tripertite re
colit Caſſiodorus. Et ipſe item in libro de obitu Theo-
Ambroſi⁹ doſij tranſeunter cõmemorat dicens. Ego vt quidem ſer
monem meum per orationem cõcludã/dilexi virum mi-
ſericordem/humilẽ in imperio/corde puro ⁊ pectore mã
ſueto preditum/qualẽ dñs amare conſueuit/dicens. Su
pra quem requieſcam niſi ſupra humilem ⁊ mãſuetum?
Dilexi virum qui magis arguentem ꝗ̃ adulantem pro
bauit: ſtrauit omne quo vtebatur inſigne regium: defle-
uit in eccleſia publice peccatũ ſuum/qđ ei aliorum frau
de obrepſerat: gemitu ⁊ lachrymis orauit veniam. Qđ
priuati erubeſcunt: non erubuit imperator publice age
re penitentiã. Neq́ʒ vllus poſtea dies fuit quo nõ illum
doleret errorem. Quid ꝙ preclaram adeptus victoriã/
tamen quia in acie hoſtes ſtrauit abſtinuit a conſortio
ſacramẽtorum donec dñi circa ſe gratiã filiorum experi
retur aduentu. Dilexi virum qui cum iam corpore ſolue
retur/magis de ſtatu eccleſie ꝗ̃ de ſuis periculis ange-
batur. Hec ille. AVTHOR. Ecce teſtatur Ambroſius
ꝙ Theodoſius publicã in eccleſia egit penitentiam/et
abſtinuit a conſortio ſacramentorũ donec domini⁹ circa
ſe experiretur gratiã. Qualiter tamen egit penitentiã
in forma moderne eccleſie ad iuſſum ⁊ moderamen epi-
ſcopi: ⁊ ab eo abſolui promeruit: bonum eſt propter hos
contra quos agimus vt hiſtoriã retexamus. Ipſe nãq́ʒ
(vt dixeram) libro nono hiſtorie tripertite. cap. xxx. ſub
auctoritate Theodorici/ Caſſiodorus refert quomodo
in Theſſalonica vrbe diſtractis iudicibus quibuſdã re-
galibus ſeptẽ milia hominũ ſine precedente iudicio oc-
ciſa ſunt. Que clades cũ ad aures veniret Ambroſij: ſcri
pſit ad imperatorem. Coequalium hominũ princeps es Ambroſi⁹ apud Caſ-
o imperator ⁊ conſeruorũ. Unus eſt em̃ omniũ dñs/rex ſiodorum.
omnium ⁊ creator. Quibus igitur oculis aſpicies com
munis dñi templum? quib⁹ calcabis pedibus ſanctum
illius pauimentũ? Quomodo manus extendes/ex qui
bus adhuc ſanguis ſtillat iniuſt⁹? Quomodo huiuſmo
di manibus ſuſcipies ſanctũ domini corpus? Qua pre-
ſumptione ore tuo poculũ ſanguinis precioſi percipies:
dum furore ſermonum tãtus iniuſte ſit ſanguis effuſus?
Recede ergo recede: ne ſecundo peccato priorem nequi
tiam augere contendas. Suſcipe vinculum qđ omniũ
dominus nunc ligauit. Eſt enim medicina maxima ſani
tatis. His ſermonibus imperator obediens: erat enim Caſſiodo.
diuinis eruditionibus enutritus: et aperte ſciens que
ſunt propria ſacerdotum/que regum/ gemens ⁊ deflens
ad regalia remeauit. Et bene infra/narratis his que in
penitentia geſſit/⁊ quomodo proceſſit allocutur⁹ Am-
broſium/ſequitur. Cumq́ʒ ad ſacra limina perueniſſet:
in ſanctam quidem baſilicam non preſumpſit intrare:
ſed veniens ad antiſtitem ⁊ inueniens in ſalutatorio re-
ſidentem ſupplicabat vt eius vincula reſolueret. At il-
le tyrannicam dicebat eius eſſe preſentiã/et contra do-
minum veſanire Theodoſium/eiuſq́ʒ calcare leges. Ue-
rum (inquit Imperator) non inſurgo aduerſus eccleſia-
ſticas ſanctiones: nec inique ingredi ſacra limina contẽ
do: ſed te ſoluere vincula mea depoſco: ⁊ communis do-
mini pro me exorare clemẽtiam: nec mihi claudi ianuã
quam cunctis penitentiam agentibus dominus noſter
aperuit. Et tandem edita lege differende ſententie mor
tis vſq́ʒ in diem triceſimum/ſubdit. Quo facto vinculũ
eius ſoluit Ambroſius. Sequitur. Sic ergo ſacratiſſi-
mus imperator ingredi limina preſumens non ſtans do
mino ſupplicauit/neq́ʒ genua flexit: ſed pronus in paui
mento iacens Dauidicam proclamauit vocem. Adhe-
ſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundũ verbum
tuum. Manibus autem capillos euellens/frontem per
cutiens/⁊ pauimento lachrymarum guttas aſpergens
veniam impetrare poſcebat. Cumq́ʒ tempus accederet
quo munus ad altare ſolebat offerre/ſurgens cũ lachry
mis eſt ingreſſus. Hec ille. AVTHOR. Jam dicat wit
cleff qualiter ſomniauit ligamentum ⁊ vinculum eccle-
ſie illud qđ Chriſtus Petro commendãs ait. Quodcũ
q́ʒ ligaueris ſuper terram erit ligatum et in celis: non
eſſe excommunicationem vel abſolutionem eccleſie: ſed
predicationem aliquã ſacerdotum: vt rei a noxijs con-
ſuetudinibus ſe diſſoluãt: cum audit hic vincula patris
Ambroſij quibus octo mẽſibus Theodoſiũ alligauit.

Et nunquid erat nuda predicatio/ non censura:de qua ipse Ambrosius dixit:q̄ imperator in ecclesia publicā egit penitentiā/abstinuitq̄ a consortio sacramentorum donec dn̄i circa se gratiā experiret?Et ipse Ambrosius. Recede(inquit)recede:suscipe vinculū qd̄ omnium dn̄s nunc ligauit. Et Cassiodorus. Quo facto vinculū eius soluit Ambrosius.He alligatiōes igitur ⁊ absolutiones criminū non immerito potestates prospiciunt altiores: per quas in ecclesia magna possit examinatio districta fieri in causa dei siue sint peccata notoria siue occulta/ vt etiā pena publica vel priuata prout qualitas rei et magnitudo sceleris exigit/consequat. Hancq̄ legē dn̄i esse arbitratur Ambrosius dicens contra dn̄m vesanire Theodosiū/eiusq̄ calcare leges.Nō dixit contra hominem aut leges humanas.At mitis Theodosius.Nō insurgo(inquit)aduersus ecclesiasticas sanctiones.Conueniamus istos:⁊ erunt he ligationes et reseruationes sanctiōes ecclesiastice ita vt etiā sint diuine. Hoc modo itē sctūs pater ⁊ primas Carthagineñ. ecclesie Cyprianus christianos idololatrare coactos ī ecclesia corā seipso penitere coegit dicens:non aliter eos penitere per fecte/nisi forte non possent mortis necessitate preuenti. Et tunc indixit vt confiterent cuicunq̄ presbytero/aut in eius absentia occurrēti diacono/epistola presbyteris

Cyprian⁹. ⁊ diaconibus directa.q̄ incipit Miror vos fratres.Occurrendū puto fratribus nostris:vt q̄ libellos a martyribus acceperunt/si incōmodo aliquo aut infirmitatis periculo occupati fuerint/nec expectēt p̄sentiā nostrā: sed apud presbyterū quēcunq̄ presentē/vel si presbyter

Confessio diacono fieri p̄miss[a]. repertus non fuerit/ ⁊ vrgere exitus ceperit/apud diaconum quoq̄ exomologesin facere delicti sui possint/vt manu eis penitētie imposita veniant ad dn̄m cum pace quā dari martyres cū literis ad nos factis desiderauerunt.Hec ille.AVTHOR. Extra hec ergo necessitatis incōmoda patet q̄ sibi ip̄si has absolutiōes reseruauit/ ⁊ eos ipsos episcopos inferiores ⁊ sacerdotes valde ob iurgat q̄ ad sacramenta susciperent qui nō taliter penitērent/libro exhortationis ad lapsos:qui incipit Pax

Cyprian⁹. ecce dilectissimi. Spretis oībus atq̄ contēptis ante expiata delicta/ante purgatā conscientiā sacrificio ⁊ manu sacerdotis/ante offensam placatā indignantis dn̄i vis infertur corpori eius et sanguini: plus modo in dn̄i manibus atq̄ ore delinquunt:q̄ cum dn̄m negauerunt. Pacē putant esse quā quidā verbis fallacibus vendicant. Nō est ista pax sed bellum:nec ecclesie iungitur q̄ ab euāgelio separatur.Quid iniuriā beneficiū vocant? quid impietatē vocabulo pietatis appellāt?Et inferēs deū oportere remittere peccata grauiora. Homo(inquit) deo nō pōt esse maior:nec remittere aut donare indulgētia sua seruus pōt:qd̄ in dn̄m delicto grauiore cōmissum est. Nec adhuc lapso hoc accedit ad crimen: si nesciat esse predictū.Maledictus homo q̄ confidit in hoīe.Sequitur. Ceterū si quis ꝓpera festinatione temerarius remissionem se dare cunctis putat posse: aut audet dn̄i p̄cepta rescindere:non tm̄ nihil prodest sed obest lapsis. Prouocasse eñ est ad irā/nō seruasse sententiā.Hec ille. AVTHOR. Conquerit ecce oīa gesta: priusq̄ lapsus purgauit conscientiā sacrificio ⁊ manu sacerdotis in penitentia digne facta.Qd̄ autē dicit:hominē nō posse remittere qd̄ in dn̄m delicto grauiore cōmissum est:sic intelligit/sine districtissima seueritate eccl̄ie cū orōne fusa ad deum:vt signa remissionis diuine in penitente cernamus.prout in sequentib⁹ litera eius ostēdit:⁊ habet

Cesarius. Cesarius in exhortatione que incipit Qd̄ supplicante. vbi dicit. In sua iniuria se quisq̄ ostendat esse clementē: q2 dn̄s dicit. Si dimiseritis hoībus peccata eorū: dimittet vobis pater celestis peccata vestra. Quando vero

aliquis in dn̄o peccatum p̄sumit dimittere: districtionē ecclesie debet sustinere:⁊ hoc bono et pio debet fieri aīo vt per spiritualem castigationē ita in hoc seculo corrigantur:ne pereāt in futuro.Et paulo antē. Si iuste agere voluerimus:illi qui in deū peccauerit sine seuerissima districtione penitus indulgere non debemus. Hec ille. AVTHOR.Propter hoc eñ scd̄m Origenem lex iubet vestimēta leprosi dissuta esse:⁊ caput eius reuelatū: ⁊ os eius adopertū.Homilia.viij. super Leuiticū. Vult (inquiens)lex diuina peccatorē non solū vestimenta nō Origenes assuere:sed ⁊ caput non contegere: vt siquod est capitis delictum.i.si in deū aliquid commissum est:si in fidē peccatum est:ne hec quidem habeantur obiecta: sed oībus publicentur:vt interuentu ⁊ correptione omniū emēdetur ⁊ veniam mereatur.Hec ille.AVTHOR.Ab antiquitate ergo descendit ecclesie distinctio ista culparum:ita vt culpa capitalis que redundat in deū aut in fidem/aliter plectatur.s.in publico ecclesie:nec sinat tegi ab ipso peccatore:vt ipse se iudicet.Mira res:in quotidianis ⁊ hominū causis iudices hoīes adire cōsulit witcleff:sed witcleff. in causis maioribus ⁊ vbi deus offēditur:aut fides leditur:sola cordis contritione totā delet offensam: nec alieno reseruat arbitrio delinquētem.Heresis hec Corinthiorū erat:q̄ in causis suis adibāt cōtra proximos fideles: iudices infideles.In causa vero dei vbi publice tolerabat incestus ei⁹ q̄ patris sui accepit vxorem: nullus est pulsatus iudex:reus peccauit impune. Idcirco beatus Paulus ipsum corripuit in publica ecclesia:vt secūdū Origenem correptione omniū emēdetur ⁊ veniā mereatur. Sic item Ambrosius reseruauit culpam Theodosii vt peniteret in ecclesia publica:⁊ solui mereret. Sic Ananiam ⁊ Saphyram volentes mentiri spiritui sancto:Petrus ligauit vt publice item corriperet.Aut eo magis sanctus Cyprian⁹ sic lapsos reseruauit ecclesie vt in publico penitterent:qui peccauerūt in deū:⁊ publicis gemitibus ⁊ mixtis orationibus populi veniā mererentur?Unde lib.de penitentia in fine/Ambrosius.Re- Ambrosi⁹ muneratio presentiū testimoniū futurorum est.Si quis igitur occulta crimina habens propter Christū tamen studiose penitētiā gerit quomodo istic recipit?Si ei cōmunio nō refundit:nolo veniam reus speret. Petat eā lachrymis:petat gemitibus:petat populi totius fletibus:vt ignoscatur ei obsecret.Et cū secundo ⁊ tertio fuerit dilata communio:credat se remissius supplicasse: fletus augeat:miserabilior postea reuertatur.Teneat pedes brachijs:osculetur osculis:lauet fletibus:nec dimittat:vt de ipō dicat Jesus. Remissa sunt ei pctā:qm̄ dilexit multū.Cognoui quosdā in penitentia sulcasse vultū lachrymis:exarasse continuis fletibus genas: strauisse corpus suum calcandum omnibus: ore semper pallido ⁊ mortis speciem spiranti in corpore pretulisse. Et infra. Satis est inquit ei qui talis est/obiurgatio hec que fit a pluribus:ita vt econtrario magis donetis ⁊ cōsolemini ne forte abundantiore tristitia absorbeatur.Si satis est ad condemnationē obiurgatio que fit a pluribus: satis est quoq̄ ad remissionem peccatorū obsecratio que fit a pluribus. Hec ille.AVTHOR. Non te fugiat q̄ de occulto peccatore in principio locutus est Ambrosius hanc sententiam.Si quis(inquiēs)occulta crimina habens propter Christum penitentiā gerit: in his tamen summopere cauendū est ne prelatus in restringendo casus subditorum nimis inueniat difficilis.Melius est de nimia benignitate q̄ de excessiua seueritate reddere rationem:ait Chrysostomus.Et si quis viderit fratrē suū necesse habere temporalis impendij/⁊ clauserit viscera sua ab illo:non habet charitatem dei in se. Juxta Joannem. Qui clauserit a fratre suo patiente ⁊ petente/re-

gnum celorum/occasionem timoris pretendens/perden
do talentum domini sui/si poneretur ad mensam: quo=
modo non conuincetur perdite charitatis? De magno
prelato iam nuper excedente verbum relinquitur: quia
in alijs cum erat ⁊ clemens ⁊ dapsilis: tamen in absolu=
tionibus penitentiũ admodum tenax/⁊ ipse sine absolu
tionis beneficio qđ forsan optauit/repẽte migrauit. Id
circo salubriter consulit in fine libri de visitatione infir=
Augusti. morum Augustinus dicens. Quis o bone Jesu de mise
ricordia tua desperare poterit? Dico itaq; omnibus/di=
co tandem confitentibus/dico confessis consulentibus/
ne confessi desperent/ne sacerdotes post mortẽ aliquos
lugeant: immo cum suo Jesu dicant. Soluite eum ⁊ si=
nite abire. Melius est enim vt talis prosit vel non no=
ceat absolutio/q̄ obsit indiscreta ligatio. Hec ille.

Ad tres cauillationes Witcleff contra confes=sionem sacramẽtalem pro ignorantia proportionis pœnæ ad culpã de minoritate scientię sacerdotis & incertitudine confitentis.

Cap.CL.

Cauillationes perfidie witcleff:
quas ipse loco rationum contra
fidem euangelice confessionis in
uoluit/cernamus. de sermone dñi
Witcleff. Cauillatio prima. in mõte ca.iij. Potest (inquit) ad
hoc fieri euidẽtia quosdã mouẽs
Nullus iudex debet ferre senten
tiam nisi ipsam cognouerit veri=
tati (quia diuine sententie) cõcor=
dare: sed nullus presbyter audiens confessiones et pro
peccatis iniungens penitentiã/hoc cognoscit. ergo cu;
hoc nõ sit fundabile ex scriptura vel ratione/videtur q̄
nullus presbyter audiendo confessiones hominũ debet
penitentiam sic taxare. Hec witcleff. AVTHOR. Ca=
uillatio ista videtur contra taxationẽ penitentie facere
solum: sed contra absolutionẽ intendit/⁊ totam confes=
Witcleff. sionis vtilitatẽ: quia vbi eam resumit. iiij. trialog. ter da
mnati ca.xxiij. sic arguit. Nemo absoluens cõmuniter
nescit grauedinem peccati cõfessi: sicut nescit si cõfitens
sit contritus: ⁊ bene scit q̄ aliter non deletur peccatum.
Quomodo ergo mentiendo super Christũ tam frontose
absolueret: ⁊ penitẽtiã cuius proportionem ad peccatũ
ignorat/iniũgeret? Hec witcleff. AVTHOR. Iste obscu
rat lucẽ fidei: q2 cecus ipse nõ videt. Nõ est p eũ p̄mo re
perta fallacia: sed protensa. Augustinus autẽ videtur ei
Augusti. satisfacere lib. de natura boni. cito post principiũ. Qua
lis autem (inquiens) ⁊ quanta pena cuiq; culpe debeat
diuini iudicij est nõ humani: q̄ vtiq; ⁊ cum conuersis re=
mittitur/magna est bonitas apud deũ: ⁊ cũ debita red=
ditur/nulla est iniquitas apud deum: q2 melius ordina
tur natura vt iste doleat in supplicio: q̄ vt impune gau=
deat in peccato. Hec ille. AVTHOR. Jam arguat wit
cleff quomodo cõfessor absolueret: ⁊ penitentiam/cuius
proportionem ad peccatum ignorat/iniungeret. Ego
respondeo cum Augustino: quia qualis aut quanta pe=
na cuiq; culpe debeatur diuini iudicij est non humani.
Que tamen conuersis pro parte remittitur/⁊ tunc ma=
gna est bonitas apud deum: et pro parte iniungitur et
nulla est iniquitas apud deum: nec apud homines sic
taxantes. quibus ipse dixit. Quorum remiseritis pec=
cata/remittuntur eis: et quorum retinueritis retenta
sunt. Ipsis enĩ date sunt claues/de q̄bus nõ est in eccle=
sia desperandũ. Obstas witcleff: q2 hoc de remissione p
deum ait Augustinus/nõ de clauiũ remissione. imo vna
est remissio vtriusq;: ⁊ hec ipsa per claues non excludit/
quando de remissione diuina quis loquit. Idcirco in fi=
ne eiusdem libri claues ecclesie introducit Augustinus
dicens. Presta nobis/dona nobis/vt per nostrũ ministe Augusti.
rium quo execrabilẽ ⁊ nimis horribilẽ hunc errorem re=
dargui voluisti/sicut iam multi liberati sunt ⁊ alij libe=
rentur: ⁊ siue per sacramentũ sancti baptismi tui/siue p
sacrificiũ contribulati spiritus ⁊ cordis cõtriti ⁊ hũilia
ti in dolore penitẽtie/peccatorũ remissionem ⁊ blasphe
miarum suarum quibus per ignorantiã te offenderunt
accipere mereãtur. Tantũ enĩ valet prepollens miseri
cordia ⁊ potestas tua ⁊ veritas baptismi tui: clauesq; re
gni celorum in sancta ecclesia tua: vt nec de illis despe=
randum sit q̄diu in hac terra per tuã patiẽtiã viuunt.
Qui scientes quantũ malũ sit/talia de te sentire vel di=
cere propter aliquã temporalis ⁊ terrene cõmoditatis
consuetudinem vel adeptionẽ/in illa maligna professio
ne detinẽtur: si ad tuam ineffabilẽ bonitatem saltem in
crepatiuis correptionibus fugiant: ⁊ oĩbus carnalis vi
te illecebris celestem vitam eternãq; preponant. Hec il
le. AVTHOR. Attẽde q̄ per sacramentũ baptismi ⁊ p
sacramentum cõtriti spiritus in dolore penitentie/pec=
catorũ remissionẽ blasphemi Manichei merebũtur ac=
cipere. Ratio: q2 tãtũ valet diuina potestas et misericor
dia eius prepollens in baptismo/⁊ clauibus regni celo
rum in ecclesia eius: vt nec de illis desperandum sit q̄=
diu viuit in hac vita. Si autem sperari nõ posset in cla=
uibus venia q̄diu non constet homini quãta pena cui
q; debetur culpe: cum hoc non humani sit iudicij: sed di=
uini: semper in his clauibus esset desperandũ de venia:
quia nunq̄ sperandũ. Noscende ergo forent claues in se
⁊ iterum quo ad vsum. Quas sic describit in sententijs
Hugo. ca. de duabus clauibus. Hugo. Licet (inquiens) aliquis
ante consecrationem habeat discretionẽ nõ tamen in eo
est clauis: quia non habet ex officio hoc facere: nec po=
test ea claudere vel aperire/quare non est in eo clauis.
Iterum indiscretus sacerdos etsi careat illa discretio=
ne tamen habet officiũ sic discernendi. ita etsi vsum eius
non habeat/eam tñ videtur habere. Et iuxta hoc potest
dici q̄ in consecratione oĩbus dantur ille due. i. officium
exercendi discretionẽ/⁊ officium exercendi potestatem.
Et infra. Nec dicimus sacerdotẽ iniuste aliquem ligare
vel soluere ex quo adhibet tantam discretionẽ quantam
potest. Hec ille. AVTHOR. Habemus hic claues/offi=
cia exercendi ⁊ exequendi secundũ discretionis actum
potestatẽ acceptã. Et si quis adhibeat discretionẽ quã
tũc potest nõ ligat iniuste vel soluit. Sed si discretio fue
rit diminuta/quomodo soluitur? vel deus sic soluet: ⁊ de
ficiẽti in discretiõe cõsentiet. Hic ẽ difficultas witcleff
si penitens per discretionẽ defectiuã solui pretendit/nũ
quid in celo per hoc solui dicetur? hoc supposito q̄ con=
fessor diligentiam bene faciendi contulerit/sed in facto
delinquat. O mi witcleff audisti ne Christũ ad Petrũ
exprobranter dicere. Modice fidei quare dubitasti? Et
vbi est iam: Si quis indiget sapientia postulet a deo et
dabitur ei? Vbi est iam: Quicquid orantes petitis/cre=
dite quia accipietis ⁊ fiet vobis? Secundũ hac sapien=
tiam nõ humanam/sed bona fide diuinitus impetratã
patres in canonibus ⁊ scripturis suis quantitatẽ pene
taxarũt in ecclesia: qualiter posset respõdere peccatis.
Sed nõ suspendant in his: nõ turbent sacerdotes pij ad
fraudẽ heretici. In his pplexitatib9 ne fiãt christianis
bone fidei viris dubia sacramenta: videtur recurrendũ
ad cõmune sacramentorũ principiũ: fidẽ Christi: secun=
dum quã Christus ad patrẽ muti ait. Si potes credere
omnia possibilia sunt credenti. ⁊ ille cũ lachrymis excla
mauit. Credo domine: adiuua incredulitatem meam.

Marci.ix. Verba respondentis sese oppugnare videnꝫ. Quis eñi iam credit incredulus? Aut si credit dominū: quomodo adiuuari petit incredulitatem suam? Soluiꝫ difficultas: si iam credēdi volūtas vel pronitas ad credendum reputetur ad fidem: quia ⁊ sic credens omnia credit/ī illo vniuersali articulo: quo credit ecclesiā: ⁊ tñ si in particulari petereꝫ incredulus putareꝫ. Hanc autē particularē adiuuat Christus: qñ credentis bene in suo vniuersali particulares supplet defectus. Sic volentē baptizari: sed p̄uentū occiduo Christus adiuuat/vt credat ad salutē: q2 bona mēte fide cōmuni succensus ecclesie fideliter appetebat qꝺ adipisci nō poterat. Sic quis penitēs bono aīo accedit/ in particulari forte credens oēm corporis sospitatē habiturū se deinceps post absolutionis officiū: q2 tñ prōptus est oīa credere: que fides Christi continet in ecclesia/ nihil oberit ipsi qꝺ sinistre credidit/ ⁊ informatꝰ iā abijcit. Ita de ministris cōferentibus sacramēta/generale propositū eoꝝ cōforme sane fidei Christus attēdēs: in causis eoꝝ particularibꝰ ip̄e supplet defectus: dans intelligi ꝙ sicut ipse est qui baptizat cū minister baptizat/sic ipse peccata remittit. Si eñi ministrātis esset sacramentū: a ministri errore sacramentū esset erroneū. Talis eñi cū proportionare peccato penā nescit/quid aliud/ꝙ credo dñe: adiuua incredulitatē meā: affectuose proclamat? Et erit tūc certa peccatoꝝ solutio claue nolenter errante/q2 accurrens magister ecclesie Christus vel ex speciali dono excessum tēperat vel aggrauat penā leuē. Ipse eñi est qui quassatā arundinē non cōfregit: ⁊ linū fumigans nō extinxit: sed si rei sunt hoīes ipse soluit cōpeditos: si sacerdotes boni sunt/sed dubij/dñs illūinat cecos. Ipsius est sacramētū: ⁊ ideo ipse certū p̄stat effectū. Sicut itē in Archisynagogum. Noli timere/ tantūmodo crede. Marci.v. Hoc euāgelicum documentū in exercitio cuiuslibet sacramenti/ de effectu eiꝰ securā reddit ecclesiā. Nihil nobis cū hereticis/q̄ tot veprībꝰ vias sepiunt ne remissionē peccatorum fideles obtineāt. Certi sumꝰ verū esse qꝺ lib. de vera ⁊ falsa penitētia. ca.iiij. Augustinus dixit. Omnē animam ille promissor saturauit bonis/etiā sedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis/nullā excipiens aīam. Hunc magistrū intellexerat discipulus ille q̄ Corīthios ꝑ epistolas suas voluit corrigere: ⁊ vt ipse testaꝫ/ter in libris eorum correxit. Oportebat eñi vt quotiēs videbat eos cadere: totiens iuuaret surgere. Memor eñi erat illius q̄ dixerat. Quoꝝ remiseritis pctā remittunꝫ eis. Scimꝰ aūt ⁊ primos patres ⁊ in omni tēpore ecclesiā dei semꝑ vsq3 in septuagiessepties pctā dimittere: quā potestatē ⁊ isti ab ecclesia auferre conanꝫ. Oportet eñi ecclesiam sic credere q̄ confiteꝫ se peccare. Hec ille. AVTHOR. Ad Augustinum dicat cauillator witcleff si audeat/ Paulus ter Corinthios corrigere attentabat remittēdo eis pctā auctoritate illa Christi. Quoꝝ remiseritis pctā ⁊c. Sicut deinceps in omni tēpore per ecclesiā patres vsq3 ad septuagiessepties pctā dimittūt. Cur tu dicis eos blasphemare in deū qui pctā dimittūt/ ⁊ nō esse hanc potestatē ecclesie: sed p̄dicare dñm dimissorē: Christo dño econtrario clamante: Quoꝝ remiseritis ⁊c. Et Augustino querente de vobis ⁊ patribꝰ vestris Nouatianis hereticis ꝙ potestatē istam dimittendi peccata/ quā a Paulo deinceps per oē tēpus ⁊ semꝑ patres ecclesie exercebant/ab ea auferre conamini. Oportet (inquit Augustinus) sic ecclesiā credere que cōfiteꝫ se peccare. At witcleff ca.iij. de sermone dñi in monte. Si cōfessus sit prescitus vel vir duplex in cōfessione/tunc pec- witcleff.
cata cuncta redeūt/nec opera illius confessoris suꝑ tali viro duplici q̄cq̄ agunt. Cū ergo nemo debet mentiri ꝓ toto mundo saluādo/videꝫ ꝙ confessor nō debet sic asserere ꝙ absoluit simpliciter suū cōfessum. Et ibi dicit blasphemā vsurpationē confessorē accipere sic suꝑ se/absolutionē super illū. Et. xxiiij. trialog. iiij. Videtur (inq̄t) ꝙ sicut papa ⁊ confitentes ceteri ignorant qualitatē p̄sciti vel predestinati: sic ignorant q̄ homines sunt contriti. Hec witcleff. AVTHOR. Soluitur hec cauillatio per responsum Augustini ad Bonifaciū arguentem similiter de patrinis fiducialiter respondētibus pro paruulo suo oblato ꝙ credat ⁊ baptizari velit: cum eum sic voliturū/aut crediturū ignorēt. Epistola ad Bonifaciū que est duodecima: vbi dicit. Miror parentes in istis re- Augusti.
bus tam fideliter pro paruulo respondere vt dicant eū facere tanta bona que ad horā qua baptizatur baptizator interrogat/cū eadem hora si subijciam erit castus/ aut non erit fur: nescio vtrum audet aliquis dicere aliquid horum erit/aut non erit: sicut mihi sine dubitatione respondet ꝙ credit in deū: ⁊ ꝙ se conuertat ad deum. Respondet Augustinus. Nempe ita sepe loquimur: vt Pascha propinquante dicamus crastinā vel perendinam dñi passionem/cum ille ante tā multos annos passus sit: nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ip̄o die dominico dicimus: hodie dñs resurrexit/cum ex quo resurrexit tot anni transierint. Cur nemo tam ineptus est/vt nos arguat esse mentitos: nisi quia istos dies secundū illoꝝ quibus illa gesta sunt similitudinē nuncupamus: vt dicatur ipse/dies/ qui nō est ipse/sed reuolutione tēporis similis eius: ⁊ dicitur illo die fieri ꝓpter sacramenti celebrationē/qꝺ nō illo die sed iā olim factum est. Sequitur. Et per hoc cum respondetur paruulus credere qui fidei nondum habet affectum: respondetur fidem habere ꝓpter fidei sacramentū: ⁊ conuertere se ad deum propter conuersionis sacramentū: quia et ipsa responsio ad celebrationē pertinet sacramenti. Et infra. Itaq3 paruulū etsi nondū fides illa que in credentium voluntate consistit / iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur/ ita etiā fidelis vocatur: non rem ip̄am mente annuendo sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Hec ille. AVTHOR. Ita si cognouisses ⁊ tu o witcleff ꝙ sicut fidē habet paruulus ⁊ fidelis vocatur qui nondū credit re: nec forsan credet in posteruȝ: propter fidei sacramentū: ⁊ sic satis fideliter respondetur pro eo: quia respōsio ad celebrationem pertinet sacramenti: sic confessor bone fidei reum suum q̄uis fictū absoluit/ ⁊ absolutus dicetur q̄uis non re ipsa: tamen in similitudine sacramēti: quia absolutio ipsa ad celebrationem sacramenti penitentie pertinet. Et ideo non mentitur absoluēs virū duplicem vel prescitū in sacramento penitentie/sicut nec patrinꝰ offerens ⁊ respondens pro futuro apostata vel prescito ad sacramentum baptismi: aut sacerdos ipsum baptizans in forma ecclesie. Inter ista tamen quomodo in forma per te inuenta possint esse tuta a mendacio: cum dicas sermone. ix. tertie partis ꝙ verisimile est ex euangelio Joannis ꝙ viri apostolici post signa absolutionis a witcleff.
deo debēt immunitatem prius peccantis in populo publicare: ⁊ penam suam inflictam a militantibus mitigare? Hec witcleff. AVTHOR. Qualiter potest vians quisq̄ sine reuelatione sibi facta signa illa discutere absolutionis a deo: cuius habet immunitatē pronunciare in populo: si sit vir duplex aut vere prescitus: cū venient illusores prophetantes in nomine domini quos non nouit dominus: ⁊ in vestimentis ouium lupi rapaces? Q2 si in publico populo res tam occulta: immunitas scilicet pristini peccatoris posset sine periculo mendacij predicari/cur non dici potest in aure? Et si penā inflictā ipsi a militantibus potest talis apostolicus mitigare/cur non hoc potest si eum audiat in occulto? Et

quomodo nō est blasphema vsurpatio illa militantium accipere super se salutarem iniunctionē penitentie infligende sic prescito? Hec oīa que ipse mouit inaniter/iam capiti auctoris torturam minātur. Miranda inter oēs presumptio vnius viri semidocti ꝙ velit extractam formam suam de euangelio Joānis seruandā esse pro fide. Et qđ a tēporibus apostolorū ecclesie seruatum ex euāgelijs in patribus oībus est semper/vnico flatu negationis heretice velit esse perēptū. Sed nemo melius q̄ ipse seipsum exterminat. Nos autē dicamus/qꝛ qui iussit nobis remittere peccata hominū vt sumus homines: ipse item noluit ꝙ vt deus corda hominū scrutaremur: sed iuxta diuinam legem vt homines. Nec interest nostra vtrum sit arbor bona an mala quā colimus: sed bene discutiamus ad cognoscendū eam ex fructibus. Et frequēter sicut sunt deteriores q̄ possumus in externa confessione percipere: ita plerūq; sunt de se meliores q̄ valemus signorū exhibitione cognoscere. Unde lib. ij. de pe-

Ambrosius nitentia in principio Ambrosius. Nos non erubescamus fateri peccata nostra. Pudor est vt vnusquisq; crimina prodat: sed ille pudor agrū suum arat/spinas tollit perpetuas/sentes amputat/fructus adolet/quos intermortuos esse credebas. Hec ille. AVTHOR. Confessionem vocalem in speciali de peccatis tangit Ambrosius/hortans non erubescere fateri peccata nostra: et innuens non fuisse speciale quid ꝓ vno sic disposito: sed quid generale pro omnibus. Pudor (inquit) est vt vnusquisq; crimina sua prodat. Nescio aūt quē christianum pudet dicere orationē dominicā: vbi in quinta petitione generali verbo seipsum de peccatis prodit.

Ad cauillationes duas Witcleff contra confessionem sacramentalem pro ignorantia sacerdotis de recidiuatione confessi: & incertitudine clauium. Cap.CLI.

Witcleff. Terum arguit witcleff cap. iij. de sermone domini in monte. Regulariter talis confessor sicut ignorat si suus confessus dicit veritatem seu conteritur vel mentitur: ita ignorat eius recidiuationem damnationem vel ordinationem dei super vita eius: ⁊ cum sup isto dependet absoluentis iudicium/ videtur ꝙ sit blasphema vsurpatio confessorem sic absoluere. Hec ille. AVTHOR. Quo ad hoc ꝙ ignorat recidiuationē cōfessor/parū interest. Sed quid si de certo cognoscat? an non precognouit lapsum Petri ⁊ recidiuationem apostolorum ad infidelitatem Christus/peccatorum indultor/quando purgauit eos in sacra cena/ dicens: Jam vos mundi estis sed non omnes: proditorē designans? Et nunquid purgare omisit Petrum p aduentum spiritussancti: quia nō ignorauit sed sciuit Petrum recidiuare debere in reprehensibilem prauitatem obseruationis legalium? Nunquid videtur tibi iam blasphema vsurpatio Christum precipuum cōfessorem sic absoluere confitentē? An non presupponebat Christus recidiuationes plurimas fratris nostri in nos/quibus in persona Petri mandauit vt dimitteremus peccata vsq; septuagiessepties? Sed hoc eius motiuum confregit Augustinus in casu cuiusdā Donatiste ad penitentiam cōfugiētis ecclesie. Quē tñ clerici fideles voluerūt abijcere: qꝛ recidiuā eius habuerunt suspectam. In sermone de apostolis Petro ⁊ Paulo tertia parte qui inci-

Augusti. pit Recens sancti euangelij/Augustinus. Contristauit nos qđ audiuimus q̄uis p̄sentes nō fuerimus: ꝙ quidā ex Donatistis veniēs ad ecclesiā peccatū rebaptizationis confitens: cū ad penitentiā ab episcopo exhortaretur reclamatū est a quibusdā fratribus ⁊ repulsus est. Dico charitati vestre: torta sunt ex hoc viscera mea. Fatemur vobis: non nobis placet talis diligētia. Scio qꝛ zelo dei fecerunt ⁊ ecclesie. Sequitur. Ueniant: admittantur more solito qui nūq̄ adhuc catholici fuerunt. Si autem iam catholici fuerūt ⁊ inuenti sunt lubrici: inuenti sunt inconstantes ⁊ infirmi/ ⁊ inuenti perfidi: nunquid parco prorsus perfidis? forte erunt fideles q̄ perfidi fuerunt. Ueniant ⁊ ipsi admittendi ad penitentiā: nec sibi blandiant̄ ꝙ redeuntes ad partē Donati egerint penitentiā. Illa penitentia fuit falsa de re bona: hec vera de re mala. Quādo egerūt penitentiā in parte Donati: penituit illos qꝛ bene fecerant. Modo agant vt peniteat illos qđ male fecerant. Timetis ꝙ perfidi inuenti sunt/ ne sanctū conculcent? Ecce ⁊ huic timori vestro consulit̄ si in penitentiā admittant̄. Erunt in penitentia quando voluerint conciliari: iā nemine cogente/nemine terrente: qm̄ penitens catholicus iam legum comminationes non cōpatitur. Cepit velle recōciliari dū nemo terreret: vel tunc credat̄ volenti. Puta coactus est esse catholicus: erit penitēs. Quis illū cogit petere recōciliatiōis locū nisi volūtas propria? Modo ergo admittamus infirmitatē vt postea ꝓbemus voluntatem. Hec ille. AVTHOR. Augustinus ecce sanctus p̄sul nō parcit incōstātibus infirmis nec inuētis ꝑfidis: immo nec prorsus ꝑfidis: qn suscipiat eos p penitentialē formā ad eccl̄ie cōmunionē: etiā nec penitere coactū: vel attritū: vnā semp causam pietatis obtēdens. Forsan erūt fideles q̄ ꝑfidi fuerunt vsq; adhuc. Ecce angustia tua de recidiuantibus vincit̄. Quid vis me dicere de p̄scitis: de dānatis/de aliter a deo dispositis? Ego nō insidior causis abscōditis. Altiora te ne q̄sieris iubet sapiēs: sit p̄scitus/sit traditor: in Christo ⁊ ecclesia: ego suscipio penitentē. Diabolū autē extra hanc ecclesiā damnatū nō absoluo. Qui diu in hac carne viuit̄: de venia p claues ecclesie obtinenda nō nisi paganice desperat̄. Jam dixerat Aug. si sit prescitus fructuose penitēdo pōt saluari. Nā ita credit ecclesia: ꝙ Judas potuit obtinere veniā si ab ecclesia postulasset. Unde lib. de vera ⁊ falsa penitētia ca. ix. Augu-

stinus. Judas penitēs iuit ad Phariseos: reliqt Apostolos: nihil inuenit auxilij nisi augmētū desperationis. Augusti.

Dixerūt ei: q̄d ad nos? Tu videris. Si peccasti/ tibi sit: nō tibi succurrimus: nō pctā tua charitatiue suscipimus nō cōportando promittimus: nec qualiter deponas onus docemus. Quid eñ nobis ⁊ misericordie: q̄ nec opera sequimur iustitie? Isset ad fratres/ isset ad illos q̄ orauerūt pro socru Petri febricitante: qui Chananeā improbam misericordi misericordie obtulerāt. Interrogasset pro se Petrū effundentē lachrymas: nō fugisset Mariā ⁊ Marthā q̄ vitā Lazaro impetrauerūt. Nō turbā plorantē: q̄ vnicū filiū acq̄sierat vidue. Iuit ad diuisos: ⁊ diuisus interiit. Hec ille. AVTHOR. Cōparemus iā Judā p̄scito sicut est: ⁊ Phariseos witcleffistis: si nō in cōcilijs vniant̄. Clare satis/satis itē et simili sensu scribit

hoc ipm̄. ij. lib. de penitētia Ambrosius. Arbitror eñ ꝙ Ambrosius etiā Judas potuisset tanta dñi miseratione nō excludi a venia: si penitētiā nō apud Judeos: sed apud Christū egisset. Peccaui (inq̄t) ꝙ tradiderim sāguinē iustū. Responderūt. Quid ad nos? Tu videris. Que vox alia vr̄a est cū etiā minoris pcti reus vobis factū propriū cōfitetur? Quid respōdetis aliud nisi hoc: Quid ad nos? Tu videris. Hūc sermonē sequit̄ laqueus eo feraliore pena quo culpa est minor. Hec ille. AVTHOR. Concorditer ecce sancti patres docent Judā ire debuisse ad Christū: ad Petrū: ad apostolos: ad ecclesie itercessores: ⁊ p dei

miseratione non fuisset exclusus a venia. Constitit autē eis de perditione eius eterna cū ista sic scriberēt. Uel ergo docuerūt inaniter: vel dederunt intelligi pscitum veniam cōsequi posse in ecclesia si ad ecclesie formā statutam velit accedere. Nescio si Simon Magus pscitus nō fuerit: huic tñ beatus Petrus obtulit penitere et veniā cōsequenter/ vt ibidē paulo supra pbat Ambrosi⁹.

Ambrosi⁹ Denicꝫ Petrus Simoni/ qui magice artis consuetudine depraua⁹/ putasset ꝙ gratiā Christi p impositionē manus atcꝫ infusionē spiritussancti cōpararet pecunia: ait. Non est tibi pars necꝫ sors in hac fide: cor tuū nō est rectum apud deū. Penitentiā itacꝫ age ab hac neqtia tua/ et pcare deū si forte remittat tibi recordatio cordis tui. In obligatiōe eīn iniqtatis et amaritudine fellis video te esse. Uides ꝙ hunc magica vanitate blasphemātem spiritūsanctū/ apostolica auctoritate cōdēnet: et eo magis q: purā conscientiā fidei nō habebat: et tñ non intercłusit ei spem venie quem inuitauit ad penitentiam. Hec ille. AVTHOR. His pēsatis non turbetur fidelis a fide penitentialis confessionis et absolutionis sacramētalis/ ppter illā quā iā witcleff obiecit multiplicē ignorantiā sacerdotis de pscietia passiua/ de recidiuatione et duplicitate cōfessi: de diminuta discretione: prouideat legendo aut magis deū orādo de notitia propositionis pene ad excessum culpe quātū in se est/ diuino iudicio se conformet: incūbens sit directionibus scripturarum/ canonū et patrū ecclesie: et omni mētis cōstātia auctoritati solidissime sanctarū clauiū ecclesie se cōmittat oēs ambages repellat virorꝫ errantiū et volentiū dicere sacerdotes catholicos cū pharisseis Jude respondentibus. Quid ad nos? tu videris. Et ne suscipiamus incaute pscitum/ consulūt abijcere predestinatū. Scimus eīn ex fide claues Petri esse certissimas. idcirco in li. de penitentia/ et assumit Beda exponēs hunc textū Apostoli. i. ad Corinth. xij. Ne iterū cū venero et c. Augustinus.

Augusti. Fac incertū esse vtrū ignoscat deus: quid perdit cū supplicat deo qui salutē perdere nō dubitauerit/ cū offenderit deū? Quis eīn cert⁹ est etiā ꝙ imperator ignoscat? Et cū pecunia fundit/ maria transeunt/ procellarū incerta subeunt: vt mors et pene euitentur: mors ipa suscipit. Supplicat deinde per hoīes homini: sine dubitatione ista fiunt/ cū sit dubiū quo fine perueniant. Et tñ certiores sunt claues ecclesie ꝙ corda regū/ quibus clauibus quodcūcꝫ in terra soluit etiā in celis solutū promittit. Et multo est honestior humilitas/ qua quisꝫ se hūiliat ecclesie dei: et labor mitior imponit: et nullo temporalis mortis pıculo mors eterna vitat. Hec ille. AVTHOR. Facit deus ꝙ occurrat quo necesse habemus soluere versutias inimici. Ad quid volat iste processus beatissimi Augustini nisi ad satisfaciendū illis q hesitant de remissione peccatorū per claues ecclesie: et dicentib⁹ incertum esse si deus remittat sicut sacerdotes promittunt?

witcleff. Ad qđ vtiqꝫ laborat witcleff tractatu suo de cōfessione ca. iiij. Papa (inquiens) vel sacerdos ali⁹/ nō habet sciētiam peccati grauedinē cognoscēdi/ etiā quomodocūcꝫ peccans fm vltimū notitie sue dixerit cōfessori/ nisi hoc sibi specialiter a deo fuerit reuelatū. Et infra post multas gerrulas. Cum sacerdotes absoluentes hoc sepe nesciūt: immo semp si hec penitētia cōfesso suo profuerit: vel fuerat voluntati dei contraria: videt ꝙ deus non regulariter approbat talē penitentiā sic iniunctam. Hec witcleff. AVTHOR. Omnia facit vt retrahat fideles a cōfessione catholica et apostolica: iā ppter imminutā scientiā sacerdotis de pcti grauitate/ iā de qualitate cōfessi obijciens aut de subtractione diuine clemētie ad inuocationē psbyteri/ et gemitū pctōris. Ego iam offero argumentū quo probē viā ecclesie esse tutissimā si via ei⁹ sit tuta: non autē sic viā eius esse tutā sine ecclesia. Ubicūcꝫ eīn duo sufficiunt ad effectū/ si adijciat tertium adiumentū/ nō impedit: sed potius expedit effectus. Sed si peniteat hoīem male vite pterite: et cōfirmans se in bono/ traijciat totā intētionē suā ad viuendum perfectius sufficiet penitenti ad salutē/ sicut dicit witcleff. ca. xxiij. quarti trialogi. Ergo si ad hoc addat confessionē ecclesie/ et subeat penitentiā salutarē/ nihil ipedit sal⁹ aīe/ sed pmouet qđ sup witcleff addit ecclesia. Patet modus arguēdi: cū sit saluatoris Mat. xxiij. ad Scribas et Pharisseos decimantes mentā/ anetum et cuminū: relinquentes q grauiora sunt legis/ iudiciū/ misericordiā/ et fidem. ꝙ si priora sufficerēt/ hec adiecta pficerent. ideo arguit Christus. Hec oportet facere et illa nō omittere. Jta witcleff penitentiā mali propositi/ et propositū bonū facti si dicat sufficere relinquens ea q sunt grauiora legis: scilicet ostēdere se sacerdoti/ pudore perfūdi/ et penā subire taxatā/ a certitudine perfectionis necessario deficit/ dicente illi Christo et ecclesia. Hec q tu dicis oportet facere: et ista q iubent non omittere. Si dicas hoc verū esse dato ꝙ confessio ecclesie foret vtilis: nam hoc tu dicis: et ideo in casu simpliciter quid necessariū. pdicto. xxiij. ca. quarti libri. Jā arguat witcleff ↄtra cōfessores et penas iniunctas. Si data sua saluant hoīem/ cū oīa illa iubet ecclesia/ nō potest homo p mandatū ecclesie a salute deficere. Potest aūt si vltra data witcleff iussa Christi et ecclesie requirant impleri. Uia ergo ecclesie q oīa iubet q witcleff/ et addit ea q Christus/ est obseruantia certior ad salutē. Hoc intendebat Augustinus arguere dicens iam supra. Fac incertū esse vtrū ignoscat deus (sicut dicit witcleff incertū/ si absolutio confessoris/ vita confessi vel eius dictio/ aut pena taxata sint deo cōtrarie) sed fac incertum esse: quid perdit reus cum supplicat deo/ q nō dubitauit offēdere deū? aut cū se hūiliat ecclesie dei: et penam luit iniunctam: quid perdit? si penā cordis sui subire sufficeret: quid penā itē officiet subire prelati? si humiliare se deo saluat hominē: quid perdet homo si itē ppter deū ecclesie se humiliet: et vltra penā cordis penā impleat hoīs? Sane ꝙ maxime triūphat arguens hoc modo in sermone de penitentia q incipit Penitētes. in

Augustinus. proemio Augustinus. Sed vnde scis (inqt) ne forte de⁹ dimit: at mihi? vel si dicis vnde scio illud nescio. Hoc nescio: ideo do tibi penitentiā q: nescio. Nā si scire nec tibi prodesse nō tibi darē. Jtē si tibi prodesse: nō te ammonerē: nō te terrerē. Due res sūt: aut tibi ignoscit: aut nō

Al. ignoratur. ignoscit. Quid horū tibi futurū sit ignoscit: ergo dimitte incertum: et tene certū. Hec ille. AVTHOR. Ad ista coniunge que iā witcleff dixit: sacerdotes absoluentes hoc sepe nesciunt si penitētia confesso profuerit: vel fuerit voluntati dei cōtraria. Jsta sunt antiquorū hereticorum motiua vt videtis. Respondet Augustinus. Jdeo do tibi penitētiā: q: nescio. Si tibi a deo ignoscitur: siue non: ego nescio: sed iuxta fidē credo. Sed si fides cordis tui bona est/ ecclesie obseruantia tibi prodest: hoc est certum. Si fides tua tibi soli subueniat: hoc est incertū: puta negatiue: singulis non est certum: dimitte ergo incertum witcleff: et assume certū ecclesie: sumens hoc vnū pro certissimo certo: ꝙ certiores sunt claues ecclesie: ꝙ corda regum: quib⁹ quodcūcꝫ in terra soluitur in celis solutum promittitur fm Augustinū. vbi etiā recole qđ supra dixi: ꝙ sententiā celi preuenit sententia Petri.

Respōdetur ad tres accusationes Witcleff cōtra catholicos confessores: de leuitate nimia: de seueritate: & quia confessos non produnt. Cap. CLII.

Accusatio prima witcleff.

S Imiliter (inquit witcleff) ca.iij. de sermone dñi in mōte. Nemo debet presumptiue dare audaciā peccatori: sed sic faciunt cōmuniter confessores. ergo ista ars absoluēdi est fideliter fugienda. Quis rogo timeret rapere bona proximi sui: perdere suū dñm vel peccata similia facere: si crederet simpliciter ꝙ propter illud peccatum non subibit maiorem penitentiam ꝙ̄ confessor suus iniungit. Hec witcleff. AVTHOR. Hanc argutiam traxit witcleff non a lege Christi/vel libris fidelium: sed a garritibus Paganorum et Judeorum perfidia. Utraqꝫ enim gens per hanc formam concertat contra confessionem ecclesie ⁊ penitentiam salutarem. Respondet autem singulis prima parte sermonum sermo.xvij. versus finem Augustinus dicens. (Augusti.) Solent inde christianis pagani insultare de penitētia que instituta est in ecclesia: contra nonnullas hereses tenuit ecclesia catholica istam veritatem de agenda penitentia. Fuerunt enim qui dicerent quibusdam peccatis nō esse dandam penitentiam: et exclusi sunt de ecclesia et heretici facti sunt. In quibuscunqꝫ enim peccatis non perdit viscera misericordie mater vera. Ergo solent inde etiam pagani quasi insultare nobis: nescientes quid loquuntur: quando ad verbum dei quod linguas infantium fecit disertas nondum peruenerunt. Vos inquiūt facitis vt peccent homines/qui illis promittitis veniā si egerint penitentiam. Dissolutio est ista non ammonitio. In hanc sententiam exaggerant verba quanta quisqꝫ potest lingua/vel sonanti vel titubanti/non tacent/non tamen quando eis loquimur ⁊ si vincuntur consentiunt. Tamen quomodo vincantur breuiter accipiat charitas vestra: quia totum domini misericordia optime constituit in ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiam: quia portum penitentie pollicemur. Si clauderetur aditus penitentie/nonne ille peccator tanto magis augeret peccata peccatis quanto magis desperaret ignosci? Diceret enim sibi: ecce peccaui/ecce scelus admisi. Jam mihi venie nullus locus est. Penitentia infructuosa est: damnandus sum. Quare non iam viuo vt volo? quia ibi non inuenio charitatem: hic saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi mihi locus oīs clausus est: hic quicqd nō fecero perdo/quia vita que post hanc vitā futura est: nō dabitur mihi. Quare ergo nō seruio libidinibus/vt impleā ⁊ saturem ⁊ faciā quicquid nō licet/sed libet? Diceret et fortassis si miser capieris/accusaberis/torq̄beris/punieris. Sciunt ista hoīes mali ab hominibus dici: ⁊ inter hoīes se viuere attendunt: multos male ⁊ scelerate viuentes impunita habere pctā: occultare possunt q̄ redimere non possunt/ducentes vsqꝫ in senectutē vitā lasciuā/blasphemam/sacrilegā/perditam. Enumerāt sibi. Quid ille: q̄ tanta fecit/nō senex mortuus est? Nunquid attēdit illū ideo ⁊ peccatorē et sceleratū/senē mortuum: vt ostenderet in illo deus patientiā expectās penitētiā? Et infra. Quomodo eñi reuera auget peccata qui desperauerit/sic potest augere peccata/⁊ qui veniā sperauerit: vt dicat sibi: faciā. Deus bon⁹ est quādo me cōuertero ignoscet mihi. Sequit͛ finaliter. Ecce ad vtrūqꝫ vigilauit pro nobis prouidentia dei: ne desperando augeamus peccata propositus est penitētie portus. Rursus ne desperando augeantur/datus est dies mortis incertus. Hec ille. AVTHOR. Patet ne iā in litera Augustini/ꝙ cū paganis ptraxit witcleff societatē iniquā/militās cū eis ⁊ argumēta eorū assumens sibi cōtra confessionem ecclesie/imponens ei ꝙ det peccatori audaciā delinquendi quia veniam pollicet͛ si petat. Similiter impij Judei in hanc desperationis abyssum peccatores suos impellūt si recidiuare contingat vsqꝫ in quartū. Non solum dico ꝙ hoc obseruabāt antiquitus/immo ꝙ vsqꝫ ad tempora nostra docent: prout lib.i.cap.i. de causa dei Thomas Braduuardinus. (Thomas Braduuardinus.) Querenti mihi (inquit) a quodā perito Judeo: si contingat quē q̄ inter eos quarto peccare/quid tum agat? Respōdit ꝙ quicquid libuerit sicut certissime diabolo traditus ⁊ dānatus: ⁊ tandē fortassis in aliquo nemore aut deserto vagabit͛ errabūdus: ⁊ aliqua se misera morte perdet. Hec ille. AVTHOR. Huic miserrime heresi Judeorū in lib.suo.ij. de penitentia circa mediū insultare videtur Ambrosius. (Ambrosi⁹) Soluit eñi criminum nexus verecūda cōfessio peccatorū. vide quid a te exigat dominus deus tuus: vt memor sis ei⁹ quā accepisti gratie: nō glorieris quasi non acceperis. Uides ꝙ remissionis pollicitatione te prouocat ad cōfitendum. Uide ne reluctando mandatis celestibus in indeuotionem Judeorū incidas. quibus dicit dñs Jesus. Cantauimus vobis ⁊ non saltastis/lamentauimus ⁊ nō plorastis. Uilis sermo: sed non vile mysteriū: ⁊ ideo cauēdum ne quis vulgari quadā sermonis huius deceptus interpretatione putet nobis saltatiōis lubrice histrionicos motus ⁊ scene deliramenta mandari. Hec etiam in adolescentula etate vitiosa sunt. Sed saltationē mandauit quā saltauit Dauid ante arcam dñi. Totum eñi decet quicquid defertur religioni/vt nullum obsequiū qđ proficiat ad cultum ⁊ obseruantiam Christi erubescamus. Sequitur. Cantauimus vobis: noui vtiqꝫ canticum testamenti: ⁊ nō saltastis: hoc est nō eleuauistis animā ad spiritualē gratiam. Lamentauimus ⁊ nō plorastis: hoc est non egistis penitentiā. Et ideo derelictus est Judeorum populus: quia non egit penitentiā: ⁊ gratiam refutauit. Per Joannem penitentiā: per Christum gratiā. Illā quasi dominus donat: illā quasi seruus annūciat. Utrunqꝫ igitur ecclesia custodit: vt ⁊ consequatur gratiam ⁊ non abijciat penitentiā. Gratia eñi munus largientis est/penitentia delinquentis remediū. Hec ille. AVTHOR. Auditis ꝙ remissionis pollicitatione nō sacerdos: non episcopus quisqꝫ mortalis: sed Christus Jesus pontifex factus in eternū nos prouocat ad confitendum: non sibi soli tm̄: secūdum ordinem witcleff: sed ad illam que est verecunda peccatorum confessio: ⁊ per hoc homini facta mortali. et adiungit. Uide (inquit) ne reluctando mandatis celestibus in indeuotionē Judeorum incidas qui in desperationē potius mittunt ꝙ̄ remissionem promittunt: ne forte secundum argumentum factū iam cōmune trib⁹: hereticis: paganis: ⁊ witcleffistis sic promittentes ⁊ veniam indulgentes audaciam faciant peccatori: quia portum penitentie pollicentur. Sed vt omnibus euidens huius inconstantia hominis fieret: statim sibijpsi dicit cōtraria: quia vbi de nimia leuitate penitētie criminabatur ecclesiā/in eodem passu sine mora de crudelitate ⁊ seuitia confessorum improperat/⁊ ad leuiora suadet. ca.i. de sermōe domini in mōte. ca.iij.

Accusatio secunda witcleff.

¶ Infinita (inquiens) sunt inconuenientia que cōfessor in ista materia non euadet: sed videtur ꝙ laborat in deceptione sui confessi pro pecunia vel dominio acq̄rendo: ⁊ ita alligat super humeros penitentium onera grauia que ipsi sufficere non possunt: nec propter longitudinem temporis ex ordinatione domini supportare. Sicut ergo iniunxit adultere ꝙ nolit amplius peccare. Joannis.viij. ita videntur confessores debere iniūgere penitētiā cōfitenti: tū q2 nulla est ars penitētiaria a qua capi pōt certior penitētia iniūgenda: tum etiā q2 hoc maxime retraheret a pctō ⁊ sonaret in iniam cōfessoris. Quō ergo crudelis ⁊ immisericors cōfessor neces-

ſtaret deū ad ſuo iudicio cōſentiēdū? Hec witcleff. AV
THOR. Leue cerebrū ⁊ vage mētis iudicium habens
qđ tā ſceleri raptu volat ad oppoſita: nūc leues penitē
tias hoīm dānans: dicēs eos dare peccādi licentiā/cuȝ
parcunt: nūc eoſdē crudeles appellās q: inſtar Chriſti
ſine omni penitētia nō relaxāt: q: ſic inq̄t Chriſtꝰ dixit
adultere. vade ⁊ amplius noli peccare. Hoc ſcio Chriſtū
dixiſſe: ſed ſi ei vlteriorē penā non ſtatuit ſiue inſenſibili
ter imperādo q: deꝰ fuit/ſiue ſenſibiliter poſtmodū iniū
gendo qualiter tibi cōſtat? Cū itē exemplū remiſſionis
Chriſti non ſolū eſt a quo erudiamur: nō vnicū in ſcriptu
ra. Ecce Petrus in negādo deliq̄t: Chriſtus reſpiciēdo
remiſit. Nunq̄d ꝓpter hoc ſine ampliori pena Petrus
abſceſſit? Paulus itē remiſſionē peccatoꝝ a Chriſto ac
cepit/putas tn̄ nō dixiſſe dn̄m remiſſorem: Ego oſtendā
illi quāta oportet eū pro noīe meo pati? Argumēta for
ſan ſcripture per me nō te mouēt. audies ex lib. ix. mora
lium. c. xxij. textu Job. Sciēs ꝙ nō parceres delinquen
Gregoriꝰ. tes. loqui Gregoriū. An penitēti parcit ⁊ delinquēti nō
parcit? Q: cū delicta plangimus/nequaꝙ̄ iā delinquē
tes ſumus. Sed q̄d eſt ꝙ Petrus cū negat reſpicit: et
redēptoris negati reſpectu ad lachrymas vocat? Quid
ꝙ Paulus cū redēptoris nomē in terra conaret extin
guere/eius verba de celo meruit audire? Sed tn̄ culpa
in vtroq; punita eſt: q: ⁊ de Petro/teſte euangelio/ſcri
ptū eſt. Recordatꝰ Petrus verbi Jeſu/egreſſus foras
fleuit amare. Et de Paulo hec eadē/q̄ hūc vocauit veri
tas/dicit. Ego oſtendā ei quāta eū oporteat ꝓ noīe meo
pati. Delinquēti ergo dn̄s nequaꝙ̄ ꝑcit: q: delictū ſine
vltiōe nō deſerit. Aut eñ ipē hoc hō in ſe penitēs punit
aut hoc deus cū hoīe vindicās percutit. Nequaꝙ̄ ergo
parcit pctō: q: nullatenus ſine vindicta laxat. Hec ille.
AVTHOR. Ecce ex ore ſcti Job/deus nō parcit delin
quēti: ⁊ qđcūq; delictū ſine vltione non deſerit q̄ vt iuſti
tie ſatiſfaceret ipſe deꝰ exiſtens in hanc carnē deſcendit
vt penas peccatorū/quas hō eger nō poſſet/ipſe perſol
ueret. Perpende tn̄ ꝙ deus q̄ ſine vltione reatū trāſire
nō ſinit: ipſe etiā cū ad condignū nō plectit/parcit. Si
mul eñ adultera grauē penā de ſuſpenſione iudicij per
tulit/⁊ de publica cōfeſſionis accuſatione ruborē/⁊ poſt
modū de ſaluatoris mīa lenitatē. Hoc itē exemplo iam
pene rubore cōfectis ⁊ ꝑ ſeipſos penarū extortione mul
tatis/miſericorditer cōfeſſores parcunt/⁊ tn̄ aliquid ec
cleſiaſtice ſeueritatis imponūt: alijs aūt miſericordius
ſeuiunt/quos in peccatorū defenſione proteruos aut de
criminis exceſſu tepide vidēt eſſe cōpunctos. Nec vnꝰ
igit penitentie modus eſt oībus: nec eadē miſericordia
ſingulis impendēda/vt fallax witcleff interpretat ſal
uatoris exemplū: ſed nec palpator criminū confeſſor ac
cuſandus eſt cū ex cōpaſſione pepercerit/nec crudelis
cū monēte iuſtitia penitentiā aggrauat: q: ſiue ſic/ſiue
ſic/Chriſti miniſter eſt. hoc attendēs qđ dixit. Uade iā
amplius noli peccare. Unde in epiſtola ad Macedoniū
Auguſti. Auguſtinus. Ne delictoꝝ nō amator ſed approbator vi
deret: Uade inq̄t iā deinceps noli peccare. vt ſe homini
pepercisse nō hoīs culpā ſibi placuiſſe monſtraret. Jam
vides igit de religione deſcēdere/nec nos ſocietate cri
minū obſtringi/ꝙ intercedimus plerūq; etiā ꝓ ſcelera
tis: ⁊ ſi nō ſcelerati/tn̄ pro pctōribꝰ intercedimꝰ pecca
tores. Hec ille. AVTHOR. Fauor igit ſpūalis quē cō
feſſis ſuis/ſiue parcēdo ſiue intercedēdo/vel fouēdo vi
ce Chriſti confeſſores/non eſt iniquitatis cōſenſus: ſed
ex religione deſcēdit/cuius modū ſi non noſti antiq̄tatē
cōſidera. Quā li. ix. hiſtorie tripītē ca. xxxv. deſcribēs
Caſſiodo. Caſſiodorus. Apud Romā (inq̄t) locus certus eſt peni
tentiū. Stāt eñ rei velut in lamētationibꝰ cōſtituti: dū
eñ ſacra celebratio fuerit adimpleta/illi cōmunionē nō
ꝑcipiētes cū gemitu ⁊ lamētatione ſemetipſos in terrā
proſternūt. Ad quos cōcurrens epſ ⁊ ipē cū lachrymis
⁊ gemitu ſpūali proſternit: ⁊ oīs eccleſie plebs fletibus
inundat. Poſt hoc aūt prior ſurgit epſ/⁊ eleuat iacen
tes a terra. Tūc cōpetenter poſt penitētiā facta orōne
dimittit oēs. At illi afflictionibꝰ ſponte vacātes/aut ie
iunijs/aut abſtinentia lauacri: aut ſuſpēſione ciboꝝ: aut
rebus alijs q̄ iubent: expectant cōmunionis tēpus qđ
diſcernit epſ. Cōſtituto vero tēpore velut quoddā debi
tū exoluētes afflictione peti curati cū pplō participāt
cōmunione. Hec ergo antiq̄tus Romani pōtifices vſq;
ad noſtrū cōſeruauerūt tpſ. Hec ille. AVTHOR. Ecce
mi witcleff. ſi leuis penitētia ē culpāda: q̄ credis eſt le
uior ꝙ̄ penitētia Chriſti quā ipſe (vt tu recitaſti) ſigna
uit adultere? Uade ⁊ iā ampliꝰ noli peccare. Que gēs
peccatrix ⁊ penitens plus habere iā ſolet diebꝰ noſtris
chriſtiani fomēti ꝙ̄ iſti apđ Romanū antiſtitē: quos ſic
cōſolabat antiquitas? Et iterū audi veterē li. ij. de peni
tentia verſus finē Ambroſiū. Condoleamꝰ (inquit) pec Ambroſi.
catoribus affectu intimo. Hec eñ ſumma virtus: q: ſcri
ptū eſt. Et nō gaudebis ſuꝑ filios Juda in die ꝑditiōis
eorū: ⁊ ne magniloquaris in die tribulationis eoꝝ. Sed
quotienſcūq; peccatū alicuius lapſi exponitur compa
tiar: nec ſuperbe increpem: ſed lugeam ⁊ defleā: vt dum
alium fleo/meipſum defleam: dicens. Juſtificata eſt ma
gis Thamar ꝙ̄ ego. Fortaſſe adoleſcentula lapſa ſit oc
caſionibus: q: delictoꝝ fomite fuit decepta ac precipi
tata. Peccamus ſeniores: repugnat in nobis lex huius
carnis/legi mētis noſtre: ⁊ captiuos nos ī pctm̄ trahit:
vt faciamꝰ qđ nolumꝰ. Illi de etate ſuppetit excuſatio:
mihi nulla. Illa eñ debet diſcere: nos docere. Ergo iuſti
ficata eſt magis Thamar ꝙ̄ ego. Incuſamus alicuius
auaritiā: recordemur ſi nil ipſi auare facimus. Et ſi feci
mus: qm̄ radix eſt malorū auaritia: ⁊ tanꝙ̄ ſub terra oc
culte in noſtro ſerpit corꝑe: dicamꝰ ſinguli. Juſtificata
eſt magis Thamar ꝙ̄ ego. Si cōmoti fuerimus in quē
ꝙ̄ grauiter: cauſam leuiorē laicus habet ꝙ̄ epſ: eo ꝙ cō
motius aliq̄d egerit. Retractemꝰ nobiſcū ⁊ dicamꝰ: iu
ſtificatꝰ eſt magis iſte q̄ cōmotionis arguit ꝙ̄ ego. Se
quitur. Nō ergo erubeſcamus dicere grauiorē culpā no
ſtram eſſe ꝙ̄ eius quē arguendū putamus: q: dixit hoc
Judas qui arguebat Thamar: ⁊ recordatus ſuā eē cul
pam ait. Juſtificata eſt magis Thamar ꝙ̄ ego. Hec ille.
AVTHOR. Quantū putas criminis īputaſſet hoſtis
noſter Ambroſio: ſi ſanctū patrē legiſſet nō parcentē pe
nitenti tm̄: ſed cōdolentē cōfeſſis ſuis ⁊ cōpatiētem ad
tantū vt eos ſibi in iuſtitia vite preferre ſtuderet. ¶ Cō Accuſatio tertia
tra hanc pietatē eccleſie iterū hoſtis oblatrat artem ſi witcleff.
bi reperiēs contra aditū venie. tractatu de cōfeſſione.
cap. v. Breuiter (inq̄ens) cautela diaboli ⁊ iſtud mediū
ſunt ad oīa genera criminū inductiua: vt ad pctm̄ diabo
li: ad ſuperbiā ⁊ inuidiā atq; irā: cū confeſſor poſt cōfeſ
ſionem nec audet culpā confeſſam prodere: nec confeſ
ſum ſuū priuate vel publice ad virtutē oppoſitā inclina
re. Et ſic neceſſitat a lege dn̄i: Matth. xviij. Si peccaue
rit in te frater tuus: cōſentiendo crimini: declinare. Hec
witcleff. AVTHOR. Parce o witcleff: ⁊ ſuper fragi
les hoīes miteſce pauliſper. Seueritas eſt heretica ſic
in fratres tuos crudeſcere/⁊ ex eius inuidia pullulās q̄
accuſator eſt fratrū noſtrorū ⁊ accuſare eos ſtudet. Sol
licite īquā ipē te docuit dicere cōſenſū eē crimini: crimi
nationibꝰ ⁊ calūnijs hoīm nō īſiſtere die ac nocte. Ipſe
te docuit nō Chriſtꝰ Jeſus: ꝙ ꝯfeſſor debet ꝯfeſſum ſuū
ꝓdere: vel cēſeri alioq̄n ꝓditor legis Chriſti. Nos autē
ſcimꝰ Chriſtū Jeſum nec ſui ꝓdidiſſe traditorē: nec cū
de hoc crimine ꝓditionis ſingulariter arguiſſe: nec itē
per hoc neceſſitatum a lege domini declinare: qui cum

quantũ oportuit in quodã generali compescuit/ dicẽs. Unus ex vobis me traditurus est. Sed scio ꝙ venter tibi doleat: quia non potest os tuum amaritudine ⁊ omni dolo plenũ/ ⁊ iam sepulcrum factum patens / nisi publicum venenum expirare: cõceptũ: ⁊ cũ in publico accusare cuius iudex electus aut tutor es positus in secreto. Nouatus tuus hoc te docuit: cui item respondet lib. de questionib⁹ noui ⁊ veteris testamẽti. ca. cij. Augustin⁹. Augusti. Adhuc est aliquid qđ reprehẽdit Nouatianus. Cur inquit corpus dñi tradunt eis ques nouerũt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse q̃ sunt iudices. Si accusati autem fuerint et manifestati/ poterunt abijci. Nam quis iudex accusatoris sumat personã? Nam si dñs Judam passus est/ quẽ sciebat furem esse: et ea que mittebant̃ exportabat: nec eũ qui accusatus non est abiecit/ hoc exemplo vti oportet vt cum abijci non liceat/ qui publice detectus non fuerit. Nam nec iusto viro cõpetit aliquẽ accusare. Unde Matthe⁹. Joseph cũ esset (inquit) homo iustus ⁊ nollet eã traducere: voluit occulte eam dimittere. Hec ille. AVTHOR. Hoc est documẽtum charitatis/ hec disciplina catholica pij patris: ꝙ confessor non erit confessi sibi proditor: tñ ne eũ accuset in publico: sed negare ipsi non debet corpus Christi cũ alijs sumere: quia Christus nõ negauit Jude sed contulit/ cui tamen in consensu criminis nõ adhesit. Cur hoc? Quia nõ potest accusator esse qui iudex. Et iterũ: quia iusto viro non competit aliquẽ accusare. Iniustissimus ergo witcleff: qui sic accusat et stimulat accusantes/ vt de accusatione continua desistant: saltẽ etiam catholicos infideles. Opto audire eum semel suum prodere sectatorẽ: ⁊ publice corã orthodoxis accusare de crimine. Aut omnes de studio partis eius sunt immunes a scelere: expertes peccati/ angelis coequales. Refellãt ergo eum catholici: dicant eum sceleratum: arguant eum de consensu criminis/ ⁊ nostros fideles non eũ audiant incusantẽ/ quousq; sceleratissimos sectatores sue perfidie coram populo nostro ⁊ clero audiant detegentẽ. Si bona sit doctrina ei⁹ experiatur in suis: si mortifera vt est/ non permittatur in nostris.

Q deus est pronior ad premiandum iustos/ vel ad parcendũ poenitentibus q̃ ad puniendum iniquos. Cap. CLIII.

Hic itẽ tractatui de clementia sacerdotum ⁊ tẽperato rigore in catholice penitẽtes/ ingerũt se quedã difficultates witcleff ad ptẽ oppositã: quia tenent̃ se Christo cõformare supremo confessori: q: a nullo alio põt capi certius ars absolutoria. in proximo precedẽte ca. Christus aũt non est ad miserandũ procliuior q̃ ad puniendum reos. Witcleff. iiij. trialog. cap. xij. Quantũ ad istud inquit/ ꝙ deus est pronior ad premiandũ q̃ ad puniendũ: specialiter istud est imbrigabile apud scholasticos: cũ deus sit in infinitum pronus ad puniendũ. Ideo cum in punitione sua sit summa iustitia: videtur ꝙ nõ sit procliuior ad aliquẽ premiandũ: ideo vel hoc dictum magistrale taceo: vel glosso illud secundũ terminos magis certos vt min⁹ impugnabiles: quia non video magnã prudentiã verba huiusmodi defendendo. Hec witcleff. AVTHOR. Misericordia virt⁹. Quorundã philosophorum stultitia fuit ꝙ misericordia non sit virtus. ⁊ ideo remouendã eam putarũt tam a deo q̃ hoibus. de q̃bus lib. vi. diuinarũ institutionũ. ca. xiiij. Lactãtius. Si ergo in homine pclarum ⁊ excellens est bonũ misericordia: idq; diuinis testimonijs et bonorum malorũq; consensu optimum iudicatur/ apparet philosophos longe abfuisse ab humano bono: qui neq; pceperunt huiusmodi quicq̃ neq; fecerũt: sed virtutẽ que in homine prope modũ singularis est/ pro vitio semper habuerũt. Libet hic interponere vnũ de philosophia locũ: vt illorũ plenius coarguam⁹ errores: qui misericordiã / cupiditatẽ/ metus/ morbos animi appellant. Hec ille. AVTHOR. Non ad presens negotiũ pertinet dicere si hec heresis philosophoꝝ preualebat in witcleff: non scilicet ꝑ magna virtute misericordiã estimare: q̃uis ita videatur sonare ex verbis dicendo quãdoq; ꝙ Christus nõ fuit ad corporalem eleemosynã affuctus. Sed hoc qđ itercidit astruamus/ ꝙ deus sit ad premiandũ vel miserendũ pronior/ q̃ ad puniendũ procliuius. Assumit pro hac parte Lactantius ꝙ preclarum et excellens bonũ in homine est misericordia/ et diuinis testimonijs optimũ iudicat̃. Remotis igitur imperfectionib⁹/ si eã tribuamus deo/ et optimũ iudicatur in deo ⁊ superexcellẽs bonũ. Quoniam ergo ad optimũ bonum deus semper est pronior: videtur ꝙ ad miserendũ deus semper est pronior q̃ ad puniendum. Et ne videatur hec dictio magistralis (vt iste grãmaticus noster dicit) et nõ ex necessitate scripture producta/ ⁊ ecclesie veritate: clamat ad nos ipse dñs per prophetã dicens. Nolo mortẽ peccatoris: sed vt magis conuertatur ⁊ viuat. Ecce magis conuerti vult dñs peccatorẽ vt viuat ꝑ gratiã/ q̃ vt itereat ꝑ penã ⁊ mortẽ secũdã. Et in cõparatiõe hui⁹ pme/ dicit se nolle secũdã. quõ ergo nõ est magis pron⁹ ad pmã. s. gratiã q̃ ad secundã. s. mortẽ ⁊ vindictã? Aũ li. de verbis dñi ser. iij. iferẽs hunc textũ. dicit Augustin⁹. Augusti. O magna bonitas dei: ⁊ amicitiarum nobis premia repromittit vt nobis obsequia debite seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire conspicit sponte/ suorũ beneficiorũ possit promissionib⁹ inuitare. Sequitur. Cupit etiam nolentibus subuenire: desiderat misereri peccãti: qui si peccauerit dignos/ fructus exhibeat penitentie. Inuitus enĩ in reos vindicat si dei indulgentiã miserantis contemnãt. Amat enĩ corrigi peccatores qui in vitam non in mortẽ a principio constituit hoĩes. Reuertimini (inquit) ad me ⁊ reuertar ad vos. Et iterũ. Nolo mortem peccatoris: tñ reuertat̃ ⁊ viuat. Non vult dñs in queq̃ dñari mortẽ: non vult in penam deduci hominẽ/ quem in vita cõstituit. Hec ille. AVTHOR. Plane patet Augustinum hic exponere mortem non solum pro morte culpe/ quã non vult dñs sed ⁊ magis pro morte vindicte debite pro peccato. Nõ vult (inquit) dñs in queq̃ dñari mortem: non vult in penam deduci hominẽ pro quo dixit: Nolo mortem peccatoris: inuitus in reos vindicat. Et in hypognostico paulo post principium/ dicit Augustinus ꝙ nec mortẽ vult nec eam fecit: sed serpens. Augusti. Nolo (ait per prophetã Ezechielem dñs) mortem peccatoris: sed reuertat̃ et viuat. Si eius (vt predicatis) auctor est deus: cur eam dicẽdo nolo/ repellit a peccatore/ ⁊ non patit̃ qđ suum est permanere? Mortem (inquit) nolo peccatoris/ quam ego ei non feci: sed ipse eam sibi dum in me preuaricator extitisset/ inuenit: sed reuertatur ⁊ viuat. i. vitam me miserante recipiat quã se peccãte pdiderat. Hec ille. AVTHOR. Ecce dñs dicendo/ Nolo mortem/ mortẽ a peccatore repellit: ergo est ad miserandum ⁊ premiandũ paratior q̃ ad puniendum procliuius. Non enim longe distant dei ad nos misericordia ⁊ premiũ: qui coronat nos omnes in sola mĩa ⁊ miserationib⁹ suis multis. Et in argumentum diuine pronitatis ad premiũ/ prius nos ꝑ pmia allicit q̃ terreat ꝑ vindictas. Nota ordinẽ Augusti. O magna inqt bonitas dei: amicitiarũ nobis pmia repromittit/ vt possit promissionib⁹ inuitare: ⁊ desiderat de⁹ misereri peccãti: nõ aũt desiderat vindictã inferre peccanti:

ímmo inuitus inquit in reos vindicat. Hoc argumēto
probat item Chrysostomus veritatē istam catholicam/
cui tu aduersaris in terminis:sumēs occasionē a verbis
Christi preponentis premiū timori pene/sup Mattheū
in imperfecto/Homilia.xlv. vbi dicit. Qui me cōfessus
Chrysostomus. fuerit corā hominibus cōfitebor et ego eū coram patre
meo. Et qui me negauerit corā hoībus: negabo ⁊ eū co
ram patre meo. Et quoniā quantū ad carnalē naturam
rem impossibilē mandauerat/nunc et penā et premium
proponit:vt nō timore pene sed desiderio premij virtus
anime adiuuet. Ecce premiū. Qui me cōfessus fuerit co
ram hoībus: cōfitebor ⁊ ego eū coram patre meo. Sed
prius dicit premiū/postea penā:quia paratior est deus
ad p̄miandū bonos ꝙ ad puniendū indignos.vide ergo
quāto maius est p̄miū dei ꝙ nostra iustitia:⁊ quāto gra
uior est vindicta dei ꝙ nostrum peccatum. Hec ille. AV
THOR. Audis ne witcleff qđ dicit Chrysostom⁹. Iste
est quē digne tu proclamas profundū logicū ⁊ sublimē
philosophū. Ipse plane dicit contra tuā vesaniā/cōtra
dicēs tibi in terminis ꝙ deus paratior est ad premiādū
bonos ꝙ ad puniendum indignos:qđ tu plane subtices
aut glossas ad interitū:dicens imbrigabile:⁊ ideo nulla
prudentia defendendū. Sed dic motiuū tuū et maximā
rationū. Qr deus est in infinitū pron⁹ ad punīēdū:ergo
nō est pronior ad aliquē punīēdū. Fallis witcleff sic ar
guens: ⁊ te nec ostēdis philosophū/ nec vt peritū dispu
tare theologū. Infinito eñi cū infinito cōparatio nō re-
pugnat. vno eñi infinito aliqñ aliud infinitū est aliquo-
tiens maius:aliquotiēs infinite. Deducit ei cōclusionē
Thomas Braduuardinus. Thomas Breduuardinus li.i.de causa dei.ca.i. pte.ix.
probās deū esse infinite magis quacūqꝫ multitudine in
finita:quā ponit Auerroys particulariū existentiū cu-
iuscūqꝫ spēi ac etiā oīm specierū: qr quacūqꝫ multitudi
ne īfinita cuiuslibet spēi est alia maior multitudo videli
cet congregata ex illa ⁊ alia simili alteri⁹ speciei. Tota
etiā multitudine infinita oīm particulariū oīm existen
tiū posset esse aliqua maior:immo dupla tripla quadru
pla ⁊ deiceps simul vel successiue. Deus aūt indt est tā
magnus ⁊ infinit⁹ ꝙ nihil mai⁹ aut infiniti⁹ esse posset.
Per hoc ergo īfinitas aggregata oīm particulariū ali
quarū duarū specierū actu existentiū vel de possibili suc
cessiue/est duplo maius ꝙ alterū illoꝝ per se. Itē īfinita
claritate ꝑm dotē corporis beatificabit aliqs sanct⁹ in
gloria:sed īfinite maior intēsiue erit dos dilectionis ei⁹
in aīa:ergo dos dilectionis est infinitior dote claritatis
Modus arguendi videt ex illo textu topicoꝝ. Si opti
mū vnius generis sit meli⁹ optimo alteri⁹ generis:hoc
totū est simpliciter illo meli⁹. Siliter diuina fecūditas
est infinita in ꝓducendo creaturas siue in esse suo intel
ligibili ꝑm specie ⁊ numerū:siue in esse creato ꝑm rē: sed
multo infinitior est fecūditas ei⁹ in ꝓducēdo verbū vel
spiritū in idētitate nature diuine ꝑm numerū:ergo in eo
dē vnū infinitū excedit aliud. ⁊ sic dato ꝙ deus esset infi
nite pron⁹ ad puniendū indignos/ nō ꝓpter hoc sequit
ꝙ nō esset pronior ad p̄miandū etiā infinitū. Dicis/imo
qr cū in punitione ei⁹ sit summa iustitia:videt ꝙ non sit
pronior ad aliquē premiandū. Si tibi sic videt/ oculus
tuus nequā est:qr de⁹ bon⁹ est. An ideo nō licet ipsi qđ
vult facere ⁊ propiti⁹ esse? qr si punit/ habet in puniēdo
summā iustitiā. Quasi dixeris:nō habet summā iustitiā
in miserendo sicut in puniendo. Sed catholica fides ti
Augusti. bi dicit ꝙ sic.vnde sup Psal.cxliij.x.i. Augustinus. Su
perexaltat autē misericordia iudicio. Quid est hoc fra-
tres: superexaltat misericordia iudicio? supponit mia
iudicio/in quo inuentū fuerit opus misericordie/⁊ si ha
buerit aliquid forte in iudicio quo puniat/ tanꝙ vnda
misericordie pcti ignis extinguit. superexaltat eñi mia
iudicio. Quid aūt cū talib⁹ subuenit ⁊ eū tales liberat
⁊ cū talibus ignoscit/iniust⁹ est deus? Absit. Et ibi iust⁹
est. Nō tollit ei misericordia iustitiā:nec iustitia miam.
Uide eñi si nō iustus est:dimitte ⁊ dimitto:da ⁊ do. vide
si nō iustus est. In qua mensura mēsi fueritis:in ea reme
tiet vobis. Ad hoc eñi in qua mēsura? Non eñi mēsura
eiusdē generis:sed ad hoc eadē mensura: ignosce ⁊ igno
sco. Est apud te mensura venie dāde: inuenies apud me
mensurā venie accipiende. Est apud te mēsura tribuēdi
qđ habes:inuenies apud me mensurā accipiendi qđ nō
habes. Hec ille. AVTHOR. Probat bene Aug. ꝙ de⁹
etiā cū misereī tenet summā iustitiā:qr rependit hoī vi-
ces suas/nec tollit ei mia sua iustitiā:nec iustitia miam.
Summa ergo sibi iustitia cū punit:sed infinite paratior
ꝑm summā suā iustitiā vt misereat ⁊ donet:qr ad puniē-
dum ꝑm predicta quasi accedit inuit⁹:⁊ non vult mortē
pctōris secūdā:magis aūt vult ipsi misereri vt cōuertat
⁊ viuat. Cū ergo oīs dei proprietas surgat in infinitū:in
finite magis vult de⁹ misereri peccāti ꝙ punire peccā-
Paulus ex reuelatione plus cognouit peccata illius
magi qui dicit Barieu vel Elimas:ꝙ̃ ipsemet cogno=
uerat hic ĩ vita. Et vt breuiter dicatur/Papa vel sacer
dos alius non habet scientiam peccati grauedinem co
gnoscendi/quomodocunq; peccans secundum vltimuʒ
sue notitie dixerit confessori/nisi hoc sibi a deo fuerit re
uelatũ specialiter. Hec witcleff. AVTHOR. Ecce pri⁹
dixi ꝙ notitia grauitatis peccati surgeret aptius ex re
uelatione peccantis:postea plus ex notitia sacerdotis.
Catholica veritas dixit ꝙ vtroq; modo. Nam quomo=
do veniet sacerdos in distinctam notitiam reatus pec=
cantis/nisi per confessionem? Iterum qualiter cogno=
scit ipse confitens delictum esse quod fecerit nisi moni=
tu sacerdotis publice predicãtis vel monẽtis? Dicen=
te apostolo ad Roma.vij. Peccatũ nõ cognoui nisi per
legẽ. Nam concupiscẽtiam nesciebam nisi lex diceret/
Non cõcupisces. Audacter dicis ꝙ papa vel sacerdos
nõ habet sciẽtiã secundum grauedines peccatorꝝ distin
guere:nisi deo specialiter reuelante. Et ego audacter di
co ꝙ deus generaliter reuelat eis in scripturis / ita vt
possint singulorum peccatoruʒ distinguere grauitates:
⁊ ꝙ̃uis iuxta te nõ ad omnẽ disputabilẽ difficultatẽ/ ta
mẽ secundum deum quãtum sufficit ad salutẽ. Unde ꝓ
(Augusti.) hac re Enchiridij.cap.xliij. Augustinus. Que sunt (in=
quit)leuia/que grauia peccata/non humano sed diuino
sunt pensanda iudicio. Uidemus enim quedam ab ip=
sis quoq; apostolis ignoscẽdo fuisse cõcessa. Quale est
illud quod venerabilis Paulus cõiugibus ait/Nolite
fraudare inuicẽ nisi ex cõsensu ad tẽpus. Et post in fine
capitis. Sunt aũt quedã que leuissima putarẽtur opi=
nione grauiora. Et subdit de dicẽte fratri fatue:⁊ de ob=
seruantibus dies ⁊ annos. Hec ille. AVTHOR. Ecce
ꝙ grauia ⁊ leuia peccata que sint / solo diuino iudicio
dicit/⁊ non humano pẽsanda:⁊ tamẽ nomine tenus ea
educit ⁊ exprimit de scriptura. Eadẽ quoq; forma lib.x.
sup Exodũ/Origenes. Ioãnes apľs (inqt) ĩ epľa sua di (Origenes.)
cit quedã esse pctã ad mortẽ:qdã nõ eẽ ad mortẽ. Que
autẽ sunt species peccatorũ ad mortẽ/que vero non ad
mortẽ/sed ad damnum:non puto facile a quoq̃ hominũ
posse discerni. Scriptum nanq; est/Delicta quis intel=
ligit? Uerũtamen ex ijs que in euangelio ꝑ parabolas
referuntur/ex parte aliqua cognoscere possumus cuius
modi sunt que damnũ nominant:cum ibi iterũ videm⁹
ad lucrum deputari:quedã que per negotiationẽ quesi
ta dicuntur. Sequitur. Sed ⁊ cũ dicitur paterfamilias
ponere rationẽ cum seruis suis/⁊ offertur ei vnus q̃ de
bebat decẽ milia talẽta. Talis ergo quedã ratio damni
est. Uerbi gratia. Qui pro mercede sua acceptur⁹ erat
decẽ mnas/non accipiat decẽ sed octo vel sex/aut etiaʒ
minus:⁊ hoc damno ꝑcuti dicit is q̃ causam scãdali in=
firmioribus ⁊ muliebri prebuit anime. Dabit aũt(inqt)
secũdum ꝙ indixerit vel imposuerit vir eius/⁊ dabit cũ
honore. Anime discentis vir/magister eius est. Secun=
duʒ ꝙ indixerit vir iste vel Christus qui omnium magi
ster est/vel qui pro Christo ecclesie preest doctor anima
rum/ille qui ad subuersionẽ audiẽtium verbis cõtẽdit/
patietur damnum. Hec ille. AVTHOR. Ecce primam
differẽtiam grauedinis peccatorum/scʒ peccati ad mor
tẽ/⁊ peccati non ad mortẽ:sed ad damnum/id est ad pe
nam/Origenes dicit difficilẽ reperiri a quoq̃ hominũ/
posse tamẽ ĩ euãgelij parabolis. Et quomodo vnusq̃sq;
reus pro peccato delẽdo ꝑ penitẽtiã subibit penã quã
Christus ĩposuerit/aut quã prelat⁹ ecclesie loco Chri=
sti correspõdẽter indixit ad culpã:secũdũ ꝙ indixerit:
Christus(inquit)magister omniũ vel qui pro Christo ec
clesie preest. Plane cõtra: witcleff qui in eodẽ cap.pe
nas taxatas ꝑ magistros ecclesie in libris penitẽtiali=
bus reijcit. Nullus(inquiẽs) talis sacerdos cognoscit (Witcleff.)
quãta aut quali penitẽtia foret dign⁹:⁊ ideo scripta ⁊
practizata de penitẽtijs patule ꝯdicunt. Hec witcleff.
AVTHOR. Christ⁹ magister eccľie nõ obligauit apo=
stolos ⁊ heredes eorũ vt cognoscerẽt omne quantũ aut
quale penitẽtie iniungẽde:quãdo dixit eis: Quoscunq;
ligaueritis ⁊c̃. Et tamẽ in hoc verbo obligauit ecclesiã
subditorꝝ:vt qḋ indixerit vir.i.prelatus ecclesie damnũ
pene peccator sustineat/maxime quod indixit secunduʒ
morẽ ecclesie. Ideo Enchiridij capi.xlvi. Augustinus.
Ipsa penitẽtia quãdo digna causa est secundum morẽ (Augusti.)
ecclesie vt agat:plerũq; infirmitate nõ agit:q: ⁊ pudor
est displicendi: dũ plus delectat hominũ existimatio/ꝙ̃
iustitia qua se quisq; humiliat penitẽdo. Unde non solum
cum agitur penitẽtia/verum etiã vt agatur diuina mi=
sericordia necessaria est. Alioquin non diceret Aposto=
lus de quibusdam. Ne forte det illis deus penitẽtiam.
Et vt Petrus amare fleret/premisit euangelista: ⁊ ait.
Respexit eum dominus. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ
in hoc loco vocat Augustinus penitentiam factã secũ
dum morẽ ecclesie ipsam iustitiam/⁊ postulãdã esse dei
misericordiam vt rite perficiatur. Et que penitẽtie ma
gis sequuntur ecclesie mores ꝙ̃ ille que sacris canoni=
bus/aut iuxta canones penitentialibus inseruntur?
Ipe enim in authoritate ceteris penitẽtijs arbitrarijs

singulorum plus eminent/quanto plus ex consensu publico vires habent. Fundant tamē vtreq; p totā ecclesiā in primo illo priuilegio Christi cōcesso ministris eiꝰ in Petro: Quodcūq; ligaueris sup terrā/erit ligatū ꝛ i celis. Et quodcunq; solueris sup terrā erit solutū ꝛ in celis. Super quem locum cap. xxviij. lib. iiij. sup Matheum Rabanus. Que soluēdi ac ligandi potestas ꝙ uis soli Petro data videatur a domino: absq; vlla tamen dubietate noscendum est ꝙ ꝛ ceteris apostolis datur: ipso teste qui post passionis resurrectionisq; sue triumphum apparens eis insufflauit ꝛ dixit omnibus. Accipite spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata/remittuntur eis: ꝛ quorum retinueritis retenta sunt. Nec non etiam nunc in episcopis ꝛ presbyteris omni ecclesie idem officium committitur: vt videlicet agnitis peccantium causis quoscunq; humiles ac vere penitentes aspexerint/hos iam a timore perpetue mortis miserādo absoluāt. Quos vero in peccatis que egerint persistere cognouerint: illos perennibus supplicijs obligandos insinuent. Omni igitur electorum ecclesie (vt diximus) iuxta modum culparum vel penitentie ligandi ꝛ soluendi daꝫ authoritas. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ iuxta modum culparum ꝛ penitentie/omni ecclesie ligandi ꝛ soluendi in suis sacerdotibus datur authoritas. Ergo si petat witcleff: quando penitētibus ꝛ confessis varias penas taxamus: in qua potestate hoc facimus? Presto quod respōdeamus habemus. In potestate euangelij Jesu Christi/non prius committente potestatem absoluēdi delicta ꝙ potestatē ligandi commiserit peccatores ad varias penas/secundum varietatem grauedinis commissorū. Unde priusq; diceret: Quōcunq; solueris: quodcūq; (inquit) ligaueris sup terram. Medicinam premittit vt salus sequatur. Habemus itē non tam authoritatem ꝙ exemplum taxandi penas peccatorum ad quantum ex lege domini/Numeri. xiiij. Ubi loquens Moyses ex ore domini ad duodecim speculatores missos cōsiderare terram sanctam: pro eo ꝙ detraxerint terre. Juxta numerum (inquit) quadraginta dierum quibus considerastis terram annus pro die imputabitur: ꝛ quadraginta annis recipietis iniquitates vestras/ꝛ scietis vltionem meā. Unde ꝛ sup hunc locum homilia. viij. in librū Numerorꝫ Origenes. Pro die per annum recipietis peccata vestra quadraginta annis. Timeo ergo mysterij huius secreta discutere. Uideo enim ꝙ peccatorum in hoc ratio comprehenditur ꝛ penarum. Si enim vnicuiq; peccatori annus describitur ad penam/pro vnius diei peccato: ꝛ secūdum rationem dierum quibus peccatur annorum totidem numerus in supplicijs consumēdus est: vereor ne forte nobis qui quotidie peccamus/ꝛ nullum forte vite nostre diē absq; peccato trāsigimus: nec ipa forte secula/aut etiā secula seculorꝫ sufficere possint ad penas luēdas. In eo eñ ꝙ populus ille prior quadragīta dierū delicto quadraginta annis fuit in deserto/nec terram sanctam introire permittitur: similitudo quedam futuri iudicij videtur ostendi/vbi peccatorum ratio discutienda est: nisi erit aliqua fortasse etiam bonorum operum compensatio/vel etiam eorum que in vita sua vnusquisq; mala recipit: vt Abraham de Lazaro dicit. Sed hec nullius est ad integrum nosse/nisi illius cui oñe iudicium tradidit pater. Q autem dies peccati in annum plenum reputetur/non solum in libro in quo nihil omnino quod dubitari possit ostenditur/sed ꝛ in libro pastoris/si cui tamē illa scriptura recipienda videtur/ similia designantur. Sed fortasse aliquis neget bonitati dei ꝯuenire/vt pro vnius diei peccato/annum suppliciorum repēdat: quin īmo dicat. Etiam si diē pro die reddat/quis iustus non tamen clemens videatur esse aut benignus. Audi ergo ad hec si forte possumus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnꝰ corpori infligatur/aut os confringatur / aut neruorum iunctura resoluatur/ sub vnius hore spatio huiusmodi vulnera solent corporibus accidere: ꝛ plurimis postmodū cruciatibus ꝛ doloribus exactis/multo vix tēpore sanari. Quāti enim tumores in loco/quanta tormenta generantur? Jam vero si accidat vt in eodem vulnere vel in eadē fractura/iterum ꝛ sepius quis vulneretur/frequētiusq; frangatur: quantis hoc peius curare/ꝛ quantis potest cruciatibus medicari? Quanto autē tēpore/si tamē potuerit/ad sanitatē perducetur? Et vix aliquando ita curabitur/vt vel debilitatē corporis/vel feditatē cicatricis effugiat. Transi nunc ab exēplo corporis ad anime vulnera. Anima quotiēs peccat/totiens vulneraꝫ. Sequitur infra. Et ideo consequētissima ratio est pene. i. cure ꝛ medicationis tēpus extēdi/ per vnumquodq; vulnꝰ ꝑ qualitate plage medēdi quoq; spatio ꝓpagari. Sic dei equitas ac benignitas etiam in ipsis anime supplicijs euidēs fiet. Et hec audiēs qui peccauit resipiscat. Sequitur. Si peccator sum: nunquid eadē erit mihi pena/si semel peccaui: que si secundo ꝛ tertio/ꝛ si frequentius peccē? Non ita erit: sed pro modo ꝛ numero ꝛ mēsura peccati/etiam pene quantitas metiēda est. Deus enim dabit nobis panē lachrymarūꝫ/ꝛ potabit nos in lachrymis: sed ī mēsura. Hec ille. AVTHOR. Iste ecce vetus doctor ecclesie/non dubitat dandum nobis panē lachrymarū ꝛ potū ī mēsura/ꝓ modo ꝛ numero ꝛ mēsura peccati/assignans mēsurā anni iuxta legē pene pro die peccati: quia vulnꝰ peccati prolixum tēpus exigit medicandi. Prolixius aūt ꝛ multo prolixius si fit eiuſ dē freqūēs elisio vulneris: tanto enim tardius fiet restitutio sanitatis. Q si dicat witcleff: sed non est hoc sacerdotis officium/qui grauitatem peccatorum nescit/ appēdere: sed solius Christi. Sufficit ꝙ is idem Origenes ista dicit/que ꝛ prius ait/Chrisꝰ magister ecclesie/ aut vice eius qui ecclesie presidet. Aliter nō equipararet nostra presens ecclesia in potestate punīedi peccata/veterem synagogam/in qua humana estimatiōe peccata grauiora morte/minora vero flagris secundum numerū torquebātur/Deuteronomij. xxv. Pro mēsura pcti erit ꝛ plagarum modus. In quem locum libro questionum Deuterono. cap. xlv. Augustinus. Est itaq; leuis impietas q̄ verbere digna est: ꝛ est grauior q̄ morte digna est. Ita etiam illa peccata que non in deum sed in hominē videntur admitti/sunt morte digna. Quedam sunt alia que correptione seu verbere seu venia faciliore digna sunt. ita eñ locutos eē septuaginta interpretes cōstat: vt etiam peccatum illius qui plagis dignus est/impietatem vocauerint. Hec ille. AVTHOR. Si ergo in lege dabatur hominibus inscijs facultas ponderādi peccata: ꝛ grauiora grauiorībꝰ/leuiora leuiorībꝰ supplicia vt mortes applicādi vel verbera: quāto magis Chrisꝰ vicarios suos ī ecclīa sensu ditabit ꝛ grā: ne fideles eiꝰ multa flagitia ferant ad inferos: ꝛ perenniter sentiant qꝺ tēporaliter gemebāt. Sꝫ dicit aduersarius ibidē capite illo. iiij. Nō dubiū quin deꝰ nollet ꝙ sacerdos suus iniungeret penitentiam nisi eius quantitatem ꝛ qualitatem sibi ostenderit. Unde cum sacerdotes absoluentes hoc sepe nesciunt/immo si hec penitentia confesso suo profuerit/vel fuerit voluntati dei contraria: videtur ꝙ deus nō regulariter approbat talē penitētiā sic iniūctā. Hec witcleff. AVTHOR. Quātū ad penitētiā iniūctā a sacerdote regulariter sic ꝓdesse vl̄ sic/regulā nō habemꝰ/nisi Christi dicētis eccl̄ie ministris. Quicq̄d solueritis sup terrā erit solutū ꝛ ī celis: ꝛ quorūcūq; remise

Marginalia: Rabanus; Origenes; witcleff.; Augusti.; witcleff.

ritis peccata remittentur eis. Hec est regula Christiana/hec norma fidei est. Quisquis huic regule aduersus est/fidei hostis est/perfidus est. Quantum autē ad notitiam quantitatis: aut qualitatis delicti: hoc scio exigit equitas iudicantis: sed frequenter minorem penā pro maiori delicto iniunctam multū prodesse facit dei gratia miserantis: qualiter declarat libro secūdo de sacramentis parte .xiiij. capitu .iij. Hugo.

Hugo.

Quomodo/inquis/certus esse possum de venia propter penitentiam ⁊ satisfactionem ab homine iniunctam: ⁊ si illam studiose compleuero: cum ille ipse homo cui peccata mea confiteor: sepe aut ignorantia nesciat: aut negligentia non consideret qualem mihi secundum modum ⁊ mensuram delicti debeat satisfactionem iniūgere? Ad hec tibi breuiter respondeo: ꝙ si homo nescit: deus scit. Tu tamē fac qd̄ tibi precipitur: obediēs esto in eo qd̄ tibi iubetur. Uideat deus deuotionem tuam: etsi homo nō condigne moderetur afflictionem tuam. Perire nō poteris/si deuotus fueris inuētus. Sed decipior/inquis/putans me satisfecisse cum satis non fecerim. Ille mihi iniunxit vt tātum facerē: ⁊ non amplius mihi precepit. Ecce totum perfeci: ⁊ non satisfeci. Sequitur. Nec dico vt desperes: etiam si hoc cōtingat vt homo qui exterius curādis vulneribus peccatorum medicamentū apponit: aliquid min⁹ sufficiens tribuat. Sepe qd̄ minus foris agitur/efficacius intus operatur. In paruo opere magna deuotio esse potest. homo videt in facie: deus autem intuetur cor. Hec ille. AVTHOR. Falso igitur terret nos wicleff ne de grauitatibus criminū arbitremur: dicēte tota antiquitate scripture ⁊ patrū ecclesie: ꝙ iuxta qualitatem ⁊ quātitatem delicti: aut iteratas vices soluant penas qui peccant: vt magister decreuit ecclesie Christus/vel qui preest vice ei⁹ sacerdos. Sed circa grauitatē pene merite qualiter adequare possit culpā ad punctū: ita vt nec in pūcto excedat: nec excedatur ab ea/sicut est solius dei nosse/ita iudicare alienū ab homine. Subtilitates tales atome natalitia secreta sunt lucis inaccessibilis.

Ar. natalia.

Nec ideo tamē humanum iudicium otiari debet a toto: quia ad momētum mortis ⁊ magni iudicij horam monemur exercere vigilias: non in illa tantū hora explorāda: quā scire nō possumus: sed pro illa cauēda: totius temporis precurrentis vigilantia. Ad praxim vero sicut in operatione virtutis nō est sollicite exquirēdum medium secūdum rem: sed secūdum rationem: quia hoc signare supergreditur rationem: ita in ponderando grauitates penarum ⁊ criminum non erit sacerdos sollicitus circa rem secundum seipsam: sed secundum rationem humanam a Christi lege transumptam.

Absolutionis forma.

In absolutione quoqꝫ sequente: absolute est ex parte Christi pronuncianda sententia sine assignatione gradus remissionis obtēte ad talem: vel ad tantum. Quia promittere remissionē criminum absolute ex euangelij fide iam possumus: Christo dicente. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. Gradum vero puritatis quem confessus ex tali remissione consequitur: qui solum cordium inspectori cognitus est/limitare nō possumus. Quia nec ipse dixit: quorum remiseritis peccata: ad tantam munditiam siue tantam: tantē ⁊ taliter remittentur. dicēte Origene iam supra: carnem in momento lesam maximis cruciatibus ⁊ plurimo tempore sanitati congrue perducēdam. Quorūdam igitur miror audaciam: qui (vt quidā ferunt) cōmuni absolutionis forma ecclesie non contenti: non verentur adiungere. Et ad innocentiā baptismalem te restituo. Qui cum periti sint/nosse poterunt: ꝙ ipsi nō possunt iam peccato lapsum ad dignitatem innocentie pristine restaurare: q̄uis possint ad similē vel maiorem reducere gratie dignitatem. dicente scriptura. Domus Israel cecidit: ⁊ nō adijciet vt resurgat. Uirgo israel proiecta est in terram suam: non est qui suscitet eam. Amos .v. Ubi in commentario Amos lib. ij. Hieronymus. Sin autem (vt diximus) planctus est super eos qui agunt penitentiam: ⁊ penitētia reddit vulnerū sanitatē: quomodo iuxta .lxx. dr̄: Domus israel cecidit: ⁊ amplius nō resurget: Uirgo israel errauit in terra sua: non est qui suscitet eam? Quod sic solui potest. Postꝙ domus israel sua voluntate corruerit nequaꝙ pristinam recipiet dignitatem. Postꝙ virgo israel errauit in terra sua: vltra nō poterit inuenire suscitantē. Et considera verborum proprietates. Qui domus est ⁊ numeratur in turba/cadere dicitur. Qui autem de numero virginum/si errauerit/ob leue quoqꝫ peccatū non poterit suscitari. Non quo non suscitetur: sed nequaꝙ modo suscitetur virgo israel: ⁊ nequaꝙ resurgat dom⁹ israel. Non enim eadem gloria eius qui semper sequutus est dominum: ⁊ eius qui aberrauit a grege: ⁊ postea boni pastoris humeris reportatus est. Unde ⁊ per aliū prophetam dominus dicit. Malo penitētiam peccatoris ꝙ mortem. Penitentia non sanctitati purissime ⁊ ecclesie Christi: que non habet maculam neqꝫ rugā: sed mortalitati ⁊ inferis cōparata fit melior.

Ar. sanitati.

Hec dicimus non quo iuxta Nouatū tollamus spem penitentie: sed quo timidiores eos faciamus: ⁊ idcirco sollicitos qui aperta ianua penitētie dū sperāt futura perdūt presentia: ⁊ qui absqꝫ vulnere poterāt permanere: incauti vulnus accipiunt/vt postea dolore crucietur. Hec ille. AVTHOR. In hac doctrina Hieronymi duo cernimus. s. ꝙ malo penitentiam non excludit: ⁊ ꝙ lapso per penitentiam eandem primam gloriam non promittit. Non est eadem (inquit) gloria eius qui semper sequutus est dominū/⁊ eius qui postꝙ aberrauit pastoris humeris reportatus est. Hec enim duo: duos filios faciunt euangelici hominis: quorū prim⁹ ad patrem. Nunꝙ/inquit/mandatum tuum preteriui. Secūdus: pater/inquit/in celum coram te peccaui. Sed pater ad eū: date illi stolam primam. Primus ergo seruauit innocētiam: secūdus donatur ad eam non per se: sed per equiualentem gratiam. Non enim dicere poterat: quia mandatū suū non preteriuit: sed ꝙ stolam perditā reassumpsit. Breuiter in hanc sententiam conueniunt doctores scholastice disputātes. Sed ⁊ Hugo cū disputādo aliud quid inceperit / terminatur in istud. libro. ij. de sacramētis: parte .xiiij. capi. iiij. dicens.

Hugo.

Certum est qui cadit resurgere potest: ⁊ non solum resurgere: sed etiam melior resurgere ꝙ fuit cum cecidit. Multi ceciderunt ⁊ meliores surrexerunt ꝙ fuerunt etiam anteꝙ ceciderūt: meliores etiā ꝙ futuri fuissent si nō cecidissent: q: ad hoc ipsum cadere permissi sunt: vt ex ipso casu suo ⁊ ruina erudirentur/⁊ meliores efficerētur. Nemo tamē melior post casum surrexit / vel surgere potuit/ ꝙ fuisset/ si ⁊ non cecidisset: ⁊ hec que modo resurgendo bona operatus est: omnia stando operatus fuisset. In hoc secundū aliquid dici potest: ꝙ omnis qui cadit: id qd̄ cadendo perdidit: amplius totum recuperare non potest: quia quicquid postea ad correctionem vel ad recuperationem adiecerit/facere omnino non pōt: quin melior fuisset qui hec omnia haberet ⁊ tamē non cecidisset. Propterea nemo in spe correctiōis peccare debet: quia qd̄ semel amittitur amplius ipsum non recuperatur. Hec ille. AVTHOR. Limpidior videt̄ fuisse scriptura prior Hieronymi: ꝙ reformari potest lapsus per penitentiam: ad primam vel maiorem gratiam: nuſꝙ autē ad illam innocentiam vel pristinam gloriam: sicut nec iā corruptus ad incorruptionem omnimodam ⁊ pudici-

tiam nunq̄ tactam. Unde ⁊ eodem secundo libro cōmētarij Amos. textu. Urbs de qua egrediebantur mille/

Hierony.

relinquentur in ea cētum. dicit idem Hieronymus. Ita fit vt domus Israel que corruerat nō possit resurgere/ ⁊ virgo Israel que errauerat in terra: non habeat suscitantem. Quia qui semel ab vnione discesserit: ⁊ illā purissimam virginitatis gloriam perdiderit/ de qua apostolus ait: Zelo enim vos zelo dei: ⁊ statui vos vni viro virginē castam exhibere Christo: in qua non est macula neq̄ ruga: pristinum statum ⁊ vnionis beatitudinem recipere non valebit. Hec ille. AVTHOR. His visis qualiter potest quis in primo penitentis alloquio spondere ipsi primam baptismalis innocentie dignitatem ⁊ gloriam: qui forsan centies in hereses: centies recidiuauit ī schismata: qui ⁊ nec post quartū lapsū restitui potest ad integritatis tantille gloriam ⁊ innocentiam tam illesam: quantā habebat in tertio. Plus enī perdidit innocentie qui plus cōmittit iniurie.

Contra heresim Witcleff asserētis solum peccatum finalis impœnitētię esse simpliciter & proprie mortale peccatum.

Caput. CLVIII.

His ita decursis de generib⁹ peccatorum qualiter ea fides exprimit in scripturis: ⁊ qualiter grauitates eorum ⁊ pōdera debēt ⁊ possunt esse certa fidelibus: citat nos in posterī hostis eccl'ie Christi vt de peccato dicamus. Nō q̄dē materialiter: vt cibus aut verbum dicitur esse peccatū: sed formaliter secundum se ⁊ proprie. Sic autem dicit: solum

witcleff.

prescitum peccare mortaliter. illo sermone. xxiij. tertie partis. Et vt planius dicat: neglecta distinctiōe triplicis peccati mortalis/ ꝯtinet se ad primū modū abiectī duob⁹ alijs tanq̄ vanis: q: nō sunt mortalia aut venialia nisi secundum quid/ quādo scilicet de peccato loqui ꝓponit. tertio trialogi ter damnati cap. primo. Potest autem peccatum dici mortale (inquiens) qd̄ dignū est secunda morte puniri ex arbitrio dei nostri: ⁊ sic solum peccatum in finalis penitentie qd̄ est peccatum in spiritūsanctum/ proprie est mortale. Quodcūq̄ aūt aliud peccatum cum sit dignum venia/ potest dici rationabiliter veniale. Hec witcleff. AVTHOR. Post multiplices distinctiones ⁊ fabulas: ad hoc absolute descendit: ꝙ solum peccatum finalis impenitentie est per se ⁊ ꝓprie peccatū mortale: quo peccat solus prescit⁹. Quomodo igitur defendet se witcleff contra apostolum de morte primi hominis per peccatum: qualiter decretū trinitatis euacuat statuentis: Quacunq̄ die comederitis morte moriemini: nec vnica: sed triplici morte: secūdum Augustinum. Secundū autem istum Petrus nō est mortuus peccato: Paulus non erat mortuus: quia predestinat⁹: ideo nec mortaliter peccauit vnq̄/ aut parentes eius primeui a quorum primo mors venit in mūdum. Primo tandem recitanda est vetus heresis Pelagiani sic dicens: ꝙ primus parens nō moriebatur in anima: quā iam confirmat witcleff: q: non erat peccatum eius finalis impenitentie. Libro enim sexto Registri/ epist. xiij. Narse Comiti scribit Grego. Hoc enī vbi

Gregori⁹.

scriptum est: quia cū peccauit Adā/ anima eius est mortua. Qualiter mortuam dixerit inferius ostendit: quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat: catholicus nō est. deus enī dixerat. Qua die comederitis morte moriemini. Cum ergo comedit de ligno vetito Adam/ ꝙ in corpore mortuus nō est nouimus: q: post hoc filios genuit: atq̄ annis multis vixit. Si itaq̄ in anima mortuus non est (quod dici nefas est) ipse mentitus est qui hunc predixit die quo peccasset moriturum. Sed sciendum quia mors duobus accidit modis: aut absentia viuēdi aut qualitate viuendi. In hoc ergo ꝙ comedēdo vetitum ei⁹ anima mortua dicitur: nō absentia viuēdi: sꝫ qualitate viuēdi vt postmodū uiueret in pena: qui ad hoc creatus fuerat: vt beate viueret in letitia. Hunc ergo locum qui in eo codice qui mihi a fratre meo Joanne episcopo transmissus est: annotauit hereticū/ Pelagianus est: quia sententia ista euidenter Pelagij est: quā Paulus apostolus apte ī suis epistolis destruit. Sequit. Pelagi⁹ vero qui in Ephesina synodo dānatus est: ea intentione hoc dixit/ vt ostēderet nos a Christo vacue redemptos. Si enī nos per Adam in anima mortui non sumus: qd̄ dici nefas est: vacue redempti sumus. Hec ille. AVTHOR. Hanc heresim Pelagianam secūdum recitatum Gregorij quo modo witcleff euadet nosse volumus. Si enim non sit mortale peccatum nisi finalis impenitentie ⁊ presciti: primum peccatum Ade non erat huiusmodi: eius ergo peccatum non erat mortale: nec ipse mortuus est peccato. Hoc dixit Pelagius: idcirco merito damnatus. Scio ꝙ iam volauit ad sophisma suū vt dicat. Immo peccauit mortaliter: ⁊ Paulus ⁊ apostoli peccabant mortaliter: ⁊ anima mortui sunt secundum iustitiā presentem. Ego tamen semper quero: si vere loquendo ⁊ proprie de mortali: peccauit Adam: peccauerunt apostoli: Quid mihi cum illo mortali qd̄ inspecta rei proprietate mortale nō est: sed secūdum quid: quod oēs logici dicunt nec simpliciter esse nec vere: Nisi velit witcleff dicere Christum esse in omni peccato mortali dānatorum inferni: quia secundum mentis sue prospectū ipse scribit ⁊ huic toto nisu coheret ꝙ nullum est peccatum mortale simpliciter: nullum proprie/ nullū per se/ nisi presciti. Qualiter ergo non est Pelagianus hereticus simpliciter proprie ⁊ per se: ꝙ Adam non est mortuus in anima simpliciter ⁊ ꝑ se: Audiat iterū sanctum Gregoriū hanc heresim incusantem. vij. lib. Registri epistola. xxx. Eulogio Alexandrino: ⁊ Anastasio

Grego.

Antiocheno episcopis. vbi dicit. Ante triēnium cogēte causa monachoꝝ Isaurie qui heretici accusabātur satisfaciens quondam frater ⁊ consacerdos meus dominus Joannes literas misit: quibus nitebatur ostendere eos Ephesine synodi definitiōib⁹ ꝯtradicere: ⁊ velut ex eadem synodo certa nobis: quibus ipsi obsisterent: capitula destinauit. Inter alia autem scriptum illic ꝯtinebatur de Ade anima: ꝙ in peccato mortua nō fuerit/ eo ꝙ diabolus in cor hoīs nō ingrediebatur: ⁊ si quis hoc dixisset Anathema eēt. Que cū mihi relicta fuissent valde contristatus eram. Si enim Ade qui primus peccauit anima mortua in peccato nō est: quomodo de ligno ei dictum est: In quacunq̄ die comederis ex eo morte morieris: Et certe comedit Adam ⁊ Eua de ligno vetito: ⁊ tamen in carne sua vltra nongētos annos postmodum vixerunt. Constat itaq̄ ꝙ tunc in carne non est mortuus. Si ergo in anima mortuus nō est (qd̄ dici nefas est) falsam sentētiā de illo protulit deus: qui dixit: quia qua die comederet moreretur. Sed absit hic error: absit a vera fide. Nos enim primum hominē qua die peccauit anima mortuum dicimus: atq̄ per hunc omne genus humanū in hac mortis ⁊ corruptionis pena damnatum. Per secundum vero hominem ⁊ modo a morte anime ⁊ postmodū ab omni corruptione carnis in eterna resurrectione liberari nos posse confidimus. Sicut autē ⁊ in predictis responsa

libus diximus/Ade animam mortuam in peccato di-
cimus non a substantia viuendi sed a qualitate viuen=
di. Quia enim aliud est substantia/aliud qualitas: non
eius anima ita mortua vt non esset: sed ita mortua vt
beata non esset. Qui tamē Adam post per penitentiā
ad vitam rediit. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ cōtra pe
lagianam heresim astruentem nō esse primum parentē
in anima mortuum per peccatum: simul ⁊ contra wit-
cleffisticā furiam ꝙ non erat proprie mortuus per pec
catum: assumit Gregorius geminū argumentū: primū
ab ipso protoplasto cui dominus ait comminatorium
mortis implere: secundū a Christo: cuius vera mors to=
tum genus infectum a vera morte redemit. Et vtrobi=
qꝫ veram mortem intelligens etiam mortē secundam
quā witcleff totiēs ruminat: nō excludit. Vsqꝫ ad ipaꝫ
enim mortuus est Adam cum germine suo: ⁊ ab ipa re
demptus. Sicut lib.xiij.capit.xiij.de ciuitate dei Au-
Augusti. gustinus. Quando vero dixit deus primo illi homini
quem in paradiso constituerat/de cibo vetito: Quacū=
qꝫ die ederitis ex eo morte moriemini: non tantū prime
mortis partem priorem vbi anima priuatur deo: nec tā
tum posteriorem/vbi corpus priuatur anima: nec solaꝫ
ipsam totam primā: vbi anima/⁊ a deo/ ⁊ a corpore se-
parata punitur: sed quicquid mortis est vsqꝫ ad nouis-
simam que secunda dicit/ qua est nulla posterior/cōmi=
natio illa complexa est. Hec ille. AVTHOR. Si ergo
quicquid mortis est vsqꝫ ad mortem secundam: cōmina
tio diuina cōplexa est: secundum argumētum Gregorij
falsam sentētiam protulit deus: si non comesto cibo no
xio quicquid mortis est etiam vsqꝫ ad mortem secūdā
Adam pertulit pro peccato. Et hypognostico in prin=
Augusti. cipio Augustinus. Mors ex inuidia diaboli veniēs in=
troiuit in orbem terrarum: ⁊ deo iudice iusto pro pena
in peccatorem permissa est dominari. Recte enim per=
didit vitam qui mortem voluit. Hec ille. AVTHOR.
Secundum itē argumentum Gregorij sumptum a gra
tia redemptoris est efficax contra hostem: quia si non
erat vera mors hominis redempti: non erat homo ve=
re redēptus a morte. Argumētū est apostoli prime Co=
rinth.xv. Sicut in Adam omnes moriūtur: ita in Chri
sto oēs viuificabūtur: vnusquisqꝫ in suo ordine: primi
tie Christus/deinde qui sunt Christi: q̄ in aduentu eius
crediderunt. Si ergo nulli predestinati ad vitam a pri-
mo Adam vsqꝫ ad vltimum iustū moriebātur in Adā
proprie ⁊ per se: nullum ergo predestinatum proprie ⁊
per se morte sua Christus redemit. Pro solis eñ mor=
tuis Christus est mortuus. Probat ex ꝯsequētia apo-
stoli. vnus pro omnibus mortuus est: omnes ergo mor
tui sunt. Lib.vi.cōtra Julianum cap.iiij. Augustinus.
Augusti. Dicit enim ad Corinthios ꝙ vnus pro omnibus mor=
tuus est: nullo modo hoc negare permitteris nō nisi ꝓ
eis qui mortui sunt mortuum fuisse Jesum. Quos er-
go hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos qui de
corpore exierunt? Quis ita desipiat vt hoc sapiat? Eo
modo itaqꝫ intelligimus mortuos pro quibus omnibꝰ
vnus mortuus est Christus: quomō alibi dicit. Et vos
cum essetis mortui in delictis ⁊ in preputio carnis ve=
stre: cōuiuificauit cum illo. Ac per hoc vnus/inquit/ꝓ
omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: osten-
dens fieri non potuisse vt moreretur nisi pro mortuis.
Ex hoc enim probauit omnes mortuos esse: quia pro o
mnibꝰ mortuus est vnus. Impingo/inculco/infecto re
cusanti. Accipe: salubre est. Nolo moriaris. Unus pro
omnibus mortuus est: ergo oēs mortui sunt. Vide ꝙ
consequens esse voluit: vt intelligantur omnes mortui
sed pro omnibus mortuus. Quia ergo non in corpore:
restat vt in peccato esse mortuos oēs pro quibus Chri
stus mortuus est/nemo neget/nemo dubitet/qui se non
neget aut dubitet esse Christianum. Quapropter si
nullum trahunt peccatum paruuli: non sunt mortui.
si non sunt mortui: non est mortuus pro eis/qui non
est mortuus / nisi pro mortuis. Hec ille. AVTHOR.
Stent simul qui simul errant: Julianus et witcleff:
vterqꝫ dicit nullum predestinatum anima mortuum
per peccatum in Adam saltem proprie. dicant ad apo
stolum: proprie ergo viuebant in anima per gratiā: non
ergo pro eis mortuus est Christꝰ: qui ꝓ solis vere mor
tuis: vere mortuus est. Hoc argumentum est apostoli: ⁊
ab eo volauit in synodum Ephesinā: vbi hoc ipso telo
Pelagius est confossus. dicente supra Gregorio. Pela
gius qui in Ephesina synodo damnatus est/ea intētio-
ne hoc dixit: vt ostenderet nos a Christo vacue esse re-
demptos. Si enim nos per Adā in anima mortui non
sumus (qꝺ dici nefas est) vacue redēpti sumus. Saluet
se witcleff: si pōt: deiectꝰ est Pelagius magister eius.
Si ergo non potest discipulus esse supra magistrū suū
necesse habet vt corruat audiens arguentem apostolū.
Unus pro omnibꝰ mortuus est: oēs ergo mortui sunt.
si bona sit sequela apostoli: ergo equaliter addito ante
cedenti et consequenti / sequetur equaliter vnus pro
omnibus ꝓprie ⁊ per se est mortuus: omnes ergo pro-
prie ⁊ per se mortui sunt. Noluit enim prudens artifex
deus mortem fictam aut pretensam hominis: vera sua
morte redimere: sed vera: ergo morte carnis veram re-
missionem peccatorum facere. Sicut in eodem lib.ca.
iij. Augustinus. Quod ipse significauit in similitudine
carnis peccati: hoc per eius gratiā nos agimus in car August.
ne peccati: vt quomodo ille moriendo similitudini pec
cati: peccato mortuus predicat: ita quicūqꝫ in illo fue=
rit baptizatus/eidē rei cuius illa similitudo fuerat: mo
riatur. Et quomodo in illius vera carne: vera mors fu=
it: sic fiat in veris peccatis vera remissio. Hec ille. AV=
THOR. Hoc notemus qꝺ arguit Augustinꝰ. Quomo
do in vera Christi carne/vera mors fuit: sic in veris pec
catis vera remissio. Si ergo in predestinatis non vere
id est proprie mortuis: ⁊ per hoc nec peccata vere mor
tis habentibus: non est vera mortis remissio: ergo nec
in vera Christi carne vera mors fuit. Si non vere mor=
tuus est homo / nō vere resuscitatus est. Si non ꝓprie
reus mortis: nō proprie iustificatus. Si non proprie da
mnatus: non ꝓprie est redemptus. Et quid ex istis se=
quitur iuxta apostolū ⁊ Augustinum? Ergo nec Chri=
stus proprie crucifixus. Unde in enchiridio.ca.xxxix.
Augu. Qꝺ paulopost dicit: Sicut per vnius delictū in Aug.
omnes homines ad condemnationem: ita ⁊ per vnius
iustificationem in omnes homines ad iustificationem
vite. satis indicat ex Adam neminem natum nisi dāna
tione detineri: ⁊ neminem nisi in Christo renatum a da
mnatione liberari: de qua per vnum hominem pena: ⁊
per vnum hominē gratia. Sequitur. Deinde sacri ba=
ptismatis in cruce Christi grande mysterium commē=
dauit eo modo vt intelligamus nihil aliud esse in Chri
sto baptismum: nisi mortis Christi similitudinem. Ni-
hil autem aliud mortem Christi crucifixi: nisi remissio-
nis peccati similitudinem: vt quemadmodū in illo ve=
ra mors facta est: sic in nobis vera remissio peccatorū:
et queādmodū in illo vera resurrectio: ita in nobis ve-
ra iustificatio. Hec ille. AVTHOR. Audiat witcleff
ab ore apostoli/ꝙ per vnius delictum in omnes homi
nes ad condemnationē: ergo in predestinatos delictū
fecit ad condemnationem: ⁊ ex Adam neminē natum
nisi damnatione detineri. Et nōne hec erat mors secun
da: cui omnes ex Adam nati sunt addicti ꝓ vera mor-
te peccati? aut pro modico veniali predestinatus dāna

tioni tenebitur? Et qđ sequitur. Queadmodū in Christo vera mors fuit: sic in nobis vera remissio peccatoꝝ. Ergo si vere mortuus est Christus: vere remittitur nobis peccatum quo detenti eramus ad reatum dānationis eterne. Quibus nobis? Non prescitis: quia ipsorū peccatum est perpetuum: ⁊ reatus damnationis aboleri non potest per te. Restat igitur vt predestinatis fiat ista peccatorum remissio: quibus secundum condemnationis sententiam soluere tenebantur mortem secundam.

Peccatum mortale esse dignum perenni supplicio: q̄uis is qui peccat fructuose pœniteat post peccatum. Caput. CLIX.

witcleff. NEc preteriri potest intactū quod witcleff adiunxit in predictis de tertio ter damnati trialogi. capi. v. ꝙ omne peccatum aliud a peccato finalis impenitentie est dignum venia: ideo omne tale potest dici veniale. Declarat se postea capit. vi. Non (inquit) videtur mihi ꝙ aliqđ peccatū dictū mortale in homine fructuose finaliter penitente / sit dignū pena perpetua: quia qđ deus decreuit remittere nō est taliter puniendū. nec placet mihi cōcedere ꝙ hoc peccatum sit dignū pena perpetua: ⁊ tamē est dignū ꝙ solū tēporaliter puniať. Hec witcleff. AVTHOR. Hāc heresim parte quadam tangere videtur ⁊ tollere Christianis lib. de fide ⁊ operibus versus finem Augustinꝰ

August. dicens. Non itaq; promittatur pena ignis transitoria turpiter scelerateq; viuentibus: qui viā iustitie cognouerunt: quibus melius erat non cognoscere: sicut verissima testatur scriptura. De talibus quippe etiā dominus ait. Et erunt nouissima illius hominis peiora q̄ erant prima. Hec ille. AVTHOR. Isti tamē sic errantes non sunt ausi flagitiosos suos ab omni contagione eterni ignis absoluere: sed cauillantes in illo igne qui est eternus / ponebant solum temporaliter pro peccatis

Augusti. transitorie comburendos. Unde eodem libro post mediū Augustinus. Nec illud hic dici poterit: in quo nōnulli seipsos seducunt: ignem eternum dictū nō ipsam penam eternam. Per ignem quippe qui eternus erit / transituros arbitrantur eos quibus propter fidē mortuam per ignem promittunt salutem. Ut videlicet ipse ignis / eternus sit: combustio vero eorum: hoc est operatio ignis non sit in eos eterna: cum ⁊ hoc videns dominus tanq̄ sententiam suam ita concluserit dicens. Sic ibunt illi in combustionem eternam. Iusti autem in vitam eternam. Erit ergo eterna combustio sicut ignis: ⁊ eos in illam ituros veritas dixit: quorum non fidē: sed bona opera defuisse declarauit. Hec ille. AVTHOR. Dissimiliter tamen hi errāt ⁊ witcleff: quia hi fidē habentibus Christi cum baptismo: q̄uis scelera sua vetusta non corrigant / promittunt per temporalem penam vitam eternam: witcleff non sic: sed si fructuose peniteant. Uterq; tamen damnabiliter errat: affirmando ꝙ turpissima crimina ⁊ alta peccata mortalia sūt sola pena transitoria punienda. Quorum witcleff multo damnabilius errat dicēs ꝙ predestinati peccatum nō est amplioři pena dignum: nec debitum plus puniri. Hoc forte alij nō dixissent. Quorum item recordatur in lib.

Augusti. de igne purgatorio in fine Augustinus. Si cuius opus arserit detrimentū patietur. Ipse tamē saluus erit: sic quasi per ignem. Nemo tamen seipsum circūueniat: vt hec etiā pro capitalibus criminibus si incurata pmā serint posse fieri credat. Hec ille. AVTHOR. Ut aūt accedamus ad rem: vellem huius erroris fundamenta palpare: ⁊ cum codices actoris euoluo: sole rationes ꝓdeunt ambidextre: ⁊ que pruriant aures simpliciū: argumenta pro populo. Ast ego peto scripturas sacras ab eo qui tot clamosis instantijs scripturas exigit sibi dari a respōsali catholico. Ubi iam in lege Christi fundat peccatum suum mortale transcendenter analogū? Ubi dignitatem pene solum temporaliter respondentis mortali in scripturis īueniet? vbi in patrū scriptis? vbi vel testem vnū quē ipse nō subordinauit inueniet? Scio ꝙ nos huic libertati nō dabit: scripturas exigit: vendicat rationes ad probandum / qđ tota semper credit ⁊ docet ecclesia. Procedat igitur vox Pauli in robur fidei quam tenemus. Ipse enim quosdam alloquitur ad Romanos primo: dicēs quomodo tradidit illos deus in reprobum sensum: vt faciant ea que non conueniunt / repletos omni iniquitate / malitia / fornicatione / auaritia / nequitia / plenos inuidia / homicidijs / contentione / dolo / malignitate / susurrones / detractores / deo odibiles / contumeliosos / reprobos / elatos / inuentores maloꝝ / parentibus nō obedientes / insipientes / incompositos / sine affectione: absq; federe / sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent non intellexerūt / quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Ista scelera numerauit apostolus vt ea comperit in eorum actoribus: nec conclusit sententiam suam dicens: ꝙ qui talia agunt vsq; in finem digni sunt morte: sed absolute qui talia agunt. nec dicit presciti qui talia agunt / sed de quibuslibet vnam dat sententiam: siue predestinati illi sint / siue presciti. Qui talia agunt digni sunt morte. subintelligas eterna. Unde in annotationibus super hunc locum Anselmus. Ne putentur his penis tantum affligi quibus delectabantur: addit vltimam mortem eternam. Hec ille. AVTHOR. Et in expositione huius loci Haymo. In hoc ignorare dicuntur / quia non intellexerunt ꝙ qui talia opera agunt: qualia ipsi agebant: digni sunt morte eterne damnationis. Hec ille. AVTHOR. Si ergo qui talia agūt indistincte: sicut definit apostolus: digni sunt morte damnationis eterne: nec omnes qui talia agunt in eis fine tenus decedunt: sed peccatum finaliter penitentis est dignū pena perpetua: an non putas inueniri posse peccata varia que hic numerauit apostolus in predestinatis ad gloriam? Nonne inter apostolos Christi facta est contentio / quis eoꝝ esse maior videretur: ⁊ inter illos multi predestinati: de quibus apostolus ait: Cū sint inter vos contentiones ⁊ schismata: nōne carnales estis? Et nonne Mattheus agebat auaritiam in teloneo? Magdalena fornicationem? Petrus absq; federe / dū Christum negauit? Paulus absq; misericordia / dum persequebatur ecclesiam? Et ideo de istis falsum erit verbū apostoli: Qui talia agunt digni sunt morte: quia de talibus fructuosius penitebant? dicente Paulo de seipso diu post actā penitentiā. Non sum dignus vocari apostolus: quoniam persequutus sum ecclesiam dei. prime Corinth. xv. cū tamen spiritussanctus decreuit eū fore apostolū. Segregate mihi (īquiēs) Saulū ⁊ Barnabā in opus ad qđ assumpsi eos. Quid ergo dicis mi witcleff? Paulus fructuose penitebat de persecutiōis flagitio: ⁊ tamen adhuc se apostolatus fastigio ⁊ nomine decernit indignū: quanto magis premio apostolatus in ordine iudiciali superno? Cur hoc? nisi vt verum dixisse videatur: ꝙ qui talia agunt digni sunt morte: digni ex suo scelere: q̄uis diuino munere vita digni. Sed dum de peccatis nostris agimus: quid ex nobis digni sumus accipere: pensare debemus. Unde super eūdem locū apostoli in libro annotationū Hieronymus. Qui

Anselmꝰ. Haymo. Hierony.

non sum dignus vocari apostolus: quoniã persecutus sum ecclesiam dei. Fili peccasti: ne adijcias iterum: sed ⁊ de pristinis deprecare. Unde ⁊ per Esaiam dominus dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas: ⁊ nõ memorabor. Tu autem memorare. Melius est enim dimissa recordari peccata q̃ dicenda oblivisci. Hec ille. AVTHOR. Cuius ergo dominus deus iudicio misericordie sue ita iniquitates nostras delet: vt non memoretur vltra: nos tñ memorari iubemur: qua pena ex nostro scelere multari digni sumus: sicut ⁊ idem apostolus ad Romanos quinto intulit. Iudiciũ ex vno in condẽnationem. ⁊ tunc subiecit. Gratia autẽ ex multis delictis in iustificationem. Super quo loco in expositione Ambrosius. Gratia dei per Christum nõ ex vno delicto: sed ex multis delictis ⁊c. Hoc ex magnificẽtia pietatis dei ⁊ Christi loquitur: vt cum delicto Ade multi tenerentur a morte secunda in inferno inferiori: donum tñ gratie dei cum esset iustum plecti illos: nõ solum ignoscit illis: sed ⁊ iustificat. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ Ambrosius dicit predestinatiõis diuine multos filios: pro delicto Ade teneri a morte secũda que est eterna in se: ⁊ notat locum in inferno inferiori: ⁊ dicit iustum: fuisse illos ea pena plecti: cum tamẽ annectit ꝙ donum gratie non tantũ illis ignoscere voluit: sed ⁊ iustificare punitos. Quid iam resonat contra apostolum: ⁊ expositorem eius Ambrosium pedestris illa witcleff ⁊ vulgaris argutia? Qd deus decreuit remittere/ nõ est taliter puniendum/ ⁊ dignũ est ꝙ circũquaq; stet iudiciũ: ideo nõ placet ipsi ꝙ peccatum predestinati sit dignũ pena perpetua. Ecce ergo omnes predicti patres digni sunt damnatione perpetua: quia iudicium ex vno in damnationem: ⁊ iustum fuit illos sic plecti: qualiter nõ tũc dignum: q̃uis consequente gratia ex multis delictis in iustificationem? Q. si ex gratia: nõ ex condigno: q; nõ ex debito. Lib. xiij. de ciuitate dei cap. primo. Augustinus. Admissum est grande peccatum vt in deterius commutaretur humana: etiã in posteros obligatione peccati: ⁊ mortis necessitate trãsmissa. Mortis aũt regnum in homines vsqueadeo dominatum est: vt oẽs in secũdam quoq; mortem: cuius nullus est finis: pena debita precipites ageret: nisi inde quosdã indebita dei gratia liberaret. Hec ille. AVTHOR. Ecce qd supra dixit Ambrosius/ approbat Augustinus. Omnes in secundam mortẽ/ cuius nullus est finis: pena debita precipites ageret: nisi inde quosdam indebita dei grã liberaret. Anteq̃ ergo dei gratia eos liberauit ab hac morte: hac ipsa morte digni erant: q; pena illuc debita eos precipites egit. Et si gratia dei indebita liberauit eos: quomodo ipsi digni gratia eius indebita? Nam qdcũq; dignum/ indebitum qualiter esse potest? Ideo in lib. meditationum in persona peccatoris veniam deprecãtis/ Augustinus. Cũ eñ peccator odio dignus sit: qua fronte gratiã requirit? Cum pena debeatur: qua temeritate gloria poscitur? Hec ille. AVTHOR. Ecce peccator iam congrue penitẽs pro peccato adhuc odio dignus dicitur: ⁊ pena ei debetur: cum tamen peccatum huiusmodi non erat finalis impenitentie. subintelligẽdum semper: nisi dei gratia succurrente. Sed dicit witcleff vbi iam supra. Non sequitur: istud peccatum est dignum sic puniri pena perpetua nisi assit dei misericordia: ergo est dignum puniri. Hec witcleff. AVTHOR. Ergo nec per oppositũ: est indignus gratia nisi de dei misericordia: ergo est indignus gratia: cum tamen hac ratione fides vtitur vtrobiq;. Sicut apostolus iam supra. Non sum dignus vocari apostolus. intelligens/ nisi dei gratia. Aliter dices mendaciũ fuisse qd multiplici laude sustollimus: cum ait filius prodigus. Non sum

Ambros9

August.

Aug.

witcleff.

dignus vocari filius tuus. cum pater eius decreuit ipsi perenniter primam stolam. Sed hoc sophisma de acerba schola Pelagianorum excessit. Sicut enim dignitatem humanam extulerant: ita dei gratie laudes tacẽt. Qualiter notat eundem locum de verbo prodigi. lib. quarto super Lucam in cõmentario Beda dicens. Ad filij quidem affectũ: qui omnia que patris sunt sua esse non ambigit: aspirare nequaq̃ presumit: sed mercenarij statum: iam pro mercede seruiturus desiderat. Uerũ ne hunc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Ubi sunt ergo Pelagianiste qui sua se virtute saluari confidunt: contra apertissimam veritatis sententiam: que ait: Sine me nihil potestis facere? Et infra super idem. Incipit peccata iam cõstitutus in ecclesia confiteri. Nec dicit omnia que dicturũ se esse premiserat: sed vsq; ad illud. Non sum dignus vocari filius tuus. Hoc enim vult fieri per gratiã qd se esse indignũ fatetur p merita. Hec ille. AVTHOR. Ecõtrario vult witcleff ꝙ non fateatur se indignum: quia sic nõ est nisi per gratiam: sed omnino pronunciet se dignum gratia dei: ⁊ indignum pena per absolutam sentẽtiam. De tanto enim Pelagianistis fauet: quanto cum eis non vult recoli gratiam dei: ⁊ vult predicari simpliciter sine gratia peccatoris indignitatẽ ad penam. Et Paulus ait. Nõ sunt cõdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. tamen ex gratia sunt cõdigne. Beatus Augustinus dicit simpliciter in persona sancti viri: ꝙ debebatur pena q̃uis data sit gratia. sup psalm. lxx. versu. Deus docuisti me a iuuentute mea. vbi dicit. Et quid docuisti me? Quia tue iustitie solius memorari debeo. Considerans enim vitam preteritam meã: video quid mihi debebat/ ⁊ qd acceperim p eo qd mihi debebat. Debebatur pena: sed data est gratia. Debebatur gehenna: sed data est vita eterna. Deus docuisti me a iuuẽtute mea. Ex ipso initio fidei mee qua me vocasti: docuisti me nihil in me precessisse: vnde mihi dicerem deberi qd dedisti. Hec ille. AVTHOR. Hanc fidem teneamus ⁊ nos contra witcleff: indignos nos vita eterna: ⁊ ideo redemptos per Christum ex sua indebita gratia. Uere enim si condigna nobis esset/ nõ esset indebita. Et quos redemit Christus ad vitam nisi dignos ad mortem? Si autẽ nullos mortuos suscitauit: ⁊ sic indignos ad vitam: dicat quos eruit Christus de potestate tenebrarum ⁊ trãstulit in regnum claritatis filij sui. Si quia deus decreuit nos redimi: ideo simus digni: quare item non digni supplicio/ ratione illius decreti chirographo confirmati: qd tulit Christus sola sua gratia: spolians principatus ⁊ affigẽs illud cruci? Unde tractatu suo secũdo predicti psalm. lxx. in principio Augustin9. Propter primũ hominẽ primi captiui: propter secundum hominem secundi redempti. Nã ⁊ ipsa redemptio clamat captiuitatem nostram. Unde enim redẽpti si nõ ante captiui? Hec ille. AVTHOR. Et in epistola ad Optatum de origine anime: idẽ Augustinus. Merito autem videtur iniustum ꝙ fiunt vasa ire ad perditionem: si non esset ipsa vniuersa ex Adã massa damnata. Q. ergo fiunt inde nascẽdo vasa ire: ptinet ad debitam penam: ꝙ autem fiunt renascẽdo vasa misericordie/ ptinet ad indebitã grãm. AVTHOR. Ecce nõ dicit fiunt precise predestinando/ sed renascendo vasa misericordie: ⁊ hoc per indebitam gratiam. Et sequitur bene post Augustinus. Ita enim quid sibi prestetur discit gratis iustificatus: dum nõ suo merito: sed gratia largissime dei misericordie discernitur a damnato cum quo eadem iustitia fuerat ⁊ ipse damnandus. Hec ille. AVTHOR. Hoc valde notandum est contra witcleff: ꝙ iustificatus sola gratia mie dei discernitur

Beda.

Augusti.

Augusti.

Aug.

Augusti.

a damnato: quia eadem iustitia cum ipso fuerat & ipse damnādus. Witcleff ecōtrario. Non fuit dign⁹ ex iusto damnari: quia per dei misericordiā & grāz discernit a damnato. Nullus se interponat: ipse sententie inter se confligant. Et iterum sequitur ibi Augustinus. Hinc quoqꝫ intelligunt: qui ipsa damnatione redimūtur/ hoc fuisse debitum masse illi vniuerse qđ tam magne parti eius redditum cernerent: nō solum in eis qui originali peccato multa addunt male voluntatis arbitrio: verū etiam in tam multis paruulis qui tantūmodo vinculo peccati originalis obstricti sine gratia mediatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe ista massa iuste dānationis reciperet debitum: nisi ex ea faceret nō solum iustus: sed etiam misericors figulus alia vasa in honorē secundum gratiam non secundū debitum. Hec ille. AVTHOR. Ecce plane dicit hoc fuisse debitum vniuerse masse illi: qđ tam magne parti damnatorum redditum cernimus: nō ipsis solum pro peccato actuali: sed etiaꝫ pro solo originali damnatis. Hoc dicit Augustinus simpliciter: quia witcleff dicit non esse consequens penes se. Iste esset dignus damnari nisi per gratiam dei: ergo est dignus damnari. Frequēter & hic illam conditionē interserit Augustinus: & hic item illud absolute disputat fore sequens. Et vbiqꝫ dicit redempto tali fuisse penam eternam debitam: gratiam vero saluationis indebitam. Qualiter ergo non penam cōdignam? Et de dignitate huius pene iam abolite per baptismū loquens Homili. ix. super epistolam Pauli ad Hebreos Chrysostomus. Qui (inquit) in tenebris sedebāt/ qui hostis/ qui alienatus/ qui deo odibilis/ qui perditus: hic repente illuminatus spiritu dignus effectus dono super celesti & adoptione est regno celorū: alijsqꝫ bonis & mysterijs ineffabilibus. Et neqꝫ ita melior fact⁹: sed dign⁹ quidem existens perditione: potiens autem salute vel honore: vbiqꝫ magis dirigens qualiter vtiqꝫ posset baptizari. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ iste baptizat⁹ dignus iam effectus dono supercelesti & adoptione regni celorum: prius dignus erat perditione: quia sedit in tenebris: quia hostis/ quia alienatus/ quia deo odibilis.

Aug.

Chrysosto.

Qꝫ non est charitas talis in omni prędestinato viante quę non potest excidere. Nec pctm̄ pręsciti perpetuum: de quo non potest finaliter pœnitere. Caput. CLX.

Radix istorum errorum quos ostēdimus: ꝙ scilicet predestinatus nō simpliciter pōt peccare mortaliter: & ꝙ peccatuꝫ eius appellatuꝫ mortale nō est dignū pena gehenne: est pene absoluta & fixa necessitas propter quā dicit ꝙ predestinatus charitatem suā altam non potest amittere: & ecōtrario peccatum presciti est in eo perpetuū de quo nullatenus potest finaliter penitere. tertio trialogi ter dānati capitulo septimo. Sicut predestinatus nō potest a charitate vel gratia tali excidere: sic prescitus nō potest in illa charitate vel gratia perpetuo perdurare: qꝛ si oppositum contigerit non est illa. AVTHOR. Ecce non potest/ vtrobiqꝫ fixa & absoluta necessitas: non potest peccare predestinatus: non potest sic vel sic nō peccare prescitus. Ab heresi Manicheorum fluxit ista necessitas & impossibilitas eius opposita. Ideoqꝫ dictuꝫ saluatoris extorquēt Matthei. vij. Nō potest arbor bona fructus malos facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Ponentes ideo duas naturas contrarias a deo bono & malo cōcretas hominibus: sicut witcleff gratiam predestinationis & peccatum oppositum: que absqꝫ hominum libertate ad vitam & interitum natura li sua necessitate compellant. Quo contra in commētario: super eundem locum Hieronymus. Queramus/ inquit/ ab hereticis qui duas inter se cōtrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum arbor bona fructus malos facere nunꝙ potest: quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam cōtradictionis/ & Dauid Uria interfecto cum Bersabee concubuerit: Petrus quoqꝫ in passione dominum negauerit/ dicens Nescio hominē? Aut qua ꝯsequētia Jetro socer Moysi arbor mala: qui vtiqꝫ in deum israel non credebat: & dederit Moysi cōsilium bonū: & Achior Holoferni aliquid vtile sit locutus: & comicus dixerit: qđ bene dictū apostolus comprobauit: Corrumpūt bonos mores cōfabulationes pessime? Et cum non inuenerint quid respōdeāt/ nos inferemus & Judam arborem quondā bonam fecisse fructus malos: postꝙ prodiderit saluatorē: & Paulum arborem malam eo tempore quo persequebatur ecclesiam Christi/ fecisse postea fructus bonos quādo in vas electionis de persecutore trāslatus est. Tandiu bona arbor ergo fructus non facit malos: ꝙ adiu in bonitatis studio perseuerat. Et mala arbor tandiu manet in fructibus peccatorꝫ: ꝙdiu ad penitentiā etiam nō conuertitur. Nemo eñ permanens in eo qđ fuit/ icipit eē qđ necdū ceperat. Hec ille. AVTHOR. In hoc passu bene probauit Hieronymus pene omneꝫ bonam arborem huius agri ecclesie potuisse facere fructus malos: & per cōsequēs a charitate excidere: cum qua nō stant peccata illa enormia que recitauit ex sanctis: & econtra viros reprobos & infideles posse facere fructus bonos. nec potuit in tot sanctis reperire charitatem tuam que nō pateretur excidium: aut peccatum perpetuum prescitorum/ cum Judam traditorem bonam arborem olim dixit: sed simpliciter arborem bonā vel malam dixit: ꝙdiu fecerit fruct⁹ bonos vel malos: & in bonitatis vel malitie studio perseuerarit. Respondet witcleff hoc & illud dici solum secūdum presentem iustitiam. Sed mihi videtur (inquit) ꝙ gratia ista que dicitur predestinationis vel charitatis finalis perseuerantie/ nō potest a quoꝙ excidere: quia si excidit nō est illa. Gratia autem secundum presentem iustitiam. Sequitur. Talis gratia manebit in deo & in homine soluꝫ quo ad tēpus. Hec witcleff in prefato. vij. AVTHOR Jam nuper produxi te imperfecte & cōtra ecclesiasticū morem dixisse gratiam predestinatiōis: distinguēte Augustino in de predestinatione/ predestinationem a gratia tanꝙ causam ab effectu. Quo autem ad perennem immanētiam charitatis: quam dicis a predestinato nō posse excidere: sed compati secum actuale peccatum: cum sit donum spiritussancti altissimū: Christo facis iniuriam qui solus secundum antiquā professionē ecclesie meruit hanc prerogatiuam pre filijs hominū: vt maneret in eodem sine excidio gratie/ nec recederet ꝑ peccatum. Probat hoc ex scriptura multiplici Homi. vi. super librum Numerorum antiquus presbyter Origenes. Habeo/ inquiēs/ testimoniuꝫ quo dicere possum in domino saluatore meo spiritūsanctum eximio quodam genere & longe aliter requieuisse ꝙ refertur in ceteris. Dicit enim Joannes baptista de eo. Qui misit me baptizare in aqua/ ille mihi dixit. Super quē videris spiritum descēdentem & manētem in eo/ ipse est. Si dixisset spiritum descendentem & non addidisset/ & manentem in eo: nihil precipuum a ceteris habere videretur. Nunc autem addit: & manentem in eo: vt esset hoc insigne in saluatore qđ in nullo alio posset ostendi. De

witcleff.

Hierony.

witcleff.

Origenes

nullo enim scriptum est: quia mãserit in eo spiritussan
ctus. Et ne quis putet me in hoc derogare prophetis:
sciunt etiam ipsi quia eis non derogo preferens eis do
minum Jesum Christum. Recolunt enim singuli dicta
sua: ⁊ inueniunt ꝙ de nullo alio dictum est: ꝙ peccatuꝫ
non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Quia eñ
solus est qui peccatum nõ fecit: idcirco in ipso mansit
⁊ permansit spũssanctus. Si enim ip̃e est de quo singu
lare aliquid ⁊ eximium dicitur: per hoc qđ supra dixi-
mus: quia peccatum non fecit: constat alios oẽs fuis
se sub peccato. Si oẽs / necessario ⁊ prophetas. ⁊ quo
modo cõuenit: vt tempore peccati mansisse in eis dica
mus spiritũsanctum? Aut si tibi incredibile videtur / ꝓ
phetas postq̃ acceperunt spiritũsanctum potuisse pec
care: ad ipsum Moysen quem habemus in manibꝰ re-
uertamur: qui vtiqꝫ amicus est ⁊ eximius prophetarũ.
Ipse de se scribit quia peccauit: in eo qđ dixit. Audite
me increduli. Nunquid de petra ista producimus vo-
bis aquam? Sequitur. Quia ergo peccatũ ei reputa-
tur in his verbis a domino: certum est ꝙ cũ hec loque
retur non de spiritusancto locutꝰ sit: sed de spiritu pec-
cati. Qꝛ si scripture testimonio tãtus propheta Moy-
ses ostenditur aliquando habuisse spiritum dei: aliquã
do non habuisse: peccati scꝫ tempore: certum est ꝙ de
reliquis prophetis similis forma tenẽda sit. Quid au
tem ⁊ de Dauid dicam? qui pro spiritusancto: tãq̃ qui
a se auferri possit: orat ne auferatur: ⁊ dicit. Ne ꝓijcias
me a facie tua: ⁊ spiritũsanctum tuũ ne auferas a me.
In sequentibus vero tanq̃ pro culpa ablatum a se mu
nus reposcit ⁊ dicit. Redde mihi letitiaꝫ salutaris tui:
⁊ spiritu principali confirma me. Et infra. Sed in hec
per excessum quẽdam incurrimus: dum ostendere volu
mus super solum dominum ⁊ saluatorem meũ Jesum
Christum mansisse semper spiritum dei. Hec ille. AV-
THOR. Quanto processu Origenes cõclusionẽ Chri
stianorum exponit? Qꝛ scꝫ spiritussanctus per donum
charitatis inamissibilis nunq̃ perseuerãter quieuit su
per incolam huius vite: nisi super Christum Jesuꝫ / qui
peccatum non fecit: quia ceteri per peccatum spiritũ
sanctum fecerũt effugere: qui discipline effugiet fictũ.
Ubi est ergo charitas quam dicis a nullo predestina-
to posse excidere? Respondes. Illam dico per quam a
prima gratia predestinationis est finaliter perseuera-
turus in bono. Et illa nunq̃ a principio hominis in-
terscissiones aliquas accepit per peccata: ita vt perse
uerantia esse nõ possit. Esset enim maxime perseueran-
tie donum: si nunq̃ excideret. Audi deniqꝫ quid in lib.
de correptione ⁊ gratia: circa medium de perseuerãtia
Augusti. primi hominis disputat Augustinus. Queritur / inq̃t /
a nobis / quantum attinet ⁊ ad hoc donum dei: qđ est
in bono perseuerare vsqꝫ in finẽ: quid de ipso primo sen
tiamus qui certe sine vllo vitio factꝰ est Christus. Se-
quitur. Huic nãqꝫ interrogationi facile respõdetur: eũ
perseuerantiam non habuisse: quia in ipso bono in quo
sine vitio fuit: non perseuerauit. Cepit enim habere vi-
tium: ex quo cecidit. Et si cepit / anteq̃ cepisset vtiqꝫ si-
ne vitio fuit. Aliud est eñ nõ habere vitium: ⁊ aliud est
in ea bonitate: in qua nullum vitium est / non manere.
Eo quippe ipso ꝙ nõ dicitur nunq̃ sine vitio fuisse: sed
dicitur sine vitio nõ permansisse: proculdubio nõ demõ
stratur sine vitio fuisse: in quo bono nõ permansisse cul
patur. Hec ille. AVTHOR. Hic probauit Augustinꝰ
non mansisse in homine primo perseuerantiam boni: q:
August. cum sine vitio non fuit: in primo bono non perseuera-
uit. Et eodẽ libro posterius idẽ Augustinus. Fit quip-
pe in nobis per hanc dei gratiam in bono recipiendo
⁊ perseueranter tenẽdo / non solum posse qđ volumus:

verũ etiam velle qđ possumus. Qđ non fuit in homine
primo. Unum eñ horum in illo fuit / alterum non fuit.
Nãqꝫ vt reciperet bonum: gratia nõ egebat: quia non-
dum perdiderat: vt autem in eo permaneret / egebat ad
iutorio gratia: sine quo id omnino nõ posset. Et accepe
rat posse si vellet: sed non habuit velle qđ posset. Nam
si habuisset perseuerasset. Hec ille. AVTHOR. Ecce
primus homo non perseuerauit: quia non habuit velle
qđ posset. Nonne ergo amisit charitatem cum iã ami-
serit voluntatem? Aut habuit vnam aliam voluntatẽ
quã nõ deflexit ad fundandũ charitatẽ que nõ excidit?
Respõdes. Sed finaliter nõ excidit. Hoc verũ dicis: ⁊
vtinã nõ aliud diceres. vtinã nõ diceres grãꝫ p̃destina
tionis inesse hoĩbus / ⁊ ideo quantũlibet criminosi sint
apud deũ non esse ponderis: tantũqꝫ valere apud deũ
hominem criminosum vt sanctum. Hec ⁊ similia tu ip-
se scribis cap. xiij. tertij trialogi ter damnati. Est gratia wiclef.
predestinationis vel finalis consummationis: qualiter
solũ predestinati sunt deo chari vel grati: ⁊ alia est gra
tia vel charitas secũdum presentem iustitiam: qua crea
tura rationalis est admodum chara deo: ⁊ illa est satis
fluxibilis in viante: ⁊ propter assistentiam vel deficien-
tiam talis gratie deus non magis vel minus afficitur
creature: vt tãtũ dilexit Petrũ: Dauid ⁊ ceteros quã-
do grauiter peccauerunt: sicut quando modo in patria
sũt beati. Hec wiclef. AVTHOR. Iste ecce nõ dicet
cum Origene recessisse spiritũsanctũ: qui est amor Da
uid / quando grauiter peccauit: sed nec a Moyse cũ de-
liquit. Sed quid dicturus est ad sacramenta incarna-
tionis filij dei / quibus Christianorum libri redundant:
quia post sanguinem ⁊ mortem Christi non est deo pa-
tri acceptior aut gratior homo redemptꝰ q̃ antea fuit
sub principe huiꝰ mũdi / nullus deo gratior post bapti-
smum q̃ ante? Et fefellit Paulus ecclesiaꝫ scribẽs ad
Colossenses. i. ꝙ pater dignos nos fecit in partẽ sortis
sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tene
brarum: ⁊ trãstulit in regnũ filij dilectionis sue. Et ꝙ in
ipso habemus redemptionem qui est imago dei: ⁊ ꝙ ꝑ
ipsum reconciliata sunt omnia: pacificando per sangui
nem crucis eius que in celo ⁊ in terris. Hec eñ nostra
translatio / redemptio / reconciliatio nostra / cum sint tẽ
porales ⁊ sic per gratiam operantes presentis iustitie:
cum assunt nobis vel desunt: non magis vel minus ꝓ-
pter eas deus nobis afficitur. Et quid nobis valet qđ
consequenter intulit. Et vos cum essetis aliquãdo alie
nati ⁊ inimici sensu in operibus malis: nunc autem re-
conciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibe-
re vos sanctos ⁊ immaculatos ⁊ irreprehensibiles co-
ram ipso. cum ante mortem Christi: quando erant sic
alienati ⁊ inimici in operibus malis / fuerint tam boni
grati ac dilecti: sicut modo reconciliati in corꝑe carnis
eius per gratiam fluxibilem presentis iustitie? Unde ⁊
trepidanter subinfert. Si tamen permanetis in fide.
Proh horrida disciplina: ⁊ oĩs fidei Christiane ⁊ apo-
stolice predicationis ⁊ exhortationis morum subuersi-
ua repente. Nam cur non dicat peccator: non faciam
elcemosynas / non orabo / sacramenta contemno / estua-
bo delitijs / dolos venabor ⁊ odia: si predestinatus sum /
per presentem iustitiam nihil accrescit meriti: ⁊ in fine
charitas non excidet: quam speraui. Si prescitus: ni- Ar. supaui
hil minuet supplicij: ⁊ siue sic siue sic / nihil proficit gra
tia aliqua citra predestinationem eternã: nihil adimit
mihi presens peccatum: quia deus in infinitum plus
odit prescitum existentem in gratia secundum presen-
tem iustitiam: q̃ predestinatum quantũlibet crimino-
sum: vt dicit ibi wiclef. Rogo quid iuuat fideles ista
subtilitas? quos animat ad merendum? quos excitat

ad sperandū? Nunquid statim vt dicitur/omne huma-
num pectus infrigidat: ⁊ optatur silentio fuisse preteri
tum? Qz si gratiam presciti deus habet tam detestabi-
lem: vt peccatum predestinati grauissimum illi prepo-
nat: quantum putas detestaturus est vitium? Infinitū
dices preponderat peccatum presciti. Contra te hoc di
cis: quia maior est ingratitudo ꝑdestinati qui plus ac-
cipit gratie domini. sic em̄ dicis libro tertio trialogi. ca-
Witcleff. pitu. primo. ꝙ quanto gratitudo est maior/tāto ingra-
titudo peccātis cōtra illam est grauior. Gratitudo ve-
ro predestinationis est infinite maior ei quem predesti-
nat q̄ prescito. secundum hoc ergo ingratitudo peccan
tis predestinati est infinite grauior q̄ presciti. Cōsonat
illud euangelij. Cui magis dimittit magis diligit. pre
destinatus vero magis diligit: magis ergo ipsi dimitti
tur q̄ prescito. Idem illud apostoli habet. Ubi super-
abundauit delictum: superabundauit ⁊ gratia. Et su-
perabundat ergo delictum predestinati: si superabun-
August. det ipsi ⁊ gratia. Et super psalm̄. cx. Augustinus. Hec
est magnificentia domini iustificatio peccatoris: quo-
niā qui se humiliat exaltabitur/⁊ qui se exaltat humi-
liabitur. Hec est magnificentia: quoniam cui plurimū
dimittitur plurimum diligit. Hec est magnificētia: quo
niam cui abundauit peccatum superabundauit ⁊ gra-
tia. Sed fortasse ex operibus. Non (inquit) ex operib⁹:
ne forte quis extollatur. Hec ille.

Non est gratia prędestinationis in prędesti-nato quousq̧ vocatus iustificetur bonis ope ribus: ecclesię sacramentis: nec peccatum pręsciti de quo non potest vel potuit esse contri tus. Caput. CLXI.

SEd totius huius erroris occasio
ex presumptione rerum assurgit:
⁊ quia gradus preoccupat quos
dissignauit apostol⁹ dicēs. Quos
presciuit ⁊ ꝑdestinauit ⁊c. Quos
autem predestinauit hos ⁊ voca
uit. Quos autē iustificauit hos
⁊ glorificauit. Et nūquid statim
de⁹ ꝑdestinādo gratificat: quos
nec vocat/nec iustificat? In de fide ad Petrum capit.
Augusti. xliiij. Augustinus. Illi cū Christo regnabunt: quos de⁹
gratuita bonitate sua predestinauit ad regnum. Qz em̄
eos tales predestinando preparauit vt regno digni es-
sent: preparauit vtiq̧ secundum propositum vocādos
vt obediant. Preparauit iustificandos: vt accepta gra
tia recte credant ⁊ bene viuant. Preparauit etiā glo-
rificandos: vt Christi coheredes effecti regnum celorū
sine fine possideant. Ad qđ regnū diuersis temporibus
per sacramēta que ad fidem incarnationis sue Christ⁹
instituit: illi peruenerunt: quos deus gratis/nullo bo-
ne voluntatis vel boni operis merito precedente salua
uit. Quēadmodum ⁊ ex illo tempore quo saluator no-
ster dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu
sancto: non potest videre regnum dei: absq̧ sacramento
huius baptismatis: preter eos qui in ecclesia catholi-
ca sine baptismate pro Christo sanguinē fundunt: nec
regnum celorum potest quis accipere/nec vitam eter-
nam. Hec ille. AVTHOR. Attende iam si gratia pre-
destinantis dei nō habet a capite locum tertium in iu-
stificatiōis articulo. Preparauit/inquit/iustificandos
vt accepta gratia recte credant. Gratiam ergo dei per
predestinationem accepit: sed cum iustificatus est per
gratiam fidei sacramenti. Non nego deum ante tempo
ra gratiose predestinasse: sed non concedo Petrum iā
gratum factum ante Petrum deo predestināte per ac
ceptam gratiam iustum factum: ⁊ hoc per verbum dei
aut ecclesie sacramentum. Unde libro primo de bapti-
smo paruulorū cap. xxix. Augustinus. Quia de ouib⁹ Aug.
eius non esse incipiunt paruuli nisi per baptismū: pro-
fecto si hoc non accipiunt: peribunt. Uitam em̄ eternā
quam suis dabit ouibus: nō habebunt. Ego (inquit) suz
via ⁊ veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrem nisi ꝑ me.
subdit finaliter. Ab hac ergo salute ⁊ lumine alieni sūt
paruuli: ⁊ in perditione ac tenebris remanebunt: nisi ꝑ
adoptionem populo dei fuerint sociati: tenentes Chri
stum passum: iustū pro iniustis: vt eos adducat ad deū.
Hec ille. AVTHOR. Hec est gratia predestinationis
in nobis: que credentes vocatos per sacramenta iustifi
cat. Qz si ad eternitatem aspires: quia in verbo preteri
ti temporis vocauit ⁊ iustificauit dixit apostolus: hoc
intelligas de rebus futuris dictū. Sicut in libro de cor
reptione ⁊ gratia circa medium Augustinus. Adhuc Augusti.
vsq̧ in finem seculi multi vocandi ⁊ iustificandi sunt/⁊
tamen verba preteriti temporis posuit de rebus etiam
futuris: tanq̄ iā fecerit deus que iam vt fierent ex eter
nitate disposuit. Ideo de illo dicit propheta Esaias.
Qui fecit que futura sunt. Hec ille. AVTHOR. Pre-
destinando ergo deus disposuit: vocando pertrahit: sed
non nisi iustificando gratificat. Sicut non nisi glorifi-
cando beatificat. Qui ergo dicit hominem semper ha-
bere ex predestinatione gratiam immanentem: cur nō
semper ⁊ gloriam? Eque em̄ predestinatio diuina ducit
ad gloriam: sicut per iustificationem ad gratiam. Et q̄
uis scio filios dei esse predestinatione eius gratuita/ta
men filios dei verissime fieri per suam gratiam posuit
in potestate nostra. Ut sitis/inquiēs/filij patris vestri
qui in celis est. ⁊ Dedit eis potestatē filios dei fieri. Et
libro primo de sermone domini in monte versus finem
Augustinus. Qđ autem consequenter positum est/Ut Augusti.
sitis filij patris vestri qui in celis est: ex illa regula in
telligēdum est: qua ⁊ Joānes dicit: Dedit eis potesta-
tem filios dei fieri. Unus enim naturaliter fili⁹ est qui
nescit omnino peccare. Nos autem potestate accepta
efficimur filij: inquantum illa que ab eo precipiuntur
implemus. Unde apostolica disciplina adoptionē ap-
pellat: qua in hereditatē vocamur: vt coheredes Chri
sti esse possimus. Efficimur ergo filij regeneratione spi
rituali: ⁊ adoptamur in regnum dei nō tanq̄ alieni: sed
tanq̄ ab eo facti ⁊ creati: hoc est cōditi: vt vnū sit bene
ficiū quo nos fecit esse ꝑ omnipotētiā suā cū nihil ante
essemus: alterū ꝙ adoptauit: vt cū eo tāq̄ filij vitā eter
nā ꝓ nostra participatiōe frueremur. Itaq̧ nō ait: faci
te ista qz estis filij: sed facite ista vt sitis filij. Cū aūt ad
hoc nos vocat per ipsum vnigenitū/ ad similitudinem
suam nos vocat. Hec ille. AVTHOR. Hanc filiationē
per fidem que per dilectionem operatur: audiunt Chri
stiani: non aliam aliquam sine ista. Facite/inquit/ista
non quia estis filij: sed vt sitis filij. Tu dicis filiationē
istam admodum charam deo: quia causatur ex tempo
re per fluxibilem gratiam. Ego autem dico tibi prede-
stinationē dei eternam nihil homini profuturam: nisi ꝑ
istam. Immo verius istam omnimode profuturā: quia
sic deus prodesse nobis predestinauit per istam. Prede
stinauit vocandum per verbum suū: predestinauit ⁊ sic
vocatum iustificari per gratiam suam in sacramentis/
in bonis operibus vel implendo qđ precepit. Hec est
adoptionis gratia/sine qua predestinatum esse non iu Augusti.
uat. De fide ad Petrum capitu. xxij. Augustin⁹. Pre
destinatio em̄ illa gratuite donationis est paratio: qua
nos apostolus ait predesti natos in adoptionem filio-
rum ꝑ Jesum Christū in ipsum. Hec ille. AVTHOR.

Hanc igitur gratiam predestinationis cur non dicim⁹ aut quam aliã dicimus per quã adoptamur in filios? q̃ etsi fluxibilis sit (vt appellas) ⁊ labilis: assistentia tamen eius deum nobis conciliat: ⁊ eius absentia inimicum cõstituit. Post multas tñ ruinas potens est fulcitare ruentem: ⁊ totiens diruptam ⁊ intercisam gratiaꝫ continuare de nouo donec ducat ad gloriã. Unde in libro de correptione ⁊ gratia Augustinus. Ad predestinatos ait apostolus. Stabit aũt. Et ne hoc sibi arrogarent. Potest enim deus/inquit/statuere eum. Ipse itaqꝫ dat perseuerantiã qui statuere potẽs est eos q̃ stãt/ vt perseuerãtissime stent: vel restituere qui ceciderunt: quia dominus erigit elisos. Hec ille. AVTHOR. Potest ergo excidua charitas ad donum perseuerantie restaurari per gratiã: ita vt ducat ad patriam. Que si simul cum fine vite procedat: tũc primo finalis charitas appellatur. Q2 si ante finem per tentationẽ humanam patiatur anfractus/correptionibus sanctis/sacramentorum ritibus/ac piis operibus insistatur: vt gratia dei restituatur amissa: nõ autem falsa securitas predestinationis diuine/aut charitas que non excidat: falsum iaciat fundamentum. Qđ quidam firmum dixerũt: ideo neminem corripiẽdum pro culpa. Sicut in libro de correptione ⁊ gratia in fine Augustinus. Non argumẽtemur ⁊ contra ista precepta: salubreꝫqꝫ terrorem dicentes. Et corrũpant bonos mores colloquia mala: ⁊ peat infirmus: quid ad nos pertinet? Firmum firmamẽtum dei stat. Nemo perit nisi filius perditiõis. Absit vt ista garrientes: securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Uerum est enim / ꝙ nemo perit nisi filius perditionis. Sed ait deus per Ezechielem prophetã. Ille quidem in suo peccato morietur: sanguinem vero eius de manu tua requiram. Proinde quãtum ad nos pertinet/qui predestinatos a non predestinatis discernere nõ valemus/⁊ ob hoc omnes saluos fieri velle debemus: omnibus ne pereant vel ne alios perdãt adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correptio. Dei autem est facere illis eam vtilem: quos ipse presciuit ⁊ predestinauit conformes fore imaginis filii sui. Hec ille. AVTHOR. In his verbis nõ abnegat Augustin⁹ firmum firmamẽtum dei: hoc est eius firmamẽtum de singulis vt contingent firma notitia. Et nemo perit/inquiunt/nisi filius perditionis. Hoc vtiqꝫ verum est: sed tamen omnibus ne pereant: vel ne perdant alios/adhibenda est medicina salubris. Qđ vtiqꝫ non faceret vel diceret faciendum: nisi etiam de perituris quosdã posset dei gratia facere non perdendos / aut vt alios non perderent: quos essent alias perdituri. Et vbi tunc est qđ witcleff dicit: prescitũ non posse vere conteri de peccatis. capitu. xxiiij. quarti trialogi: quia solum predestinatus de peccatis preteritis est contritus? Prescitus enim interrumpendo dolorem docet non adesse contritionem. Et inter conclusiones ter damnatas. ccxlix. At fidem assero/ꝙ omnia que euenient de necessitate euenient: ⁊ sic Paulus prescitus non potest vere penitere hoc est contritione peccatum finalis impenitentie delere. Hec witcleff. AVTHOR. Quasi vnum solũ esset peccatum eius vsqꝫ in finem per totam vitam: de quo non potest dolere: aut contritio de omnibus aliis ante finem/penitentia nulla esset. Multa enim de ista necessitate pretensa ⁊ impossibilitate extẽsa in superioribus conscribũtur. Sꝫ vt breuius concludamus: cur tũc peccantes in spiritumsanctũ qui maxime sunt presciti/monuit Christus in euangelio penitere: ⁊ accessum maturarent ad gratiam? Unde libro primo de sermone domini in monte versus finem Augustinus. Multum interest quali penitẽtie ignoscat deus. Mali enim multo citius se fatentur peccasse: atqꝫ ita sibi succensent: vt vehementer se peccasse nollent: sed tamẽ animum ad humiliandum ⁊ obterendum cor implorandumqꝫ veniam non deponant. Quã mentis affectionem/ propter magnitudinem iam de damnatione illos habere credendum est. Et hoc fortasse peccare in spiritũsanctuꝫ/⁊ per malitiam ⁊ inuidiam fraternam oppugnare charitatẽ post acceptam gratiam spiritussancti. Qđ peccatũ dominus/neqꝫ hic/neqꝫ in futuro dimitti dicit. Et infra. Cuius in eodem loco dixerit. Quicunqꝫ autem dixerit verbũ nequã aduersus filium hoĩs/remittetur ei. Qui aũt dixerit aduersus spiritũsanctũ: nõ remittetur ei in hoc seculo neqꝫ in futuro. Tñ videri potest eos adhuc monuisse vt accedant ad gratiam: ⁊ post acceptã grãꝫ non ita peccare/vt nunc peccauerunt. Nunc autem infideles homines dixerunt verbũ nequã in filium hominis: ⁊ potest eis dimitti/si conuersi fuerint ⁊ ei crediderint: ⁊ spiritũsanctum acceperint. Quo accepto si fraternitati inuidere/⁊ gratiam quam acceperunt oppugnare voluerint: non eis dimittetur/neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro. Nam si eos sic haberet condemnatos vt nulla spes illis reliqua esset: non adhuc monendos iudicaret. Hec ille. AVTHOR. Ecce q̃uis dixissent verbum in spiritũsanctum: oppugnãdo fraternam charitatem per inuidiam: qđ delictum irremissibile dixit in hoc seculo ⁊ futuro: tamen monuit eos Christus accedere ad gratiam: qđ fuit non habere eos sic condemnatos/vt nulla illis spes reliqua esset: quia tunc non sic monẽdos eos iudicaret. Cum tamen eoꝝ presciẽtia non lateret Christũ/ tamẽ sic dixit/ ⁊ sic monuit. Quid ex hoc sequitur nisi directe cõtra witcleff/ꝙ Paulus prescitus peccato detentus irremissibili potest bona spe accedere ad gratiaꝫ iuxta monitionem Christi? Et conuenit illud apostoli qđ dixit: cum modestia corripiendos etiam diuersa sentientes: addens. Nequãdo det eis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem: ⁊ resipiscant de diaboli laqueis. Qđ vtiqꝫ dictum a non perseueraturis in bono non extitit alienum. Unde lib. de correptione ⁊ gratia cito post principium Augustinus. Negare quidem non possumus etiam perseuerantiam in bono proficientem vsqꝫ in finem magnum esse dei munus. Sequitur. Sed non ideo est eius qui non perseuerauerit negligẽda correptio: ne forte det illi deus penitentiam ⁊ resipiscat de diaboli laqueis. Hec ille. AVTHOR. Ergo nõ perseueraturis est ecclesie adhibenda correptio: ne forte det illis deus penitentiam. quo habito poterunt penitere: q̃uis de facto sic facturi non sint: si presciti sint.

Marginal notes: Aug. (beside "libro de correptione ⁊ gratia Augustinus"); Augusti. (beside "reptione ⁊ gratia in fine Augustinus"); Witcleff. (beside "qđ witcleff dicit"); August. (beside "libro primo de sermone domini"); Aug. (beside "Negare quidem non possumus").

Q2 charitas predestinati est mortua per peccatum mortale: & eius gratia per peccatum extincta. Caput.CLXII.

Autores quidam vesani witcleff querentes eum saluare a pressura tantarum authoritatum scripture ⁊ patrum: quandam ingeniãtur seu excogitãt astutiam dicentes charitatem illam predestinati remitti posse: non excidi: nec eius gratiaꝫ omnino amissibileꝫ: sed quodã modo stupidam fieri: ita ꝙ peccato nunq̃ potest esse mortuus: sed stupore quodã per

fusus/ad modum pedis humani quem vulgariter dor-
mire dicimus: cum tunc sensum non amittat/sed offi-
cium pro ea hora. Ita ergo charitas Petri cum nega-
ret Christum tepuit/non autem refriguit/nec fuit ex-
tincta. Conuenit eis witcleff preceptor libro de sermo-
witcleff. ne domini in monte, capite. lxiiij. Sicut oleum raro vel
nullo tempore congelatur: sic charitas que vendicat su
premum locum anime est virtus/que non potest refri-
gescere/cum charitas predestinationis sit alterius ra-
tionis/quam charitas nude secūdum presentem iustitiam.
Hec witcleff. AVTHOR. Hec charitas totum fructū
tollit redemptionis nostre per mortem & sanguinem Je
su Christi: omnemque necessitatem baptismi & sacramen
torum ecclesie: quia anime predestinate nunquam erāt mor
tue/nunquam tenebris circunfuse/nunquam peccati vitio frigi
date/assistente eis vita continua: luce & calore inextin-
guibili charitatis proprie predestinationis eterne: etiā
ab esse primo intelligibili/vt sunt deus. Quomodo er-
go redempte de morte ad vitam/de tenebris ad lucem/
aut de peccati frigore ad charitatis ardorem? Fateor
excedūt in isto spem meam. nec enim putaui viros chri
stianos/arte pollentes aut sensu/tali verbo contra sal-
uatorem mundi Jesum potuisse dare consensum. Nec
tamen primus repertor huius blasphemie est magister
eorum witcleff/quem sic diligūt. Ab amaro fonte Pe-
lagianorum processit hec heresis. Unde libro tertio cō-
Augusti. tra Julianum/capite primo/Augustinus. Obsecro te/
quomodo causam vestram qui damnauerunt/ante cepe
runt odisse quam nosse: qui eam proculdubio quia nouerāt
oderant? Nouerant enim vos dicere nihil mali paruu-
los habere nascendo quod purgari debeat renascendo.
Nouerant vos dicere gratiam secundum merita nostra
dari. Sequitur. Nouerant vos dicere bonum in hac
vita posse nullum habere peccatum/vt non ei sit neces-
sarium quod in oratione dominica tota dicit ecclesia:
Dimitte nobis debita nostra. Hec in vobis nouerant/
& rectissime oderunt. Hec ille. AVTHOR. Ab illo lo-
co ergo vbi dicit Augustinus: Nouerant vos dicere bo
num in hac vita posse nullum habere peccatum/ceteri
ceperunt errare qui dicerent: ergo nec amittere chari-
tatem. Unde vt dicere ceperam/nō witcleff primus: sed
ante dies eius quidam desipuerunt sic dicentes quidem
non absolute cum witcleff quod nunquam: sed a tempore cha-
ritatis accepte non posse eos amittere charitatem. Cō
tra quos inuehitur epistola ad. H. episcopum Senonē-
sium/inter epistolas. xxxiij. que incipit/Placuit pre-
Bernardus stantie vestre/Bernardus. Jam (inquit) loqui restat de
fide non ficta: & item quod ex alio loco in mētem venit/
Fides sine operibus mortua est. Duo ista mittunt nos
ad quandam fidei trifariam diuisionem/vt dicatur fi-
des mortua ficta probata. Et mortuam quidem Apo-
stolus definiuit eam esse que sine operibus est/id est que
non operatur ex dilectione/quasi non habens animam
ipsam dilectionem qua vegetetur & moueatur ad ope-
ra. Fictam autem ego arbitror illam vocari fidem que
suscepta quidem ex charitate vite moueri inchoat ad
bene operandum: sed non perseuerans deficit & mori-
tur tanquam abortiua. Eo vtique sensu fictam eam dixerim
nominatam/quo vasa figuli vocamus fictilia: non qui-
dem quod vtilia non sint quamdiu durent: sed quia fragilia
cum sint diu minime durant. De hac fidei fictione puto
illos notari in euangelio qui ad tempus credunt: & in
tempore tentationis recedunt. Interrogo eos qui di-
cunt charitatem a quo semel accipitur nequaquam vltra
recedere: cum ait veritas de quibusdam. Et hi radices
non habēt: quoniam ad tempus credunt/& in tempore
tentationis recedunt. Unde/& quo recedunt? Utique a fi
de ad infidelitatem. Item quero. Poterant ne in illa
fide saluari: an non poterant? Si non poterāt/que iniu
ria saluatori/queue tentatori letitia: quod hinc recedunt/
vbi salus non fit? Siquidem saluator non zelatur nisi
salutem: nec malignus nisi saluti inuidet. Si autem po
terant: quomodo aut sine charitate sunt: quamdiu in illa fi-
de sunt/cum sine charitate salus non sit? aut deserentes
fidem/non etiam deserunt charitatem/cum charitas &
& infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo
quidam a fide/quia veritas asserit: consequenter & a sa
lute: quia saluator redarguit. Inde nos colligimus quod
& a charitate: sine qua salus esse non potuit. Et hi (in-
quit) radicem non habent. Non negat eos habere bo-
num: sed in bono potius radicatos non esse causatur.
Denique sequitur quod ait: Quia ad tempus credunt.
Bonum est: sed vtinam duraturum. Non enim qui ce-
perit/sed qui perseuerauerit vsque in finem/hic saluus
erit. Non autem durant/quia in tempore tentationis
recedunt. Beati si interim rapti fuissent/antequam mali-
tia mutaret corda eorum. Nunc vero ve pregnantibus
& lactantibus in diebus illis: teneros itaque partus ge-
stantibus/& delicto recenti facile in periculis exturban
dos. Tales sunt anime/paruam adhuc & teneram ha-
bentes charitatem: & ob hoc fidem earum viuam/sed fi
ctam necesse est in tentatione deficere. Uasa figuli (ait
sapiēs) probat fornax: & homines iustos tentatio. illos
videlicet qui ex fide viuunt. Justus nempe ex fide vi-
uit: sed ex fide que viuat. Neque enim que mortua est vi-
tam ducere potest. Demonum fides non adducitur in
examinationem: vacua quippe charitate/mortua est.
Credunt quidem & contremiscunt: sed timor eorum nō
est in charitate. Sequitur. Liquet ex his satis (vt arbi
tror) non omnes qui habuerint charitatem/habere &
perseuerantiam in charitate. Alioquin frustra commo-
net discipulos dominus. Manete (inquiens) in dilectio
ne mea. Aut enim si necdum diligebant/non debuerat
dicere/Manete: sed estote in dilectione mea. Aut si iam
diligebant/necesse non erat moneri de perseuerantia/
qua secundum istos priuari non poterant. Curet ergo
seruus bonus & fidelis fide seruare non ficta charitatē
de corde puro & conscientia bona/pluris estimans ani-
me vitam quam corporis: minus horrens carnis mortem
quam fidei. Hec ille. AVTHOR. Uidetis vnde pestis ista
processit witcleffistarum dicentium predestinati chari
tatem remitti posse/amitti non posse/cum tamen que-
rendum esset ab istis qua ratione qualitas remittit gra
dum etiam intensissimum/& non potest perdere gradū
minimum/vt perueniat ad non gradū? Quod enim est in
firmum/potest mori: quod est lassum/potest deficere. Be
ne autem probat Bernardus ex monitione Christi/quod
discipulorum charitas posset extingui: qui tamē erant
predestinati. Respondes. Non illa suprema charitas
predestinationis. At quid oportuit Christum eos mo-
nere seruare dilectionem illam/qua absente non essent
sibi peiores? illam dico gratiam transitoriam presentis
iustitie: quia semper sibi viuerent: & calerent amore pre
destinationis eterne. Scio Christum Jesum dixisse de fi
lio prodigo. Mortuus est & reuixit: perierat & inuentus
est. Non dixit hoc filius maior/quasi sibi mortuus esset
aut hominibus: sed pater ipse cuius nouiter accepit gra
tiam. Mortuus est (inquit) & reuixit/etiam apud me mor
tuus/& gratia mea orbatus: nunc vero apud me reuixit
& gratiam accepit. quam explicat super Psalm. cxviij.
Augustinus. Potest videri ille minor filius animam Augusti.
suam in manibus suis habere voluisse/quando dixit pa

tri. Da mihi substantiā meā: que me cõtingit. sed ideo
mortu⁹ erat: ideo perierat. Hec ille. AVTHOR. Ex fi-
de scimus Paulum apostolum predestinatū inter ce-
teros dei filios mortuū se dixisse: ad Roma. vij. Ego au
tem mortuus sum: q: sciens preuaricat⁹ sum. vbi in lib.
Hierony. annotationū Hieronymus. Qd̄ custoditum ꝓficiebat
ad vitā/ neglectū duxit ad mortē. Hec ille. AVTHOR.
Ipse item apostolus dixit de se cum ceteris. Nunc solu
ti sumus a lege mortis in qua detinebamur. Ubi in ex
Ambrosi⁹ positione Ambrosius. Soluti sumus a lege dum remis
sionem peccatoꝝ accipimus. Nō eñ in nos habet po-
testatem. Infidis eñ ⁊ peccatoribus dominaꝉ. Lex au
tem mortis ideo dicta est: quia punit reos. Mortificat
eñ peccatores. Non ergo mala est sed iusta. Quis eñ
malum sit patientibus qd̄ infertur a lege: tamē illa nō
est mala: sed q: iuste infert iram. Hec ille. AVTHOR.
Ergo dictamine legis dei Paulus fuit legi mortuus ꝑ
peccatū: ⁊ iuste tulit irā. Immo (inquis witcleff) scd̄m
presentē iustitiā. Cōtra te dicis: q: in tali statu mortis
scd̄m presentē iustitiā deus ita dilexit eū/ sicut iā bea-
tum. Quomodo ergo sustinuit tantā irā vt esset filius
mortis ⁊ ire? Et ipse Paulus alibi dicit. Eramus natu
ra filij ire. Et quomodo tēpore nature. i. ante sacramē-
torum participationē per gratiam/ filij ire ad mortē se
cundā: si eodē tempore essent dilectissimi alumni Chri
sti vsq; ad supremū beatitudinis sue gradū? Quis ista
sustineat? Quis non planam falsitatē intelligit? Unde
lib. de blasphemia in spiritūsanctum in principio/ Au-
Aug. gustinus. Hoc est ꝙ etiam beatus apostolus superbos
⁊ quasi de suis meritis gloriātes increpat dicēs. Quis
enim te discernit? Hoc est a massa ꝑditionis ex Adam
⁊ a vasis ire/ quis te discernit? Et ne quisq; diceret: Iu-
stitia mea: Quid eñ habes/ inq̄t/ qd̄ nō accepisti? Un-
de ⁊ de seipso dicit. Fuimus eñ ⁊ nos aliquādo ⁊ natu
raliter filij ire: sicut ⁊ ceteri. Ergo ⁊ ipse vas erat in do
mo illius male forte/ cum esset ecclesie persecutor: blas
phemus/ iniuriosus/ malitia/ ⁊ inuidia/ sicut fateꝉ/ agēs.
Sed ille qui alligauit fortē/ ab eo vas perditionis eri-
puit: ⁊ vas electiōis effecit. Hec ille. AVTHOR. Ecce
ꝙ Paulus erat vas ꝑditionis ⁊ filius ire dei in domo
principis tenebrarū et regno mortis. Reuera doctrina
ista witcleffistarū dicentiū nō posse mori predestinatū
per peccatū: ab antiquo serpēte manauit: q̄ primis pa-
rentibus hanc cōminationē mortis pandētibus: Pre-
cepit nobis ne comederemus ⁊ ne tangeremus/ ne for-
te moriamur. dixit serpēs. Nequaq̄ morte moriemini.
Ecce tūc erāt predestinati parētes: ⁊ iam beati: dixit il
lis dñs deus ꝙ morerētur. Sic cum deo tota catholi-
ca ꝓtestatur ecclesia: nō simpla/ sed tripla morte: vt su
pra retulit Augustin⁹. Dixit serpens ecōtra: ꝙ nō mo-
rerētur cū eēnt futuri sicut dij. Cum ipso dicūt isti wit-
cleffiste ꝙ non proprie/ nō simpliciter morerētur: eo ꝙ
forent dij. i. filij dei/ scd̄m illud psalm̄. Ego dixi dij estis
⁊ filij excelsi oēs. Quis hoꝝ credibilius dixit: De⁹ an
serpēs? Dicat Dauid quē elegerit. Uos inquā dij sicut
hoīes moriemini/ ⁊ sicut vnus de principibus cadetis.
Mētitur serpēs cū witcleffistis discipulis dicētib⁹ nō
mortuos eē pctō primos parētes/ sed obdormisse pau-
lisper: ⁊ sola prima veritas/ vere mortē ꝓtulit veritatē.
Et hoc itē mēdacio serpētis Paulus se fateꝉ seductū.
Pctm̄/ inquiēs/ occasiōe accepta ꝑ mādatū seduxit me
⁊ ꝑ illud occidit. Sicut lib. hypognosticon ꝯtra Pela
Aug. gianos/ bñ āte finē assumit Aug. Cupiditas: vñ libido
exorta est: de legis authoritate nihil valere me videns
ꝯtra se/ sicut Adā interiecto mādato ad ꝓuaricādū: de
quo vitiū ꝯtraxit peccādi: seduxit me. Et tāq̄ denuo di

cēs. Nō morte morieris: si de ligno māducaueris inter
dicto. Immo aperienꝉ oculi tui: ⁊ eris sicut dij sciēs bo
nū ⁊ malū. ideo ⁊ ꝑ illud occidit. Hec ille. AVTHOR.
Qd̄ ꝗ tūc fecit serpēs antiqu⁹ per seipm̄ in ꝓtoplastū
iam humano gñi facit ꝑ germē suū hereticū. Pelagia
nos misit/ witcleffistas nouellos ad nos misit: vt dicāt
nobis ꝑdestinatis. Quid sic fugitis ad baptismū? q̄d
ad sacramēta volatis? Non estis nati mortui/ nequaq̄
moriemini vnq̄: q: deo viuitis: oīa lucida/ oīa deo dile-
cta q̄ nascēdo traxistis. sicut ibi post queriꝉ Augusti.
Per vnū hoīem peccatū intrauit in mundū/ ⁊ ꝑ pctm̄ Augusti.
mors: ⁊ ita in oēs homines trāsijt in quo oēs peccaue
rūt. Ecce quāta mortifera bella? ecce que pericula quā
taq; naufragia de malo laudabilis/ ⁊ dilecte vestre con
cupiscētie/ diabolo seminante: exorta sunt? Ecce cuius
onus leue eē ꝑdicatis ⁊ iugū suaue? Sz Paulus/ cui⁹
estis aptissime inimici: nō cū illo malū libidinē esse sen
tiētes/ legerat scriptū esse de isto malo iugo. Graue iu-
gū super filios Adā a die exitus de vētre matris eorū
vsq; in diē sepulture. Hec ille. AVTHOR. Sed scio ar
tificiosum quid se witcleffiste reperisse putarāt: qñ stu
porē predictū noīare primo ceperāt in ꝯsideratiōe pec
cati. Sz stuporē cū inuenerāt/ male cū locauerūt alienis
agricolis. Est eñ stupor hoīs/ ē sanitas/ ē imortalitas.
De qb⁹ agit sup ꝑs. lv. X. Ego Xo in te sperabo. Augu
sti. Attēdat charitas vr̄a: aliud ē sanitas corpis/ aliud Augusti.
stupor corpis/ aliud īmortalitas corpis. Sanitas qui-
dem ꝑfecta īmortalitas nō est. Sequiꝉ. Tres ergo affe
ctiones quasdā corporis aduertite ⁊ inspicite: sanitatē
stuporē ⁊ īmortalitatē. Sanitas egritudinē nō habet:
sed tamē quādo tāgitur ⁊ molestaꝉ dolet. Stupor aūt
nō dolet: amisit eñ sensum doloris: quāto insensibilior/
tāto peior. Rursus īmortalitas nō dolet: absumpta eñ
est oīs corruptio. Nullus ergo dolor in corpore immor
tali/ nullus dolor in corpe stupido. Nō tñ se putet stupi
dus iā īmortalē. Uicinior est īmortali sanitas dolētis
q̄ stupor nō sentiētis. Inuenis ergo hoīem supbū typo
arrogātissimo: q̄ sibi ꝑsuaserit nihil timere. Fortiorem
putas illo qui dixit: Foris pugne: intus timores? For-
tiorē ipo capite dño Jesu Christo q̄ dixit: Tristis ē aīa
mea vsq; ad mortē? Non est iste fortior. Nō te delectet
stupor eius. Nō īmortalitate indutus: sed sensu exutus
est. Hec ille. AVTHOR. Qd̄ hic dicit August. de stu-
pore: nō gradū pctī respicit: sed qualitatē ⁊ mētis affe-
ctū: puta si sit dur⁹ vel tremulus. Uñ ⁊ huic tractatui
premisit statim ibidē August. Si eñ nō timebo/ possū Augusti.
⁊ duritia cordis nō timere. Multi eñ nimia supbia ni-
hil timent. Hec ille. AVTHOR. Ex hoc ergo exordio
incidit ī stuporē/ quasi stupor sit ille mētis affect⁹ quo
quis ex supbia nihil timet. Beatus vir Ambrosius ꝓ
pinquans amplius ad intentū: duos status peccatoꝝ
assignat: mortē ⁊ exilium. lib. ij. de penitētia versus fi-
nem dicens. De peccatore autem sine penitentia mor- Ambrosi⁹.
tuo: q: nihil aliud superest nisi grauiter merere: nisi fle
re: habes plorantem Dauid ⁊ dicētē. Filius meus Ab
salon. Qui eñ penitus mortuus est: sine vlla exceptio
ne defletur. De his autem qui exules atq; peregrini li
mitū paternoꝝ quos lex Moysi sancta predixit: mun-
danis implicabātur erroribus: audis canentē. Sup flu
mina Babylonis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹. Inducit eñ la
psoꝝ gen⁹ in ipo tēpoꝝ presentiū ⁊ rerū labentium ad
huc positū statu debere resipiscere: eoꝝ videlicet exem
plo qui ꝓpter pctī ꝑciū deducti erant in captiuitatis
erumnā. Hec ille. AVTHOR. Possūt sic itellectores
beniuoli ꝯferre sentētias patrū. Sūt quidā pctōres in-
durati mēte ex elatiōe: ⁊ sue mētis ꝯsilio: ⁊ hos Augu

stin⁹ stupidos q: insensibiles: Ambrosi⁹ aūt q: īsensibi
les oīo/penit⁹ mortuos nūcupat:sicut Pharao indu
ratus erat. Talis est hereticorū ceruicositas indurata
⁊ hominum inflexibilium / qui proteruia sua tument.
Sunt ⁊ alij peccatores qui luctando deficiunt/ sed ex
habitu quodā boni consueti reuertuntur ad pristinas
lachrymas:de quibus dicit Ambrosius q sit lapsorū
genus qd in rerum labentium statu positum debet resi
piscere. ⁊ hi in comparatione priorum mortuorū a qui-
bus spes deficit resurgendi: dicūtur exules. Non quin
penitus mortui sint gratia: quis spe viuant. Sic item
p conformitatē loquēdi ad corpe mortuos:quidā dormiē
tes dicūtur:quidā penit⁹ mortui referunt:sicut de puel
la saluator ait. Nō est mortua puella/sed dormit. Et de
Lazaro: Lazarus amicus noster dormit. q: scz paruo tē
pore amissuri vitam essent/⁊ statim resuscitandi p gra-
tiam. Sic stupidi peccatores ⁊ insensibiliter delinquē
tes sunt mortui. In comparatione vero ipsorum ceteri
qui ad vnam vel paruam monitionē peccare fastidiūt:
⁊ penitere festinant:quia morte qua moriuntur deten-
ti non sunt/dormire ferūtur: prout in quarta parte ser-
monū/sermone de aduentu domini qui incipit. Propi-
tia diuinitate. docet Augustinus dicēs. Omnis qui fra
Aug. trem suum nō diligit/in morte manet. Sequitur. Qui-
cunq ergo odium vel iracundiam seruat in corde: ⁊ sub
tali tonitruo/nec expergiscitur nec terret:nō dormiens
sed mortuus esse credendus est. Hec ille. AVTHOR.
Quasi diceret:alioquin dormiens dici posset si terrorē
verbi sentire posset:non mortuus. Sicq sanctus Ber-
Bernar. nardus/quem secum habere putant/in libro de amore
dei stuporem inducit longe alium/sed nec eorum tamē
errori ex intentione concordem. Nam qd ibi dicit/Pe
trum negando nō amittere charitatē/ hoc supra dixit/
secundum radicalem charitatis affectum:nō autem se
cundum ipsam gratiam que est forma proxima chari-
tatis. Hoc itē supra dixit Ambrosius:nō penitus mor-
tuum:quia scilicet congrua facilitate reparandū ad vi
tam. Ipse enī Bernardus planissime de amissibili gra
tia/⁊ post charitatem acceptam eam exciduam ex euā
gelio disputauit. Unde dubitari non debet quin nō ne-
garet Petrum tunc mortuum charitate:quis stupidū
solum aut non penitus mortuum in radice humani af
fect⁹:absq spe vite postea reparande. Sicut Lazarus
erat vere mortuus:quis secundum spem resurrectiōis
statim sequentis in comparatiōe finaliter mortuorum
eum dominus dormire predixit. Lazarus/inquēs/ami
cus noster dormit. Et tandem sequitur. At dixit eis Je
sus manifeste: Lazarus mortuus est. Et demum in con-
suetudinē scripture processit:vt dormire dicerētur pas
sim homines cum obirent. Unde apostolus ad Corin-
thios. Multi inter vos infirmi: ⁊ imbecilles: ⁊ dormiūt
multi. Ita secundum hanc metaphoram mens mortua
dormiens dicitur. scdm illud. Surge qui dormis ⁊ exur
ge a mortuis. Et illud apostoli. Hora est iam nos de so
Augusti. mno surgere. Unde super illum xl. psalm. lxx. Et vsq
nunc annūciabo mirabilia tua. Augustinus. Quid mi-
rabilius inter dei mirabilia q mortuos suscitare? Nū-
quidnam/inquis/ego mortuus sum? Si mortuus non
esses/non tibi diceretur. Surge qui dormis: ⁊ exurge a
mortuis ⁊ illuminabit te Christus. Mortui sunt omēs
infideles. Omnes iniqui corpore viuunt : sed corde ex-
tincti sunt. Et infra. Nunquid Lazarus non vixit? Nō
sic anima suscitatur:suscitat illam deus. Dicam auda-
cter fratres:sed tamen verum. Due sunt vite. Una cor
poris:altera anime. Sicut vita corporis anima: sic vi-
ta anime deus. Quomodo si anima deserat morit cor-
pus:sic anima morit : si deserat deus. Ipsa est ergo gra
tia eius vt resuscitet ⁊ sit nobiscum. Q: ergo nos susci-
tat a morte nostra preterita: ⁊ innouat quodāmodo vi-
tam nostram:dicimus ei. Deus docuisti me ex iuuentu
te mea. Quia vero non recedit ab eis quos suscitat/ne
cum recesserit moriantur:dicimus ei. Et vsq nunc ⁊c.
Hec ille. AVTHOR. Perpende quid dicat: ⁊ de resu
scitato predestinato verba formantur. Q: nos/inquit/
suscitat a morte preterita. ⁊ subiūgit: Quia vero nō re-
cedit ab eis quos suscitat ne cum recesserit moriantur.
Ex primo ergo habes mortuū deo suscitatum per gra-
tiam: ex secundo habes sic suscitatum:non amplius se
paratum a deo: ⁊ ideo non amplius mortuum. Si enī
deo mortuus non esset: ad quid deus viuum hominem
suscitaret? Nisi ergo predestinatus aliquādo moriatur
per culpam:non proprie operatur illud magnum mira
bile deus:qd est mortuos suscitare ad gratiam rediui-
uam:eos inquā a quibus cum suscitauerit nō recedit.
Et per hoc predestinatos simpliciter innotescit. Pre-
destinati ergo moriūtur/predestinati resurgunt. Et vn-
de moriuntur nisi per excidue charitatis naufragium?
Corpore/inquit/viuunt:sed corde extincti sunt. Dicas
hec tantum secundū presentem iustitiam posse esse : nō
simpliciter. Et ego dico non esse prestantissimū dei mi-
rabile viuificare viuum: ⁊ nondum proprie mortuum ⁊
exortē vite simplr. Nōstra artificiū:vnde extollas opi
ficē. Predicet magnus qui ardua opat. Christ⁹ dixit.
Opa ipsa testimoniū phibēt de me. Sed miror valde
qua frōte vult Witcleff dici euāgelicus doctor:qui tā se
dulo scripturas abnegat vt mēdaces. Paulus plane
dicit in euāgelio suo se fuisse filiū ire dei : oēs mortuos
in Adā:oēs peccasse in Adā:ita vt egeant gr̄a dei. Tu
dicis nullā afferēs scripturā:q Paulus nunq fuit fi-
lius ire/dicis nunq eū mortuū/ nūq peccasse vt egeat
gratia:saltem nō proprie:ita vt oīa Paulus ⁊ Chri-
stus loquātur improprie. Et ipse Augustinus hec ipsa
per tot volumina cūcta digessit improprie: quia solum
sunt talia secundū presentem iustitiam. Et illa ducis p
nihilo:cum tamē Augustinus sine modificatione dicit
tales mortuos ⁊ pditos: quos ecclesia postmodū reci-
pit rediuiuos. Unde scdo retractationum. cap. liij. Au
gustinus. Illud etiam qd cōmemorato Jude apostoli
testimonio/vbi ait: Hi sunt qui segregāt semetipos ani Augusti.
males:spiritum non habentes : adiunxi etiam dicens:
de qbus Paulus apostolus dicit. Animalis homo nō
percipit que sunt spiritus dei. non isti illis coequandi
quos omnino ab ecclesia schisma prescidit. Istos quip
pe idem apostolus paruulos dicit esse in Christo:quos
nondū escā valentes capere:lacte nutrit tamē. Illi aūt
nō in filijs paruulis:sed in mortuis ⁊ perditis cōputā
di sunt: vt si quis eorū correptus fuerit ecclesie copula
tus:recte de illo dici posset. Mortu⁹ erat ⁊ reuixit:per-
ierat ⁊ inuētus est. Hec ille. AVTHOR. Dic nō pprie
mortuū:aut perisse simpliciter quis Christ⁹ sic dixerit
⁊ q nec qs illorū sit inter mortuos cōputādus: ⁊ postea
reuixisse:postq fuerit ecclesie copulat⁹:quis sic dixe-
rit Augustin⁹:sed fidelis scdm euāgeliū ⁊ Augustinū
dicet fuisse pprie ⁊ simpliciter mortuū:sed q: corrept⁹
per ecclesiam statim reuixit : idcirco mortuus erat vt
exul/nō penitus mortuus sine spe venie/secundū Am-
brosium:vt item stupidus aut sopore detentus secūdū
Bernardum. Si vis autem scire qs sit penitus mor-
tuus/ audi Joannē dicentē in canonica. Peccatū aūt Peccatum
est ad mortē:nō dico vt p illo roget quis. Qd exponēs ad mortem.
lib. i. de sermone dn̄i in monte versus finē Augustin⁹. Aug.
Pctm̄/iqt/fratres ad mortē puto eē cū post agnitionē

dei per gratiā domini nostri Jesu Christi quisq̄ oppugnat fraternitatem: ⁊ aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo/inuidie facibus agitatur. Peccatū autem non ad mortem est: si quisq̄ nō ad mortē se a fratre alienauerit: sed officia fraternitati debita ꝑ aliquā infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter dominus de cruce ait. Pater ignosce illis: quia nesciūt qd faciunt. Nondum enim gratie spiritussancti participes facti societatem sancte fraternitatis inierant. Sequitur. Et apostolus Paulus propterea (credo) non orat pro Alexādro: quia iam frater erat: ⁊ ad mortem/id est ad inuidentiam fraternitatem oppugnando peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorem: sed timore succubuerant: orat vt eis ignoscatur. Et infra. Ista differentia peccatorum Judam tradentem a Petro negante distinguit. Nō quia penitenti non sit ignoscendum: ne contra illam sententiam domini veniamus qua precepit semper ignoscendum esse fratri penitenti: vt sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta labes est/vt deprecandi humilitatem subire nō possit: etiā si peccatum suum mala conscientia ⁊ agnoscere ⁊ enumerare cogatur. Cū enim dixisset Judas: Peccaui q tradiderim sanguinem iustum: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueum: q̄ humilitate veniā deprecatus est. Hec ille. AVTHOR. Ecce peccatorum differētie: ⁊ vtrūq̄ peccatū mortale: nō autē vtrūq̄ peccatum ad mortem. Crucifixores Christi non dubium sicut negator Christi peccabant mortaliter/ sed non oēs ad mortē. Stupor peccati apprehendit eos. Et Petrus mouebatur vt exul/ Judas vero penitus mortuus peccabat ad mortem: quia contra spem venie peccatū continuit ire dei.

Sacramentum vnctionis extreme esse a Christo & apostolis institutum vt sit infirmis remedium geminum.

Caput.CLXIII.

Vnctionis vltime sacramentū finale velut flāmeam romphea ad ꝓhibendū ministrū mortis eterne in vite huius termino: in ipso aditu paradisi: quis nisi redēptor noster primus instituit? Hoc tñ witcleff assiduus hostis ecclesie non permittit. (witcleff.) Unde in quarto trialogi ter dānati capit.xv. Si ista (inquit) corporalis vnctio foret sacramētum: vt modo fingitur: Christus ⁊ ceteri apostoli eius promulgationem ⁊ executionem debitam nō tacerēt. Hec witcleff. AVTHOR. Quid putas nisi vt omnibus sacramentis Christi sentiretur aduersus/istius item subuersioni postq̄ oblatrauit in singula seipsum in fine deesse nō sustinet? Si/inquit/foret sacramētū (vt fingitur) Christus ⁊ apostoli eius ꝓmulgationem ⁊ executionem debitam nō tacerent. Hoc patres suos Ualdenses blasphemare prius audierat. (Guido carmelita.) Unde in libro suo de heresibus Guido. Uicesimus error: q extrema vnctio est sacramētū maledictiōis ⁊ nō bñdictiōis. Hec ille. AVTHOR. Et libro primo sui quadripertiti Alanus. (Alanus.) Dicūt predicti Ualdēses heretici extremam olei vnctionē que datur infirmis nō esse sacramentum: nec aliquem habere effectum: quia hoc sacramentum vnctionis infirmorum ab apostolis institutū non legitur. Hec ille. AVTHOR. Sic ergo puer docilis patrū dogmata colligit vt ipse satyricus vates ait.

Que monstrant ipsi pueris traduntq̄ parentes. (Juuenalis)
Si damnosa senem iuuat alea/ludit ⁊ heres.

Uerum tacēdum non existimo in quo ipsum witcleff sepe redargui: q priscorum hereticorum argutiam tā sepe resumit. Hoc non fecit Christus: hoc tacebant apostoli: vel scripture: ergo blasphemum aut fictū per Cesareos. Occurrunt mihi pro nūc peruersi illi ꝯtra quos Augustinus edidit librum suum de fide ⁊ operibus: qui consimili argumento vsi sunt vt probarent ante baptismum nō esse hominem instruēdum de articulis fidei: que mala vitia deserat: ⁊ que opera bona sectet. In eodem libro ante medium Augustinus. (Augusti.) Spado/inquiūt/ille quē Philippus baptizauit/nihil plus dixit q̄ credo filium dei esse Jesum Christum: ⁊ in hac professione continuo baptizatus est. Num ergo placeat vt hoc solum homines respondeant ⁊ cōtinuo baptizentur? Nihil de spiritusancto: nihil de sancta ecclesia: nihil de remissione peccatorum: nihil de resurrectione mortuorum: postremo de ipso domino Jesu Christo nihil: n: si quia filius dei est? Si eñi spado cum respondisset dei filium esse Jesum Christum: hoc ei sufficere visum est/vt continuo baptizatus discederet: cur non id sequimur? Et bene infra. Hoc intelligi potest etiam in eo qd commemorauimus dixisse apostolum Paulum. Nihil me dixi scire in vobis nisi Jesum Christum ⁊ hunc crucifixum. Quō illi putāt ita dictum: tanq̄ nihil aliud eis insinuatum esset: nisi vt primitus crederent: ac deinde baptizati/quicquid ad vitam moresq̄ pertinet discerēt. Hoc inquiunt/apostolo satis superq̄ suffecit. Hec ille. AVTHOR. Nolit iam witcleff putare q ipse subtilitate sua prius hāc arguendi calliditatē inuenerit. Scimus ecce vbi didicit. Sed ⁊ ibi qualiter ipse repellēdus sit: nos ipsi prospicimus. Inuolute/inquit Augustinus/ quādoq̄ dicitur in scripturis qd spatiose fiebat. Attamen vtrum Christus ⁊ apostoli eius promulgationē ⁊ executionem vnctionis extreme tacuerint videamus. Lege mi witcleff qd vel non vis vel negligis. Marci.vi. (Marcus.) Dicebat Christus apostolis: mittens eos binos ⁊ dās illis potestatem spirituū immundorū ne quid tollerent in via: non virgam tantum/nō peram: neq̄ panem/ neq̄ es in zona. Et ibi sequitur. Et exeuntes predicabant vt penitētiam agerēt: ⁊ demonia multa eijciebāt: ⁊ vngebant oleo multos egros ⁊ sanabant. Quomodo tibi videtur q Christus ⁊ apostoli vnctionem infirmorum tacebāt: tam quo ad promulgationem q̄ quo ad executionem? Et nō potes credere q Christus ea inter cetera dixerit: quis scriptura tacebat vsa compendio: quā non executam nō omiserūt apostoli? Ungebāt/inquit/ oleo multos egros ⁊ sanabant. Ab hoc loco denique Jacobus apostolus decreti sui traduxit originem dicēs. Jacobi.v. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ⁊c. (Jacobus.) prout exponit in cōmentario super Marcū.lib.ij.cap.iiij. ⁊ habet idem super Lucam.lib.iij.capitu.vij. Beda. (Beda.) Ungebant oleo multos infirmos ⁊ sanabant. dicit apostolus Jacobus. Infirmatur aliquis ex vobis: inducat presbyteros ecclesie ⁊ orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum: ⁊ alleuiabit eum dominus. Et si in peccatis sit remittentur ei. Unde patet ab ipsis apostolis hunc sancte ecclesie morem esse traditum: vt energumini: vel alij quilibet egroti vngātur oleo pōtificali benedictio

ne consecrato. Hec ille. AVTHOR. Attēde quid Be-
da. Patet/inquit/ab apostolis hūc sancte ecclesie mo
rem esse traditum/vt quilibet egroti vngantur oleo cō
secrato. Unde patet Beda pater? Ex eo/inquit/ꝙ apo
stoli vngebāt infirmos oleo ⁊ sanabāt. Et qualiter hoc
tradebatur apostolis Christo adhuc presente cū eis in
corpore? Utiqȝ dixit eis. Sine me nihil potestis facere.
An poterāt sine Christo vngere ⁊ sanare? Patet enim
ex ipso sanitatis effectu regulariter consequente ꝙ
ipsam vnctionem docuit eos Christus: cuius solius in-
stinctu sanitas haberetur. Qđ item libro secūdo de vi
sitatiōe infirmorū cito post principiū approbat Augu-
Aug. stinus. Nec pretermittendum est illud Jacobi aposto-
li preceptū. Infirmatur quis in vobis: inducat presby-
teros ecclesie ⁊ orent super eum: vngentes oleo sancto
⁊ oratio fidei saluabit infirmum. Sic ergo roges de te/
vt sicut dixit apostolus Jacobus: immo per apostolum
suum dominus/fiat pro te: ipsa videlicet sacrati olei de
libutio: que intelligit spiritussancti typicalis vnctio.
Hec ille. AVTHOR. Pōdera qđ dicit Augustin⁹: Si
cut dixit apostolus: ⁊ statim se corrigens: immo ꝑ apo-
stolum suū dominus. A domino ergo fidei: hoc fidei sa-
cramentum primitus emanauit: ⁊ per euȝ promulgatū
⁊ executioni regulariter traditum per apostolos intra
uit ecclesiam. Et nota itē ꝙ Augustinus vnctionis spe
ciem ab aliis separatim appellat/ que sunt in vsibus
hominum. dicēs. Fiat pro te: ipsa videlicet sacrati olei
delibutio. quam expresse dixit Beda superius: vnga-
tur oleo pontificali benedictione ꝯsecrato. Ita vt oleo
sacrato vngantur egroti/consecrato benedictione pon
witcleff. tificali. Quo contra miserrimus witcleff cuncta per-
uertens: in capitulo supradicto. Ista videtur nimis le-
uis fundatio/inquit/sacramenti: cum fidelis posset sa-
tis probabiliter dicere ꝙ iste sanctus apostolus nō spe
cificat infirmitatem finalem/sed consolationem facien
dam a presbytero dum aliquis infirmatur. Et quia per
viam nature oleum abundans in illis partibus valet
ad corporis sanitatem: ideo talem meminit vnctioneȝ.
Hec witcleff. AVTHOR. Uirtutē nature p̄dicat vo-
lēs excludere sacramentū: quasi corporalem vnctionē
apostolus iusserit: vt corporalem virtutem suam spira-
ret in corpus: ⁊ non tam apte iussisset induci sacerdo-
tes q̃ medicos: et olei efficacioris speciē nominasset/
vtputa myrrhinum aut balsamum secundum exigen-
tiam morbi. Sed sic hic mentiris in oleum: sicut in sa-
cramento eucharistie in panem tuum materialem mē-
tiebaris ⁊ vinum: semper in aspectu nature reprimens
gratiam sacramenti. Sacramenti causa apostolus hoc
precepit/non olei. Unde ⁊ signāter Augustinus ibi di-
xit. Ipsa sacrati olei delibutio: que intelligitur spiritus
sancti typicalis vnctio. Ideo oleo vngit: non vt oleo/
sed vt oleo consecrato: quia in ipso designatur spiritus
sancti typicalis vnctio. Ideo super illum locum Jaco
Beda. bi in expositione eiusdem canonice Beda. Orēt super
eum vngentes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fi-
dei saluabit infirmum. Hoc ⁊ apostoli in euangelio fe-
cisse leguntur: ⁊ nunc ecclesie consuetudo tenet: vt infir
mi oleo consecrato vngantur a presbyteris: ⁊ oratione
comitante sanentur. Nec solum presbyteris: sed vt In-
nocentius Papa scribit: etiam omnibus Christianis
vti licet eodem oleo in suam aut suorum necessitudinē
vngendo: qđ tamē oleum non nisi ab episcopis licet cō
fici. Nā qđ ait oleo in nomine domini/significat in no-
mine domini consecrato: vel certe quia etiam cū vngūt
infirmū/nomen domini inuocare super eum pariter de-
bent. Hec ille. AVTHOR. Ecce non nisi oleo per epi-
scopum consecrato/inquit/vnctio ista sacramētalis ex
pletur: profundans hoc in verbo apostoli Jacobi/in no
mine domini. Qđ autem dicit secundum Innocētium
non solum hoc licere presbyteris: sed ⁊ omnibus Chri-
stianis: vbi copia sacerdotis omnino deest intelligit.
Sicut in extreme necessitatis articulo Christiane lice
bit vetule baptizare. Alioquin mādatū obseruari opor
tet apostoli: vt presbyteri inducantur. Nō igit hic olei
virtus queritur: sed vt sensibile sacramentum cōforme
tur effectui. sicut panis ⁊ vinum in eucharistia ideo re-
quiritur: quia refectionem humanam designant: nō vt
corporaliter ibi reficiant manducantem: sic ad releua-
men dolētis corporis ⁊ anime morbide: oleum qđ mor-
bos refouet/similitudinem aptam gerit ad sacramen-
tum fomenti. Baptismus lauat: ideo ꝯpletur in aqua.
Eucharistia reficit: ideo panis ⁊ vini speciē accipit. Un
ctio refouet: idcirco ministratur in oleo. Sed quia sa-
cramentaliter morbū alleuiat non pene naturaliter: id
circo in solo datur oleo consecrato. Qđ iterum ad in-
struēdos mores plebis in ecclesia quarta parte sermo-
num. sermone. ix. qui incipit. Rogo vos. predicat Au-
gustinus. Quotiens/inquiēs/aliqua infirmitas super- Aug.
uenerit: corpus ⁊ sanguinē Christi ille qui egrotat ac-
cipiat: oleum benedictum a presbyteris humiliter ⁊ fi-
deliter petat: ⁊ inde corpusculum suum vngat: vt illud
quod scriptum est: impleatur in eo. Infirmatur aliquis
ex vobis/inducat presbyteros ecclesie: ⁊ orent super eū
vngentes eum oleo: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum: ⁊
alleuiabit eum dominus/ ⁊ si in peccatis sit dimitten-
tur ei. Hec ille. AVTHOR. Ecce ꝙ Augustinus ⁊ ce-
teri patres ad huius sacramenti exercitium semper as
sumunt oleum consecratum. Ad quid hoc? nisi vt esset
singulis sacramētum. Concedo/inquit witcleff in eo-
dem capitulo: ꝙ ista corporalis vnctio est aliquib⁹ ce- witcleff.
teris paribus sacramentū. Sed oportet tunc ꝙ presby
teri mereantur suis deuotis orationib⁹ infirmatis. Ca
ue tamen ne nimis leuiter verba apostoli sancti intelli
gas. Potes enim ad tantum errare: ꝙ credas vt eo ip
so quo sacerdos aliquis orauerit pro infirmo: si aliqđ
peccatum habuerit remittetur: cum tamē multi infir-
mantur ⁊ vnguntur sepe qui ad damnationem perpe-
tuam sunt presciti. Hec witcleff. AVTHOR. Auscul-
tate diligenter ꝙ in omni sacramento: hoc iam dictuȝ
obseruat witcleff pro regula: ꝙ sacramentum habet
suum precium ex merito sacerdotis: non omnino ex in-
stituto Christi ⁊ merito saluatoris: sed vnctio/inq̄t/ est
aliquibus vnctis ceteris paribus sacramentum: si sic
suis precibus presbyter mereatur. Sic baptismus va-
let ⁊ est baptizatis sacramentum: sed oportet tunc ꝙ
presbyter hoc suis deuotis precib⁹ mereatur. Quid ali
ter? Nec erit baptismus si peccator baptizet: nec ordo
vel vnctio si criminosus presbyter ministrare p̄sumat.
In hoc sufficiēter es Donatista probatus: nō insistim⁹
ampli⁹: sed cauere iubes ne nimis creduli fiamus apo
stolo/putātes oratione sacerdotis statim egroto remit
ti peccatum: ⁊ sic times posse saluari prescitum. Sȝ au
di tu miser/⁊ incredule: nec obsistas apostolo. Oratio/
inq̄t/fidei saluabit infirmū. nō dicit oratio deuoti p̄sby-
teri. Unus dominus/vna fides/vnum baptisma. Et si-
cut est vnum baptisma: ita vna est vnctio. Plures aūt
facti sunt sacerdotes: ideo nō oratio sacerdotis: sed ora
tio fidei saluabit infirmum. Ne quot fuerunt sacerdo-
tes: tot sint baptismata ⁊ totidē vnctiones. Sed multi
inquis vnguntur presciti: nunquid eis pōt remitti pec
catum? Audacter dico/potest: si ad regulam Jacobi in
ducant presbyteros non heresis sed ecclesie. Et notan

ter inducant:id est quos humiliter ⁊ fideliter petant.
tunc enim oratio non cuiuscunq; / sed fidei puta cōmu-
nis ecclesie saluabit infirmum/presupposita fide ⁊ hu
militate egroti. Redimet eum a venialibus:saluabit
eum a mortalibus:quibus non adhibuit penitentiam:
⁊ iam facultate priuatus sensus aut verbi: fide cordis
intus digne conteritur. Et preter hec angelos beatos
in suum citabit presidium: occurrent sancti spiritus
beatorum:fugient demones sacre vnctionis odorem:
intentio animi erit celis attentior:omnis affectus deo
deuotior: et mens fortior omni bono: et ex interio-
ri exuberante letitia / alleuiatum se a domino sensabit
eger in membris:ita vt ex fide loquar sicut credidit fiet
ipsi virtus intima sacramenti. Unde consequenter in
Augusti. predicto sermone Augustinus. Uidete fratres charis-
simi/ꝙ qui in infirmitate ad ecclesiam currit/⁊ corpo-
ris sanitatem recipere/⁊ peccatorum indulgentiam me
rebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona in ecclesia
possimus inuenire:tamen per incantatores/per fontes/
Ar. phil- ꝑ arbores/⁊ diabolica phylacteria/ꝑ aruspices/vel sor
tra. tilegos vel diuinos:multiplicia sibi mala miseri homi-
nes conantur inferre. Hec ille. AVTHOR. Uult Au-
gustinus exponere quot ⁊ quanta bona ex vnctione ec-
clesie statim contingant egrotis. Ideo magis sunt mi-
seri si his omissis per diuinationes aut sortilegia infini
ta sibi mala procurant/dum salutis optant inuenire me
dia. Quasi dicat. In extremis periculis natura huma-
na sollicite sibiipsi cogitur vbicunq; poterit adhibere
medelam. Ne autem a demonibus petant auxilium:
ipse se offert deus per sacramentū vnctionis:ne in sum
me necessarijs deficere videretur:⁊ tam anime ꝙ corpo
ris subsidium pollicetur. Ideo secundo libro de sacra-
Hugo. mentis:parte decimaquinta scribit Hugo. Sacramen-
tum vnctionis infirmorum ab apostolis legitur institu
tum. Jacobus enim apostolus in epistola sua scribens
ait. Infirmatur quis in vobis/ inducat presbyteros ec-
clesie ⁊c. Sequitur. In quo ostenditur duplici ex causa
sacramentum hoc institutum/ ⁊ ad peccatorū scilicet re
missionem/⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationem.
Unde constat ꝙ qui hanc vnctionem fideliter ⁊ deuote
percipit:per eam sine dubio ⁊ in corpore ⁊ in anima al-
leuiationem ⁊ consolationem accipere meretur:si tamē
expedit vt in vtroq; alleuietur. Hec ille. AVTHOR.
Witcleff. Quid ad ista dicet witcleff garrulus sine sensu vel scri
pture vel patrum? Quid si dixerit in illo capit. ꝙ illud
oleum non aget in animam:sed oratio effusa a sacerdo-
te deuoto mediat quandoq; vt deus infirmitati anime
suffragetur? Hec witcleff. AVTHOR. Picarum stri-
duli garritus sunt isti/nihil habentes ex sensibus scri-
pturarum. Perfide dicit ꝙ oleum sacrum non agit in
animam. Nescit forsan qualiter Augustinus probat cir
ca finem libri de ciuitate ignem materialem ⁊ corpore-
um torquere spiritum rationalem in penis. Aut nescit
ꝙ spiritualis sensus iam carni coniunctus torrentem
ignem sentit in carne. Dicat saltem quid iam defuncto
spiritui oleum operatur per inūctum corpus exanime.
Quem morem antiqua Grecorum tempore sancti Dio
nysij obseruauit ecclesia. prout in libro ecclesiastice hie
rarchie ipse scribit finali capite secundum Joannem
Dionysi⁹. Sarracenum/dicēs. Post osculum autem superfundit
ei qui dormiuit oleum hierarcha. Recordatur autē ꝙ
in sancta dei generatione ante diuinissimum baptisma
prima participatio sancti symboli datur ei qui perfici-
tur/⁊ post totalem vestis spoliationem/vnctionis oleū.
In fine autem vniuersorum nunc super illum qui dor-
miuit oleum effunditur. Et tunc quidem olei vnctio ad
sanctos agones vocabat eum qui perficiebatur: nunc
autem superfusum oleum significat secundum eundem
agones sanctos certauisse/⁊ perfectum fuisse eum qui
dormiuit. Hec ille. AVTHOR. Ecce hi antiqui patres
vnxerunt mortuos oleo sancto/recordationi habentes
ꝙ in ingressu ecclesie fuit vnctus in baptismo ad ago-
nem certandum. Jam item vnxerunt corpus exanime
ad signandum eum agonem suum fideliter decertasse.
Nunquid dicet witcleff quia oleum abundauit illis in
partibus/⁊ quia via nature valeat ad corporis sanita-
tem/ideo talem fecerant vnctionem ad consolandum
corp⁹ exanime? Aut si potuit ī virtute sancti signi age
re in animam separatam:prohibetur in ritu sacramenti
agere sanctitatem in animam iam coniunctam? Mens
vacua fidei orthodoxe ⁊ gelida charitate talibus in-
cessanter argumentis ebullit.

Epilogus huius libri Quinti de Sacramentis : Estq; Caput.CLXIIII. & vltimum.

HEc cogitauerunt ⁊ errauerūt:ex-
cecauit eos malitia eorum. Ne-
scierunt sacramenta dei. Sapien
tie secundo. Fatigatus ex itine-
re cum domino Jesu meo/sic se-
deo super fontem:fontem inquā
Jacob ⁊ veri Israel secūdum spi
ritum/quem inuidi obruunt Pa
lestini ⁊ Samaritani witcleffiste
(qui non coutuntur Judeis/id est fidelibus Christi)pre
occupant arte callida:cui suas hereses immittunt/vene
natis cum doctrinis inficiunt:⁊ antiquorum heretico-
rum bene subtilitatis vsq; ad summum complent erro-
ribus. Quos omnes a supremo ore sacri fontis ad fun-
dum vsq; prospiciens stupeo/hinc videns ꝙ sacramen
torum diuinorum puteus altus est:⁊ hinc ꝙ tot errorū
arenis ⁊ stercoribus motiuorum sacrum liquorem de la
tere Christi scatētem in cruce exhausisse se putant gra-
tie milliformis. Sz vt supra dixit Augustin⁹ heretico:
quicquid in cogitatione placet / hoc fidem esse conten-
dit. Sic quia witcleff iuuenis ⁊ necdum artes legenti Witcleff
argumentis motione coacto/placuit concedere accidens semper sto
esse substantiam/⁊ quantum ex non quantis composi- lidus.
tum:⁊ quidlibet esse deum/⁊ talia inaudita:nec ignarus
videri voluit/aut inconsulte dixisse:idcirco amplius cō
tentiose egit/vt probabile videretur esse quod posuit.
Quid plura? inueteratum est studium mali/ita vt cano
placeret/quod iuueni cōplacebat. Juxta illud Sapien
tis. Adolescens iuxta viam suam: ⁊ cum senuerit non
recedet ab ea. Et extunc blandorū victus laudibus pu
tauit secretum fidei esse omne quod voluit:in poetam
illum se existimans transformatum/qui ait. Quicquid Ouidius.
conabar dicere/versus erat. Sic deinceps ceteri secte
eius principes seducti sunt. Quorū omniū indurate di-
uinus sapiens causam reddit ꝑfidie:gradatim a primo
claudens effectum/dicens. Hec cogitauerunt/⁊ errauе
runt:excecauit eos malitia/⁊ nescierūt sacramēta dei.
Distingue vt intelligas. Hec enī primo ab eis cogitata
placebant. secundo in complacentia se figebant erran-
tes. tertio fixi per consuetudinem sua malitia se ceca-
bant:⁊ ita demum male proficientes vbi primo anteꝙ
cogitare ceperunt aliquam paruam notitiam veritatis
habebant:iam ad perfectam proficientes stultitiam o-
mnino sacramenta dei nesciunt que impugnant. Cogi-
tauerunt(inquit Psalmista) ⁊ locuti sunt nequitiam/

iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerūt in celum os suum/id est putantes se aliquid contra diuina disserere: lingua eorum transiuit in terra. Sic enim eorum cecitatem prememorans. Operti sunt (inquit) iniquitate & impietate sua. Et libro. xx. Moralium super hoc textu Iob. In desertis habitabant torrentium. vbi cum exponendo dixisset ꝙ iure inuentores peruersorum dogmatum torrētes vocantur: diu post subdit Gregorius.

Gregori⁹.

Habet hoc plerunq; humanus animus proprium / ꝙ mox vt in culpā labitur/ a sui adhuc longius cognitione separatur. Hoc ipsum nanq; malum quod agit/menti se obijcem ante oculum ratiōis interserit. Unde fit vt anima prius voluntarijs tenebris obsessa postmodum bonum iam nec quod querat agnoscat. Quanto enim magis malis adheret / tanto minus intelligit bona que perdit. Lux quippe veritatis quia subtiliter reproborum culpas examinat / quo habita negligitur eo permittit/districtius iudicans vt nec amissa requiratur. Et cum ab actu repellitur: fugit a sensu: vt cuius quasi facies in opere contemnitur/eius per recordationem/iam nec terga videantur. Hec ille. AVTHOR. Quia ergo in tot malis errorum & heresum filius ecclesie dolore torquetur: videns hinc fidem Christi tam copiose derisam/hinc irrisorum turbam tanta sua cecitate damnatam: quasi lassus verbi ad finem festinat epilogi/recolens verbi Ecclesiastes. Melius est nouissimum sermonis q̄ principium eius. Quia principium scripture vel operis quid est nisi ianua sollicitudinis? & econtrario finis eius est epilogus. Super eum locum in commentario Hieronymus. Meliores sunt in dicendo epilogi q̄ exordium. In his enim dicentis sollicitudo finitur/in illo incipit. Hec ille. AVTHOR. Quid autem superiora praua eius recēseam/que satis torquebant dum scriberem? Sed ad commonitorium epilogando me conuertam / vt alternatio styli delectando proficiat/& ad Christi fidem firmam excitet delectantem. Commoneo vos primo Christi fideles vt attente seruorum Christi fidem distinguatis a moribus: nec velit aliquis propter vera vel falsa crimina ministrorum que eis in dies obijciunt witcleffiste/ sacramentorum fidei aut vnitati ecclesie subtrahere mentes pias. Ecce cum desunt eis euidentie/ad iurgia deflectuntur: & sacramentorum iniurias in peccatis sacerdotum accumulant. Sicut witcleff in primo capite Eucharistie/ contra veritatē corporis Christi in Eucharistia: ꝙ missantes quare conducantur/inculcat contra confirmationes & ordinum collationes/superbiam prelatorum: contra desponsationes in ecclesia/& penitentie sancte forum/tot strepit cōuicijs & squalet scandalis vt firmipropositi virū prouocet ad horrorem. Et quasi communi fine concludit ex omnibus. Potest esse ꝙ hoc sacramentum vel illud prosit ecclesie: sed non tantum quantum peccatum diaboli. Unde & contra sacramentum confessionis penitentialis sic exaggerat scandala confessorum/libello de confessione capite quarto. Quantum ad peccata carnalia notum est ꝙ istud est medium demonum ad introducendum tam gulam q̄ luxuriam/ non solum in confessores et confessos/sed in personas alias per cautelas quas diabolus machinatur. Et quātum ad peccatum mundi/siue cupidinem: patet ꝙ sacramentum istud est plenum cupidine/cum confessores tales nedum accipiunt de confessis suis peccuniam: sed disponunt occulta media ꝑ que ipsam vel sibi equalēs accipiant in futurum. Hec witcleff. AVTHOR. Ista sunt crimina que witcleff ministris sacramentorum obijcit: & ideo Christi sacramenta contemnit. Cur

Witcleff.

non magis contemnit deum/qui malum illum condidit sacerdotem? Non (inquis) fecit illum malum. Uerū dicis. Sed nec malus presbyter/aut bonus malum conficit sacramentum. Quis witcleffista respuit bonum equum a bono domino sibi donatum: quia sessorem potuit habere peruersum? Sed cur blaspheme/non trepidasti & corde & corpore toto/dicere sacramentum plenum cupidine? Sed ideo dicis plenum cupidine/quia malis extat occasio cupidinis. sicut scandalo squalente lingua ibi dicis de accipientibus pecunias. Ergo solem & lunam & stellam damnabis ab orbe tanq̄ idololatria spurca plenissimos/quia occasionem dabant his quos scriptura reprobat dicens/ꝙ adorabant solem/& lunam/& omnem celi militiam. Damnabis ignem quia fuit medium diabolo ad introducendum Chaldeos: aerem quoq; pro Ioue & Iunone: Mare quoq; & fontes aquarum pro nymphis/ & dea cerulea: totamq; terram pro Plutone: & frumētum pro Cerere: vinum pro Baccho. Postremo sancta parens Eua fuit medio diabolo ad damnandum totum genus humanum. Sed cur non magis mentem tuam reprobam condemnasti/que medium fuit diabolo ad fraudandū tot populos fide Christi & reuerentia sacramenti? Sed noueris impie/sacramentum dei non esse damnandum propter malitiam ministrorum: sicut nec mors Christi est reproba propter malitiam crucifixorum. Nempe multi sancti sunt sacerdotes: cur non manet propter eos? Sed hoc notate fideles: quia cōuicia hereticorum communia sunt bonis & malis. Igitur nolite credere si non probēt. Hoc agunt nostris temporibus contra quoslibet patres/etiam sanctos & ministros ecclesie/quod alias fecerunt: non parcentes Augustino sanctissimo/incusantes eum de crimine: vt ipse recitat libro tertio contra Petilianum. capite secundo. Sed fideles alloquitur Augustin⁹. Elegi magis esse in domo dei mei q̄ habitare in tabernaculis hereticorum. A te ergo Petiliane sermonem parumper auertam/& ad eos cōuertā quos a me maledictis tuis es conatus auertere. Audite ergo quicunq; maledicta legistis que in me iratior q̄ cōsideratior iste Petilianus euomuit. Prius vos apostolicis verbis alloquar/que certe qualiscunq; ipē sim/vera sunt. Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispēsatores misteriorū dei. Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem minimum est vt a vobis iudicer/aut ab humano die. Sed neq; meipsum iudico. Iam quod sequitur etsi mihi non audeo coaptare vt dicam/Nihil enim mihi conscius sum: fidenter tamen in conspectu dei dico. Nihil horum quibus Petilianus tempus vite mee postq̄ in Christo baptizatus sum criminatus est / mihi conscius sum: nec tamen in hoc iustificatus sum. Qui iudicat me/domin⁹ est. Itaq; nolite ante tempus iudicare. Sequitur. Sepius repeto/nemo glorietur in homine. Si quid in nobis laudabile aduertitis/ad illius laudem referte a quo est omne bonum optimum. Subdit. Si autem aliqua mala in nobis vel suspicamini/vel creditis/vel videtis/retinete illud dominicum: quo securi/eius ecclesiam non ꝑpter mala hominum deseratis. Que dicim⁹ facite/que autem mala nos facere putatis/aut nostis/nolite facere. Non enim tempus est purgandi me vobis. Et infra. Aream dominicam propter paleam/que nunc vento superbie percussa volat/vltima ventilatione separabitur: nolite deserere: nec domum magnam propter vasa in contumeliā facta refugietis: nec propter malos pisces in littore separandos/per dirupta retia exibitis. Nec propter hedos pastore diuisore/ad sinistram ponendos:

Augusti.

bona vnitatis pascua relinquetis. Nec propter commixta zizania vos a tritici societate/cui caput granum illud mortificatum vel multiplicatum qui per mundum simul vsq̧ ad messem crescit: nefaria discussione separabitis. Ager enim mūdus/non Aphrica. Messis finis seculi/non tempus Donati. Hec ille. AVTHOR. Hoc non pro se/sed pro futuris ministris Christi per hereticos reprobādis in ecclesia dictauit spiritussanctus per organum Augustini. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Nobis pro minimo est vt ab hereticis iudicemur: sed vos fideles Christi nolite turbari. Si quid laudabile ī Christi ministris aduertitis/et referte a quo est omne bonum. Si mala putatis vel auditis a nobis: Christi preceptum est ne propter mala hominum deseratis eius ecclesiam/eius spōsam. Nec propter paleas ⁊ culpas/eius arcam sanam fidem. Nec propter pisces hereticos: diruptis sacramentorum retibus animum auertatis. O bone Jesu etsi malus sacerdos fuerit: q̄d sacramenta vt abijciantur delinquunt: cum non sint eiꝰ sed Christi? Quid peccauit corpus Christi/ne sit naturaliter ī Eucharistia: quia sacerdos est cupidus? Quid facit baptismus contra Christi iussum tanq̄ saluti impertinens iudicatur: quia prelatus est superbus? Quomodo conueniunt crimina hominum ad sacramētorum excidium? Et si mille fuerint peccatores/quid peccauit ecclesia Christi: vt abiecta fide eius fedum ferat repudium? Nihil proficis suadendo fidelibus/ꝙ si minister Christi malus sit: Christū ipsum ⁊ fidem eius ⁊ sacramenta eius abijciant/respuant/⁊ contemnant: nisi etiam quia sacerdotes eius multi sancti/multi pij/multi pudici/sicut pene in ecclesia Christi sunt innumeri: ideo fideles Christū teneāt: fidem eius summe amēt/sacramenta eius omni cultu/omni veneratione/primis laudibus veneranter attollant. Et vt ad rem ipsam veniamus: quam contra cōfessionem vocalem exasperas. pro tentationibus confessorum pudet multa dicere: sed incitat bona fides/vt nō heretico taceamus Christi solertiam sacerdotū. Audi ⁊ disce si preuales: quid libro primo Registri. epistola. xxiiij. que incipit/Consideranti mihi: ⁊ est ad quattuor patriarchas/infert Gregoriꝰ.

Gregoriꝰ. Fit plerunq̧ vt dum rectoris animus aliena tentamenta condescendendo cognoscit: auditis tentationibꝰ etiā ipse pulsetur: quia ⁊ hec eadem per quam populi multitudo diluitur aqua proculdubio luteris inquinatur. Nam dum sordes diluentium suscipit/quasi sue munditie serenitatem perdit. Sed hec nequaq̄ pastori timenda sunt: quia deo subtiliter cuncta pensante tanto facilius a sua eripitur/quanto misericordius ex aliena tentatione fatigatur. Hec ille. AVTHOR. Sic ergo vos o fideles Christi/oues Christi/agni eius/⁊ filij predestinationis eius ad regnū: scio ꝙ vos garritus hereticus audita domini prouisione pro ministris eius nō turbat: tam ergo minus turbare poterit contra tam venerabile sacramentum/q̄uis palee circumpulsent. Sed orate pro fratribus vestris quos dominus in flagello iracundie sue percussit/permittēs eos tenebras exteriores incidere: ⁊ laqueum venantium/socios in errore. Vos inquā alloquor wiclefiste: vos Pragēses/ac vbicūq̧ sitis Hussite: expergiscimini a furore deceptiōis heretice. Peccastis. Quiescite. Nolite deinceps cōfidere in verbis mendacij/dicentiū. Hec dicit dominꝰ. Audeo dicere in conspectu eius qui seculum istud iudicabit in igne: ꝙ ipse non misit eos: sed spiritus Antichristi. Adhuc reuertimini dum lux est vite: veniet nox cum operari non licet. Alias oues vos habet Christus/que non estis de ouili eius modo: quas oportet in digito spiritussancti saluatorem adducere vt vocem ecclesie sue magne possitis audire: ⁊ tunc fiet vnum ouile/⁊ vnus pastor. Nolite obesse vocanti: spiritum nolite extinguere. Quid iuuabit respondere iudici qui corda scrutatur: Mulier heresis quam dedisti mihi in sociam/dedit mihi de ligno vetito/⁊ comedi? Quasi econtrario non ipse coarguat. Sed ego vos monui per apostolum meū Paulum ad Romanos vltimo dicentem. Rogo vos fratres vt obseruetis eos q̄ dissensiones ⁊ offendicula preter doctrinam quam vos didicistis faciunt: ⁊ declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt/sed suo ventri: ⁊ per dulces sermones ⁊ benedictiōes seducunt corda innocentium. Ego item vos monui per Apostolum meum Petrum: ꝙ erunt in vobis magistri mendaces/sicut pseudoprophete erant in populo: qui introducūt sectas perditionis: ⁊ eum qui emit eos deū negant: superducentes sibi celerem perditionem/⁊ multi sequentur eorum luxuriam/per quos via ⁊ veritas blasphemabitur: ⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium olim non cessat: ⁊ perditio non dormitat. Hec apostoli predixerunt: si non cauti nunc sitis/vestre damnationis causam eligitis. Sed proterui sunt ⁊ dicunt: Dona nobis talem Paulum ⁊ talem Petrum/⁊ ipsum audimus. Respondet Christus: Nec Paulum nec Petrum/sed audi ecclesiam. Qui ecclesiam nō audierit/sit sicut ethnicus. Ad ista quid dicis? quid respondes? Nunquid ꝙ pars wicleff/aut Hus sit ecclesia: que dum repebant in Anglia/latuerant in occulto? De quo Christus ait. In occulto locutus sum nihil. Et iam vbi sunt? Non mundū/sed vix angulum mundi tenent. Audite Augustinum de ecclesia differentem. libro quarto de symbolo in fine.

Per sanctam ecclesiam. Propterea huius cōclusio sa Augusti.
cramenti/per sanctam ecclesiam terminatur: quoniam si quis absq̧ ea inuentus fuerit/alienus erit a numero filiorum: nec habebit deum patrem qui ecclesiam noluit habere matrē. Sequitur. Audite heretici quid scriptum sit. Oportet Christū pati/⁊ resurgere a mortuis ⁊ predicari in nomine eius penitentiam ⁊ remissionem peccatorum per omnes gentes. Omnis mundus est ecclesia. Totum possidet/quod a viro suo accepit in dotē. Quecunq̧ congregatio cuiuslibet heresis in angulis sedet. Concubina est non matrona. O heresis Arriana quid insultas? quid exsufflas? q̄d etiam ad tēpus multa vsurpas? Iniuriam a te patitur/domina ab ancilla. Multas ei ingeris contumelias. Licet hec doleant/nō te magnopere metuit sponsa Christi sancta catholica. Cum enim respexerit ille sponsus/eijcieris tu vt ancilla cum filijs tuis: quoniam non erunt heredes filij ancille cum filijs libere. Cognoscatur vna sancta ⁊ vera regula: cui regnum Christus tale dedit ꝙ eam per totum mundum diffundēs ab omni macula ⁊ ruga mundans totam pulchram suo aduentu preparauit. Hec ille. AVTHOR. Eligite vtrum credibilior sit vobis Augustinus an wicleff. Augustinus dicit non esse ecclesiam Christi nisi agrum illum: de quo Christus dixit. Ager est mundus. Huius ecclesie regula fides est: quam qui non habet peribit. Arriana heresis non habebat mundum sed angulum: cum tamen ad vestram comparata/magnum mundum tenebat. Vestra heresis extra angulos vestros non agnoscitur. Fides Christi secundum Paulum annunciatur in vniuerso mundo. Sed potest (inquis) mundus decipi: aut vos cum mundo. Sed in libri fine contra Petilianum huic communi hereticorū
obiecto respondet breuiter Augustinus. Si falli potui Augusti.
mus cum orbe terrarum de hominum iniquitate: nō de

fidei veritate. Hec ille. AVTHOR. Ergo Christi fides/ pro qua Christus rogauit: non ita est peritura de mundo vt putatis/ nisi seruetur in witcleff: quia poterit orbis terrarum falli de hominum iniquitate plerunq; nunq̄ autem de fidei veritate. Aut sola fidei veritas est vobiscum: quam tota per orbem ignorat ecclesia? & tot sancti quot in orbe sunt/ & vestram ignorant perfidiam: omnes sunt peccatores/ scelesti/ flagitiosi/ & gehenne penis damnabiles/ pauperes sunt/ casti/ pij/ mãsueti/ iusti/ pape/ pontificibus/ patribus/ regibus obedientes: proximos syncerriter diligẽtes: solum eis deest q̄ witcleffiste/ aut Hussite non sunt: nec esse consentiunt: nunquid non sunt ex hoc mẽbra ecclesie? Donatiste heretici hoc vos docent propter peccata quorundam non probata sed dicta: ecclesiam Christi condemnare per orbem & quoslibet sanctos eius. Unde in libro de heresibus. capi. lxix. Augustin⁹. In heresim (inq̄t) schisma verterũt/ tanq̄ ecclesia Christi propter crimina Ceciliani/ seu vera/ seu (quod magis apparuit iudicib⁹) falsa de toto terrarũ orbe perierit: vbi futura promissa est: atq; i Aphricana Donati parte remanserit: in alijs terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. Hec ille. AVTHOR. Item hac insania quid laborare vultis dicentes ecclesiam Christi perijsse de seculo: si inter witcleffistas non seruetur? omnes iniustos/ omnes miseros qui vobiscum non errant adiudicantes/ omnes papas/ presules/ religiosos/ sacerdotes/ reges & populos in orbe dãnandos: si turpes nõ fuerint witcleffiste? Elige quod vis o impia heresis. Ecclesia Christi per orbem terrarũ diffusa te damnat hereticam. Aut ipsa non est ecclesia: sed sola tu es ecclesia/ & damnas orbem terrarum. Aut ipsa est vera ecclesia Christi/ & merito es dãnata. Quid sic insultas o heresis witcleffistica? quid ad tẽpus multa vsurpas? Iniurias multas a te domina patitur. Nõ te magnopere metuit spõsa Christi ecclesia catholica. Maiora & acriora q̄ potes: ab Arrianis perpessa est in Asia: a Donatistis in Aphrica: & tamẽ cõtriti sunt: consumpti sunt. Implebit̃ pphetia Augustini de vobis/ sicut de Arrianis videt̃ impleta. Cum respexerit spõsus ecclesie/ Jesus Christ⁹/ eijcieris vt ancilla cũ filijs tuis.

Augusti. [left margin]

Suscipe ergo sancte pater & magne sacerdos huius maioris ecclesie Jesu Christi oblationem/ & victimam holocausti libri huius quem ad ostium tabernaculi testimonij dei quod apud te primum patet in terris/ victimam pro victoria ecclesie Jesu Christi contra witcleffistas & Hussitas hereticos destinaui. Quam libri victimam ex bobus & ouibus de armento/ ex fortib⁹ scilicet scripture textibus & simplicium sanctorum patrum dictis ad placandum deum / pro anima illustris principis regis Anglorum/ Henrici quinti offerre dispo sui. Ego quippe homo sum tantum: & filiorum benedictionis tue vere minim⁹. Et mihi quidem licet offerre/ sed in igne probationis adolere non licet: vt sit in odorem suauissimum domino. Sed tibi summe sacerdos poterit complacere/ vt mandes filijs Aaron/ filijs domini mei/ qui tecum sunt in circuitu altaris dominici/ detrahere pellem hostie/ ne hirtum quid contra fidem Christi aut hispidos errorum aut nouitatum pilos oblata contineat. Concidant artus rationum in frusta: fundãt q̄ crudum & merum sanguinẽ catholice propositionis in plano: vt tandem sacratissimis manibus tuis adolescere mereatur. Si non mereatur & abijci/ quod formido. Certe quicquid horum euenerit/ filius tuus ego sum: & sub sacratissima correptionis tue manu libentius dãnationis flagra dira suscipiens/ q̄ inter witcleffistas insipidos aureolas prime laudis. Sic enim me tibi patri sancto dabit filium spe sancta perennẽ: cuius in terris spondes ac prestas vicarium/ Jesus Christus. Amen.

Peroratio & opis dedicatio. [right margin]

Henricus quintus. [right margin]

Finit Liber Quintus de Sacramentis.

Explicitum est secundum volumen doctrinalis antiquitatum ecclesiæ Iesu Christi de sacramẽtis: editum per fratrem Thomam Waldeñ. sacræ Theologiæ doctorẽ, & Prouincialem in Anglia ordinis beatissimę Dei genitricis Mariæ de monte Carmelo.

Impressum opera & impensis Iodoci Badii Ascensii: iuxta exemplaria illi ostensa & suppeditata in Carmelo Parrhisiano. Ad Idus Octobris. MDXXI.



F. THOMS
Waldēsis
tract. de
Sacramēt.
contra Ha
reticos.
tom. 2.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm